BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
9 H
19

M

VICTORIS TRINCAVELLII Conſilia Medica

POST

Editionem Venetam & Lugdunenſem, acceſſione CXXVIII Conſiliorum locupletata, & per LOCOS communes digeſta.

EPISTOLAE item Philoſophicis & Medicis Quæſtionibus inſignitæ expolitæq.

Acceſſere Tractatus tres:

De REACTIONE.
De VENÆ SECTIONE in pleuriticis, &c.
De FEBRE PESTILENTE, planè nouus.

Cum INDICE copioſiſſimo.



BASILEAE
Apud CONRADVM VALDKIRCHIVM.
CIↃ IↃ XXCVII.

19 V-H-49

re poſſet. Hæret enim adhuc animo tuo memoria celebrati moris illius & frequentati præcipuè in ſchola Patauina, quem Doctores vſurpant in conferendis iudiciis de morborum natura, cauſſis & remediis, circa ægrorum lectulos. Quæ conſuetudo conſultandi præterquam quòd diſcentibus de multis & variis rebus conſideratione dignis diuerſo modo cogitandi occaſionem ſubminiſtrat, non minùs etiam atq; adeò multò magis, ægris magnam ſpem regreſſus ad priſtinum & inculpatum naturę ſtatum facit. Nam vt corporis oculi plures plura, quàm pauci, vident: ſic animæ vis in videndo atq; intelligendo à pluribus adhibita, altiùs in rerum cognitionem penetrat, quàm quæ à paucioribus dimanat. Quare non dubito, quin cum voluptate quadam ea de re ſæpiùs cogitare poſſis, ſæpeq; votis expetere, vt eandem conſuetudinē fatum aliquod in noſtras terras introducere queat. Faceret certè ea conſultandi ratio nō ſolùm ad alendam & propagandam ingeniorū laudem, quorum non contemnendus eſt in his regionibus prouentus, neq; tantùm ad multorum, ex morbis periclitātium, ſalutem conſeruādam recuperandamq;: verùm hoc pacto eorum etiam, qui honeſtæ famę de eruditione & doctrinæ ſuæ præſtantia iacturā faciunt, exiſtimationi magnoperè conſuleretur, hominumq; peruerſiſſimorum, præſtigiatorum & mendacium molitiones in conſpectum erumperent. Sed vt in noſtra manu non eſt, tantæ opinionum diuerſitati & peruerſitati reſiſtere: ita de horum malorum remediis cogitare quàm ea præſtare facilius eſt. Supereſt, vt alteram conſilij mei rationem te doceam, cuius vis omnis in eo poſita eſt, vt pari me ſtudio in te & eadem voluntate cognoſcas, qua me & agnatum meum, qui librariam apud vos in Dania negotiationem, M. IOHANNIS ALBVRGII, hominis humaniſſimi & doctiſſimi, auſpicio, exercet, proſequi te velim Quanquam verò decebat, me non iſtius modi emendicato opere gradum mihi facere ad gratiam tuam: glorioſius tamen atque excuſabilius mihi viſum eſt, ſi alieno ære aliquā potiùs, quàm meo nullā mihi compararem. Accipe igitur hoc, SEVERINE doctiſſime, quidquid eſt muneris, à me tanquam animi mei monumentum aliquod ſtatutum, ex quo meum debitum tibi ſtudium ſic perſpice, vt ſi tempora olim id ſint permiſſura, omnem diligentiam, omnem operam, mentem denique totam in te colendo ornandoq; à me quàm cumulatiſſimè & poſtules & expectes. Vale. Baſileæ Rauricorū Calen. April. anno à Chriſto nato CIƆ IƆ XXCVII.

CONRADVS VALDKIRCHIVS
Typographus Baſilienſis.

VITA
VICTORIS TRINCAVELLII,
à LAVRENTIO MARVCI-
no Medico deſcripta.

VICTOR Trincauellius noſtris temporibus vir grauis ex familia inter Venetos ciues clara, parentibus dignus ortus, domui ſuæ, vrbi, orbiq; vniuerſo plurimum profuit: ſiquidem is vnus Philoſophiam, ac Medicinam aliàs barbarie deturpatas è Græcis fontibus eruere ſemper ſtuduit: quod præſtare facilè potuit, cùm humanioribus ſtudijs, in Latina Græcaq; plurimum inſudauerit lingua, Paterq; illius nulli vnquam pepercerit ſumtui, vt cupidiſſimo bonarum literarum filio omnibus in rebus honeſtiſſimis obſequeretur: multis ſic poſtea ipſe commodis, Græcorumq; exemplarium copia optimè munitus, maiora quærere ſtudia ſibi propoſuit: Patauiumq; pergens, Dialecticam primò adijt facultatem, eoq; in genere breui ſic ſe præſtitit, vt diſceptationibus, theorematibusq; diſcutiendis, publicè ac priuatim agens omnibus ingenij perſpicuitate, & doctrina maximè admirationi eſſet. Maioris verò adhuc nominis occaſione Bononiam ſe contulit, atque ibi per ſeptennium commoratus eſt: quo in loco plus certè olei, quàm vini conſumſit. Vnde breui poſtea præceptoribus ſuis chariſſimus euaſit, qui minimè erubeſcebant ſæpius ipſum in rerum difficultatibus conſulere, petentes, vt locis ſcriptorum tenebroſis, lucidioribus interpretationibus ſuis opem ferret; quapropter nominis excellentia Græcus ſæpius appellatus fuit. Eoq; tandem gloria deuenit in Academia, vt non ſecus hoc vno auditore Bononia exultaret, ac de ſtrenuo milite multis palmis decorato gloriari ſoleant maximi exercituum Imperatores. Philoſophiam autem Medicinæ ita ſemper coniunxit, vt expulſa veteri barbarie, recentis Græciæ odor fragrantiſſimus ſuis vndiq; vigilijs redoleret. Sic relicto illic nomine laudatiſſimo, multis coronis ornatus athleta fortiſſimus, victor tandem in patriam ob doctoratus inſignia petenda reuertitur: iuq; meritò ab ea ciuitate receptus, in qua & natus, & educatus erat, patrius voluit feliciùs ornamentis quieſcere, quàm externis glorioſiùs decorari: ſic patriæ ſemper vixit amantiſſimus. Nec multò poſt inter celebres viros ſui temporis cùm reponeretur, loco Clariſſimi Sebaſtiani Foſcareni Veneti publicè Philoſophiam profiteri à maximis ſenatoribus, qui illum deguſtauerant, etiam coactus fuit: in quo munere fungendo non ſolùm communem ſuperauit expectationem, ſed Philoſophorum ſui temporis gloriam non parum obſcurauit. Ampliſſimaq; illius fama vagante, dum artem quoque medicam fauſtè admodum exerceret, non paruo ſtipendio accerſitus fuit à Magnifica Ducatus Veneti Ciuitate Murani, ex inſulis Venetiarum, loci vicinitate maximè probata, templis veneranda, ædib. magnifica, viridarijs amœniſſima, piſcandi arte, vitriq; opificio celebris, & valde clara: in quam, veluti in locum apprimè opportunum ad ſua ſtudia libenter æquóque animo ſe contulit. Qualem autem, & quantum ſe oſtenderit hoc in loco, quantumq; ab omnibus excoleretur, teſtes adhuc ſunt multi ſeniores, qui ſuum etiam nunc deperditum plorant Aeſculapium, tantaq; illius creuit in immenſum fama ex operibus diuinis, ex conſilijs prudentiſſimis & integerrimis, vt illum tota Venetiarum vrbs ceperit admirari, atq; expetere. In hac loci amœnitate Themiſtium Clariſſimi Hermolai Barbari ſcholijs, adnotationibusq; doctiſſimis illuſtrauit, quas omnes typis tradidit, vt quantum Græca in Philoſophia profeciſſet, ex illis cognoſceretur. Celebrem etiã de Reactione Quæſtionem edidit iuxta decreta Ariſtotelis, & Auerrhois, in qua ſummũ ingenium, miramq; doctrinam demonſtrauit. Græcis autem literis maximè addictus imprimi curauit Themiſtium, Ioannem Grammaticum, Simplicium, & alios. Vagantibus autem opinionibus, dubijsq; diuerſis in re medica excellentiſſimorũ virorum illius temporis intrepidus athleta cum ſummis medicis in palæſtram deſcendere minimè veritus eſt: duasq; medicas Quæſtiones æterni nominis promulgauit, quæ excuſæ reperiuntur: Altera vtrùm in morborum initijs, ſolùm cùm materia turgeat, purgantibus medicamentis vti liceat: Altera de vena in pleuritide, cæterisq; internarum partium inflammationibus ſecanda. His ſic de rebus tota ciuitas commota, virumq; mirificè ſuſpiciens non permiſit ampliùs extra vrbem doctiſſimum ac illuſtriſſimum medicum tanta cum iactura manere, ſed in commodum, & vtilitatem publicam, ſummis precibus ad proprios lares reuocarunt.

Porrò

Porrò cùm magna ſui nominis dignitate extra vrbem ſe geſsiſſet artem medicam exercendo, capit poſtea Venetiis conſilio, & opere adeò ſe ipſum extollere, vt breui poſt tempore magnus inter medicos vrbis viſus ſit. Etenim Galeni multa ex Græco in Latinum ſermonem tranſtulit, eiusq́; opera ab aliis latinitati donata recognouit, ac in lucem purgatiſsima edidit, vt eius vigiliis celeberrima etiam nunc habeantur. Fuit etiam diligentiſsimus in omni re vir, & exactiſsimus, omnibusq́; Veneti Medicorum Collegij dignitatibus exornatus, cuius etiam orator ſæpius ad Senatores fuit, Statutorumq́; eiuſdem Collegij, ac imminutatum acerrimus defenſor: vnde ob maximam illius eloquentiam; & libertas crebrò Medicorum ordini ſeruata eſt, & aucta dignitas: indeq́; pater, ac omnium Medicorum princeps euaſit: illiq́; tandem licuit ſuis eximiis virtutibus cum Senatoribus inter publicas ſedere ſedes, non vulgari fauore, Principe ſic iubente, tantum ab vniuerſa Republica diligebatur, excolebaturq́;. Præterea vigiliis & laboribus ſuis ad eam nominis celebritatem peruenit, vt non ſolùm Venetiis, verùm in tota etiam Italia maximus Philoſophus & Medicus haberetur, ad quem omnes, tanquam ad Apollinem vndiq; confluebant. Morte verò Ioannis Baptiſtæ Montani medici eminentiſsimi, & præceptoris mei clariſsimi, cùm vacaſſet per plures annos primarius ille locus Practicæ in Academia Patauina præ hominum penuria, proptereaq́; illi Cathedræ Medicinæ profeſſor idoneus maximè deſideraretur, noſtra hæc ciuitas, quæ inter alias bonum publicum ſemper excolit, & cæteris rebus omnibus anteponit, vt ſatis faceret vtilitati ſtudentium, ſuo voluit Hippocrate denudari. Annũ ſic agens nonum & quinquageſimum Victor Trincauellius arduam alioquin prouinciam ſuſcipere coactus eſt Patauinæ Lectionis in ſupremo loco Practicæ: quo quidem munere digniſsimo functus eſt tertium ſupra decimum annum, relictis magnis Ciuitatis lucris, quæ tria aureorum millia excedebant: in obſequium autem Reipublicæ auctorari voluit mille & ducentis, cùm reliquum nihil propoſuiſſet ſibi ex voto, quàm in publicam ſeruire gratiam, & Medicinæ ſtudioſis omnibus prodeſſe. Hoc tempore legendo, conſulendo, atq; ſcribendo, multa nobis nomine ſuo digna reliquit. Iamq́; in lucem miſsi fuerunt libri tres, & quarti fragmentum de Ratione ac vſu componendorũ medicamentorum: Nunc autem tota Praxis, quam duobus voluminibus complexus eſt, altero ſcilicet de ægritudinibus particularibus, à capite vſq; ad pedes: altero verò de febribus, in quibus artis Medicæ vis tota cognoſcitur, ac Trincauellij viri in arte ſumma excellentia oſtenditur. Scriptis præterea mandauit expoſitionem in Quartam Primi Auicennæ: nec non Commentationem in libros Galeni de Compoſitione medicamentorum per loca, Expoſitionemq́; in ſecundum Prognoſticorum librum Hippocratis, & Epiſtolas complures medicinales, tùm ſuas, tùm Excellentiſsimorum virorum ad ipſum conſcriptas: in quibus voluminibus, Deo fauente, multa digniſsima conſpicientur, quæ ſummam huiuſce viri eruditionem præ ſe ferre poterunt. Extant præterea ducenta eius & plura Conſilia, & Opuſcula quædam, vt de Febre hectica, de Affectibus Ventriculi, Iecinoris, & Lienis, quædam Anatomica fragmenta, de Vulneribus capitis, de Morbo Gallico, & alia nõnulla, quæ quidem omnia, (vt in prioribus feci) curabo, & hortabor, vt in publicum exeant, vt quanta frugis ſemper fuerit Excellentiſsimus Victor Trincauellius, tandem ab omnibus cognoſcatur. Ad culmen igitur gloriæ cùm aſcendiſſet artis ſtudio, atq; experientia, externis æquè ac ſuis Venetis clariſsimus habitus eſt: vnde poſt multas ob magnos Heroas perpeſſus eſt peregrinationes, multasq́; curſitationes ad patriam pro ſenatoribus ſuis libenter ſuſtinuit pro curandis illorum ægritudinibus. Iuſſu poſtremò Principis, ac Senatorum decreto, extrà Ciuitatem mittitur in Forum Iulij, vt opem ferret Andreæ Pegel viro ſapientiſsimo, Cæſareæq́; Maieſtatis Commiſſario, qui Vtini magna ægritudine detinebatur, de qua parum aut nihil ſperabant medici: Sic ſenio confectus ciuis fideliſsimus, magis aliena, quàm propria ſalutis in ſeruitium patriæ conſulens, libenter omne periculum ſubiit, breuiq́; reſtituto ad priſtinum valetudinis ægro, febre ipſe poſtea ex incommodis corripitur: diemq́; vltimum præuidens, rediens Victor in Patriam, ſenectute, ac laboribus publicis nimium defatigatus, feliciſsimè obiit, annum agens ætatis ſuæ ſeptuageſimum ſecundum: relictis fratre Magnifico Vincentio viro optimo, duobusq́; filiis, in quorum accurata educatione adeò ſemper ſtuduit, vt alter, excellentiſsimus ſcilicet Franciſcus Latina lingua patris æmulus, peritiſsimus euaſerit, & Iuris conſultus inde effectus à multis ciuitatibus conuocatus fuerit, in quibus iudicij ſynceriſsimi, ac exactiſsimi perenne nomen reliquit: Alter verò Bernardus, literis perpulchris, ac moribus ornatiſsimus, literatorum hominum, ac ſenatorum plurium maximam ſibi gratiam in vrbe conciliauit. Is ſic optimè educatis filiis, meritò poſtea ab eiſdem ampliſsimo funere decoratus fuit, & apud Crucigeros publicè ab almo Medicorum Collegio deploratus, concione doctiſsima Excellentiſsimi Dominici Caſtelli: vniuerſaq́; Ciuitatis lacrymis magnifico ſepultus monumẽto, morum probitate, fide ac religione colendus, viuensq́; adhuc, vt glorioſè diſceſsit à nobis, ſic etiam feliciter illius anima ad cælum euolauit.

Epigramma

DE VICTORE TRINCAVELLIO LAVRENTII MARVCINI MEDICI Veneti.

Doctus Apollineâ priùs Acron floruit arte:
Obtulit hinc fructus maximus Hippocrates.
Niconides ſequitur, quem Pergama mœnia tollunt,
Hic medicas artes è tenebris reuocat.
VICTOR dehinc Venetus, ventis dans vela ſecundis,
Tutum carpit iter, barbariemq́; fugat:
Iure igitur ſecli decus admirabile noſtri,
Splendet ab Eois VICTOR ad Heſperios.

VICTORIS TRINCAVELLII MEDICI ET Profeſſoris Patauini Conſiliorum

LIBER I.

De Morbis Capitis & Partium eius.

De Cephalalgia.

CONSILIVM I.

Intemperies Cerebri calida & ſicca, quam comitatur imbecillitas ſenſus & motus, dolor dentium, ſputum ſanguinis, & alia: ex vaporibus inferiorum partium.

P ARTICVLARVM inæqualis temperatura, è quibus coagmẽtatum eſt corpus magnifici & nobiliſsimi Equitis, illi hæc omnia continenter incommoda, quæ nobis narrata ſunt, affert. Quamuis enim temperamentum vniuerſi corporis & calidum ſit inſigniter, atque adeò inſigniter ſiccum: cum toto tamen non conſentiunt viſcera omnia. Nam ventriculus præ frigore languidior, & crudior eſt: iecur tamen, mea quidem ſententia, calidum adeò & ſiccum eſt, vt exurat ſanguinem: calidum quoque cerebrum, & caput eſt: & non parum tum calidum, tum ſiccũ eſt, & adeò in eo interdum intemperies excreſcit, fota etiam à toto corpore, præcipuè verò à iecore, vt imbecillius ea ratione reddatur, quo fit, vt & caput eadem ratione imbecillius euadat: calor enim, qui extraneus eſt, omnium partium vires eneruat: laxat enim eas partes, & vim natiui caloris diſſoluit. Cùm autem imbecillum eſt cerebrum, è quo tanquam è fonte effluit vis omnis mouens, & totum corpus, & particulatim membra omnia fiunt imbecilla, vt mirum deinde non ſit, ſi diſſolutis viribus capitis à nimio & extraneo calore (ex diſſolutione nimirum ſpirituum animalium, vel ex eorum intemperatura) vt caput imbecillum videatur, & laſsitudine totum corpus capitis conſenſu teneatur, & grauius etiam videatur, quàm ſe poſsit dimouere, & quaſi ſuccũbere oneri: ſemper enim grauius corpus videtur, cùm vires illud deſerẽtes

A languidæ ſunt. Fomentum verò quod capiti, & à toto corpore ſubminiſtratur, & à iecore, ſunt vapores calidi & exuſti, qui ad caput efferuntur, & ipſum replent. Inde enim ortum habet caligo, quæ inſtar fumi candelarum ob oculos verſatur: vaporatio enim ſicca & exuſta fumum imitatur. Inde eſt vehemens ille calor in capite perceptus, qui cogit nobiliſsimum virum in frigidam caput demergere. Ex his etiam vaporibus ſpiritus cerebri inſeruientes cognitricibus facultatibus adeò turban-
B tur, & confunduntur, vt vix dignoſcat, vbi ſit: nec modò confunduntur interiores ſenſus, ſed & exteriores: & proinde eo tempore, neque probè audit, & per caliginem proſpicere videtur. Sed cùm caput affatim repletũ eſt, vapores in cerebro denſantur, & in humorem acrem, tenuem & calidum, non modicam referentem exuſtionem, craſſaſcũt, propelluntur q; à natura cerebri, ab eorum multitudine & acredine irritata, ad dentes, labia & guttur, ibiq; dolores concitant, vt & dentes eximi. &
C labia diſrumpi videantur, & guttur confodi. Sed eò pertinent & puluerulenta excrèmenta, quæ interdum exſpuuntur, interdum autem per vrinam excernuntur: hæc enim ex exuſtione ortum habent. Sanguis autem, qui exſpuitur, vt ego puto, ex capite deſcendit, vel ad fauces, vel ad pectus, & inde poſtea reijcitur. Nam ſi alioquin à venis pulmonis aut pectoris efflueret, non ita ſpontè & facilè ſiſteretur. niſi quis dicat per reſudationem à venis, vel per apertionem oſculorum venarum ex-
D ſpui: id autem & ex colore & ſubſtantia ſanguinis poſſet percipi. Ex eiſdem vaporibus mixtis fortaſſa cum aliquo flatuoſo ſpiritu elatis ad verticem capitis per ſuturas & cutim, pericraneum & membranam extendentibus, illiſq; eiſdem ad aures declinantibus, videtur quaſi aliquid per eas partes velle erumpere. Quandoque verò ventriculo itidem ſubminiſtrante cerebro crudos & frigidiores vapores, & illis craſſeſcentibus ibidem, ac inſtar

pluuiæ deſcendentibus per neruos aut venas ad dorſum & ilia, percipiens ipſe defluxum hunc per eas partes, immo per vniuerſum corpus, in timorem apoplexiæ aut epilepſiæ incidit: ſubminiſtrat verò hæc, cùm crudior eſt & malè concoquit, ventriculus: redundante enim cruditate & pituita, in eo ſentitur grauitas, & ſæpe etiam frigus, vnde etiam caput vaporibus repletur: præ imbecillitate etiam ipſius, confluit interdum bilis in ventriculum, quæ copioſa gignitur à calidiori iecore, quo tempore & plurimù ſitit. Ex diuturnis & frequentibus his incommodis non potuit etiam non generari aliquis melancholicus humor, qui illi & mœſtitiam & timorem affert. His autem moleſtis affectibus & ſymptomatibus potiſsimum occurrendum eſſe putarem congrua victus ratione potius, quàm alijs medicis inſtrumentis: non enim è re ſua arbitror eſſe, vt corpus hoc gracilimum, & admodum attenuatum, multis exagitetur medicamentis. Victus autem ratio, quantum ad cibos pertinet, ea ſit, vt edulijs veſcatur, quæ facilè coquantur, & bonum generent ſanguinem: vt ſunt carnes temperatæ, vt carnes pullorum gallinaceorum, & vitulorum lactentium, item oua ſorbilia: fructuum verò vel olerum multus vſus nequaquam ſalubris erit. Vina verò ea bibantur, quæ neque potentiora ſint & vaporoſa calidaq́;, & quę iecur calefacere & caput replere poſsint: neque tamen etiam ſint acida & cruda, quæq́; ventriculum crudiorem & frigidiorem ſolent efficere. Neque etiam plurimum potum laudarem, ſed qui qualitati & copiæ cibi eſſet accommodatus. Fugienda præterea ea omnia conſulerem, quæ cibi concoctionem poſſunt impedire: vt ſunt ſtudia, lectio, exercitatio, venus, cogitationes à cibo: cùm etiam alioquin veneris vſus parcus omnino laudandus ſit in corpore infirmi vētriculi, gracilis habitus, imbecillis capitis. Venus enim capiti & vētriculo infirmioribus maximè noxia. Non tamen putarem, quòd leuis inambulatio poſt cibum poſsit officere, ſed potiùs prodeſſe. Somnus nocturnus quoq; vtilis erit, non diurnus, niſi primò mane: meridianus verò nequaquam bonus: caput enim replet, & laſsitudinem affert: niſi tamen ex multo tempore eſſet ipſe aſſuetus. ſemper enim conſuetudini quantumlibet etiam prauæ aliquid dandum, cùm ſit tanquam aſſcititia quędam natura. Vnde ſi eſſet eo tempore dormire conſuetus, parcè id agat, quātum poterit. Moderata etiam exercitatio horis congruis ante cibum manè & ſerò vtilis admodum erit: citra tamen ſudorem, & multam corporis calefactionem: exercitatio verò ſit inambulatio aut equitatio: non tamen ſub ſole aut vento. Aer etiam calidus inſigniter, fugiendus, vt qui & caliditatem capitis & iecoris poſsit augere, & colliquare eorum excremēta. neq; tamen etiam frigidus inſigniter, aptus illi & vtilis: ſed moderatus quanto magis erit, eò & vtilior: nam frigidior, præter id quòd gracilibus corporibus frigus noxiū eſt, denſando etiam cutem, obſtruit meatus, per quos ipſa difflatur: quo fit, vt prohibita difflatione, faciliùs corpus & caput multitudinem vitioſorum humorum congerat: præterea verò & exprimendo deſtillationes & fluxiones cōcitat. Humidus etiam aer potiſsimum ſi ſit, & calidus, laxans corpus & viſcera, & humiditate leuia ea reddens, fluxus ventris & roſiones

A inteſtinis affert. bilis enim, quæ ſemper plurima gignitur in corpore, hac ratione fluidior facta mouetur: & ob id & iracundior fit, & per inteſtina delata, roſiones & tormina, vt relatum eſt, afferre ſolet. A triſtibus animi perturbationibus illi, quàm maximè poterit, cauendum erit. Contrarijs verò aliquibus etiam vtatur, & frequenter. Et vt tandem ad medicinas conuertamus ſermonem, quibus & ventriculus roboretur; & reprimantur va**B**pores ad caput aſcendentes, & retundatur vrens torius & iecoris calor: hoc præſtantiſsimum, & quàm maximè ſalubre auxilium erit. Ergo in his, quæ in frequenti vſu ſunt, vt mihi videtur, ſatis accommodatum eſt medicamentum, cōfectio ea, quam diarhodon Abbatis iuniores appellant, ſi ea ante cibum vtatur, & diacydonite ſiue aromatibus, ſi illud poſt cibum comedat. Quòd ſi hæc faſtidiat, mihi, ſi pararetur in hunc modum cōfectio, non parum placeret: videlicet vt accipiatur ſaccha**C**ri roſacei, boraginati, conſeruæ betonicæ, ſingulorum ℥.i. myrobalanorum chebulorum, emblicorum ſingulorum item ℥.i. corallorum rubeorum, margaritarum præpáratarum ſingulorum ʒ.ij. cinnamomi ʒ.i. miſ. & cum ſyrupo roſaceo recenti fiat cōfectio in modum eclegmatis: cochlear accipiat, ad pondus ℥.s. manè cùm à ſomno excitatur, & veſperi aliquātu minus, cùm ſe ſomno traditurus eſt, videlicet poſt cœnā. Quamuis autem prius diximus, non eſſe multùm corpus hoc agitandum va**D**cuātibus medicamētis: neque tamen adeò eſſe in hoc proterui debemus, quin putemus, quòd & aliquando non illi ſit plurimum profecturum, ſi aliquibus leuibus medicamentis ſubtrahat multam copiam vitioſorum humorum, qui ex eorum viſcerum inæquali temperamento quotidie gignuntur. Vterer tamen non niſi leuibus medicamentis. Vnde cùm iam æſtas adſit, ego medicamētis in primis agerem, quæ neque calefacerent, neque multùm ſiccarent: vnde mihi aut caſsia hoc tempore, **E** cui aliquid rhabarbari eſſet additum (puta, ſi ℥. caſſiæ ʒ.s. rhabarbari in puluerem redacti addas) maximè probaretur: aut ℥.iij. ſyrupi roſacei ſolutiui diluti ex ſero caprino, aut ex decocto cichorei: vt etiam ſi interdum aliquantulum ſenæ incoqueretur ſero lactis, ſicuti ſi ʒ.iiij. eſſent, vel circiter, temporibus ſit quidem calidioribus, non mihi multùm probatur vſus pillularum, quæ ſiccant ſatis inſigniter, & plerunque etiam calefaciunt. Aduentante autem hyeme magis mihi vſus pillularum **F** accommodatus videretur: & tunc ex his, quæ paratæ reperiuntur, pillulæ quæ Aſſaieret ab Auicēna dictæ ſunt, vel ſimplices, vel aliquando etiam cum agarico probarentur, quarum vnam aliquando acciperet: vel quæ maſtichinæ appellantur, vel quæ de tribus cum rhabarbaro. Quòd ſi pręter has aliæ eſſent componendæ, ego in hunc modum cōponerem: pararem prius decoctum ex folijs boraginis, betonicæ, cichoreæ, ſingulorum M.i. paſſularum ʒ.iiij. liquiritiæ raſæ ℥.s. ſenæ electæ ℥.s. aqua**G**rum fumiterræ, cichoreæ, endiuiæ, ſingulorum q. ſ. fiat decoctum ex arte. Deinde accipiantur myrobalanorum citrinorum ʒ.iij. chebularum ʒ. ij. Indarum ʒ.i. fricentur prius oleo amygdalarum dulcium: deinde demergantur in ſuprafcripto decocto per diem ac noctem: mox colentur, & exprimantur: & facta expreſsione, accipe rhabarbari ʒ.ij.

ʒ.ij.ſquinanti ℈.j.agarici optimi ʒ.j.zingiberis ℈.s. aſpergantur omnia vino albo aromatico, & ioijciantur in prædictum decoctum, ibique per horas decem macerentur: poſtea facta colatura & expreſsione, eijciantur: in decocto verò iterum demergatur ac immiſceatur ʒ. pulueris hieræ ſimplicis cum aloe, & ibi eatenus detineatur, donec abſorpſerit & ſiccauerit vniuerſum humorē. Poſtremò aſſomatur ſyrupo roſaceo recenti, & fiat paſta: ex qua formandæ ſunt deinde pillolæ, quæ mihi valde probarentur: faciles enim & leoes eſſent. Sed vt capiti quoque opem aliquam ferre poſsimus, ego interdum illud lauarem: & accommodatum tamen lixiuium pararem leue, non acre ex cineribus lignorum, vt aiunt, dulcium, & vellem vt in eo coquerentur roſæ, hordeum, furfur, folia vitis & rubi, & eo caput ablueretur, uoo admodum tameo frequenter, ſed ioterdum.

CONSILIVM II.

Dolor Capitis à ſumto cibo diuturnus, cum rubore faciei, maculis, aliquando & vertigine. Adeſt ſtupor à pollice in alias partes extenſus.

Mihi qoidem ponendum, & tanquam conſtitutum accipiendum, ita eſſe, ſicut narratur: nempe nobilem & magoificam dominam iuuenem eſſe ętate: temperatura verò, quatenus ad babitum corporis vniuerſi attinet, calida & ſicca, cum qua cooſeotiuot membra præcipua: diſſeotit verò ventriculus, vtpote qui frigidior ſit: itemq; ab hioc decennium eam eſſe obooxiam inſigni capitis dolori, non perpetuo quidem, ſed per interualla vel periodos, qui à cibo cōeitatur: cuius particeps ioterdum fit & guttur: coius comites ſunt rubor & calor faciei, maculæq; rubræ conſpicuæ, quibus aſperſa eo tempore ceruix conſpicitur. Quandoque etiam vertigine quadam oon parum moleſta tentatur, qua omnia lo orbem circumferri illi videnror: itaque pedes labant eo tempore, vt ægrè conſiſtere poſsit. His accedit, quod ab hinc biennium ſtupore etiam quodam vexari cœpit ioterdom: raro tameo: qui primum quidem pollicem dextræ maous corripit, mox vero ſubinde ad reliquos digitos ſerpēs, tādem vniuerſom brachium, ac demum labra & linguam apprehendit: quo tempore aliquantiſper tumidior fieri lingua videtur: breui tamen tēpore ſtupor is manet, citoq; euaneſcit. Dolor verò nonounquam vnioerſum caput cruciat, interdū dumtaxat eius partem. Inter alias autem cauſas procatarcticas, quæ potuere occaſioni iſtorum affectuum eſſe, fuiſſe narrátur multæ & diuturnæ snimi triſtes perturbationes. Quibus ita poſitis facilè io tuam ſentētiam deſceodo, catalogum horum malorum non habere ſuum ortum à proprio aliquo capitis affectu: niſi fortè qua tenus ex frequenti triſtitia, & triſtibus cogitationibus, diſſolutis ſpiritibus, potuit fieri imbecillius, vt facilè deinde ab alijs partibus affici, cum affectibuſque earum conſentire potuerit. Conſentit verò in his malis cum ſubiectis partibos, præſertim cum ventriculo proximè quidem, quamuis, quando magis affligit partem dextram, videtur & bepar io hac re partem habere. ſed & hoc tecum credo, quòd uoo ſit is couſenſus, quem Auicenna

A àbſolutum cooſenſom vel communitatem appellat, ſed ille, qui fit recepta materia vaporoſa à capite ex ſoppoſitis partibus. Verùm cum vapores hi ſint alicuius, imò ioſignis caliditatis participes, quod demonſtrant color & calor faciei, quo tempore hi vapores ad caput aſcendunt, & macolæ in collo apparent, neceſſe eſt materiam hanc, vnde afferuntur vapores illi, non eſſe io ventriculo genitam, cùm ſit vētriculus frigidior: ſed quòd ali-

B bi genita in ventriculum effundatur per quædam interualla. Vnde ad præſens inſtitutum videtur pertinere, vt inquiramus cuioſmodi ſit ea materia, & vnde illa effundator. Non poteſt quidem eſſe bilis, præſertim verò tenuis & exquiſita, à qua io vētricolo congeſta is vapor ad caput attollatur: primū quidem, quia cùm ſua leoitate & tenuitate facilè aſcēdens, petat os vētriculi, illod laceſſeret ac mordicaret, vode angorem aut vomitum aut faſtidium illi afferret, quorum nihil narrator illi eo tem-

C pore accidere. Deinde verò, quia id genus dolorum capitis, aſſumto cibo, quieſcit & ſedatur, inani autem & ieiuno ventriculo, magis exacerbatur. In hac verò nobili matrona dolor à cibo excitatur: vnde neceſſe eſt, vt ſi bilis ſit, ea craſſa ſit, & quæ aut per aſſationem ſit facta craſsior, aut per admixtionem pituitæ craſsioris, vel humoris melancholici & exoſti. Craſsiora enim hæc excrementa plerunq; in fundo ventriculi dum quieta reſident, aut nihil aut modicum admodum faceſſuot ne-

D gotij. Dum verò iniecto cibo, exagitata mouentor, moleſtiora fiunt, & vapores facilius ex illis motis aſcenduot, & caput petunt, doloremq; illi afferūt. Quod ſi modus vel ſpecies doloris fuiſſet expoſita, exquiſitius iodicare potuiſſemus natorā & ſpeciem humoris: quantum autem ad me pertinet, crederem hunc humorem magna ex parte accedere ad naturam humoris melancholici: nam & triſtea animi affectiones, quæ frequentes illam afflixere, affliguntq;, calida præterea & ſicca vniuerſi cor-

E poris, prę̨ſertim verò hepatis intēperatura oatoralis, propēſa ſuapte natura in geoerationē bilis, ſed nihilo minus per aſſationé humoris melancholici, id nobis indicare poſſunt, quod & tu etiá credere videris, qui dubitas, ne tādem ex importono mœrore & frequenti, incidat in aliqoem melancholicū affectum: vnde non ibo qoidem inficias, quin humor is, qui in vētriculum effuoditur, ſit ex parte bilioſus: ea tamen bilis craſſa ſit miſcella humoris melancholici, tom etiá pituitoſi. Quia verò vētricu-

F lus cōſtitutus eſt natura frigidos, & frigidior etiam alijs occaſionibus redditus, nihil eſt cur exiſtimemus hæc noxia excrementa in ipſo gigni, niſi fortè pituitam ob eius cruditatē, & quòd inde redditus imbecillior, aptior etiá euaſit ad ſuſcipiēda aliunde amādata excremēta. Et proinde, ni fallor, primos ortus eorum in hepate fit, & in venis ad hepar pertinentibus, quales ſunt meſenterij. Vnde ſi res hæc ita exponenda eſt, vt ſentio, puto radices iſtius vniuerſi affectus fixas eſſe in affectu hypochondria-

G co: & quòd quidem, ſi noo omnino, aliqua ſaltem ex parte foueatur is dolor à iecore, quòd & ſtupor de quo & nos paulò pòſt agemus, ſemper dextram partem cōprehendit, itidemq; & dolor qui aliquándo quidem vniuerſum caput, nonnunquam verò dextrā tantùm partē occopat. Sed quia, vt ait philoſopbus, experimentū ſermonum verorum eſt, vt

conformes ſint ſenſatis, ideo præterea nobis onus incũbit, vt poſitis his fundamẽtis, inde rationẽ referamus eorũ omnium ſymptomatũ, quæ vel ſenſu ipſo percepta cõtingere illi magnificæ mulieri tempore acceſsionũ, quæ illam per periodos inuadũt, ab ipſa ſaltem, ſentiuntur. Poſito ergo quòd ea omnia à vaporibus elatis ad ſuperiora, & caput, ortum habeãt, qui calidi quidem imprimis ſunt, non eſt deinde mirũ, ſi, illis repleto capite, facies fiat calidior: ſique cũ illis tenuior aliqua pars ſanguinis quaſi inde ferueſcẽs efferatur, atq; eandem faciẽ rubore ſuffundat, & ſicut is motus inordinatus eſt, ita rubẽtes maculæ circa ceruicem eodem tẽpore emergũt: & quia acris eſt vapor ille & craſſus, ideo tum mordendo, tum verò diſtendendo repletas cerebri mẽbranas, dolorẽ concitat. Quem dum cerebrũ nititur deorſum repellere, reflexus ad fauces, gutturi moleſtiam infert. Ex renixu aũt naturæ in cerebro & partibus ad illud pertinentibus, & repulſione, quatenus interdum hæc, interdum altera magis ab his vaporibus petitur & afficitur: ita varia ſequuntur ſymptomata, pro variis nempe facultatibus, & natura earum partiũ, in quas ingruit is vapor, dum attollitur. Cũm ergo cerebrũ aut omnino ſit ſenſus expers, vt Ariſtoteles ſenſit, aut illum ſatis obſcurũ habeat, vt illi indulſiſſe quãdoq; viſus eſt Galenus: membranæ verò ſint inſigni ſenſu à natura donatę: ſi vapores hi ad cerebrũ elati, ab illo verſus membranas expellantur, dolor inſignis capitis excitatur: quòd ſi vaporis nõ poſsit omnino repelli, ſed per cerebrũ quaſi vagus feratur, præſertim verò per eius vẽtres, & in primis anteriores, ſpiritus viſorios, ac etiã motrici facultati inſeruientes exagitari cõfundiq;, & in orbem inordinatè moueri cõtingit: & inde fit vertigo, & crurum infirmitas. Aucto deinde malo, & multiplicatis illis vaporibus à vẽtriculo proximè elatis, dum natura nititur aliquã ſaltem partẽ deorſum reflectere & repellere, illos per medullã ſpinæ ad neruos, brachio & manui ſenſum deferẽtes, impellit, & quò poteſt remotius: vnde primũm pollex dextræ manus, ſubinde verò reliqui digiti & tãdem vniuerſum brachiũ obſtupeſcit, vt tamẽ non nihil etiam linguę, & eius neruis amãdetur, quibus hac vaporum copia repletis, tumidior lingua videtur: quia tamen vaporoſa, nõ admodum aũt corpulenta eſt materia hęc, ideo facilè, & citò in corpore calido, & iuuenili digeſta diſcuſſaq;, euaneſcit. His ergo in hũc modum expoſitis, ſi de pręſagio ſit aliquid dicẽdum, non poſſum nõ credere, futuram nõ parum difficilem & longã iſtorum malorũ curationem, ſi verum ſit, quòd, vt diximus, eorũ omnium origo ſit ab hypochondriaco affectu, at, vt tertio de Locis affectis ait Gal. is affectus ſemper difficilis & diuturnus habitus eſt. Pręterea plurimũ res hęc inueterata eſt, & ꝓpterea etiã difficilior. Tertiò huc accedit, quia adhuc externæ cauſæ, quæ maximę & præcipuæ occaſiones fuere iſtorũ malorum, nondum deſiere, ſed vigent adhuc, & quaſi fouẽt hunc affectum, triſtes nempe animi perturbationes. cũm tamen vigeat floreatq; ætas, non puto eſſe omnino deſperãdam eius ſanitatẽ: modò illa prudens eſſe velit, nec ſibi ipſi deeſſe in illis, quæ erũt neceſſaria tam in ratione victus rectè ſeruãda, quàm in cæteris opportunis remediis admittẽdis. Sed agamus tãdem de ea curationis ratione, quam eſſe accõmodatã arbitramur ad tollenda hæc importuna mala, à quibus ita affligitur

A nobiliſsima mulier. Primũ ergo cũm, vt facilè cõijcere poſſumꝰ, corpus excremẽtoſum ſit, ſemperq; ventriculus ac primę illæ cõmunesq; viæ ſint cruditatibus alijsq; vitioſis ſuccis obſitę, operæpreciũ ſanè, ni fallor, fuerit, iſtius curationis principiũ ſumere ab horũ communiũ excrementorũ purgatione, ex facili aliquo medicamento & penè leniente, cuius vis ad remotiores partes pertingere nequiret, quale eſſet flos, vt aiunt, caſsiæ, addita ʒ. vel ʒ.s.

B puluerum hieræ ſimplicis, vel id genus aliud medicamentũ. Mox verò aggrederer apparatũ aliorũ abſtruſiorum excremẽtorum, & eorundem extenuationẽ, præſertim verò craſsiorũ, & ſubinde apertionẽ obſtructionum venarũ, præſertim meſenterij, & cæterorũ membrorũ naturalium. ad quod officium mihi probaretur decoctũ cichorei, betonicæ, boraginis, agrimonij rectè paratũ, cui adderem ſyrupũ ex fumaria ſimplicẽ, mel roſaceũ, & oximel ſimp. ſingul. autem ℥. s. Interim verò dum hos ſy-

C rupos acciperet, examinarẽ habitum totius corporis: præſertim verò, ſi venæ eſſent pleniores, & nigriores. quia illis ita ſe habẽtibus, venã interiorem in cubito ſecari procurarẽ, vel ſaltem mediam, ſanguinẽ verò ſatis copioſum effluere permitterẽ, (habita tamẽ ratione & qualitatis ſanguinis & virium nobilis iſtius mulieris) tum ad aperiẽdas viſcerũ & venarũ obſtructiones, tum vt eorũ locorum igneus calor aliquãto facilius poſſet difflari, vel, vt aiũt, euentari. Mox verò vbi paratius ad vacuationẽ vide-

D retur & fluidius factũ corpus, vlterius purgandum eſſe cẽſerem: in qua purgatione hũc ſcopũ ſpectandum exiſtimarẽ, nempe vt tum crudi & craſsi, tum exuſti humores educerẽtur. Vterer ergo rhabarbaro in hũc modum parato: vt accipiãtur rhabarbari ʒ.i.s. ſchœnanthi ℈.s. aſpergantur pauco viuo albo aromatico, deinde infundãtur ſubſcripto decocto macerãda: accipe foliorum ſenæ ʒ.ij. polypodij, epithymi ana ʒ.i. radicis dulcis ʒ.ij paſſularũ ʒ.ij. prunorum ſebeſt. an. quatuor, florũ boraginis, bugloſ-

E ſi, violarum ana ʒ.i. miſ. & fiat decoctum ex arte, in cuius ℥ iiij. maceretur rhabarbarũ, & deinde coletur & exprimatur, ac illi addantur ſyrupi roſacei ſolutiui ℥. iiij. mannæ electæ ℥.i.s. miſ. & fiat potio. Quòd ſi videtur medico, qui naturę iſtius mulieris peritior eſſet, quod eius aluus eſſet adſtrictior, quã vt poſsit purgari ſimili medicamẽto ſatis facili, addi illi poſſet ʒ.i. aut altera cõfectionis Hamech. Hoc itaq; modo inanirẽ purgarẽq; nobilem illam mulierẽ, vt tamen exquiſitius hæc præſenti & prudenti

F medico æſtimãda, ſicut ratio exigit, relinquamus, & an ſatis ſit, ſemel illam vacuaſſe, vel ſępius. Putarem deinde poſt purgationẽ operæpreciũ facturũ medicũ, qui huic curationi præeſſet, ſi poſt vniuerſum corpus probè inanitum purgatũq;, illi aquas aliquarũ thermarũ bibẽdas exhiberet, mihiq;, poſtquàm Aquarianæ ibi in vſu ſunt, & in promtu etiam, quas illa cõmodiſsimè domi aſſumere poſſet, eæ etiam probarẽtur, quibus & vẽtriculus expiari poſſet, firmariq; & roborari, apeririq; obſtructio-

G nes tum aliorũ viſcerum, tum maximè venarũ, quę in meſenterio ſunt, quas multas eſſe puto. neq; me iecoris calor, quãuis inſignis, deterreret, cũm illi occurrere facilè poſsimus, tum ratione victus aliquãtiſper refrigerãte & humectante, (cibis præſertim) tum aliquibus illinitionibus, aut fomẽtis itidẽ refrigerantibus quæ non eſt in præſentia, cur recenſeam, cũm hæc paſsim omnibus manifeſta, & nota.

Illis

Illis autem aquis expiabuntur venę in meſenterio, & abluentur ab eo humore melancholico, quo ſunt refertæ, & ex apertis obſtructionibus facilius diſſlabitur, ſi quis erit reliquus importunus in illis partibus calor. Quia verò interdum id genus affectus nimis pertinaces ſunt, neq; facilè remedijs, vel etiam efficacibus, cedunt, ideo poſtremò, niſi iſtiua mali importunitas ſuperari his auxiliis poterit, tandem ad cauteria, vel vt vulgò dici ſolet, ad fontanellas in cruribus excitandas deuenirem, quæ aliquátu tempore aperta ſeruarentur, imò etiá diu.

CONSILIVM III.

Dolor capitis hemicranius, ex intemperie frigida cerebri, cum materia pituitoſa: Aurium tinnitus.

Mirum nõ omnino videri oportet, ſi nimis pertinax videátur tam hemicraneus dolor, quã etiam auris ſtrepitus, quibus nobilis & ſtrenuus iuuenis adeò moleſtè cruciatur. vtrũq; enim morbi genus in his ſemper habitũ eſt, quæ cùm altius fixere radices, difficilè repellas, & diuturni euadant. ſed & difficiliores etiã medicis abſentibus ſe exhibẽt, vt & cognoſcantur, & curẽtur. ego tamen nitar, ſuperata, quo ad per me fieri poterit, omni difficultate, qua ratione ſit curatio inſtituenda, literis mãdare. Sed quia prima, & pręcipua indicatio à morbi natura primùm depromẽda eſt, quę priores ſcopos, atq; qualitatẽ remediorum nobis oſtẽdit, ideo de natura tum doloris, tum ſibili primùm habebimus ſermonẽ, vel potius de affectibus à quib⁹ concitátur dolor, ſibilusq;. Cùm ergo hęc quidem mera ſymptomata ſint, pertinentia ad actiones læſas: affectus verò illi ſint, qui nobis curationis rationem oſtendunt, non aũt ſymptomata: Si rectè examinare voluerimus ea, quæ narrátur, tanquã quæ occaſionẽ iſtiũs morbi præſtiterint, puto à frigida intẽperatura hæc omnia mala ſuum habuiſſe ortũ, & ea quidẽ cũ materia, vt arbitror, pituitoſa, quę in flatũ ab imbecilliori calore cõuerſa, & ſibilos concitat, & per quaſdam periodus vehementẽ illum dolorem. Sed illud ſubinde diſcutiẽdum eſt: nam hactenus mihi res ſatis clara videtur: quòd (cùm hyemis tẽpore cõtractus fuerit is morbus, cauſæq; potius præceſſerint, vnde ille maximè potuerit refrigerari, nẽpè & aer frigidior, abſq; ignis vſu, præter conſuetudinem Germaniæ, vbi iniuriæ frigoris hyberni vſu ſtuſarũ, vt aiunt, occurrere ſolent: & abſtinentia à vino, potusq; ceruiſiæ, in qua vt reor non eſt ea facultas, vt perinde calorẽ natiuũ fouẽre poſſit, vt vinum:) rationi videtur cõſonum, frigidum potius, quàm calidum, morbũ fuiſſe cõtractum: cui accedit, quòd iam diuturnior eſt effectus. plerũq; verò diuturni affectus frigidi etiam ſunt. vnde hoc cõſtituto: ſubinde, vt diximus, diſquirẽdum eſt, cũ ſymptomata hæc ad caput ptineát, vtrũ ortum habeát à ꝓprio aliquo capitis, vel cerebri affectu, vel potius alterius cõſenſu caput malè afficiat. Sed cũ adeo diuturnus ſit factus is affectus, adduci nõ poſſum, quin credam (licet potuerit inter initia aliunde habuiſſe occaſionẽ) in præſentia eſſe primariũ: quàuis forſitan aliquod fomentũ adhuc poſsit habere à ſubiectis partibus. ſuadet mihi & hoc: quia, licet pileo, & aliis capitis indumentis vtamur hyeme ad arcẽdam frigidioris aeris iniuriã: non poſſumus tamẽ, ſaltem ratione faciei, ita illud tueri, ſicut

A alias partes. vt & id addamus, quòd aer, qui inſpiratur, cùm frigore inſigni præditus eſt, per nares primùm ad caput, & cerebrũ attrahitur, atq; ita poteſt temperiem cerebri, & vniuerſi capitis facilè immutare. Refrigerato itaq; cerebro, fit calor natiuus imbecillior. Vnde non probè ab ipſo cõfecto proprio alimento, cruda gignũtur excremẽta, quæ apta materia ſunt, vt in flatum vertantur, qui deinde cauſa eſt vtriuſq; ſymptomatis. Nam ſi ad inſtrumenta
B auditus feratur, inæquali ſuo motu in illis modum cuiuſdam obſtrepeſcẽtis & ſonantis rei refert: ſin aũt ad membranas interiores, vel externas capitis, & cerebri, eas diſtendit, & diſtendens quaſi dilacerat. vnde & tenſiuus dolor eſt, & ex nimia tenſione videtur, ac ſi caluaria infringeretur, cùm tamen os ſenſus ſit expers, neq; doloris ſit particeps. Vnde ex diſtenſione, dilacarationeq; membranarũ & venarum, vel arteriarũ, pendet vniuerſa hæc doloris ratio: cùm neq; cerebrũ ſentiat, aut parum ſaltem
C ſentiat. vnde quãtum ad curandi rationẽ pertinet, putò eam vniuerſam à duobus generalibus ſcopis, vel potius tribus eſſe petẽdam: nimirũ vt primùm vniuerſum corpus, (nempe vt fomẽtum capiti ſubtrahatur:) ſubindeq; & caput particulatim purgãdum ſit: deinde verò, vt intemperies frigidior & humidior remoueatur, & tẽperetur: tertiò vt illi facto imbecilliori robur addatur. & quãuis fuerit antea ſatis expurgatum valentibus, accũmodatis tamen medicamẽtis: quia tamẽ, dum intemperies manet,
D dum morbus affligit, & ſomnus intercipitur, & animus turbator ex diuturna corporis moleſtia, ſemper aggeritur excremẽtoſus humor, tum pituitoſus, tum melancholicus, qui fouet affectũ, & auget ſymptoma: præter vſum pillularum cochiarũ, arabicarum, & id genus aliarũ, quibus excellentiſſimi illi medici vſi ſunt, & aptè quidem: quæ etiã repetitæ poſſunt eſſe vtiles. mihi maximè probaretur vſus hieræ illius à Scribonio Largo in ſuo libello de medicamẽtis deſcriptæ, ac in Pachium relatæ, quã
E diacolocynthidos appellat. eiuſmodi enim hieræ maiores erãt quaſi ſacra ancora, ad quam tandem, alijs nõ conferẽtibus, in diuturnis morbis antiqui medici cõſugiebãt: & mihi in ſimilibus affectibus, cùm ea vſus ſum, res ſæpius feliciter ſucceſsit. illa verò in hunc modum vterer, vt accipiamus illius ℥.s. floris, vt aiunt caſsiæ, ʒ. v. quibus ſimul miſtis, conficiantur boli, qui deaurẽtur, ea magnitudine, qua facilè deuorari poſsint. ſed prius aliquos exhiberẽ ſyrupos, quibus humor is pararetur ad faci-
F liorem purgationem, & aliquam vim haberẽt, vt & flatus diſcuterẽt, & intemperiem corrigerẽt: quales eſſent, ſi acciperemus ſyrupi ex betonica ſimpl. ex ſtæchade ſimpl. & ex cichorio ſimpl. ſingul. ℥ a. qui decocto facto item ex betonica, boragine, & maiorana, & cichorio, diluerẽtur. nec mihi ſatis vna purgatio eſſet, ſed & altera & tertia. atq; ita commodè inanito corpore, aut his, aut ſimilibus medicamentis, quæ erunt moderanda pro ratione temporis, & natura affecti corporis: mihi probaretur, ſi caput
G particulatim vacuaretur, tum errhinis, vel vt iuniores aiunt, caputpurgiis, tum verò apophlegmatiſmis, vel, vt aiunt, maſticatoriis, in quibus vis eſt pituitã de capite detrahere. & de errhinis quidem ne verbum quidem faciam, cùm videam, medicos illos, neq; hæc prætermiſiſſe. maſticãda verò darem primùm quidem maſtichem ſimplicẽ, cui mox adderem, aut piper, aut zingiber, aut ſtaphim agriam:

tandem vterer maſticatorio, quod deſcripſit Galenus ex Archigene. aſſumit aũt ex melle cocto ſtaphim agriam tritam ad cõſiſtentiam, qua mãdi poſſit quod medicamẽtum diutius maſticatũ, ac ſubinde excreta per ſputum pituita, quæ ad os detrahitur, poteſt valenter caput purgare. ſed non minoris momẽti eſt, robur cerebro & ventriculo, & tandem corpori vniuerſo addere. Ego verò hoc negotium tractarem tam his, quæ interius aſſumenda, quàm illis, quæ exterius ſolent adminiſtrari. interius quidem, pręter multas appellatas cõfectiones, vt eſt aromaticum roſaceũ, vel caryopyllatũ à Meſue nũcupatum & diamoſcum dictum, ego ab hoc inciperem. acciperem enim flores roris marini ſaccharo conditos, item & conſeruam, vt aiunt, betonicæ, præterea & cortices citri itidem conditos, & myrobalanos chebulas emblicasq; cõditas, præter ea verò & ſacharum roſaceum, & boraginaceum, ſingul. autem ℥.s. & omnia miſcerem in mortario: addito tamen ſyrupo ex betonica confecto, quantum eſſet ſatis, vt ad formam (vt aiunt) electuarij mollis deduceretur: cuius mane è lecto ſurgẽti ℥.s. comedendam darem: ac tantundem ſerò dormituro. mihi quoq; probaretur aliquando vſus Mithridaticæ antidoti, vel Theriacæ. Exterius aũt caput interdum lauarem ex decoctis, in quibus vis eſſet digerendi, deſiccãdiq;, & roborandi, vt ſi acciperemus betonicam, ſtæchas, aſarum, ſampſucum ſeu maioranam, ſaluiam, ſenam, flores chamemeli, anethum, roſas, germina rubi, & his omnibus ex lixiuio decoctis, caput lauaretur, ac pro ſapone fruſtũ aliquod agarici fricaretur. nec modo hoc medicamento vterer ad loturam capitis, verùm & eodem interdum pedes lauarem, & tibias. Particulatim verò & aurium ſibilo ſuccurrendum his eſſet, quæ attenuant, & flatum diſcutiunt: vt tamẽ in his, ac ſimilibus omnibus ſit à leuioribus incipiendum, & paulatim, gradatimq; aſcendendum ad fortiora: vnde oleum amararũ amygdalarum tepidum inſtillatum optimum eſt, deinde irinum, tandem & rutaceum: his interdum & raphani ſuccum addimus. præterea fotus aurium ex decocto abſinthij aptiſſimum eſt medicamentum. his autem fortiora ſunt nigrum veratrum ex his oleis, vel ex aceto inſtillatum. quidam & caſtorium laudant, nec abſq; ratione Poſtremò verò nec hoc videtur prætermittendum, quòd ſi aquæ Thermarum aliquæ ibi cõmodæ eſſent, ac propè haberentur, quę tum nitroſæ, tum ſulfureæ, & ex parte aluminoſæ eſſent, vel ſimiles Patauinis noſtris, vel Porretanis, ego earũ vſum plurimùm laudarẽ, ſi & biberẽtur, vt ibi hic cõſueuere, & deducerẽtur ex alto in caput calidæ; ſi etiã eis aures fouerẽtur: & ſi in illis lauaretur, habita tamen alioquin ſemper cuſtodia iecoris, ne nimis calefieret: eo nempe fnto, aut illinito medicamentis frigidioribus, ne nimis incaleſceret.

CONSILIVM IV.

Dolor capitis tenſiuus, ex intemperie frigida & humida cerebri: ventriculo ſimili intemperie affecto: Hepate verò calido & ſicco: adeſt ſputum copioſum ac tenue, dolor articulorum, laſsitudo totius corporis.

QVamuis nõ admodum facilè ſit ex adeò breui & ſuccincta narratione, tam longi, tamq; [A] varij affectus exactam, tam curãdi, quàm etiam cognoſcẽdi rationẽ inire: ſcribam tamen quo melius & breuius potero. Accipiam aũt tanquam poſitum & conſtitutum, ætatem mulieris eſſe vigentẽ, temperaturam verò ad calidum vergere, ſi de natiua ſit ſermo: vt tamen in alia cõtrarietate non ſit conſpicuus aliquis notabilis exceſſus: nempe in humiditate, vel ſiccitate. quãuis in præſentia vi horum affectuũ, qui illam tamdiu exercuere, nõ parum à [B] natiua, & priori, præſens degenerauerit. cùm enim adeo gracilis, & attenuata euaſerit: longe ſiccior factus eſt corporis habitus, & fortaſſe, redũdantibus multis frigidis & crudis excremẽtis in vniuerſum corporis habitũ, frigidior. Accipiam præterea ventriculum non parũ illi fuiſſe & frigidum ſuapte natura. nam acidi ructus non modicũ illius particulę frigus referũt: acida enim pituita, vnde illi ortũ habuere, dulci & inſipida frigidior eſt. qui quidẽ ventriculus poſt hos varios, & diuturnos affectus, [C] longè frigidior eſt redditus. aquea namq; illa pituita, quæ in tanta copia ab ore cõtinenter profluit, quãuis aliqua ex parte poſsit in tenuẽ & frigidã deſtillationem à capite deſtillantẽ referri: pręcipuam tamen ſui ortus rationẽ à crudiori, & frigidiori ventriculo habere exiſtimo. cor verò, iecurq;, & cerebrũ calida eſſe, adeò euidentibus notis & argumentis oſtendis, vt tibi aſſentiri cogar. his tamẽ addiderim, quòd caput, aut natura (quod potius crediderim) aut alia alioquin ratione imbecillũ illi fuerit, [D] vt tãdem hæc omnia incõmoda poſsint tum vẽtriculo, tum cerebro referri accepta. Puto præterea dolores illos capitis, qui illi inter initia per longiores periodos, poſtea verò per breuiores plurimùm fuere moleſti, non habuiſſe occaſionem ab aliquo proprio cerebri, vel capitis affectu, niſi quatenus caput erat, aut natura, aut aliam ob cauſam imbecillum: ſed aliquo cum ventriculo conſenſu affici ſolitum eſſe, & id apertè demonſtrat, quod ieiuno dolor ſedabatur, digeſta, aut concocta ea materia, quę [E] dolorem fouebat. ſed neq; fomẽtum illud calidum, bilioſumq; fuiſſe arbitror, quia potius dolor fuiſſet à ieiuno irritatus, & exacerbatus, quàm ſedatus: ſed magis frigidum ſua qualitate referẽs affectum, vel intemperaturam ipſius vẽtriculi, vnde ortum habebat. Verùm quia plerũq; aut fortaſſe ſemper, ſymptomata, quæ per periodus ſolent cõcitari, ſequuntur congeſtionem alicuius excremẽtoſæ materiæ in aliqua particula, quæ non poteſt in ea copia ibi cõgeri, vt offendere valeat, niſi in certo quo- [F] dam temporis interuallo: citius autem, aut tardius congeritur, quatenus cauſæ illius excrementi generandi fortiores & maiores, vel minores & infirmiores fuerint: non mirum fuit, ſi intermiſsiones inter initia longiores erant, & dolor eò iam minus acerbus, poſtea verò dolor increuerit, & ſine vlla intermiſsione affligit: cùm imbecillitas ex diuturna afflictione ſit facta maior, & intemperatura ventriculi ſemper ſit aucta: præſertim verò poſtquam fuit tradita viro. nam venus, & animi perturbatio- [G] nes, quæ curarũ rei familiaris ſolent comites eſſe, non minimã vim habent id genus mala fouendi & augendi. his addamus, quòd affectus, quem ſequitur dolor capitis, quemq; non primarium ab initio fuiſſe indicauimus, in præſentia, quamuis non minus, immo magis à conſenſu cum ventriculo foueatur, iam & primarius factus eſt, atque ita, vt nũc fortaſſe magis dolor is ortum habeat à capitis intempe-

temperatura cum materia, quàm à conſenſo capi-
tis cum ventriculo. quòd autem res hæc ita ſe ha-
beat, oſtendunt dolor primùm continens & perpe
tuus, & ſine intermiſsione: præterea grauitas capi-
tis indeficiẽs, & cum tenſione. grauitas enim, vt tra-
didit Gal. a. de compoſ. medicamen. ſecundum loc.
præſentem materiam indicat. cùm verò cum diſtẽ-
ſione eſt, indicio eſt, quòd aut præ copia, vel multi-
tudine, aut propter flatũ, in quem conuertitur, mẽ-
branas præſertim diſtendat. Et quia in capite cere-
brũ, & eius membranæ continentur: cerebrum ve-
rò, aut omnino ſenſu vacat, aut ſi ſentit, languidè
ſentit: cùm tamen mẽbranæ ſint exquiſiti ſenſus,
(de tactu loquor, ad quem dolor attinet) vt etiam
vaſa, quibus plurimis illæ ſunt præditæ: ideò puto
locum doloris, & illius affectus, vnde prodit dolor,
eſſe primùm mẽbranas. quibus & hoc adiiciamus,
nempe, quòd in nobili hac matrona aliqua ſympto
mata notari poſſent, quæ potius in aliquam cõmu-
nionem cum iecore referenda ſint, quàm cũ capi-
te & ventriculo. quia multus ille humor tenuis, &
aqueus, crudusq́; ab ore profluens, multam in v-
triſq; his particulis progigni, & congeri continen-
ter pituitã oſtendit: idẽ & grauitas capitis inſinuat.
& his addiderim diſtentionẽ. Hæc autem, cùm nul-
lam præterea legerim mentionem factam de ſpu-
to, vel pituita ſalſa, non poſſunt poni in cauſis vigi-
liarum, quæ adeò continenter illi ſunt importunę:
ſicut neq; ſenſus illius punctionis, vel pruritus, qui
in capite nonnunquam excitatur. punctio enim, ſi
Gal. credimus eodem loco, acrem materiam ſignifi
cat. Vnde referrẽ io calidum iecur, & iam ſatis inſi-
gniter ſiccum, à quo vapor calidus & ſiccus, & ali-
cuius acrimoniæ particeps, ad caput elatus, cere-
brũ deſiccans, & quaſi pungens, præſertim verò
mẽbranas illas, excitat, & quaſi pungentem dolorẽ
illis affert. ſed eò iam peruentum eſt, vt manifeſtus
iam appareat circulus ille, cuius meminere Gal. &
Auic. quippe cùm & caput ex materia ad ventricu-
lum deſtillante foueat & augeat illius affectum: &
ventriculus per multos vapores à cruditatibus ge-
nitos caput continenter repleat & afficiat. atq; ideo
iã adeò redundant excrementa in capite, vt ſi ita ta-
men res ſe habet, vt refertur, per aliam præterea viã
ea inceperit natura, vt caput exoneret, amandare:
nimirum ad articulos. Refertur enim quòd cæpit
ſecundum articulos dolere. ſed & iecur non deſi-
oit acres, calidosq́ue, & ſiccos vapores, vel ichores
capiti ſumminiſtrare, qui & vigilias immodicas
concitant, pruritumq́ue, & quaſi pungentem do
lorem. In idem autem iecur aliquando factum ca-
lidius, tum ex ſuperius explicatis cauſis, tum verò
ex aliquibus obſtructionibus, quarum, nunquã ad-
duci poſſem, vt credã, ipſum eſſe expers, referrem,
cùm ita caleant volę manuũ, & plantę pedum, quo
tempore cibus in ventriculo coquitur. eũ enim eo
tẽpore interius reuocetur natiuus calor cũ ſangui-
ne, & ſpiritus refugiat ad interna viſcera, vt conco-
ctioni præſto ſit, ſecũ calidos, & acriores vapores à
iecore procreatos ducit: vnde partes circa iecur, au
cto eius calore, incipiũt æſtuare: præſertim cũ pro-
pter obſtructiones cõgruenter nequeãt difflari. Ne
mo aũt nõ nouit, quòd illis, qui calidiori ſunt ieco-
re, ſemper ferè præ aliis volæ manus nõ parũ calẽt.
& hęc etiã mihi cauſa videtur, quòd ita facilè, & fre
quẽter à febribus corripiatur: nimirũ propter calo

A rem & ſiccitatẽ iecoris, & viſcerum obſtructiones.
Cur verò multam ſæpè laſsitudinem percipiat, at-
que eam vniuerſi corporis imbecillitatem, vt videa
tur facultas motrix ita languida fieri, vt neque con
ſiſtere valeat, ſed diu decumbere cogatur: puto
multas reperiri poſſe rationes. primùm ex quadã
laxitate articulorum, & neruorum ob aliquam te-
nuem materiam ad eos deſtillantem: deinde, & de-
fectu ſpirituum, qui omnium facultatum ſunt fo-
B mentum. deficiunt verò ſpiritus, quia paucus gi-
gnitur ſanguis bonus, vnde illi ſint generandi, &
corpus alendum: & id, propter intemperiem viſce-
rum adeò inęqualem, & vitiatam. atque inde etiam
fit, vt ita gracileſcat, & macie ſit confectum corpus
vniuerſum. caret enim alimento idoneo ad alen-
dum, cùm ventriculus ſit crudus, iecur verò, ſi ali-
quid illi affertur, quod poſsit ſuperare, illud aſſat
magna ex parte, & torret. His itaque in hunc mo-
dum expoſitis, & acceptis tanquam conſtitutis,
C nemo eſt vel modicè in arte medica verſatus, qui,
ſiue ad morbi diuturnitatem reſpicere voluerit, ſi-
ue ad contrarias affectiones, quibus laborant tria
hæc viſcera, non etiam facilè ſit iudicaturus, diffi-
cillimum eſſe hoc negotium, & quod non poſsit
niſi longo tempore, & multa patientia, atque etiam
diligentia, & prudentia confici. vt tamen hæc non
ita accipiantur, quaſi exiſtimemus deſperandum
eſſe de eius ſalute, nam viridis adhuc & vigens æ-
tas, atq; prudentia mulieris, non paruã nobis ſpem
D de conualeſcentia præſtare poſſunt. Exponamus
ergo præſtantiorem illam rationem, & viam, qua
putamus faciliùs & aptiùs matronam hãc nobiliſ-
ſimam ab his importunis incommodis poſſe libe-
rari. Et quia vniuerſa curandi ratio duobus præci-
puè innititur fundamentis, natura videlicet affe-
ctus curandi, & natura particulæ affectæ: & vt non
eſt vna pars, quæ male affecta eſt, vtpote caput, vẽ-
triculus atque iecur: ita multiplices ſunt affectus,
non modo varij, verùm etiam inter ſe aduerſarij:
E cùm primæ duæ particulæ frigida quidẽ intẽperie
præſertim laborẽt, ſed pręterea, ni fallor, & humida
cũ materia, iecur verò procul omni dubio calida &
ſicca, itidẽ cũ materia: quę ſanè intẽperatura ab ob
ſtructionib. quę & ipſæ in morbis poni poſſunt, fo-
uetur: ſtatim hi primi inſurgũt ſcopi, nempe, quòd
primũ materia, quæ tẽperaturã fouet, ſit detrahen-
da: nec modò illa, quæ in morboſis particulis iam
cõprehenſa eſt, verũ & illa, quæ digeſta eſt per ve-
nas in habitũ corporis diſperſas. vnde cùm ſemper
F ante vacuationę particularẽ vniuerſi corporis, ſi il-
lud cacochymicũ ſit, vel plethoricũ, ſua ſit habẽda
ratio, nõ modò primũ particulę affectę ſunt inaniẽ
dę, verũ & corpus vniuerſum: deinde verò intẽpe-
ries corrigẽda, & immotãda: tertiò particulis factis
imbecillioribus robur addẽdum. At verò quoniã vi-
tioſa materia, ſi cruda fuerit, neq; facilè, neq; probè
educi poteſt, niſi paretur ita, vt vacuationi nõ relu-
ctetur, ideò poſtremus itẽ inſurgit ſcopos, materiã
nimirũ aptis, & idoneis inſtrumẽtis medicis para-
G re ad vacuationẽ, vel etiã coquere, ſi ſit cõcoctionis
capax. qui quidem poſtremus ſcopus, quãuis, ſi ad
propoſitũ medici ſpectauerimus, re vera ſit ratione
poſtremus, in ratione tamẽ operãdi primus occur-
rit: pręſertim verò in hoc noſtro negotio, in quo nul-
la videtur ratio, quę nobis ſuadere poſsit ſanguinẽ
eſſe mittẽdũ, cuius detractio nullã plerũq; præpara-

tiooem vacuaodæ materiæ exigere videtur. in hoc
enim corpore taota macie,& tam dioturno morbo
coofecto,& tot præterea cruditatibus referto,nun-
quam auderem vel meminiſſe miſsionis ſangoinis.
Primùm ergo à præparatiooe excrementitiæ mate
riæ coratiooem inchoarem, ita tamen, vt ſi multæ
eſſent in veotriculo, & primis venis ad illum, & ad
inteſtina pertinentibus, cruditates, (ſicut multas
eſſe arbitror) prius eas facili, & leni medicamento
detraherem. vode aotequam qoidpiam aggrede-
rer, molliter lenirem aluum, exhibita ℥.i. caſsiæ,ad-
ditis ℈.iiij. poluerum hieræ dialoes; quæ ſimplex
Galeni nunc appellatur: hæc rédácta in bolum de-
uoranda ante praodiom darem: niſi fortè tormina
timerentur, quæ non facilè timerem, quando illi
hiera eſſet immixta. ſi tamen timereorur, ego ℥.I. s.
electuarij lenitiui, vel diacatholiconis vel aliqoo ſi-
mili medicamento omnino aluom leniremiqoa le-
nita, oegotium aut ſyrupis, aut decoctis aggrede-
rer, io quibus noo modò rationem haberi vellem
affectuum, & cauſarum, verùm & particularũ ma-
lè affectarum. qnare maximè probarem, ſi accipe-
reotur ſyrup. ex ſucco betonicæ confecti, item ſim-
plicis ex cichorio atq; roſacei receotis, ſingulorum
℥.s. diluerentur verò ex decocto boragiois, abſyo-
thij, & endiuiæ qoantũ ſatis videretur. quòd ſi hos
ſyrupos non admitteret, decoctis ex cichorio, be-
tonica, abſynthio, boragio, fumaria agerem, quibus
addi poſſet aliquantum ſachari, aut etiam mellis
roſacei, & his aſſumtis, quatenns prudenti medico
videretur eſſe ſatis, pararé idoneũ medicamentum
ad exinaniendom corpns ab excremẽtis, vt tamen
ſemper à violentis, & valeotibus medicamentis eſ-
ſet cauendum. & mihi aliquod ſimile eſſe proban-
dom videretur, nempe, vt prios ſimile pararetur
decoctum, acceptis ʒ.iij. aut etiam panlo minus ſe-
næ, radicis autẽ dolcis, paſſularumq;, ſingulorum
ʒ.ij. ſeminum citri decorticatorum ʒ.i. ſebeſten tri-
bus nomero. his ex aqua vel communi, vel fuma-
riæ decoctis, ac colatis, acciperẽ illius decocti ℥.iij.
in quibus demergerẽ rhabarbari, agaricíq; vtriuſ-
qne optimi ʒ.i. ſchœnanti verò, ac ziogiberis, ſingu
lorum ℈. s. vt tamen aliquantulo vino aromatico
hæc prius aſpergãtur, quibus omnibus mixtis per
noctem, fiat eorum infuſio, & maceratio: dein deq;
excolentur, & exprimantur: humore expreſſo di-
luãtur ℥.iiij. ſyrupi roſacei ſolotiui exbibeatur ma-
nè tẽpaſtiuè, illis ſeruatis, quæ ſeruari ſolent, quan
do ſumuotur medicamenta purgantia; poſtera au-
tem die ℥. s. ſachari roſacei comedeodam ſommo
maue darem; deinde per vnam vel alteram diem
permitterẽ, vt ab omni re medica quieſceret. Poſt-
modùm aotem conſiderata vacuatione, & collata
cum ea, quę prios iudicata fuerat excrementorum
copia, deliberarem, qua deinceps ratione eſſet oe-
gotium tractandum. quia ſi nõdom videretur cor-
pus expiatum, quantum excrementorum copia
expoſceret: illis eiſdem decoctis, ſyrupiſue repeti-
tis, ſimile item medicamentum pararem, vel pillu-
lis aggregatiois iterum purgarem. Corpore autem
rectè expurgato, particolatim caput leni & facili
aliquo remedio niterer exinanire: & quia caputpor
gia vel errhina atq; etiã ſternntatoria, mihi magis,
& violẽtios exagitare vidẽtur, quàm fortaſſe poſſet
corpus hoc facilè ferre: ideo potius maſticatio pro-
baretur: præſertim cùm natura ad palatũ, & os co-
A piosam materiam ſpoote ſoa impellat. primùm ao-
tem ex ſola maſtiche maſticatorinm pararé: poſtea
adderem tantillum zingiberis, vel pyrethri, vel ali-
cuios alterios iſtios generis medicamenti: quę ma-
nè, tantùm inter initia, manderet ante prandiũ per
aliquot horas: cui rei cum aſſueuiſſet, idipſum po-
ſtea veſperi ante cęnam non ſine emolomento fie-
ret. Interim neq; ea prætermittenda eſſe putarem,
qoę ad roborãdas particulas accommodata eſſent,
B ſiue intrò per os aſſumerent ſiue extra aſſumeren-
tnr. interius quidẽ eſſent ſimilia aliqua accipienda;
vt cõſerua betonicæ, florum boraginis, florum ro-
ris marini, ſingulorum aotem horum ℥.i. corticum
item mali citrij ſacharo conditorum, & carnis my-
robalanorum chebolarum, emblicarũ, ſingulorum
℥.s. omnia autẽ ſimul trita, & mixta, ſyrupo ex cor-
ticibns citri, quantum opportunom videretur, di-
lnerẽ, & manè ℥.s. darem. neq; etiam ab re fortaſſe
videretur, ſi taotundem vel paulo minus à cœna,
C cùm eſſet ſe ſomnò traditura, acciperet. interdom
etiam hac mixtura demiſſa, ʒ s. antidoti Mitridatiæ
vel Theriacæ, additis ʒ.ij. roſacei ſachari: interdum
verò pro his aromatico roſaceo vtiliter vteretur.
quia tameo corpus eſt, quod ſubinde, & qootidie
excrementa, ex eorum viſcerum intemperaturis
procreat, quæ neq; ita citò, neq; ita facilè poſſunt
corrigi, & temperari, ideo arbitrarer vtile fururum,
ſi aliquando per interualla aliquibus leuibos cata-
potiis, vel pillolis vteretur: nimirum ſi vnsm acci-
D peret, quæ ſcrupulum penderet, & eam manè po-
tius, quàm veſpere. mihi autem probarentur pillu-
læ, qoæ maſtichinæ dicuntur, vel quæ ex tribus cũ
rhabarbaro, vel quæ Aſſaieret cũ agarico appellan-
tur. ego tales ſæpe ſoleo parare. decoctum conficio
ex ſena, in quo rhabarbarum, & agaricum macero,
poſtea accipio myrobalanorum citrinarum, & che-
bularum ſingulorum contuſorũ ʒ.i. pulueris hierę
ſimpl. ʒ.vj. hęc omoia mixta in dilutum rhababa-
ri & agarici coiicio, ac relinquo donec abſorpſerint
E humorem, vel dilutum vniuerſom: poſtremò tan-
tùm reſinæ terebinthinæ, vel lariceæ liquidę addo,
quantum poſsit eſſe ſatis ad aſſomẽda, & ea omoia
ſimul componenda, atq; vt nunc dici ſolet, mag-
daleonem conficio, ex qoo formo pillulas, quæ pẽ-
deant ſcrupulum, quibus in ſimilibus occaſionib.
frequenter vti ſoleo: & ſi aliquando res difficilior,
& pertinacior videatur, in illo decocto ſenæ, addo
ʒ.i. interdum etiam paulo plus veratri oigri. Sed
præter hæc, exterois & topicis appellatis remediis
F rẽ hanc tractarẽ. nam vẽtriculum, & vniuerſum in-
feriorẽ ventrem ſimili quopiam oleo illinerẽ, foue-
remq; (excepto tamẽ dextro hypocondrio, cui ſub
iectũ eſt iecur) vt abſynthij, & maſtichino vel hoc,
qood mihi eſt in multo vſu: accipio olei amygdalã
rũ dulcium ℥.iij. cui tanrundẽ ſuperinfundo vini
albi tenuis, ſobdulcis: poſtea accipio comæ viridis
abſynthij partes duas, foliorũ cichorij partẽ vnam:
& hęc prius minutim inciſa in illud oleum demer-
go, qoãtũ cõmodè admittere poteſt humor ille, vt
G aptè coqui poſsint: eòqoo autẽ ad conſumtionem
vini, lento tamen igne, mox facta diligẽti colatura,
in oleũ iniicio maſtiches tritę ʒ i. pulucrum autem
aromatici roſacei ʒ.ij. qoæ probè miſcenda ſunt, ac
ita ſeruanda. Dextrũ verò præcordiũ delinirẽ oleo
roſaceo, quod cõpletum vocãt: vel aliud ſimili ferè
ratione, vt prins, cõficerem. acciperem oleum item
amygda-

amygdalarum dulcium, viniq́ue ſubdulcis tantun A
dem, quibus duas cichorei partes, vnam abſynthij,
incoquerem : his percolatis adderem puluerum
confectionis diatriou ſantalon ℥. iij. ceræ parum.
Caput lauarem lixiuio facto ex cinere iuniperi, nõ
tamen plurimum acri, cui præterea incoquerem
roſas aridas, flores chamæmeli, ſtęchas, betonicam,
verbeuam. ſenæ & myrrhi folia pro ſapone autem
caput fruſto aliquo agarici fricarem. Quamuis ne-
que hoc videtur prætermittendum, vt poſt mediũ B
Aprilem, aquas Aquarij, quæ inter Regium, & Mu
tinam ſcaturiunt, bibat, ea ratione, qua bibi ſolent
thermarum aquæ : nimirum quando alia remedia,
aut parum aut nihil profuerint. nam illæ aliquan-
to calidiores ſuut, quàm Villenſes : vnde & ad ro-
borandom ventriculum eſſent efficaciores : inſu-
per & ad aperiẽdas obſtructiones. minus verò Por
retanis, & noſtris etiam Patauinis calidæ, vnde &
minus calefacere iecur poſſent: imò maiorem refri-
gerationem ab ipſis ex apertis obſtructionibus ex C
pectarem, quàm calefactionem ab earum calore.

CONSILIVM V.

Intemperies frigida & humida cerebri cum tinnitu aurium: ventriculo cruditate laborante.

MOrbus, qui reuerendo huic patri moleſtus
eſt, non eſt curatu facilis, tum quia iam inue
tèratus, tũ quia eſt iu ſeneſcẽte corpore. Sed D
& in vniuerſum morbi, qui in ſenſuum inſtrumeu
tis excitaotur, cùm in longius protrahuntur, cura-
tionem non facilè admittunt. præterea verò mihi
foueri videt̃ partim ex cruditate ventriculi, ex qua
multa indies generatur pituita, quæ per venas de-
lata iu totũ corpus, (hoc enim indicat vrina, quæ
plerumq; alba inſpicitur) caput etiam replet : par-
tim, quòd ventriculus non probè concoquẽs, mul-
tis elatis crudis vaporibus, huic affectui fomẽtum
continuè ſubminiſtrat. Quò etiam accedit, quòd E
caput iam imbecillum factum (quod eo argumẽto
maximè indicatur, quia á leui quocunque ſtrepitu
lædi videtur) excrementa multa generat, quæ cùm
apta ſint, vt facilè in flatum ab imbecilli illius mem
bri calore vertantur, couſeruant & diu fouent ſi-
bilum aurium. pars enim illa, quę auditui deſeruit,
ab exterua cauſa, videlicet ab eo ſtrepitu. ex longa
illa & valida percuſsione mallei, plurimũ læſa fuit:
diſſoluitur namq; ratio inſtrumenti, & plurimum
debilitatur á vehementi, & nimium moleſto ſenſi- F
bili teſte Ariſtotele. Neque parum etiam obfuit fę-
tor ille, ex latrina diu naribus exceptos á reuereo-
do Sacerdote, tum quòd caput ex eo repletũ, tum
verò quod affectum à vitioſa illius odoris qualita-
te. vt enim grati odores ſolent cerebrũ confirmare:
ita fætor eius vires diſſoluere. ſibilus autem, qui in
aurib. ab eo percipitur, ſymptoma eſt, quod excita
tur á ſpiritu flatuoſo ad organũ auditus delato, &
partim in cerebro, á pituitoſa materia attenuata ab
imbecillo eius calore, nec diſſoluta genito : partim G
verò á vaporibus, ex ventriculo ad caput tranſmiſ-
ſis foto. vt tandem vniuerſa ratio iſtorum, mea qui-
dem ſenteutia, ſit refereuda iu frigidã & humidam
cerebri intemperiem, tum propriam, tum ex con-
ſenſu ventriculi. Quàuis autem non ſit facilis cura
tionis hæc res: crediderim tameu poſſe eam curari,
modò ipſe diligentiam adhibeat, & præceptis ex-
cellentis medici, cuius curæ ſe commiſerit, pareat:
licet id & aliquo negotio, & nõ breui tempore fie-
ri poſſe putem. Rationem verò vniuerſam curatio-
nis in his tribus conſtituendam eſſe puto: nempè
in victus ratione : In totius corporis & capitis pur-
gatione: atq; in ratione eorum, quæ caput, & audi-
tus inſtrumentum poſsiut corroborare, eo videli-
cet flatu diſcuſſo, & Intemperatura capitis atq; in-
ſtrumẽti illius mutata & correcta. Sed á victus re-
cta inſtitutione ſumamus iſtius rei initiũ. victus er-
go facultatis attenuantis particeps ſit: vnde ea om-
nia vitanda ſunt, quæ craſſos, & crudos ſuccos gi-
gnunt, vt ſunt fructus omnes, quos horarios appel
lant, cucurbitæ, cucumeres, melones, & eiuſmodi
reliqua; item & olera, legumina, iure cicerũ rubeo-
rum excepto: carnes craſſæ, lac, caſeus, ac tandem
lacticinia omnia, bulbi, cępæ, ac ſimilia: vina poten
tiora, & ea quę craſſa & nigra ſunt: Aer etiã noctur
nus illi nocuus eſt, craſſus humidusq́;, nubiloſus
& caliginoſus. ſed & ventus illi caueudus, & ſol: at-
trahit enim & replet caput, cùm corpus plenũ eſt.
Somnus etiam meridianus, & exercitatio corporis,
& quodlibet ſtudium poſt cibum: exercitatio verò
ante cibum vtilis erit. ſed & triſtes animi pertur-
bationes, tumultus & ſtrepitus quantum fieri po-
teſt, declinandi ſunt. Habita autem diligenti cura
in victu rectè inſtituendo, ad corporis euacuatio-
nem tranſeundum erit, quamprimum per tempo-
ris conſtitutionem licebit. neque enim rem haud
aggrederer æſtuoſis his & canicularibus diebus.
Sed ante corporis generalem purgationem, aluum
facili aliquo medicameuto lenirem, ad tollendas
cruditates, ſi quæ ſiut in ventriculo, & locis com-
munibus, quæ etiam non eſſe uequeunt. Mihi ve-
rò hoc medicamentum maximè probaretur, vt ſca-
lpiantur fluris caſsiæ ℥ x. addins ℥. i. & media pul-
ueris hierę ex Aloe Galeni, & conficiatur bolus ac-
cipiendus per horam, vel circiter, ante cibum. Al-
uo lenita, ſuccedant ſyrupi. Vbi & mihi ſatis illi p-
bareutur, quibus ipſe antea vſus eſt. poſtea verò
purgandus erit: vbi mihi diaphœnicon cũ agarico
ſatis placet: ueque pillulæ, præcipuè verò cochiæ,
diſplicent. modum autem exhibendarum harum
medicinarum, & copiam nou deſcribam. melius e-
nim poterit excellentiſsimus medicus ea determi-
nare, qui ex ipſa experieutia maiorem habet natu-
ræ, & obedientiæ iſtius corporis peritiam, ac eius
facilitatis ad vacuationem. Neque mihi vnica va-
cuatio ſatis eſſet: ſed cùm iam morbus ſit inuetera-
tus, neque poſsit niſi maiori uegotio tolli, ego au-
derem vti hieris illis maioribus, quæ antiquis me-
dicis ſolitæ ſunt eſſe in frequenti vſu. inter quas
ego hiera, quæ diacolocynthidos dicitur, In inue-
teratis his affectibus frequenter, & cum felici ſuc-
ceſſu vtor. eius enim drachmas quatuor accipio,
& illi addo ſemunciam electuarij aut diacatholico-
nis, aut leniriui, aut caſsiæ, & per quatuor aut quin-
que horas ante cibum do deuoranda. His autem
peractis, aliquibus maſticatoriis niterer caput pur-
gare, leuioribus primum, ſicut maſtiche, cui dein-
de gingiberis aliquid adderem, vel pyrethri: vel
gargariſmatibus vterer: quæ quidem, quia notiſ-
ſima puto excellenti medico, ne Mineruam in-
ſtruere velle videar, ipſi præſenti hæc pro ſua
prudentia eligenda relinquam, quibus rectè ad-

miniſtratis, & in vniuerſum & particulatim pur-
gato corpore, ſi illi commodum eſſet, conſulerem,
vt ſe Patauium menſe Septembri transferret, a-
quasque Aponenſes & biberet, & ex alto in caput
dedoctas guttatim acciperet. nam id remedium
poſſet & caput & ventriculum valenter & robo-
rare & exiccare, diſcutereque flatus illos. Quo fa-
cto, erunt aliquæ confectiones adducendæ in v-
ſum, vt ſunt myrobolani chebuli conditi æſtate:
frigidioribus verò temporibus vtilis eſſet hæc:
ſi accipiamus ſaccharum roſatum, conſeruam flo-
rum roris marini, conſeruam betonicæ, cortices ci-
tri conditos, ſingulorum autem partes æquales,
tritaque omnia excipiantur ſyrupo roſato, & fiant
in forma, vt aiunt, electuarij, quo vtatur manè tem
peſtiuè, & ſerò cùm ſe ſomno traditurus eſt. Sed &
ſi interdum lauerit caput lixiuio, in quo bullierint
betonica, roſæ, chamæmelum, ſtœchas & alia eiuſ-
modi, neque id erit inutile. Multa præterea ſunt,
quę auri impoſita poſſunt eſſe vtilia, poſt integram
capitis vacuationem, vt ſi cum oleo amygdalarum
amararum, aliquid acerrimi aceti mixtum con-
quaſſaretur, & tepidum auri inſtillaretur: aut ſi ra-
dix cucumeris ſylueſtris incoqueretur oleo, quod
deinde inſtillaretur, aut ruta, aut aliquod ſimile: ef-
ficàx enim id remedium eſſet.

CONSILIVM VI.

Intemperies frigida & humida cerebri ſputo copioſo: ventriculus frigidus & flatulentus.

QVoniam omnis ferè curádorum morborum
ratio prima ſua fundamenta habet à cogni-
tione naturæ ipſorum. ideo hoc primum tá-
quam fundamentú vniuerſi iſtius negotij ſtatuen-
dum eſſe cenſeo, quod non ſit ſimplex affectus, de
quo ſumus in præſentia ſermoné habituri, quodq;
non vnica ſit ea pars, quæ laborat, ſed plures. Nam,
vt à capite incipiamus, hoc in primis cóſiderandú,
quòd multa inde deſtillat materia pituitoſa, ſuapte
natura frigida, & humida. qđ demóſtrat copioſum
illud ſputum & frequens, inſipidum autem, non
tamen admodum craſſum, neq; etiam plurimum
aquoſum & tenue. deinde quòd vétriculus factus
eſt, & fortaſſe ex nimio ſtudio, valde imbecillis, vt
tardè & ſatis imbecilliter cibos oblatos, quáuis etiá
bonos, poſſit cóficere: huic rei argumento eſſe po-
teſt multa illa copia mucilaginoſæ pituitæ, quæ có-
tinéter gignitur, atq; per clyſteres etiá interdum e-
ducitur. præterea verò & flatus multus, qui tú infe
riorẽ ventrem, tum verò & thoracé occupans, plu-
rimum moleſtus & grauis eſt. Quibus ita poſitis &
cóſideratis, non poſſum nó venire in hanc ſenten-
tiam, duas eſſe particulas, quæ ſunt malè affectę, &
primum ęgrotant: nempe cerebrú, & ventriculum:
atq; ita affectas eſſe, vt mutuo altera alteri⁹, vt pau-
lò pòſt exponemus, affectum continenter foueat
& augeat. & ideo res hæc maiori & diligentiori cu-
ra egere videtur, vt tolli poſſit. vtriuſq; auté parti-
culæ affectum eſſe puto intemperiem frigidam, &
humidam cú multa materia pituitoſa, quę à crudi-
tate vtriuſque particulæ ortum habent. Nam ven-
triculus factus frigidior, ex neceſſitate crudus eſt,
neque probè conficiens ingeſtos cibos, multa pro-
creat frigida & cruda excrementa. præterea verò &

A eádem ratione caput replere poteſt. ab imbecil-
liori enim calore multa attollitur euaporatio, quæ
facilè poteſt replere caput, quia vapor ille in caput
& cerebrum delatus, ibi concreſcens à frigore ce-
rebri, in frigidum humorem & pituitoſum con-
uertitur. Sed & cerebrum ipſum, præterquam
quod ſua frigida natura ſolet ſcatere frigidis excre-
métis, nunc frigidius factú, nequit cóficere, vt eſſet
opus, ſuum proprium alimentú & quicquid incó-
B coctum remanet, id in frigidú, & pituitoſum excre
mentú tranſit, quod poſtea ad inferiores partes de-
ſtillat, partim ad fauces, & inde exſpuitur: partim
verò ad ventriculú, (præſertim verò in ſomno) ac
illú laxat, & vlterius refrigerat. flatulentus verò vé-
triculus eſt, & eius flatus particeps interdum & pe
ctus fit, propter imbecillitatem caloris harum par-
tiú: præcipuè verò ventriculi. calor enim imbecil-
lis flatum plurimum gignit. Hæc eſt ergo vniuerſa
ratio iſtius affectus: cui ita cóſulendum eſſe & ſuc-
C currendum puto: nempè vt primum, quia propter
intéperaturá harum particularú continenter ex eo
cibo, quo corpus alendú eſſet, generatur & conge-
ritur multa pituitoſa materia, quæ hos fouet af-
fectus: impeditq; quo minus poſſit facilè ea intem
peries remoueri, accipiat floris caſsiæ ℨ.x. pulueris
hierę ſimplicis ℈.iiij. quibus miſtis facias bolum de
uorandum per horam, vel circiter ante prandium:
poſtea per tres ſubſequentes dies accipiat ℥.s. vel
circiter conſeruæ, vt ſolet, betonicæ: quòd ſi ea ca-
D reat, accipiat ſaltem ℥.i. ſyrupi ex betonica, me-
diá verò mellis roſacei: poſtea verò vellem, vt acci-
peret tres pillulas maſtichinas pédétes ℨ.i. ſummo
manè, quatuor ſaltem horis ante cibum. facta au-
tem ea leui vacuatione, mihi gratum eſſet pluri-
mùm, vt haberet ceratum ſubſcribendum, in corio
ad formam ſcuti extendendum, quod in itinere ſe-
cum ventriculo aſſixum deferret. cuius compoſi-
tio eſſet hæc: accipe olei abſinthij, de menta, maſti-
chini ſingulorum ℥.i. maſtiches pulueriſ. ℨ.s. ſpe-
E cierum aromatici roſati ℨ.ij. reſinæ & ceræ q.ſ. ad
compoſitionem cerati. vellem autem præterea vt
pillularum, de quibus hactenus eſt vſus, interdum
vnam accipiat etiam in itinere, ſi aliquando fuerit
otium quieſcendi per diem. ſed ſi ſingulo mane,
antequam equum aſcendat, acceperit rotulam vel
placentulam confectionis infrá ſcribendæ ieiu-
nus, non parum vtilis erit eius vſus, cuius deſcri-
ptio hæc erit: Accipe ſpecierum diarhodon Abba-
tis, aromatici roſati, diagalangæ ſingulorum ℨ.i.
F ſachari albi q.ſ. miſce, & cum aqua roſacea fiat con-
fectio in rotulis. Quòd ſi præterea & conſeruam
betonicæ ſecum detulerit, quam de more, pro ea
confectione acceperit, neque id inutile erit. Sed &
capiti etiam conſulendum eſt, vt & id exſiccetur,
& remittatur frigidior intemperatura. remitti au-
tem ea poterit, ſi aliquando caput lauetur lixiuio, in
quo hæc prius fuerint cocta: Accipe roſas aridas,
flores chamęmeli, folia betonicæ, ſaluię, maioranę,
ſenę, ſingulor. M.i. Optimum præterea eſſet, ſi pa-
G raretur puluis in hunc modum, vt accipiamus ſan
darachæ ℨ.ij. roſarum aridarum ℨ.i. maſtiches, ca-
ryophyllorum, ſingulor. ℨ.s. ex quibus omnibus
contuſis, fiat puluis, qui ſacculo, ex linteo tenui &
non admodú denſo confecto, concluſus in capite
ſub pileo feratur. Oportet autem, vt in ratione vi-
ctus ſit admodum diligens, præſertim in cibo &
potu.

potū. nā modeſtia iu his plurimùm vtilis ferè præ omnibus aliis eſſe poterit: vina potentiora, & quæ caput plurimum replere poſſunt, cauenda ſunt: neq; tamen ea, quæ acerba & cruda ſunt, vtpote ventriculo iniqua, aliquo modo admittenda. optima verò, quæ matura quidem ſint, non tamen admodum potentia, neque quę dulcia ſunt. cibi verò qui facilè à vētriculo ſuperari poſsint, quique neque multa humiditate ſcateant, vt fructus & olera: neque legumina, neque caſeus; neque piſcium multus vſus vtilis eſſe poteſt. Somnus etiam pomeridianus noxius eſt. Neque exercitatio tam corporis quàm animi poſt cibum poteſt quoquo modo eſſe vtilis; imò quàm maximè nocua. Verū cum iter facturus eſt, & equitaturus poſt prandiū, prandium ſit parciſsimum, cœna verò poſtea liberalior.

CONSILIVM VII.

Capitis dolor cum imbecillitate Ventriculi.

Bellocatvs.

GRauiorum ſymptomatum cōgeries ſtrenuū hunc virum affligere videntur: & quia magis inualeſcunt, diligenti cura opus habent. Patitur igitur ingentiſsimū capitis dolorem periodicū, qui quaſi comprimendo & conſtringendo affligit, adeò, vt dū affligitur, videatur perturbari caput cū ventriculo, adeò vt neq; loqui, neq; cernere poſsit: ſatis diu autem perdurat. Accedit etiam oculorū hebetudo, vt non niſi per certa interſtitia videat. nec odores etiam percipit, dum iſtis doloribus affligitur. Maxima etiam ventriculi imbecillitate laborat. Vnde ante paroxyſmum multa exſpuit, interdum vomit biliosa, interdum acida. Habitus totius eſt calidus & ſiccus. Aquas Lucenſes, de Villa (quæ frigidæ ſunt) aſſumſit, vt etiam ligni decoctum: à quibus adiutus non eſt: immò adeò offenſus, vt nullum æſtum circa caput perferre poſsit. Ventriculi intēperiem indicant excremēta liquida & aquoſa: licet interdum excernat bilioſa. Quia multùm laborante circa vomitum ventriculo attrahitur aliquid ab hepate bilioſorum, vnde os amareſcit, iecur omnino calidum fuiſſe exiſtimo, minus tamen materiæ, quia non videmus bilis copiam in excretis. nam bilioſa non vomit, niſi maximè compreſſo hepate. Caput calidum, non humidum: quia non emungit, & leui ſtrepitu excitatur. vnde naturali humiditate non abundare exiſtimo. Cordis eſt calidi. An verò habitus vniuerſus ſit calidus vel frigidus? Primò calidus fuit, ſed nunc per accidens ex cruditatibus & vigiliis frigidus effectus: nam multùm iuuatur etiam à calidis. Cur ergo dolor capitis frequentiùs inuadat, quàm antea, & ſatis diu teneat: nunc explicandum: Primò autem per conſenſum factum fuiſſe exiſtimo, quod multa exſpuitio ante paroxyſmum indicat: præterea quòd perpetuus non eſt: per eſſentiam tamen eſt imbecillitas ex longo tempore contracta, non quòd ibi aliqua ſit materia. Cùm autem dolor iſte intenſiſsimus ſit & grauatiuus, videntur membranæ internæ laborare, cùm circa radices oculorum laboret: externæ etiam per conſenſum interiorum. Materia autem eſt maxima ex parte pituitoſa, & melancholica. Quò enim morbi diuturniores, eò materiæ craſsiores. Huc accedit capitis compreſsio, quæ potius humori melancho-

A lico triboēdā eſt. Accedit tamē bilis aliqua, vehiculum humoris pituitoſi & melancholici. Vnde vapores iſti elati, in materiam cōuerſi, dolorē inducunt. Vertigine etiam laborat inclinato aut rotato corpore. Quòd verò remotiora non cernit, id paucitati ſpirituum attribuendum. Sunt enim ſpiritus inſtrumenta viſus, ſiue intùs ſiue extrà mittendo fiat viſio. Quod ad ventriculum & frequentem exſpuitionem: ea à frigido ventriculo prouenit, B laxato ſemper ventriculo, vt etiam aliæ multiplicentur materiæ.

Curatio affect⁹ videtur difficilis, vt q ſit antiquatus, & pręſertim cum à pręſtantiſsimis Medicis antea medicatus ſit, vnde cōtumacior reddit⁹ eſt morbus, ſumtis videlicet aquis thermalibus frigidis in ventriculi frigiditate. Ligni autem decoctum, licet calidum & ſiccum, non iuuat, quia longo tempore abſumit humiditatem ſubſtantificam ventriculi; vel quòd non eo modo, quo debuit, aſſumſit. Qua- C re curationem difficilem fore iudico. Cùm ergo præcipuus affectus ſit, ventriculus frigidus & humidus, illi primò occurrendum, non neglectis aliis viſceribus. Cùm autem materia ſit in ventriculo plurimum pituitoſa, melancholica & bilioſa, illa euacuanda: & cùm in venis ventriculo ſubiectis cōſiſtat, validis medicamentis opus non eſt. Lenienda aluus cum hiera & caſsia, vel lenitino. Diſſecarem materias ſyrupo de betonica, melle roſato, ſyrupo de lupulis, fumaria, de pomis: facto decocto D ex cichoreo, fumaria, beton. Vacuarem rheubarbaro, manna & ſena. Capitis cauſa aliquid agarici infundere poſſumus. licet ſperem, quòd vacuatis partibus inferioribus, illa in capite digerentur. Tādem calfaciente & exſiccante medicamento vterer, vt aquis Aponenſibus, quas ſimul atque iterum repeterem, ſæpè euacuando materias, iam dictis, vel caſsia cum ſeminibus odoratis aut diarhod. Abbatis, quia magis euacuat humorē exuſtum. Tempore frigido darem alephanginas, maſtich. de tri- E bus, cum rheubar. Ruſi. Cauterium autem facere in crure dextro. De capite non multum eſſem ſollicitus. ſpero enim roborato ventriculo, illud roboratum iri. Fugiat vigilias & frequentes luſus. Placent lotiones capitis ex roſis, betonica, camomilla.

Fallopivs.

Euacuarem caſsia & hiera, melle roſ. de betonica additis hyperici foliis, quæ mirificè digerunt, addita etiam fumaria. Poſt euacuationem vterer man- F na, à qua aliàs valde adiutus eſt, cui adderem agaric. & rhabarb, vel hamech, vel electuar. lenitiuum. Pòſt ſi ſatis eſſet vna euacuatio, alterarem roborantibus & calfacientibus ventriculum, aquis thermalibus Aponenſ. vel S. Petri, vel Aquarianis. Si caliditas hepatis intenderetur, vterer epithemate ex aqua cichor. intus diarhod. vel inunctionib⁹. Laudo etiam vſum thermarū, repetitū autumno. Vtatur cibo calfaciēte, manna, admixto melle roſ. iu pauca quantitate, vel interdum mandat rhab. G Cauteriū iu crure prodeſſet, quod vacuaret ab hepate, vētriculo & cerebro, niſi, &c. Errhinis poſtea vterer iu iſta cephalea, ex cyclamino, ſucco anagallidis, cum aliquo oleo, vt amygd. dul. vt facilior fiat fluxio. Pòſt caput abluerem aqua Aponitana.

Trincavellivs.

Negotium propoſitum videtur admodum diffi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. E. EMANUELE

eſſe,quia affectus, quo laborat,notus eſt, à qua ve- A
rò cauſa,ignotum eſt. Cōſtitutum autem accipio,
habitum vniuerſum calidum & ſiccum, vt reliqua
membra omnia & caput. Nam quòd à ſole offenſus
non eſt,ante ligni decoctum, id factum fuit ex tex-
tura denſiore: nam cùm diu in bellis egerit, neque
à frigore vehementer offenſus fuit. Ventriculus
natura fuit imbecillis,póſt aucta intemperies erro
ribus. Dolor iſte ortum habet à materia (quia vbi
non eſt materia,ibi non fiunt periodi) quia coogre B
gatur ſecundùm certum & definitū tempus,quam
natura ſibi moleſtam expellit. Sed dubium apud
me eſt,vbi colligatur materia,& qualis nā ſit. Nam
primò videtur generari in capite. Teſtatur id gra-
uitas capitis ante paroxyſmū, obtuſio oculorum,
& capitis grauitas inclinato capite, quam grauita-
tem perpetuò percipit. Accedit ſputum, quod ali-
quando ſignum eſt materiæ collectæ in capite,in-
terdum in ventriculo. A capite autem fieri colligi-
mus à iuuantibus: quia etiamſi vomuerit, tamen C
non ſubleuatur, licet vacuetur illa, quæ vomitum
excitans delapſa eſt ad ventriculum, non tamen
illa,quæ dolorem. Vnde mirum,materiam conco-
ctam,tamen tam ſæuos dolores excitare. Facit hoc
etiam grauitas capitis,& muſculorum tenſio, futu
ri doloris nuncij. Sunt præterea etiā rationes, qui-
bus probatur materiam illam fieri à ventriculo:
quia expurgata materia, dolores iſtos non perci-
pit,aut ſaltem periodos habet longiores. Item cùm
pulſationem temporum percipiat, ſignum eſt, va- D
porem & ſpiritum flatuoſum ab inferioribus aſcen
dere. Accedit calidus habitus totius, ventriculus
debilis & magis affectus vigiliis & cruditatib. Hinc
colligo partim à ventriculo, partim à cerebro fo-
mētum habere hunc dolorem. Eſt enim caput de-
biliſsimum,vt videmus ex viſus hebetudine, & læ-
ſione: facilè enim à frigore & leui ſtrepitu læditur.
Congeritur ergo materia à toto corpore, quæ póſt
ad caput tranſmittitur. Generatur etiam ibi pro-
pter cerebri ipſius debilitatē caloris naturalis.Ma- E
teria autē ſeu humor videtur eſſe pituitoſus, quia
veluti vitrea oculis obuerſari videntur: melancho-
licus etiam, cùm nigra etiam obuerſentur, infecto
iecore multam mittente pituitam exuſtam. Mate-
riam autem pituitoſam eſſe oſtendit etiam acceſ-
ſionis longitudo: eſt enim quadraginta horarum.
Accedit etiam morbi diuturnitas. Appellatur au-
tem dolor Cephalæa, vel galea,vel ouum,quia do-
lor eſt ſecundum mēbranas internas & externas,vt
dictum eſt, læſis membranis à ſoluta continuitate. F
Eſt enim dolor diſtenſiuus, quia nulla percipitur
intemperies. Curatio longa erit,& non facilis,quia
potiſsimum in victus ratione conſiſtit,vt fiat con-
coctio, ne cerebrum occaſionem habeat attrahen-
di iſtas cruditates. Viuat ergo ſibi,& ſine curis, ſa-
nitati tantùm incumbens. Probantur medicamen-
ta dicta facilia, & ſi aliquando agarico opus ſit, is
exhibeatur in pauca quātitate. Concoquerem mel
le roſ. de beton. decocto fumariæ,borag. cichor. Va-
cuarem rhabarbaro: pituitam enim tenuem eua- G
cuat. Solis feruorem autem poſt ligni decoctum
non tolerat, rarefacta & exſiccata cute ab aqua. A-
quas thermarum non darem, cùm eas nunquam
deiecerit,licet calidis fomentis vteretur,nam ſi diu
retinerentur, multùm læderetur hepar. Quare fo-
mentis potius vtendū,aut inunctionibus: aut cau-
tè illæ exhibendæ, vt ſumtis aquis habeat medica-
menta, quæ ſemper fomenta ſubducāt,vt pil. Item
fiant decocta dicta. Roborarem etiam conſerua no
ſtra ex zuchar. roſ. borag. cum ſpeciebus diarhod.
arom. roſ. item Mithridat. Laudo etiam cauteria.

CONSILIVM VIII.

CAPITIS & ventriculi affectus.

FALLOPIVS.

HIc 46. annū agens conqueritur de variis affe-
ctionibus, præcipuè tamen capitis & ventri-
culi. Circa caput ſunt tinnitus & ſtrepitus,
nunc dolores vehementes, & deſtillationes ad na-
res, quæ ſua acrimonia nares exulcerant, quando-
que obſtruuntur nares,vt nihil float: percipit & ſa-
porem ſalſum: circa oculos obuerſantur,quæ equi-
tationem & ſcriptionem impediunt. Hyeme deſtil
lationib. magis afficitur: æſtate capitis dolore, præ-
ſertim ſi in ſole verſetur. Adeſt cibi faſtidium, ſitis
ingens, eructationes & flatus multi, cardialgia &
cordis tremor. Aluus conſtipatur, renum dolore
torquetur. nam ſuperioribus diebus fluebat mate
ria pituitoſa,ſicut in gonorrhœa. Ego credo, à pra-
uo totius habitu fuiſſe imbecillitatem, aut corde.
Eſt enim timidus valde: vnde cordis frigiditatem
colligo. Nec enim pulſus magnus eſt, nec celer: nec
pili in pectore. Hepar aliquo modo calidum,quod
venarum magnitudo declarat. Pili ſunt mediocris
coloris: vnde mihi oſtēdunt mediocritatem. Et ha-
bitus totius corporis videtur mihi magis ad tem-
periem iecoris vergere, & calida eſſe,quàm cordis.
Tardè iraſcitur,ſed ſtatim placatur: quod etiā cor-
dis frigidi indicium eſt. Ventriculum à primordio
credo aut imbecillum fuiſſe,aut mediocrem. ſed im
becillitas nunc magis aucta. Carnes difficulter con
coquit,& inappetentiam magnam habet: vnde vē-
triculum frigidum & humidum eſſe exiſtimo,cum
alui materia. Renalis dolor ab hepatis caliditate de
pendet, plurimā materiam per venas tranſmitten-
te. Caput admodum excrementoſum. naturâ mul-
ta exſpuit: illudque humidum & calidum eſſe indi
co. Credo igitur quòd ex toto reſtitui nequeat,le-
uari tamen aliquo modo. Materia eſt pituitoſa &
ſalſa,& adusta etiam ex parte. Leniendum ergo iu-
dico eum caſsia & hiera. Caſsia enim humectat &
tēperat calorem hepatis. Sed quia non video illum
abundare multo ſanguine,ideo venā non ſecarem.
Concoquerem cum cichorea, betonica & roſaceo,
miſcendo aliquid hyſſopi. Vacuarem cum agarico
& Rhabarbaro, & Hamech. Caput vacuarem cum
gargariſmatis & maſticatoriis. Laudo lixiuiū quo
lauetur caput ſæpe ex camomilla, betonica, ſanta-
lis,roſis & ſimilibus. Potu Aponēſes darem decem
aut duodecim dierum ſpacio. Renibus inunctio-
nes adhiberem. Pro diuerſione materiæ capitis fa-
cerem cauteria in brachiis.

FRANCANZANVS.

Hic à primo ortu debilis fuit, & temperamenti
calidi & ſicci, quod oſtendit gracilitas corporis, &
color flaccus tendens ad fuſcedinem. Quod inter-
dum alba pituitoſaq; mingit, fit à materia à capite
defluente. Vnde & dolor dorſi & renum. Sanguin.
mitterem, cùm corpus ſit ſatis robuſtum, & mor-
bus magnus. Concoquerem materiam pituitoſam
dictam

dictam iam victu attenuante & incidente: Item ſy-
rup. de betonica, de cichorea. melle roſ. Enacua-
rem item illam pillul. cochiis cum elleboro. Aquas
concedo, ſed embrochas minimè niſi artificia-
les, ex paucis calfacientibus, multis autem refrige-
rantibus & exſiccantibus. Cauterium facerem po-
tius in partibus infernis. Si affectus non integrè re-
moueretur, vterer interdum caſsia cum hiera. vo-
mat etiam in menſe ſemel. In autumno aquas de-
tiuò bibat. Hyeme ſæpe ſumat pil. de aloe. vtatur
etiam confect. maiore, vt Mithridatio. obſeruet au-
tem bonam victus rationem.

TRINCAVELLIVS.

Mea ſententia caput valde affectum eſt, id indi-
cant vertigo & deſtillatio poſtea debilitas ventricu
li & affectio ſeu dolor renum. Nam iſtorū ſympto-
matum originem ego refero ad caput: id enim col-
ligo ex deſtillatione deſcendente. Deinde quòd re-
pleto ventriculo, niſi euomat, ſtatim accidunt illi
talia ſymptomata. Tamen dico ventriculum mul-
tum illi etiam communicare materiæ. Pro ratione
curationis cùm ſit occurſus & contrarietas partiū
affectarum. Igitur erit difficilis admodum cura. In
cura ventriculi & capitis maximè habenda ratio.
Victus ſit mediocris, non multum attenuans, &
craſſus, abſtineat ab omnibus quæ replent caput.
Igitur vinum ſit moderatiſsimum. Eſt autem ex-
quiſita facienda euacuatio & aſſentior omnibus me-
dicamentis prius dictis Vacuantibus tamē ſyrupū
roſ. ſolut. adderem: in calidioribus & frigidioribus
cum pill. cochiis, cum & ſine elaterio. Thermas ego
in materia acri & ſalſa non darem, quia eo modo a-
liquos phthiſicos redditos vidimus: ſed potius vte-
rer balneo aquę dulcis. Aut ſi exhibendæ ſunt. exhi
berē temperatiores, & non Aponenſes, vel S. Petri.
Concedo etiam venæ ſectionem & cauteria.

CONSILIVM IX.

Hemicrania Gallica.

BELLOCATVS.

MOrbus, de quo conqueritur iuuenis nobiliſ-
ſiccioris tēperaturę, non tam cognitu quàm
curatu difficilis mihi videtur. Duob autem
ab hinc annis ex inordinato victu in febrē duplicē
tertianā incidit, à qua primò Mediolani, pòſt Tici-
ni curatus fuit: perſeuerante tamen dolore. Inguiū
etiam bubonē paſſus eſt, qui ad ſuppurationē nun-
quam perduci potuit, ſed ſemper delituit. Dolor
autem capitis circa veſperam intenditur. Et cùm
profundiſsimi ſit ſumni, noctu nō percipit, ſed gra-
uitatem quandam & ſtuporē cum leni dolore. Vē-
triculus etiā laborat: Frequenter enim eructat, ſed
inſipida. Hæmorrhoidum etiā frequētem fluorem
patitur, quæ 15. diebus iam fluxerunt, à quibus ta-
men nō ſubleuatur: nec, cùm his diebus à materie-
bus bilioſis & corruptis expurgaretur. Quòd etiā
aliis locis illi accidiſſe intelleximus. Vnde videtur
laborare cephalæa, & ſatis graui, ortum habēte (li-
cet difficilis cognitu ſit) aut ab ipſo capite, aut per
conſenſum. Credo autem per eſſentiam eſſe in capi
te, foueri tamen ab aliis membris. Nam morbi diu-
turni non fiunt, niſi tandem etiam per eſſentiā fiāt.
Cōſenſu autē ventriculi & hepatis factus eſt: Non
quod ventriculus admodū frigidus ſit, ſed aliquo
modo imbecillis. Bis enim in die egerit & ſatis cō-
cocta. Temperamentū autem naturale hepatis ca-
A lidum eſt, quod cognoſcitur ex caliditate manuū,
& papulis. Hinc ergo euaporationes ad caput fiūt,
Nam perpetuus quidem eſt dolor, augetur tamen
cum hepar chylum attrahit. Poſt cibum autem aſ-
ſumtū minùs laborat, quia vapores à cibo, nōdum
concocto, eleuati acres non ſunt, & factorum in ca-
pite acrimoniam obtundūt. Caput autē ipſum ma-
gis laborat, quàm alię partes propter humiditatem
naturalem. Eſt enim multi ſomni, & maximè circa
B caput grauitatē percipit. Nā ſomni cauſa eſt humi-
ditas: veterni aūt frigiditas. vnde cerebrū frigidum
ac humidum eſſe exiſtimo. Hinc fit, vt materię ad
caput eleuatę longo egeant tēpore, vt concoquan-
tur, vnde grauitatem & dolores inducunt. An verò
dolor tantùm ab intemperie ventriculi & hepatis
dependeat, an verò aliqua malignitas ſit admiſta,
hoc mihi admodū difficile eſt. Cùm tamen rem ha-
buerit cū Gallica, quę alios infecit, cùm bubone la-
borauit: facilè in eā adducor ſententiam, vt latētis
C veneni ſpeciē ſubeſſe ſuſpicer. Delituit autem for-
ſan bubo, quod expurgato corpore ignorantibus
Medicis ante ſuppurationē retroceſſerit. Qui pòſt
ad iecur perueniens ipſum infecit. vnde etiam do-
lor capitis ortus eſt. Hāc ſuſpicionem auget, quòd
ab excel. Medicis curatus non eſt. Adeſt aliud iudi
cium, quod cōqueritur de dolore inualeſcente cir-
ca veſperas. Nam quòd noctu dolores non ſentit,
id fit ꝓpter ſomni profunditatē. Adſunt & hæmor-
rhoides. Quod ſi ratione humoris melan. dolor fie
D ret, haud dubiè dolor tolleretur, vnde morbū gal-
licū eſſe exiſtimo. Curari autē poſſe exiſtimo: Quia
hactenus nulla pręſtita ſunt morbo gallico idonea
remedia. Neq; enim tot ſunt ſymptomata, & vlce-
ra, & gophi & gumata, quę curā difficilem reddūt.
Antequam autem calores inualeſcant, (præſertim
expurgato iam corpore) propinarē ligni decoctū.
Sanguinem non mitterem, cùm hæmorrhides ve-
hementius fluant. Nec maiori etiam purgatione o-
pus eſt. Decoctum autem fieri poteſt ex decocto ſe
E cundo, aut deſtillato propter calores. Diæta autem
ſit ſatis tenuis, pro ratione virium, præſertim ſtan-
te intemperie calidi aeris, In quo multum reſolui-
tur. Si ergo vires reſoluerentur, pullorū & vicula-
rū aliquid dandū eſt. Doloris cauſa interdū affige-
rē hirudines poſt aures, parū detrahens ſanguinis.

BASSIANVS.

Adoleſcens agens 25. annum conqueritur de do-
lore capitis intermittente, quotidiano, annuo Con
ſulit vtrum ſeruari poſsit, pòſt, quomodo. Cuius
F petitioni vt ſatisfaciam: natura & eſſentia morbi eſt
inueſtigāda per ſuas cauſas & ſigna. Cauſa doloris
eſt ſolutio cōtinui & intēperies, aut ſine fluxione,
aut cū fluxione. In hoc nō ſolum eſt ſolutio, ſed etiā
fluxio materiæ. Non videtur autem materiæ bilio-
ſæ, quia non ſentit dolorem pungentē: neq; melan
cholicę, quia cōpreſsionem nō ſentit. Eſt enim hu-
mor terreus & grauis: neq; etiam materiæ flatu-
lentæ, quia diſtenſionē nullam ſentit. Relinquitur
ergo eſſe aut pituitoſam aut ſanguineam. Ego opi-
G nor vtramq; permixtam: quia dolorē ſentit graua-
tiuū, idq; in ſincipite. Pręterea quod eſt valde ſom-
nolentus, & maximam grauitatē circa oculorū ra-
dices perſentit, quod materię pituitoſę ſignum eſt.
Accedit quod inclināte ſole dolor inualeſcit, vt vi-
deatur dolor intenſiſsimus. Hoc fit ratione Lunæ,
humorum dominæ. Relinquitur ergo materiā eſſe

pituitoſam. Sanguineam autem etiam admixtam eſſe pulſans dolor indicat: maximè in temporibus, vbi maxima eſt venarum & arteriarũ propago. Cauſa ergo dolorum eſt intemperies cum materia. ſed an per conſenſum an per proprietatem? Exiſtimo eſſe non per eſſentiam primo modo, id eſt, generationem in capite, ſed cõſenſu aliorũ membrorum, quia temperies cerebri naturalis calida & humida: cuius ſignum eſt: Nam antequam hoc dolore capitis laboraret, moderatioris fuit ſomni, quod humiditatis ſignum eſt. Apparet etiam ex capillorũ plenorum natura, qui humiditatẽ ſignificant. Præterea dicit ante dolorem capitis deſtillaſſe ſemper humiditatẽ per nares. Calidam ergo, ſed magis humidam, temperaturã capitis fuiſſe exiſtimo, quæ nũc frigida eſt & humida: quæ in alimento conficiendo ſuo officio fungi non poteſt. Vnde plurima excrementa: cuius ſignũ eſt defluxio ad oculos, vt palpebræ concreſcant: ad palatum, materię ſatis liquidę. Per cõſenſum aũt aliarum etiam partium affectum eſſe, certũ eſt, non ob ſuppreſſam aluum, neq; omnino per vacuationẽ hæmorrhoidũ, ſed partim ob conſenſum ventriculi: quia ſępè eructat, & flatibus laborat, qui à calore diminuto fiũt, vnde intẽperies frigida, quæ multã generat materiam pituitoſam: partim ex cõſenſu hepatis calidi & humidi. Venas enim habet latas, & plurimo abundat ſanguine, ſatisq; muſculoſus eſt. Ex his ergo foueri dolorẽ exiſtimo. In temporib magis dolorem ſentit, ac magis in parte dextra ob intẽperiem calidam hepatis. Curationem difficilem fore iudico, quòd iam radices egit dolor, & quod cauſſa non ſolum fouetur à cõſenſu, ſed etiam per eſſentiam facta eſt, qui morbi ſunt difficiles. Sed an dolor gallicus ſit, apud me dubium eſt, cùm illos dolores iam antea ſenſerit. Purgato corpore, à reuulſione per lotiones & frictiones auſpicarer: ſed etiam miſsionem ſanguinis, licet per hæmorrhoidas fluat. Nam per interualla ſatis longa fluit. Mittatur ergo ſanguis ex iecoraria in pauca quantitate. Pòſt ad curationem ventriculi accederem cum cõfectione aromatica. poſtremò ad proximam cauſam accederem, diuertendo materiam per maſticatoria & errhina. Tandem applicarem capiti calefacientia & adſtringentia, vt agaricum, ſtœchad. & betonicam. ſed an ſtillicidium cũueniat? (nam de poto ne quidem cogito.) Credo fore vtile, quia ſiccandi & roborãdi capitis vim habet. His leuari poſſe dolorem exiſtimo: vitando aerem humidum, victus ſit attenuans. Motus hìc placeret in equitatione propter reuulſionem. A venere etiam abſtinebit. Eſt enim ventriculo & cerebro inimica: cùm ſit leuis apoplexia.

TRINCAVELLIVS.

Quoniã Medica diſciplina, ſi ad generalia theoremata reſpicimus, ad ſcientiam: ſi verò ad vſum, ad coniecturalem referri poteſt: mirum non eſt, diuerſas inter homines doctos oriri difficultates. Cùm ergo oblata nobis ſit occaſio decernendi de iure & caſu ſatis graui: liberè ſententiam meã proferam. Iuuenis iſte talis eſt temperaturæ, qualis relata eſt: ita tamẽ vt exiſtimem, illum magis ad ſiccitatem, quàm humiditatem tendere. Capitis calidi & humidi, & imbecillis, cùm antea dolorib. afficeretur. Ventriculum etiam habet imbecillem, vt in quo fiant ructus & flatus inſipidi. iecur calidũ eſt, humidum verò an ſiccũ, dubium eſt. Ex illa enim

A parte, cùm carnoſus ſit, & ſanguine abundet, humidum fortè: ſed cùm excarnis ſit, & macilentus, credo etiã ſiccum. Nam qui calorem habẽt vehementiorem, illis exuritur ſanguis, qui augmento aptus non eſt, licet venæ amplæ ſint, & turgidæ. Superante ergo calido humidum, fit ſanguinis exuſtio. Dolet autem capite, & quidem cũ exacerbatione per periodos (licet ſemper grauitatem percipiat) ſecũdò cum pulſatione: tertiò quòd dolor eſt antiquatus. B Quartò quòd de nulla manifeſta qualitate conqueritur, & quòd periodi fiũt circa veſperam. Quo in loco recordor ſententiæ Auic. Quòd morbi diuturni frigidã habent cauſam. Vnde dolor iſte habet fomentum ab aliqua materia: nam nulla eſt periodus, vbi nulla eſt materia. Materia autem potius videtur frigida, quàm calida. nam calidæ nulla ſigna video, neq; ex calore faciei, neq; ex ſenſu ęgroti, neque ex tactu. Sed cùm adſit dolor pulſatiuus, qui inflammationem ſequitur, nec tamen inflammatio C adſit: magis in materiam aliquam flatulentam referendam eſſe cenſeo. Nam ſi ſequeretur inflammatio, dolor eſſet perpetuus. Non nego tamẽ, quin etiam admixtus ſit aliquis vapor calidus. Conuerſa ergo materia in ſpiritum flatulentum, eiuſmodi dolores excitantur. Conſiſtit autem dolor aut in ipſa mẽbrana duriore, vel pericranei, cùm maximè circa radices oculorũ laboret. Habent enim mẽbranæ cerebri, magnum cum oculis conſenſum. Vnde magis circa pericranium cõſiſtere exiſtimo. Cùm aũt D dolor aliquo modo ledetur à fluxu hæmorrhoidũ, credo materiam eſſe vaporẽ illum melãcholicum, maximè cùm veſperi moueatur. Accedit morbi lõgitudo. nam nulli morbi ſunt magis rebelles & cõtumaces, quàm melãcholici. Quòd verò perpetua grauitas eſt in capite per 18. menſes, credo factam fuiſſe impreſsionem, quę cerebri temperaturam etiam immutauerit. Maius autẽ fomentum eſt à mẽbris ſubiectis iam dictis, cùm circa partem anteriorem laboret, & ab aſſumto cibo quieſcat. Sed an lue E gallica laboret? Credo laborare, eaq; antiqua & impreſſa in membris naturalib. Verùm cùm antea capitis dolore laborarit, quomodo id conuinces? laborauit quidem ſed minori, cùm præſertim cõ Gallica coierit, quę alios infecit. præterea febribus quibuſdam lentis laborauit, quas decocto ligni curauimus. Item cùm communib. remediis nihil effectũ ſit, tã diuturno tempore, ſanguinem nõ mitterem, cùm nõ multò antè euacuatus corpore ſit pallido, & hæmorrhoides perpetuò fluãt. vnde hæmorrhoi F dum fluxum magis probo: licet venarum latitudo in diuerſam ſententiã me pertrahat, & illud Gal. factũ in nobili Romana, cui ad ℔. iij. detraxerat. Caput etiam errhinis euacuetur, cùm prius ab iſta expurgatione bene haberet. præcipuum autem videtur decoctum ligni. non quidem conſiderata caliditate: quia frigus magis illi inimicum eſt quàm caliditas. vnde adderè folia endiuiæ ſperoq; non ſumturum per 15. dies. quin magnam cõſequuturus ſit vtilitatẽ. præterea cùm decoctum illud ventriculo G plurimũ proſit, etiam in non Gallicis: maxima aũt affectus pars, à ventriculo foueatur, omnino illud exhibendũ cenſeo. videmus enim Ciſalpinos Medicos ferè omnes in ventriculi affectib. ſine gallica lue, illo feliciſsimè vti. Quod ſi relinquerentur aliqui humores à ligno, incoquerem eidem decocto aliquid ſennæ ſingulis octo diebus. Victus non ſit

admo-

admodum attenuans, cùm corpus ſit valde exſicca-
tum. vnde non tantum bis cocto & paſſulis nutri-
rem ſed pullis etiam, vt dictum eſt. Quod ſi graui-
tas aliqua relinqueretur, vterer etiam aquarum ſtil
licidio ad cõſumẽdas reliquias infixas in mẽbranis.

N o t a.

¶ De dolore capitis ex conſenſu cum ventriculo, vide lib. 2. tit. Ventriculi affectus: Conſilium I. & IV.

CONSILIVM X.

Vigiliæ quinquaginta dierum.

B e l l o c a t v s.

Vir clariſs. ætatis quinquaginta duorũ anno-
rum qui diuerſis affectib. laborauit, præſertim
ira concitatus: poſtquàm multa mari & vẽtis
perpeſſus fuiſſet, in catarrhum incidit. ſputa erant
frequentia craſſa & albida. Hanc deſtillationem in-
ſomnietas 50. dierum conſecuta eſt. Vnde datæ illi
ſunt Venetiis pillulę de cynogloſſa, à quibus meli-
ùs ſibi habere viſus eſt. ſed poſt in anhelitus difficulta
tẽ incidit, ſputis minori copia exſpuitis, quod ſym-
ptoma vigiliæ denuò conſequutæ ſunt. Laborat e-
tiam circa ventriculum, nec à febre planè immunis
eſt: licet ipſe nõ percipiat. Quæritur quid agendũ?
Præſuppoſita naturali temperie calida & humida,
quoad omnes corporis partes: (proceræ eſt ſtatu-
ræ, coloris floridi.) ventriculum antea bonum fuiſ-
ſe exiſtimo, cùm de eo nunquam conqueſtus ſit, &
boni habitus fuerit. Hepatis caliditatem haud du-
biè latitudo venarum demonſtrat. Præter ſympto-
mata enumerata patitur quoq; tenſionem circa hy
pochondria, quæ etiam anhelitus difficultatem su
git. Difficilior autẽ eſt reſpiratio cùm decumbit, q̃
cũ erectus eſt. Deſtillatio iſta ortũ habuit à mala vi-
ctus ratione, iracũdia, & aere primũ calidiore, dein-
de frigidiore. vnde capite magis calfacto, & ſubito fa
cta cõſtipatione, deſtillatio illa orta eſt. Cũ autẽ ma-
teria iſtæ excernerẽtur anhelitus difficultas nõ ad-
erat. Porrò huius cauſa mihi orta videtur à mate-
ria in ſpiritalib. contenta, cõſentiente etiã ventricu-
lo, & diaphragmate nõ liberè moto. Ventriculus .n.
ſumto cito diſtenditur, diſtentus diaphragma affi-
cit. Accedit quod diaphragma ipſum infarctum ſit.
Febris cauſa eſt materia, non quidẽ à multa putre-
dine, ſed potius obſtructione. Infarctus autem, ob-
ſtructionis cauſæ in diaphragmate, proueniunt à
materia miſta ibi contenta. Vigiliarum cauſa calidi
tas & ſiccitas, cùm febris inualida ſit & dolóres nul
li. Exſiccatio igitur cerebri in cauſa eſt: licet dixeri-
mus temperamentũ calidũ & humidum eſſe, & ex-
cremẽtis abundare. Concoctio ſit & à calido in mo
derata humiditate, quorum ſi ingens exceſſus eſt,
cruditates generantur. Gal. 1. de ſanit. tuenda de ſe-
nib qui multis excrementis abundant. Superflui-
tates ergo illæ à ſiccitate, quæ ab animi affectib. &
ira. Adde quòd aliàs ſimile ſymptoma paſſus eſt. In
hoc negotio ſpei parũ eſt, cùm tãta ſit cerebri intẽ-
peries. minui quidẽ diſpoſitio poteſt, ſed planè nõ
tolli. Accedit febris, eiuſmodi augẽs intemperiem,
vt & obſtructio. Adde quod curatio ipſius ab opti
mis Medicis ſuſcepta fuerit. Primum ergo opinor
materiam aliquam cõtentam in pectore, quæ quaſi
putreſcit, vt oſtẽdunt ſputa liuida, à quib. fouetur
iſta febris. Adſunt etiã obſtructiones. Cerebrũ igi-
tur humectandum. Si enim ſomnos induceretur,
meliores fierent coctiones. Etſi aũt corpus euacua-

A tum ſit: tamen in tanta copia excrementorũ ventri
culum etiã expurgarem, vt mãna quæ pectori ma-
ximè cõducit. ventriculi etiã obſtructionem aperi-
rẽ cichoraceis, & cũ ſyr. roſ. rec. Pectoris cauſa ad-
demus decoctũ liquiritiæ, iuiub. ſebeſteo. Pòſt va-
cuarem caput & vniuerſum: vterer enim balneo,
præſertim cùm metus ſit, ne hypochondriacus etiã
factus ſit, vt patet ex illis obſtructionib. & antiqui
etiã in febrib. eiuſmodi balneo vſi ſint. Caput abluа-
B tur ſoporiferis, non penitus refrigerantib. vt ex cha
mæmelo, anetho, violis, oenophare, capitib. papau.
quibus caput ſpõgiis fomentaretur. Pectus expur-
garẽ eclegmate, & decocto marrhubij, abrotani, ſyr.
de liquirit. & farfara, additis, q̃ non admodũ dulcia
eſſent, vel iniecta mãna aut penidiis. Cũ aũt calida
ſint, contẽperarẽ diacodio, cũ ſyr. viol. vinũ ſit pau-
ciferũ, ſubdulce, vel facta aqua ex ſach. & liquiritia.

C r a s s v s.

Præter enumerata ſymptomata vertiginẽ etiam
C paſſus eſt. Bis enim cecidit. Laborat etiam hæmor-
rhoidib. Debilitatio exterorũ morborum omnium
cauſa fuit, & inordinata victus ratio, repleto capite
vapore tũ à naturali caliditate tũ exteriori. Vigiliæ
primò ex multis curis ortũ habuerũt: hinc cerebrũ
humidum, ſiccius effectum eſt. vnde humoris frigi
di coaceruatio. Nunc enim in capite nõ videtur eſ-
ſe materia quæ ipſum afficiat. Nã nullum neq; do-
lorẽ neq; grauitatem percipit: ſed potiùs aliqua in-
tẽperatura. Hypochondriacũ autẽ eſſe etiam ex hę-
D morrhoidib. tumentib. colligitur. Purgatus fuit di-
ligẽter, ſed in eo ſtatu permanet. vnde res valde eſt
difficilis: inoleuit enim morbus. valdè aũt mihi diſ
plicet illa, quam percipit, anguſtia, latẽte craſſa ma-
teria in aſpera arteria, aut ipſo etiã ſepto tranſuerſo
impacta. Tamen cũ virtus non inualida ſit, aliquid
tentandũ. Auſpicandum ab illa orthopnæa, de qua
vereor ne aliquod tuberculum ibi natũ ſit. Primò
ergo præſente materia, quæ obſtructiones & infar-
ctus facit, corpus expurgabimus frequẽtiùs, auſpi-
E cantes à iam dictis. Obſtructionis poſtmodùm &
febris ratio habenda. Sumẽda igitur incidentia, ab-
ſtergentia, & refrigerantia, vt borrago & cichorium
non repudiata betonica; quæ primo gradu calida
eſt, pectori conueniẽs & capiti. Laudatur etiam ſyr.
de liquirit. de farfara, repetita pòſt leni aliqua pur-
gatione. Quod ad vigilias, laudo lotiones, ex mal-
ua, viol: lactuca, papau. facto decocto vel abluto.
Attrahat etiam vaporem naribus vel foueatur ſpon-
giis caput. Inunctiones pectori & ventriculo adhi-
F bendæ, ex oleo chamæm. Vino tenui aquoſo. Va-
cuato corpore laudo balneum aquæ dulcis. Quod
ad hæmorrhoidas tumidas, ex quibus ſeroſum ali-
quid exit: ſanguiſugas applicarẽ. Victus ſit diligen
tiſsimus. Vino nõ interdicendũ in ægritudine lon-
ga: ſed ſit tenue, aut iuſcula, aut aq. ex ſaccharo, cin-
namomo, paſſulis. Dimittat malas cogitationes.

T r i n c a v e l l i v s.

Pauca mihi relicta ſunt, dicenda in hoc arduo ne-
gotio: explicatis iam omnib diligenter. Primò tem
G peratura calida & humida eſt. tanta aũt caliditas, vt
ſanguinẽ exurat. Nam color corporis cum aliqua
obſcuritate aſſationem aliquam ſignificat: Accedit,
quòd ſuapte natura ferax melancholiæ eſt. Adde
victus rationẽ, ætatem, &c. generantia humorẽ me-
lancholicum. vnde hypochondriacũ affectum ad-
eſſe etiã exiſtimo: qui tamen in capite cõtentus nõ

ſit: aliàs eſt caput valdè imbecillũ, multa excrementa generans, quæ excreta ſunt, & tandẽ ſuppreſſa: non tamẽ neq; in capite neq; thorace cõtineri exiſtimo, cùm nulla ſit grauitas aut anhelandi difficultas, aut tuſsis difficilis. Materia enim illa mediocris eſt, in quantitate & coctione. Nam ſi multa eſſet, plurimũ eſſet ſputum: deinde ſi difficulter exſpueretur, ſignificaret materiã eſſe incoctam: Quare colligimus eſſe quidẽ materiã, ſed nõ multam quæ etiam per nares emũgitur. Factã aũt credo iſtam difficultatẽ anhelitus ex conſenſu ventriculi, affecto diaphragmate à nato tuberculo, qđ diaphragma aut gulam obſedit. Cùm aũt opiata aſſumſerit, quæ neruoſas partes valdè infeſtant, ventriculus facilè lędi potuit. Vigiliarũ porrò immodicarum cauſam ab opiatis contractã eſſe exiſtimo, quæ primò quidẽ ſomnũ inducunt: pòſt exſiccant: Magis tamen à vaporib. melancholicis, ab hypochõdriis in caput ſublatis. Vnde etiã quædã animi pturbatio. Febris ex materia craſsiori cõſtat, putreſcente in membris naturalib. quæ etiam vigilias generare poteſt. qua ſublata credo magnã partem ſubduci poſſe. Probo caſsiã & mannã & ſyr. roſ. ſol. ratione capitis: Quare ſemel in hebdomade accipiat decoctũ ex paſſulis, ſebeſtẽ, boragine, liquiritia, additis ℥. ij. fol. ſenæ neq; timenda caliditas cùm ſubinde generẽtur humores melancholici. Pòſt probaretur balneũ præſertim apparente concoctione. Laudo etiã immerſionem in aqua dulci, incoctis boragine, malua, violis, florib. nymphεæ & tantillo chamæmeli vel anethi. In his ego eſſem quàm plurimus. Pòſt vterer conſerua borag. buglosſæ, betonicæ. Illiniri poteſt pectus ol. amyg. dul. & pinguium, ol. amyg. amar. procedente tẽpore cheirino: venter inferior ol. abſinthij & chamæmelino. Hæmorrhoides tumidas, ſi moleſtæ eſſent, aperirẽ hirudinibus. Poſt euacuationem corporis laudo lotiones. pòſt illinirem ol. viol. Attrahat per nares decocta ſuperius dicta & ol. etiã viol. Interea victus ſecundũ ſubſtantiam ſit humectãs. nã vigiliæ potiſsimum videntur vrgere. vnde omnib. aliis præferũtur pulli gallinacei & hędi lactentes, incoctis iurib. ſuis lactuca & boragine.

De Melancholia.

CONSILIVM XL

Melancholia.

Hiſtoria eorum, quæ clariſsimo Baroni Regio hactenus accidiſſe narrantur, apertiſsimè demonſtrat, illum non modò melancholico affectu, verùm & maniaco fuiſſe correptum. Nam & demens eſt factus, & manifeſtiſsimè, imò perpetuò delirat. pleruma; aũt circa vllã febrẽ, præterquàm cùm furiis agitatur, laborat. Ex quib. perſpicuum eſt, ex principib. animi facultatib duas eſſe vitiatas, imaginationẽ nimirum, per q̃ mugitus bouem imitans edit; interdum ruditus aſininos, nõnunquam etiam aliorũ animantium voces effingit: præterea verò & cogitationẽ vel, vt aiunt, diſcurſum, cùm furore percitus. & ex ponte in aquã, & in alia maxima pericula temerè ſe præcipitet, adeò vt familiares coegerit vel inuitos vinculis illũ coercere. Duplici verò demẽtia ipſum teneri, diuerſus delirij modus, quo variis tentatur temporib. dubio procul oſtendit. Nam ſæpe furit, interdũ pacata delirij ratione vexatur, cùm vel canit, vel varias brutorũ voces formare ſtudet. Vnde neceſſe eſt, vt mixta ſit melan-

A cholica hæc materia à qua vexatur: videlicet ex naturali, quæ veluti fæx eſt ſanguinis, & ex bile, quæ per aſſationẽ fuerit in humorẽ melancholicum verſa. hæc enim eſt, quæ in furorẽ hominem agit. Vnde patet, aut adeſſe aliquam ſanguinis miſturã, ex qua & hilaris ſit aliquando, cantatq;: aut quod, mihi magis probatur, ex ſanguine per aſſationẽ in melancholicũ humorem verſo, hæc omnia cõtingere. varia aũt ſequuntur ſymptomata ex diuerſa ratio-

B ne tranſmutationis ſanguinis. quatenus enim magis vel minus ſanguis, dũ vitiatur, vel putreſcẽs vel aſſatus à natura ſua optima recedit, eò in deteriorẽ tranſit humorẽ. Vnde in principio, cùm adhuc aliquid retinet ſanguineæ naturæ, quãuis deliriũ afferat: id tamẽ non eſt ferinum, ſed potius ſemper aliqua eius comes eſt hilaritas, nonnunquã & riſus: at ſi vlterius procedat, fiunt taciturni, & mœſti, qui ægrotant: neq; enim omnis aſſatio cõcitat furorem, ſed inſignis; & multa. ſicuti nobiliſsimo huic viro

C contigiſſe narratũ eſt. Cauſas aũt habuit plurimas, & potẽtes: vt mirum non ſit, ſi hoc deteſtando morbo correpť fuerit. Nam & naturalis temperatura, quę calida & ſicca eſt, nõ parum ad hoc facit. qui. n. calido ſanguine abundant, facilè fiunt melancholici, vt teſtis eſt Gal. 3. com. in tertium vulgariũ morbor. librum. adiuuat & ætas. conſiſtentes ſiquidem in melancholicũ affectum, vt tradit idem 3. aphor. proni fiunt; ſed & vniuerſa ferè victus ratio qua vſus eſt, facilè poterat hunc ipſum præcipitẽ agere:

D præterea literarum ſtudia: animi triſtes perturbationes multę & vehementes, dolores ex fracto humero, labores immodici, calefaciendo & exſiccando nõ parum iuuant ad reddendum hominẽ melancholicũ. nimia quoq; vigilia tum caput imbecillum efficiens, tũ corpus deſiccans, in cauſis, & illis quidẽ vehementib. iſtius affectionis dubio procul ponẽda eſt, ſed & vinũ meracum acre potuit in his omnib. nõ parum addidiſſe. Quare cùm cauſæ fuerint & multæ, & admodũ potentes, quarũ aliquæ

E adhuc permanent, & perpetuò fouent hunc morbũ, pręterea iam inueteratus ſit affectus, & altius fixerit radices, inſuper prudentiſsimi ac peritiſsimi medici & adfuerint, & præfuerint, qui ſuo officio nulla in re defuerint: nondũ tamen quicquã profecerint: non poſſum nõ ferri in eam ſententiã, difficillimũ fore hoc negotiũ, q̃ difficultatem auxit autumnus proximus, qui ſuapte natura fouet, & generat iſtiuſmodi morbos: ſed vtinam ea difficultas, vel longo etiã tẽpore medicorũ ope ſuperari & vin-

F ci poſsit: nã & de hoc non parũ dubius ſum: verùm quia interdũ ęgrotantes, pręter omnẽ medicorum ſpem, liberi à ſæuis & difficillimis morbis euadunt: ideo nõ omnino prouinciã deſtituendã puto, neq; malis cedendum eſſe: ſed magis cõtrà eundum audacter. Quãuis aũt omnia à medicis pręſentib. ſint facta ſecundum rationẽ, vtendum tamen conſilio Hip. qui in aphor. conſuluit, non eſſe propterea ab ea via, quæ recta ſemel viſa eſt, declinandum, dum quæ à principio apparuere, eadem manẽt. Succur-

G rendum itaq; duplici in primis medico inſtrumento: videlicet victus, & medicamentorũ ratione neq; enim tertio eſſe opꝰ putauerim, cũ mihi relatũ fuerit iã illi fuiſſe ſectam venam, & præterea, non parũ tabuerit corpus, & in dies magis contabeſcat: niſi fortè mariſcę, vel venę hęmorrhoidales dictæ ſpõtè intumeſcerent, & nigræ apparerent. tunc enim conſu-

conſulerem, vt hirudinom ope inde ſanguis detraheretor, quaotus videretur pro viribus & corporis habito, & veoarũ plenitudine eſſe ſatis. plurimus verò eſſem in recta victꝰ, qoo ad per medicos, & aſſiſtentes fieri poterit, ratione inſtituenda, qui io primis ſit humectans, & impinguans, cùm morbos in primis ſiccos ſit. Vode etiã accidit, quòd, quamuis decentẽ cibi & potus copiam aſſumat, & ſolito ampliorẽ, non tamen reficitur corpus: ſed potios magis emaciat̃. à ſiccitate enim humoris, à nimia corporis agitatiooe, ab immodica vigilia, à multis & moleſtis curis, id proficiſcitur. imò cũ cruditas in his malis maximè noxia ſit, cauendũ in primis eſt, ne plus ingerat, quàm conficere poſsit. præcipuè enim concoctiooib. conſulendom eſt. proinde ia ſemper offerendus eſt cibus, qui facilè & probè cõficiator, quales ſunt gallinacei polli iuoenes, vel capi, vel gallinæ, omnes pingues, noo tamẽ ſaginatæ: in his enim multa cruda humiditas colligitur. carnes etiã veruecum iouenũ, ſeu (vt aiunt) caſtratorũ: ſed & hædorum lactentium: veterum aũt animalium caroes omnes decliõdæ, noa etiã ſorbilia, fercula ex farre, hordeo, pane ex iore cocto, boragines, itẽ & maluæ, & lactucæ interdũ, ſaltẽ ad coociliandum ſomnũ, non eruntioutiles. neq; piſces deteſtãdi, modo illi haberẽtor, qoi io aquis bonis, & claris capiuntor, & degont, præſertim in ſaxis. Vinum non peoitus negarem ſaltem propter vſum, modò acre potenſq;, & omnino meracum non ſit: imò aliquantiſper dilutom ad maiorem humectationem. fructus nõ videtur negandi, pręſertim humidiores, vt mala, perſica, pira dulcia, ficꝰ. vuę, hæc qoidem in prima menſa, mala verò, & pyra in ſecũda, & poſt cibos alios. reliqua ad victus rationẽ pertinentia, omnẽ inſignem habeant humiditatẽ, moderata verò ſiot in calore, & frigore. plurimꝰ adhuc omoioo eſſem, in balneia aquæ dulcis, vel eius ſimplicis, vel cui incocta ſiot borago, malua, violæ, nimphea, vel vt Arabes dicunt, nenupharis flores, lactuca, item aliqua particula veruecinæ carnis, præſertim verò pedes, vel caput. ſed prius caput abraderem atq; frequentiſsimè illud perſunderem. nam, qoamuis id ſuperius oõ dixerim, puto quòd in primis affectus hic ſit capitis primarius, quod vel perpetua deliria ſine vllis ioteruallis oſtenduot. nõ tamen inficiabor, quin & à toto foueatur: corporis enim multa illa emaciatio, & ſiccitas, iſtius rei non paruã fidem facit. Neq; verò ſemel tantùm quotidiè lauarem manè aote prandiom, ſed ante cęnam quoq;. egreſſurum aotem è balneo poſt mollem frictionem inungerem vnioerſum molliente aliqoo oleo, ſicuti eſt oleum violaceum, vel amygdalarum dulcium, vel cõmuni eo lioimento, qood ſolent noſtrates mulieres conficere ex oleo violaceo, & cera, addito muliebri lacte, poſteaqoàm vel ad ignem, vel in duplici vaſe, quod & melius eſt, fuerint diſſoluta, & mixta oleum & cera, quo putarem & caput eſſe illinẽdum: Neq; tamen ita in victus ratione confidendum eſſe arbitror, quin & rectam medicamentorum adminiſtrationem vtilem fore exiſtimem, tum porgantiũ, tom etiam eorũ quæ ad faciliorem purgationẽ humores euacuandos parãt, & interim intemperaturã, quæ ab eo humore fuuet, immutare poſſunt. Vnde cùm corpus plorimùm deſiccatum ſit, & omnia purgantia medicamenta plurimũ deſicceot, ſi valida ſiot: ideo à valeotiorib.

A abſtinere medicameotis optimũ eſſe cenſeo, ſi non omnino, magna ſaltem ex parte, & qoando viſum fuerit eſſe operæprecium illis vti, raro id agendum, neq; ſine permixtione aliquorum medicamentorum, quæ vim molliendi & humectandi habeant, (ſicoti & molti ex Arabibus medicis monuere, nec ineptè) cuiuſmodi ſunt noſtra Ægyptia ſiliqua caſſia ab illis & à iuniorib. appellata, & manna, & fructus, qoi myxaria à Gręcis. & ſebeſten ab Arabibus B dicuotur. & pſſolæ. Multùm autem, vt mea fert opioio, probãdus eſt freqoens vſus leuiorum, ſicut, ſi decoquatur ℥.1. foliorum ſenę ex ſero caprino, vel iore pulli, additis floribus violarum, & boraginia, & maluę ad ʒ.1.ʒ.iij. paſſularum, qoatuor fructibus ſebeſten, radicis dulcis, vel glycithizæ decorticatæ ʒ.ij. excolato decocto diluerem ℥.1. floris, vel duss mannæ, vel diacatholiconis ℥.1. vt videlicet paulatim, & modeſtè exuſtos detrahatur melaocholicꝰ humor, qui in dies genitus morbum fouet. quan- C do autem viſum fuerit, malom his medicamentis oollo modo cedere, auderem aliquando & valentioribus vti, in qoibus tanqoam præcipua poſoerim, confectiooem Hamech & hieram, quam diacolocynridos Scribonius Largus io ſuo de medicamentis libello appellat & mirificè laudat, eamq; in Pachium medicum refert: neq; tamen ſine caſsia, vel manna vnquam darem, ſed iij. vel iiij. horum ʒ. ℥ 1. caſsiæ, vel ℥.s manoæ adderem. pluriмus tamẽ eſſem io his medicamentis, quæ vim habent immu- D tandi prauam intemperiem & capitis, & vnioerſi corporis, ſiue decocta ſint, ſiue ſyrupi, ſioe (vt aiũt) confectiones, quibos ſemper aliqoid intermiſceatur, quòd vim habeat attenuandi, & digerendi: dũmodo non valde caleſaciat, & exſiccet. vnde mihi probarentur decocta parata ex boragine, bugloſſo noſtro, endiuia, meliſſa, foliis, vel floribus maluæ, lactuca, betonica, fumaria, cui ſi & fructus ſebeſten, & prunorum adderentur, & fruſta aliqua pomorum dulcium, longè melios eſſet: deinde verò ad- E dito ſacharo optimo ad ℥.iiij. vel v. darentur quotidie ſummo mane. Quòd ſi ſyrupos admitterer & eos qoàm libenter darem: inter quos mihi probareotor, qoi ex ſucco boraginis conficitur, & qui ex ſucco endiolæ, quique ex fumaria, lupulis, ſucco pomorum dulciom: mox qui ex pomis Sabor eſt appellatus, & qui ex pomis compoſitus, quique ex fumaria compoſitus: ſed his cùm aliquam vim purgatoriam habeant, ſemper ſyrupum ex cichorea confectum, quem compoſitum, vel com rha- F barbaro nuncupaot, immiſcerem. Quòd ſi hæc nõ admitteret, vterer confectionibua, paratis ex ſacharo, vt eſſet ea, quam diarhodon appellant, vel quam aromaticom roſatum, huic tamen ſemper & illam adderem, quam diatrion ſandalon dicunt, vt temperatior fiat: præterea ſi accipiamus florum boragiois, violarum, roris marini, omnia ſacharo conditorum, cõſeruas apothecarij appellant, item ſachari roſacei atque carnia emblicarum myrobalanorum, ſingulorum ℥.1 omniaque ſyrupo ex ſucco G pomorum dulcium confecto, aliquantiſper diluta, ad formam eclegmatis dedocentor, erit vtilis admodum confectio. Quòd ſi præterea acciperetor oleum roſaceum, & violaceum, & nenupharinum, totumque pectus inongeretur, habita aliqoa cordis ratione, id non eſſet ab re. Imò longè melius eſſet, ſi his ad ignem vel in duplici vaſe miſtis, addita

modica cera, & ſocco boraginis, ac meliſſæ cum aliqua particula pulnerum diatrion ſandalon madicamentum conficeretur, quo eſſet illinaodum pectus præſertim verò è regione cordis.

CONSILIVM XII.

Melancholia in Iuuene per conſenſum partium inferiorum.

CVm Medici inſtitutum ſit corpori humano ſanitatem reparare & ægritudinem remouere, hoc autem fieri non poſsit, niſi ſublatis cauſis, quæ morbum producunt: cauſæ verè remoueri non poſsint, niſi cognitæ prius ſint per ſymptoma & ſigna: ideo & nos vt in cognitionem morbi, quó hic adoleſcens laborat, deueniamus, hac ipſa methodo ingredlemor. Incipiemus autem ab his, quæ attinent ad principem partem: vt quæ circa cognitionem, & intellactionem contingere conſueuère. Ac quod affligit, ſunt cogitationes, & imaginationes triſtes: vt aliquando videatur ſui ipſius oblitus, etſi non adſint cauſæ, quæ illum in ſui obliuionem, & in hanc triſtem cogitationam perducant. Mala autem cogitatio eſt ſignum, perturbatam eſſe mentem: quia interdum cogitat ea, quæ non ſunt cogitanda, & ſunt præter rationem: Vnde colligitur eſſe affectum melancholicum: quia, quum permanet triſtitis, vt dicit Hippocrates: melancholicum eſt. Neceſſe ergo eſt vt diuidendo procedamus per omnes affectus melancholicos: & ad vltimas differentias progrediamur: quemadmodum ait Galenus, intereſſe illius, qui rectè voluerit Medicinam exercere: ſunt autem tres differentiæ ſecundum Græcos authores melancholiæ, etſi plures eonumerentur à iunioribus, & Arabibus: quæ omnes reducuntur ad has tres: Nam melancholia aut efficitur per eſſentiam, & primarium affectum, aut per conſenſum: ſi per conſenſum, vel à ventriculo, aut à toto: videndum iam eſt, à qua cauſa ſit affectus iſte. melancholia quæ per conſenſum à ventriculo fit, ea eſt, quam Græci, & Latini Græcos ſequuti, Hypochondriacam, Arabes verò Myrachialem appellant, quia pendere videtur à ventriculo, qui ineſt in abdomine, & in Hypochōdriis: nulla enim eſt particula in corpore humano, cum qua cerebrum magis conſentiat, quàm cum ventriculo, & ideo quamuis partes affectæ circa Hypochondria eſſent, non poſſent inducere materiam in cerebrum, niſi per ventriculum: quia materia ibi genita prius regurgitat ad ventriculum, atque ita euaporando ad caput, peruertit rationem. Quę verò differentia eſt, quando à ventriculo, & quando in cerebro primò producitur? Quando per conſenſum fit, non eſt perpetuum illis, vt non rectè ſentiant, ſed plerunque ſuperuenit, & tùm in primis quando adeſt multa incoctio in corpore, & ventriculus laborat cruditatibus. Quando verò fit per eſſentiam, perpetua eſt, & nullo errore ſuperuenit. His cognitis, quandoquidem magis & minus malè ſe habet cerebrum, quum magis & minus afficitur ventriculus, & quandoque hic iuuenis inuenitur ſine his malis cogitationibus, neceſſe eſt, vt ſit per conſenſum. Sed an à toto? minimè: quia habitus iſtius corporis non eſt talis, qualis in his reperitur, qui per conſenſum à toto laborant melancholia. hi namque venas habent plenas ſanguine atro, habent hirſutum caput, & totum ad co-

A lorem ſubobſcurum vergit, ob adoſtionem quæ fit in ſanguine. præterea videmus in iſto adoleſcente affectas eſſe partes inferiores: neceſſe ergo eſt, vt ſit melancholia à ventriculo, & à partibus ſubiacentibus ventriculo. verùm videamus nunquid omnia ea reperiantur in hoc corpore, quæ ſolent conſpici in huiuſmodi affectu: Sed primo conſideremus rationem affectus Hypochondriaci. Quantum ex lectione Galeni percipere potui, duplici vitio po- B teſt prouenire hic affectus. aut enim ex obſtructione lienis, aut alterius viſceris: vitio quidem lienis, quando non expurgatur ſuccus melancholicus ab hepate ad lienem, ſed retentus regurgitat ad ventriculum: & hoc eo facilius efficitur, quia naturà videtur ſemper aliquid ſucci melancholici ad os ventriculi regurgitare, vt famem excitet: præterea ratione ſitus, quia venæ portarum ſunt proximæ, vt ex lectione anatomica habetur: ideo materię illę, quum ſunt obſtructæ venæ, & lien, regurgitant, & C in flatum conuertuntur, & prohibent concoctionem, quia etſi pauca portio ſucci melancholici ad os ventriculi deducatur, non multum refrigerat, ſed potiùs corrugando ventriculum, & irritando, famem gignit & inducit: quum verò magna copia iſtius ſucci petit ventriculum, refrigerat fundum ipſius, atque debilem reddit ventriculum vniuerſum, & reprimit ipſius calorem naturalem, à quo perficitur concoctio: vnde fit, vt contingant affectus melancholici, & malæ cogitationes: Nam D ventriculus effumans ad cerebrum, peruertit rationem, & cogitationes. Hic eſt vnus modus, quo gignitur affectus hypochondriacus. Gignitur verò & ea ratione: quia venæ meſaraicæ obſtructæ ſunt: vel mala temperies ipſis inducta & partibus meſenterij: vt nimis incaleſcant. Tunc enim aſſatur ſanguis, & exuritur, qui aſſatus craſsior redditur: quo fit vt venæ illæ obſtruantur, quibus obſtructis prohibetur tranſitus chyli, qui in ventriculo genitus, cùm rapiendus ſit ad iecur, retinetur, E corrumpitur, & in flatum vertitur. Vnde ſentitur murmur, auget abdomen, emittuntur crepitus per inferius & per ſuperius os, qui aſcendentes ad caput, in aliquibus vertigines excitant, in aliquibus peruertunt mentem, & melancholicos affectus producunt. Ex his igitur quid de hoc iuuene ſtatuendum ſit, palàm fit. Etenim quum non videam Hypochondrium ſiniſtrum turgere: non in lienem, ſed meſaraicas venas referrem cauſam huius affectus: & eo magis, quia quum perpetuò F fuerit ſtudioſus, imbecillior eſt redditus illi ventriculus, factæ ſunt obſtructiones, prohibita tranſpiratio humorum, & ſanguinis, ac ſpiritus, & ex aliqua exercitatione inducta eſt temperies calida in illis partibus: præterea, quia ſuapte natura eſt calidi iecoris, frigidi ventriculi, cerebri calidi: vnde ex ratione præcedentis diſpoſitionis facilè fuit, vt induceretur huiuſmodi intēperies. Præſtitit aūt occaſionē diſpoſitio naturalis ad cruditates generādas: quia naturaliter erat imbecillis ventriculi, in G quo cōcoctio perficitur: quæ deinde aucta eſt ratione ſtudiorū, cùm ſolitus ſit ſtudere ſtatim à cibo, & vt contingebat: ex quo illa obſtructio facta eſt, & ex hac inducta mala temperatura. Quibus declaratis facile eſt reddere cauſam omnium dictorum: Nam ſi adſunt obſtructiones in venis, per quas velut per radices vel manus quaſdam rapitur chylus ad iecur;

iecur: noo poteſt id affici: ideo retinetur, quo reten
to, ſentit ructationem illam, & ſtrepitum in veo-
tre: præterea non fit concoctio, & cruditates gi-
gnuntur. Vude verò ſeqoitur fames canina? Du-
plicem videtur habere cauſam, melancholiam ſci-
licet, & pituitam: At ratiooe melancbolici ſucci
fieri non poteſt: quia ſuccus melancholicus exu-
ſtus non iuuat ad famem excitandam, ſed potius
deſtruit eam: quia ſicut naturalis ſuccus melan-
cholicus effieit famem: ita ille, qui eſt exuſtus eam
deijcit: relinquitur ergo, vt ex ſupra dictis cooclo-
dendo dicamus vehementem hanc famem, qua Iu
uenis iſte mirum in modum affligitur & miſerè
vexatur, contractam eſſe ratione pituitæ: quæ in
ventriculo retenta aceſcit, acida autem facta fa-
mē gignit. Præterea grauitatam iſtam, de qua con-
qneritur qnod moleſta ſibi ſit circa capot, exiſtimo
fieri ob multam euaporationem à ventriculo, aut
à cibo, aut dum comedit: quia ex cibo agitatur ma
gis illa materia in vētriculo. Præterea quod magis
fugit ſomnum veſperi, inde fit, quia retinetur ma-
teria illa frigida pituitoſa, atq; euaporatio pituitoſa
impeditur: melācholica verò augetur, quia eſt pro-
pria illis horis, ſicut diei pituitoſa, qoādo conciliat
ſomnum: Nam cōcocta materia, quę aſſumta eſt, e-
oaporat multū ad capnt, & ſomnū efficit. quemad-
modum cōtrà melancholica impedit ſomnū tum
ob ſiccitatem, rum ob caliditatem & exuſtionē: &
hæc eſt ratio primi illius morbi. His igitur poſitis,
pnterit ne liberari? Ego pfectò, vt ingenuè fatear,
dicam id quod ait Galen. in tertin de locis affectis,
iſtns videlicet affectus melancholicos eſſe longos,
& difficiles. ſed tamen quia patiens hic eſt iuuenis,
& omni ope nititur, vt ſuis rebus cauear, præceptis
quoque medicorum paret diligentiſsimè: ſpero fo
re, vt euadat. Nam & alios vidi ſanatos ab huiuſ-
modi affectibus, licet in longum protrahantur, &
difficile curentur. Quòd ad rationem curandi atti-
net, ſi volumus rectè, & ex ratione loqui, hi affe-
ctus frigidi, & à craſsis humoribus geniti, magis
vincuntur victus ratione, quàm medicamentis,
vt teſtator Galenus: ideo nportet vt nmni ingenio
inſtituat rationem victus, qui declinet ad attenu-
antem: caueat ergo ſibi ab his, quæ craſſns gignunt
humores: nam ſunt tardioris cnncoctionis, & timo
res augent. vinum ſit teoue, non admodum potēs,
non acotum, vel acidum, ne exaſperet, ſed mediæ
potentiæ, medij coloris, & medij ſaporis, non dol-
ce, qnia etiam excitat flatus, maximè quum recens
eſt, & obſtructiones generat, non item ſit debile, &
aquoſum admodum, ne nimis refrigeretur ventri-
culus, non inſuper calidum, oe porrò calefiat ni-
mis iecur, ſit mediocris vigoris, & non ita pauciſe-
rum, caueat tamē à plenioribus vinis nigris, & craſ
ſis, quæ obſunt affectionibus melanchnlicis. Quā-
tum ad cibum ſpectare videtur, debet is eſſe faci-
lis concnctionis, vt caro gallinacea, perdicum, a-
uium paruarum nemoralium: vituli non niſi lactē-
tes: Ab agnis, & caſtratis abſtineat. quia quáuis ra-
tione humiditatis videantur prodeſſe humori me-
lancholico, tñ quiid ſanguinem craſſum gignūt, no
cēt. Vtatur rebus tēperatè calefacientib. nam quū
ea, quę leuiter calefaciunt, nitantur materiæ tenui,
minimè terreæ, ventriculū calefaciūt quidē, verùm
vix ad venas meſaraicas peruenit huiuſmodi calor,
ſed citò euaporat. vnde ſumi poſſet, pro rstione ma
læ tēperiei vētriculi & malæ cōcoctionis, cinoamo

A mū, & piper nō admodū in pollinē redactum. Nam
etiā Gal. dicit, quod diatroo pipereon conuenit in
huiuſmodi affectionib. quia calefacit vētriculum,
& partes illius calidæ euaporant, antequam perue
niant ad iecur earum vires. ſi paſſulæ in iuribus pō
nerentur, non eſſet incōueniens, vt neq; hoc mihi
videret incongruū fore, ſi quod ſimplex aliquádo,
vt mētha, pulegium, origanū, abſynthium, betoni-
ea, ſaluia. & ſi quæ eſſent alia, & huiuſcemodi, quæ
B ad cōcoctiooē ciborum vētriculo robur adderent,
& modicū calefacereot. Exercitatio moleſta pnteſt
plurimùm prodeſſe, immoderata verò nocet. Nam
vt immoderata axtinguit calorem naturalem: ita
modarata reuiuiſcere facit ipſum, eodem prorſus
modo, vt ignem videmus augeri & incremēta ſuſ-
cipera, ſi modicè ventiletur folle, & iuſta rationē
fiat. contra eundem, ſi immoderatius à flabris vel
vētis agitetur, interire ac extingui cōſpicimus. Non
à cibo ſe exerceat, ſed ante cibū, & oon niſi perfecta
C cōcoctiooe in vētriculo, & primis venis, ne crudio-
res materiæ digeraotur in vniuerſum cnrpus: cā-
ueat ab animi perturbationibus, & moderatè gau-
deat. Nam, vt ſolicitudines nocent; ita ſpes & gau-
dium, & huiuſmodi paſsiones animi mirum in mo
dum adiouant. nec videatur hoe mirabile dictu,
quandoquidem ego iam ſæpius expertus ſum, quā
conferant huiuſmodi alterationes animi: qua de re
volo vobis cáſum narrare. Vidi quendam nobilem
Patricium, qui erat moriturus, & quum detinere-
D tur, deſtitutus á medicis, contigit vxorem habere
prægnanteio, quæ ſtatim paritura erat, & quum
extrema illa remedia adbiberantur, vxnr interim
arrepta à doloribus partoa, cœpit clamare, cuius
vncem quum ſenſiſſet hic Patricius, oculns ape-
ruit, ac interrogauit, quid fieret, & quæ vnx eſſet il-
la: dixerūt aſsiſtentes. Filius natus eſt tibi hodie, &
ex illa hora tribus diebus conualuit, tantùm gau-
dia pollent. A triſtibus igitur animi perrurbatin-
nibus caueat, & indulgeat gaudija. Et hæc dicta
E ſint quo ad victus ratinnem. Quod ad pharmaceu
ticam attinet, omnino euacuandum eſt. nam ſi im-
becilliora reddita viſcera ſint quotidie gignuntur
excremēta & ſuceus melancbolicus, & cruditates,
quæ dum retinentur, malum augent, & cætera om
nia ſymptomata. ideo Galenos dicit, quòd debe-
mus ſemper primò remouere cauſam. præſtanda
autem purgatio eſt non vehemētius medicamē-
tis. nam & tempus alioqui hyemale hæc admittei o
non videtur: & teſtibus Auiceo. atque Galeno,
F actio cum medicamentis maximis. & fortinribus
moleſta eſt. Si igitur maſticaret rhabarbari, vel
ſcrupulum vnum, vel ʒ. s. vel ʒ. I. mnderata fo-
ret vacuatio. eodeio modo ſi quid vini maluati-
ci, & aromatici ſumet, & colluet os, non erit ab-
ſurdum. Rhabarbarum enim obſtructiooes aperit:
quia calidis partibns perturbat humores impa-
ctus in venis. vnde maius eſt ionamentum ex aper-
tis obſtructinnibns, quàm ſit nocumentum ax ca-
liditate. Nam etiam Auicenna, vbi de febribus ex
G obſtructionibus loquitur, docet remouandas eſſe
obſtructiones calidis medicamentis, quibus diſ-
ſtantur humores impacti, poſtea mala tēperies re-
mittit: Ea igitur ratione, qua rhabarbarū calfacit,
aperit: qua verò moderata virtute adſtringēte præ
dita eſt, colligit viſcera, & addit illis robur, q̄ à frigi
dioribus & humidioribus reddūtur laxa & mollia:
roborat aūt ventriculum, caloréq; eius cuſtodit, &

iecur mirum in modum iuuat:vnde eſt commune A
prouerbium, quod rhabarbarum eſt vita iecoris,
& ventriculi. Quód ſi aliquando etiam ſumerat
bieram,optimum ſane eſſet:nequá enim ego iuue-
nio melius medicamentum. corroborat namque
ventriculum, exſiccat extraneas humiditates, reli
ctis bonis & vtilibus, vt dicit Auicenna, aperit ob-
ſtructiones,confert iecori. De forma,in quam re-
ferri debeat hoc medicamentum,iudico, neceſſari-
um fore,vt naturam corporis conſulamus. Nam ſi B
teſte Hippocrate, cibus pauló deterior bono etiam
præferendus eſt, ſi is gratus ſit: multo certè magis
in medicamentis hoc eſt obſeruandum, vt medica
méta gratiora appetitui patientis exhibeam⁹,quo-
ad eius fieri poſsit.quare ſi vellet,catapotia ex hie-
ra ſimplici poterunt exhiberi : vel ſpecies eiuſdem
hieræ cum ſyrupo roſaceo ſolutiuo miſceri,& pro-
pinari:corroborat enim vétriculum,& ſoluédi vim
habet ſyrupus iſte:quapropter vires hieræ mirum
in modum iuuabit,& corriget ipſam:vel in bolum C
poſſemus reducere cum eodem ſyrupo bierá cum
portione caſsiæ,aut Diacatholiconis, aut electua-
rij leniriui : aut mannam dabimus cum aliquo li-
quore,quátitate ℥.1.aut ℥.iiij.vel etiam v. Quod ad
alterandú ventriculum & iecur ſpectat,multa ſunt
ad hoc vtilia, vt eſt decoctum ex cichoria, & folijs
abſinthij: ſi eſſemus in regionibus Germanorum,
habere poſſemus abſinthium ponticú; in quo non
eſt ille ingratus odor:neque eſt tam olidum: Vnde
fit vt vtantur ipſo etiam in vino quod abſinthite D
appellant,cuius magnus vſus eſſet in hoc affectu,
ad confortandum. Quód ſi videantur maiores ob-
ſtructiones, quàm vt his aperiri poſsint, ego agri-
monium adderem, ſupponendo quód agrimoniú
ſit Eupatorium vocatum à Galeno, & à Dioſcori-
de:non autem Eupatorium Arabum:eſt enim val-
de gratum iecori,vnde & nomen nactum eſt. Eſſet
autem familiare medicamentum,atque *εὐπόριστον*,vt
ait Galenus,id eſt facile paratu. Quód ſi hoc non
ſuſtineret, propter amaritudinem, poſſet ex aqua E
fooris abluere os, vel ex aquis deſtillatis, vel etiam
ex vino aliquo,vel aliquo iure,temperat humores,
humectat,incidit,attenuat,& abſtergit,ideo ex ad-
uerſo poſitum eſt humori melancholico. poſſet er-
go paratum ſumere tribus, vel quatuor horis ante
prandium,faciliusq; digereretur in totum corpus,
ſi dormiret,poſtquam aſſumſiſſet. His igitur tem-
poribus cum his,quæ ſunt facilia,alterádo,& tem-
perádo ita progrederer.quòd ſi hæc faſtidiret,ſunt
confectiones,quibus vti interim poſſet, vt eſt con- F
fectio diarhodon Abbatis, ex qua, rotula vna ac-
cepta ante cibum, poſſet conferre, vt & aromati-
cum roſaceum; & exporgato corpore, Theriaca,
vel Mithridatica confectio cum ſaccharo bugloſ-
ſato ad ℥. s. ſumta ad has ægritudines longas, &
difficiles confert.Aliquando,cùm non eſſet ita cœ-
lum turbidum,iuuaret ſi lauaretur corpus ex aqua
dulci.maximè etiam conferret ſi æſtuarijs vteretur,
non tamen ibi diu permaneret: in primo loco laua
retur aqua illa tepida,atque aſpergeretur, non au-
tem illa calidiori; poſtea ſuperueniente tempore
vernali erit inſudandum, vt melius aperiantur ob-
ſtructiones illæ, atque etiam diligentius agendum
fortioribus medicamentis, de quibus o-
mnibus conſilium tunc
inibimus.

CONSILIVM XIII.

Melancholia.

FRANCANZANVS.

PRoponitur nobis patiés,qui ab hinc tribus an-
nis in Maio,præcedentibus vigilijs, cruditati-
bus, mœſtitia & iracundia inconſueta deuenit ad
furoremq; quæ ſymptomata præceſsit febris.& in té-
B pore huius furoris plurimum timebat,ita vt cultel
lo ſeipſum transfigere voluerit,alium namq; ſe oc-
cidiſſe imaginabatur, atq; ea de cauſa in carcerem
coniectum diris cruciaribus pœnas daturum:qua-
re melius eſſe credebat,vt ſeipſum interficeret,quá
vt turpiter à carnifice necaretur, & hoc per 8. vel
10.dies durauit,poſtea priſtinæ eſt reſtitutus ſani-
tati.Ceſſarunt ſymptomata nullis planè adhibitis
remediis: Ab hinc autem duobus annis in princi-
pio Martij,præcedentibus cauſis prædictis,denuò
C incidit in eúdem morbú,& voluit ſe ipſum interfi-
cere denuò. perdurauit per 10 dies, poſtea rurſus
cóualuit.Nunc hoc anno in méſe Martio incidit in
eúdem morbú,proiecit ſe in puteú, & acubus con-
figebat partes,quas maximè lethales eſſe putabat.
inde poſt 10. dies rurſus conualuit. In hoc affectu
nil vult capere à Medicis, nec etiam cibô, ita vt vi-
deatur tenui victu remoueri ipſa affectio. Credo
eſſe calidæ & ſiccæ temperaturæ, ex magnitudine
pulſus,colore ſubflauo, audacia, promtitudine a-
D ctionis,latitudine venarú,&c.Sed tamen dicat qs,
ſatis carnoſus eſt, carnoſitas aút non conſiſtit cum
ſiccitate. Narrabat,quód ante quinquenniú, ante-
quá duxiſſet vxorem,gracilis fuerit: vnde cóiectau
dum,quód otio nimio diffluéS,pinguior ſit factus,
non aút verè carnoſus.vnde pinguedo iſta aſcititia
eſt,non aút naturalis.In ætate eſt cóſiſtentiæ: agit
enim 31.anná Deliquit in omnib.ſex rebus præter-
naturalib.præcipuè in accidétibus animi:nam val-
de eſt cogitabúdus, ſuſpicax, curioſus de rebus mi-
E nimis,auarus valde,cùm tamé liberos non habeat.
nó cauet à radijs ſolaribus, nec ab exercitiis ſtatim
poſt cibú,&c.bibit vina vinoſa, turbulenta & craſ-
ſa,quæ ita remaneant per totam hyemem, & quia e-
dit pro more patriæ cibos craſsiores, idcirco fit vt
hyeme peius ſe habeat ventriculo, quàm æſtate.
Carnibus ſalitis maximè delectatur,item & fructi-
bus quibuſuis. Paſſus eſt ægritudines oculorum
maximas,defluente materia copioſa,ita vt aliquan
do per 10. vel 12. dies videre non potuerit. ſanatis
F oculis,tumor labij ſecutus eſt, poſtea teſtium, in-
de 18. anno ætatis à quartana 14. menſes vexatus
eſt,item Bononiæ.Romæ quoque peſtilentiali la-
borauit febre.Inde cùm duxiſſet vxorem, & dediſ-
ſet ſe otio, incidit in ventriculi imbecillitatem, &
delirium iſtud: quod cùm ſit abſque febre,melan-
cholia dici poteſt:& cùm furioſum ſit,mania etiam
quædam iuncta eſt,quæ ex atra bile prouenit,ſicu-
ti melancholia ex humore melancholico: cùm au-
tem ſit calidus & ſiccus naturâ,generatur plurim⁹
G ſanguis craſſus & bilis,à quibus vapores ſuperaſſa
ti aſcendentes,intéperiem cerebri inducút. Hepar
calidum & ſiccú generat quoq; iſtam materiam me
lancholicá. Melancholia aút eſt non primò affecto
cerebro, quàuis caput ſemp fuerit excremétoſum,
quia plurimú exſpuit per os:& imbecillum, quód
labiorum & oculorum affectiones oſtedút, item &
teſti-

teſtiũ tumor: non etiam ex conſenſu totius: ſed eſt A
hypochondriaca. quod oſtendit modus generationis. Bibit enim vina noua & craſſa: cruditates habet plurimas in hyeme: adeo vt aliquando cibum per duos detineat dies, & poſtea crudum euomat. Generatis igitur cruditatibus & obſtructis meſaraicis, iiſdemq; ſupercalefactis, aſſatur ſanguis, atq; etiã chylus in ventriculo, vnde euaporat copiosè ad caput. Ex ſymptomatibus quoq; idipſum colligitur: quia concocto cibo melius ſe habet: plurima exſpuit, & illa liquidiora. Incipiũt primò vigiliæ, trãſmiſsis vaporibus ſiccioribus ad caput: accidit timor & mœſtitia leuis: item augetur iracundia ex leuiſsima occaſione, propter vapores illos (ſicuti videmus augeri plerunq; iracũdiam in conualeſcentibus, etiamſi ſanguis non ſuperabundet.) Læſa autem eſt virtus imaginatiua, (quæ loco non eſt diſtincta à cæteris facultatibus, vt volunt Arabes.) ex intemperie frigida & ſicca, ſimul & calida, propter atrã bilem. Eſt porrò periodicus morbus (vt 2. de diff. feb. circa finem) propter aggregationem materiæ in hypochondriis, & tranſmiſſæ ad caput. concocta autem materia illa à calore iuuenili (nam in illis diebus nil vult comedere) redit priſtina valetudo, & tamdiu durat, donec rurſus aggregetur materia. Pro præſeruatione, tollenda eſt frigiditas ventriculi, quæ cauſa eſt omnis mali, cum inordinato victu. Ergo recta victus ratio præſcribenda, & poſtea incipiente malo, euacuanda materia, reuellendaque. & credo eum ſanari poſſe, præcipuè in tali ætate & habitu. Leniatur aluus caſsia, quia humores ſunt aduſti, & ſecari meo iudicio poteſt vena, ad refrigerandum iecur, quod ſua caliditate fouet morbum: ſecarem autem mediam dextri brachij. Concoquerẽ ſyrupo de fumaria ſimp. qui poteſt materiam craſſam cõcoquere, item melle roſaceo, ratione ipſius ventriculi: Aquæ ſint fumariæ, vel betonicæ. Euacuarem rhabarbaro, ratione ipſius ventriculi, confectione hamech, &c, item corticib. ellebori nigri, addendo hamech & agaricum in ſubſtantia, cum ſyrupo de pomis, &c. vel pill. cochijs cum veratro. Inde pro alteratione ventriculi, omiſsis inunctionibus ceratiſq; infinitis, deueniamus ad aquarum Aponenſium potum, vel, quibus ille propinquior eſt, Viterbienſium: nam & calefiet ventriculus & exſiccabitur. Decoctum ligni magis calefacit iecur & exiccat quàm thermæ: ideo hic locum non habet: adde quòd lignum non adſtringit, ſicuti aquæ iſtæ, pro ventriculo roborando, ratione aluminis. Aquis de la villa minimè vterer. F
Detineatur autem medicamentis iſtis vſq; ad ver proximum, cum iis quæ euacuant & confortant ventriculum, quale eſt aloe, vel alephanginæ, vel maſtichinæ pillulæ, vel hiera. Vtatur etiam hyeme flatus diſcutientibus, vt diacimino. oxyporũ ſuã laudat Aetius. Vterer etiã antidotis veluti mithridato & theriaca. Pro reuulſione cauteria in cruribus facienda, non probo: quia recta victus ratione & prædictis pharmacis credo amotum iri malum. In veris principio, antequam malum adueniat, ſecetur vena, lenita aluo, cõcoquatur materia, reuellaturq;. maximè in cibo & potu ſibi caueat, & ab affectionibus animi: carnibus ſalitis raró & paucis in prima menſa vti poteſt, pro inciſione pituitæ, ſicuti veteres garo vti ſolebant, in ægritudinibus pituitoſis. Moderatè vtatur venere, cui omne vt plurimum deditus eſt. Exercitiis moderatis fruatur. G

FRISOMELLINCA.

Morbus cùm ſit periodicus, indiget præſeruatione, & correctione iam factæ intemperiei. Læſa eſt imaginatio, aut ratione ſpirituum, aut ipſius inſtrumenti, id eſt cerebri. credo ego propter læſionem cerebri. læditur autem vel per conſenſum, vel per eſſentiam. Hic vtrunq; eſſe credo, magis tamen per cõſenſum. Corrupta autem eſt imaginatio, nõ ablata, nec diminuta. Itẽ eſt ratione ſpirituũ, quia cor fortè eſt affectum & intemperatum, quod trãſmittit ſpiritus corruptos ad cerebrum: etenim cerebrum recipit ſpiritus vitales à corde, qui ſi impuri ſint, lædunt facultates & corrumpunt. Spiritus autem hic ſunt ſupercalefacti & craſſiuſculi: quales autem ſunt ſpiritus: tales etiam ſunt actiones quæ inde proueniunt. nam ſpiritus aut anima eſt, aut certè proximum inſtrumentum animæ, vt 3. de loc. affect. & 7. de placit. Hipp. & Plat. Spiritus verò tales ſunt etiam aliorum membrorum. nam ex cibis craſsis & praui ſucci, vinis potentibus & turbidis, ſanguis craſſus à membris naturalibus generatus eſt, & vapores plurimi. Cùm autẽ ſint ſpiritus calidiores, mania: cùm craſsi, melancholia accidit: vt 3. de loc. aff. cap. proprio de melanch. Cæterùm morbus eſt periodicus, propter aggeſtionem materiæ per hyemem ex nimio ocio, carnibus porcinis, fructibus plurimis, vt 2. de diff. feb. cap. vlt. idq; potiſsimum in vere: vt 6. part. aphor. Hipp. docet, maniã & deliria in vere potiſsimũ accidere ſolere. Quartanæ ſolent relinquere ferè ſemper imbecillitatem lienis, vt nõ bene poſsit depurare ſanguinẽ: ventriculus imbecillis malè concoquit, cuius poſtea errata iecur corrigere non poteſt: atq; ita generatur fex ſanguinis. vnde mœſtitia & timor ſequitur, ſimul & furor. Cauſis remotis & morbus ſufferetur. Cùm verò humores iſti generẽtur & vino ciborum & membrorũ: victus ratio recta inſtituẽda, & membra roboranda. Quare carnibus porcinis & ſalſis penitus abſtineat: Vino tantùm ſubtili & rubro vtatur, & minimè forti, carnibus anſerũ, anatũ, &c. abſtineat, caueat à cogitationibus plurimis, iracundia, &c. quæ debilitant calorẽ naturalem, & aggregant plurimas ſuperfluitates, præcipuè omnium. Corrigatur vẽtriculus præcipuè, calefiat moderatè tãtùm, propter iecur & cor, quæ calidiora ſunt. Laudo magnoperè ſectionẽ venæ, ſicut & Gal. 3. de loc. affec. cap. 4. quia euacuat vniuerſum corpus, ſi ſit melancholia à cõſenſu totius. In ipſa aũt miſsione, videndum an ſanguis ſit melancholicus, & tãtùm euacuãdum, quantum ægri vires patiuntur. ſi non ſit, ſtatim ſupprimẽdus. Syrupis, cichoraceo, roſato, &c. vtatur. Euacuem⁹ elleboro, agarico. & quia omnes videtur peccare humores, ideo mixta pharmaca propinẽtur: miſcerẽ itaq; elleboro agaricum, colocinthidem, & rhabarbarũ, aut darẽ pillulas cochias cum elleboro. Repetẽda autem eſt euacuatio per interualla, quia humores rebelles ſunt, nec vnica vice poſſunt eiici. In exhibẽdis aquis cautio adhibenda, ne calefiat iecur & cor: probarem Aquarianas, Mutinenſes, vtpote temperatas: Aponenſes aũt & ſimiles reſpuerẽ, propter nimiam caliditatẽ. Poſtea roborarẽ ventriculum ſimul & iecur ac cor, electuariis q̃ diamaſcon, diambrã cũ ſpecieb. triũ ſantalorũ, diarhodonis, aut ſaccharo roſato reciperẽt. Totã aũt ſpem pono in bona vict⁹ ratione: pcipuè cũ ſit boni habit⁹, & in hypochondriis nullæ ſint obſtructiones. Quare & nũc & in autumno expurga-

rem: item per totam hyemem. Balnea aquæ dulcis, quæ in principio huius affectioois maximè ſalutaria eſſe ſcribit Galenus de loc. affect. c. 4. forſan ſquareot, io quibus decoqnatur aliquid, qnod ventriculi frigiditati proſit.

TRINCAVELLIVS.

Patiens iſte ætatis conſiſtentis, calidus inſigniter, io cæteris qualitatibus nõ ita peccat. nam obeſitaa illa ax plurimo ocio prouenit. calidi eſt capitis, ex colore capillorũ, &c. calidi iecoris & cordis. erat forſan booi vẽtriculi in priocipió, antequã in morbum illum caderet. Morbia plurimis fuit detẽtus, tùm propter inæqualitaté membrorũ, tum ex mala victus ratione. vẽtriculi nunc eſt frigidiſsimi. Deliriom eſt, ſad abſq; febre: aot ſi adſit febris, tum ſequitur tantúmodo deliriom ipſum. vnde melaocholia eſt: & cùm ſibijpſi & reliquia inferat man⁹, etiá mania adeſt, ex vno eodéq; humore, qui prius melancholiam, poſtea per vlteriorem aduſtionem etiá maniá excitare poteſt. Per primarium affectũ melaocholia iſta eſſa videtur, qoia non omnino expers eſt melancholiæ eo tempore, quo ſanus eſſe dicitur. nam cogitabũdus ſemper eſt, & ioter amicos mœrens ſedet & triſtior, quàm ex natura ſua ſoleat eſſe, propter reliquias, qoæ non omoioó conſumtæ fuere: præcipuè cùm iam tribos annis potoerit etiam caput ipſum lædi, & progreſſu temporis cõfirmari forſan poſſet. At verò per conſenſum etiam à toto eſſa, babitus corporis arguit. quia birſutus eſt valde, præcipuè tamen à vẽtricolo, eò regurgitáte per venas meſaraicas ſucco melaocholico. Hypocbondriaca affectio. ex corporis aptitudine & ſymptomatibua colligitur: ſicut & qniuis morbus. Fuit aũt bepatis calidi valde, vt ex venis ipſis apparet, quæ atteſtantur ſuo principio: item ventriculi frigidi, ex cruditatibus multis, propter victũ Inordinatum, multám veneram, quæ maximè lædit ventriaolum, carnem porciná, quæ difficilioris eſt concoctionis, licet ſi optimi nutrimẽti & ſalubria, præcipuè in illis regionibus, vbi noeriũtur in ſylois & montibos, non ſaginantur vt noſtri, qoi idcirco humidiſſ. ſunt & craſsi prauiq; ſucci. vſus eſt moſto, id eſt vino dulci recenti, quod maximè facit ad ſucci melancholici generatioòem. Generata autem materia in hyeme, in vere exagitata, ad cerebrum deueniens, affectionem iſtam fecit. Curari poterit, ſed nõ facilè, cùm iam per trienniõ durarit: item quód (ſecundum Gal.) affectio hypochondriaca vel in iuoene difficilis eſt curatu: adde quód indicationes pro veotriculo & hepata contrariæ ſuot. Ventriculo autem maximè attendendum, adhibita cõmoda victus ratione. Cibi igitur ſint generãtes bonum ſangninem, & faciles coucoctu, ac bumectantes potius, nec nimium calidi neq; frigidi, qois hepar calidũ eſt, vẽtricul⁹ frigidus. Exercitatio ſit moderata, quę illi prodeſſe poteſt moltum, ſicut omiſſa nocuit. Venus moderata coofert ægritudinibos melancholicis, præcipuè pituitoſis. Somnus ſit moderatus. Caueatã cogitatiooibus tantis, qoibus reſiſtere poterit amicorom interuentu, mutatione locorum & varietate Inde his temporibos, appropinquante byeme, vbi vẽtriculus maximè afficitur, roborarem ventriculom, porgaréq; prius, qoàm mitterem ſaogoinem, quia cruditatea plurimę adſont. nil eoim adeſt quod nos cogat accelerare ſang. miſſioné. Refrigerabitur ergo caput, & euacuabitur totum, à cuius conſenſo dependet affectio. Aluus leniatur hiera cum caſsia, diacatholico, &c. Item aliqoando hiera cum ſyrupo roſ. ſolut. vſus ſum & bene ſucceſsit. Vterer quoq; ſyrupis de papauere, de fumaria, item melle roſaceo. Ad expurgandũ, colocinthide vix vterer, ſed mitiorib. à principio, quęq; roborareot & expurgarent varios homores, precipuè aoté melancholiam. hiera antẽ colocinthidos mihi maximè probaretur. Aperirem & hęmorrhoides, quę maximè in hoiuſmodi affectibos proſoot. Aquas etiam thermarũ porrigeré, ſed Aqoarianas potiùs aut Poretanas, cùm in aqnis de la grotta ferrum, æs & alumẽ adſint, ſed magis ferrum: & qood æa ventriculo officiat. Circa finem autem Ianuarij purgationes mihi maximè probarentur per ellebo rum, confect. bamech. &c. & inde vterer balneis aqoæ dulcis, &c.

CONSILIVM XIIII.

Delirium cum riſu.

Vir quinqoaginta annorum, habitus calidi & ſicci, ante annũ cæpit in cruribos percipere frigiditaté. Adhibita ſunt medicamẽta, frigus abiit: Cæpit delirare nõ valde mæſto delirio, ſed ridet aliqnádo ſine cauſa, & pecuniaa profundit: adiuncta eſt memoriæ debilitas: præterea totius corporis veloti leuis quædam paralyſis. Cerebrum eſt affectum, intemperie frigida & homida, quod indicant excremẽta & ſomnia turbolenta. vnde nõ mirum eſt totum quoq; corpus malè affectũ leui quadam veluti reſolotione: præterea & ſenſus omnes hebetes eſſe. Iam verò cùm ſenectus ipſa plorimo abũdet humore meláncholico, ſit cõmixtio vtriuſq; humoris in cerebro, ita quidem vt frigiditas intendatur, ſiccitas tamẽ melancholię ab humiditate pituitæ remittatur. Humiditas in cauſa eſt læſarum functiooũ animalium, & caoſa fatuitatis, illius præſertim, quæ in infantibus cõſpicitur, quę etiam occupat cerebri ſubſtaotiã, id eſt, mẽtem. verùm cùm in corpore iſto etiam bilis generetur, ideo illa aliunda adueniens, & ad cerebrum fluens correxerat humores iſtos frigidos, & qood facit propinqoius accedere ad naturã ſanguinis, vnde riſus iſte, qui tameo non ſemper durat, quia bilis nõ ſemper affunditur. Bilis pura in cerebro efficit deliria iracunda: verùm bic contemperata eſt. Hæc igitur cauſá eſſe poteſt. neq; enim dicendum, fieri à ſanguine, cùm corpus hoc calidom & ſiccũ ſemper fuerit, & nooe propter ſenectuté ſanguine abundare neqneat. Eſt ergo capitis affectio ex intemperie frigida & homida, à materia duplici, melancholica & pituitoſa, cũ qua cõiuncta bilis, facit riſum. Curatio poſita eſt in euacuatione humoris, non tam per venæ ſectioné, quàm apertioné potiùs hæmorrhoidom: Item ſtillicidium in capot aquárum ſulforearum. præterea & potum, inſuper iocesſionem, pro totius generis oeruoſi corroboratione.

CONSILIVM XV.

Melancholia.

FALLOPIVS.

Patitur ſymptomata melancholica, auerſatur amicorũ cõgreſſus, tim et pręter rationé, mœret, & ſæpè etiã dum loquit̃ & cogitat, videtur aberrare: Perpetua tñ non ſunt, ſed certa ioternalla habẽt & rara. Incepère iam ante plures annos. Ac qnqoagesi-

geſimo primo anno ob mortem matris in maximã
incidit deſperationem, vt ferè ſe præcipitem dede-
rit: Acceſsit ad hanc calamitatem mors filiolæ & fi-
lij, ſymptomata tamen non vſq; adeò ſunt grauia.
Sed ſuperiori quadrageſima poſt conuiuium cum
amicis dolor ſuperuenit crurũ, febris iuncta; vt vi-
debatur, quamuis aſsiſtens Medicus negaret, imò
imaginationem hanc eſſe dicebat. Itaq; poſt x. dies
amicorũ ſuaſu egreſſus, ſex milliaria cõfecit, negle-
cta alteratione: Nunc etiã ſcit ſe ægrotare, ſed mor-
bũ neſcit: percipit tamen in hypochondrio ſiniſtro
calorem ingeotẽ, modò veſperi, modò mane: inſu-
per aliquid, quod premit cor, & perturbat animũ.
Ceſſante calore, ceſſat etiam hoc. Symptomata igi-
tur ſunt deliriũ ſine febre, & melancholica affectio,
quã fieri per conſenſum credo. quia habet interual
la. Conſenſus autẽ vel à toto eſt, vel à parte Ac etſi
quædam ſigna ſint à toto, vt, nigrũ corpus, habitus
niger, pilis ſcatẽs, & quòd excretio ſucci melancho
lici prodeſt, per hæmorrhoidas præcipuè, ter vel
quater in anno: (qui permixtus cũ florido ſangui-
ne exhibuit ſpeciẽ hepatis, ita vt crederet ſe excre-
uiſſe partem hepatis) tamen cùm locus ab ipſo ſit
deſignatus, primò à dolore & calore; deinde tactu;
itemq; à tenſione ſiniſtri hypochondrij (licet appe
titus cibi, & vomitus acidorum, ac ventriculi imbe
cillitas non adſint) credo eſſe per conſenſum à par-
tibus inferioribus, nimirũ ab hypochondrio ſini-
ſtro. At dices, quis eſt affectus hypochondrij, cùm
tumor non adſit? Credo adeſſe obſtructiones, ex
quibus feruor fit, vnde eleuari vapores ad vẽtricu-
los, tumorẽ efficiont, aut etiam ad cor ipſum pal
pitationẽ. Cui ſententiæ atteſtatur hepar calidum
& ſiccum, vt ex habitu & vrinis patet: item victus
ratio, in quo ſemper peccauit: exercitatio vehemes
peregrinationes, vina dulcia. Quod ad curationem
huius affectus. ea ſic inſtituẽda eſt. Victus ratio ſit
humidior paulò, & tẽperata. Inde euacuatio conue
nit, cùm totum corpus ſcateat excrementis. Venæ
ſectionẽ omitterem, cùm aliquoties hęmorrhoides
ſua ſponte fluant, & paucis antè diebus per hirudi-
nes fuerint excitatæ. Leniatur aluus caſsia. præpa-
retur materia aperientibus & attenuãtibus: & quia
maior pars obſtructionis eſt circa lienem, adderẽ
attenuantia lienem, vt ceterach, eupatorium, cicho
rium cum polytricho & capello veneris, item rad.
decoctum cum ſyrupo de fumo, de betonica, cicho-
rio, oxymel. mel. roſ. Euacuetur elleboro præpara-
to, quia robuſtum eſt corpus, aut cochijs cum vera
tro. magis tamen probo veratri infuſionẽ cum epi-
thymo & ſena, &c. Euacuatio hæc repetatur, quia
humor eſt cõtumax, prout oportunũ videbitur. Et
quia obſtructiones ſunt ingẽtes, quæ non ita facilè
auferẽtur hoc medicamẽto: & fortè vẽtriculus eſt
debilis, ego aquas darem exiguæ caliditatis, ſi dan-
dę eſſent: vt S. Petri, vel pręcipuè Aquarianas quas
habet propinquas, quã vidi ab iſtis & obſtrictiones
auferri, euacuari humores aduſtos, & ventriculum
roborari. Cùm autem iam multis annis increuerit
morbꝰ, ſingulis annis vere & autumno expurgãdꝰ
erit, per ſectionẽ venæ, niſi hæmorrhoides fluant.

FRANCANZANVS.

Melancholicũ eſſe patet, quia mœret & delirat.
Ex quo genere melancholiæ, dubiũ. Non ex intem
perie facta in capite, frigida & ſicca, quia delirium
non eſt continuum. Ergo vel hypochondriaca, vel
ab vniuerſo corpore. Eſſe quidẽ hypochondriacã,

A arguere videtur, quòd ſtatis horis caliditatẽ circa
hypochondriũ ſiniſtrum ſentit, cor inflãmatur, &
tremit, & tamẽ timet ac delirat. deinde tẽſio adeſt,
& leuis tumor: ſed tamẽ magis arridet, eſſe ab vni-
uerſo corpore, (quia ructus acidi, ſputa plurima, do-
lores ab aſſumto cibo comitãtur hypochondriacã
melancholiã, vt 3. de loc. affec.) tum ex colore atro
vniuerſi corporis, tum ex lotio pleno plurib. corpu
ſculis atris, & ſatis flauo. Itaq; à vaporib. deo enitẽti-
B bus à toto ad caput videtur eſſe melancholia. Cęte-
rũm quòd cõqueritur, modò abſciſſa eſſe crura, mo
dò pedes frigerẽ, modò caput ipſum ardere: nõ vi-
dentur hæc reuera eſſe, ſed potius imaginabilia.
Quod ad humorẽ, non credo illum eſſe ab obſtru-
ctionib: ſed potius à flatibus qui ad tactum cedũt.
nam in obſtructionib. hypochondriorũ ſemper fæ
ces ſunt liquidiores: at iſte egerit fæces duras quo-
tidie, & benè tamen comedit. Eſt & aliud ſignum,
quòd ad applicationẽ hirudinũ plurimùm leuatus
C eſt malo. Si enim eſſet ratione obſtructionis, nõ ita
facilè fuiſſet ſanatus, vtpote cũ cauſa obſtructionũ
remãſerit. Quare à toto credo eſſe melancholiam,
quæ cõſentit cum tẽperatura totius, calida & ſicca:
Cordis eſt calidi & ſicci, quia iracũdus: ſemper fuit
natura ſua ſuſpicax, & moroſus ſemper; magis aũt
poſt mortem matris. Caput calidæ & ſiccæ tempe-
raturæ. Porro affectus hic ita curãdus: euacuandũ
& prohibẽdum, ne generetur: quod quia ratione ie
coris calidi fit, illud attemperandum. Cumq; mor-
D bus iſte ſit ei ferè naturalis, difficilis erit coratio. Ac
quãuis hæmorrhoides apertæ fuerint: cùm tamen
℥. vj. tãtùm fuerint extractæ; ego iterũ, lenita aluo,
applicarẽ hirudines, pręppararẽ deinde cum leuiter
calefaciẽtib. pręcipuè, cùm nunc ſit æſtas, caſsia cũ
rad. ellebori nigri pulueriſata aut diacatholicon in
potu, cum decocto corticũ rad. ellebori. Hinc repetĩ
tã euacuatione contemperetur vniuerſum corpus.
Maxima præterea ſpes eſt in balneo, & cõuenienti
victus ratione, vt gloriatur Galen. Iecur ipſum etiã
E alterarẽ per externa: & inungerẽ cerato roſ. ſimp.
vel roſato cõpleto: per interna modicè refrigerarẽ
ſaccharo roſ & hordeacea. Summa ergo curationis
huc redit, vt leniatur aluus, aperiantur hæmorrhoi
des, vel ſecetur vena, præparetur materia, bis vel
ter euacuetur. balneũ adhibeatur, & tẽperetur iecur.

TRINCAVELLIVS.

Conſtituta accipio, melancholicum eſſe affectũ,
conſtitutionẽ calidam & ſiccã, eſſeq; per cõſenſum
affectũ, ſed à qua parte, dubium: videtur aũt à toto,
F ex habitu totius calido & ſicco. Verùm hoc præci-
puũ momentum non eſt. Quinimò credo ego eſſe
potius à particula aliqua. nam poſtquã malè affici
cœpit, cũ feruore increſcũt ſymptomata, cũ eodem
remittũtur: tum etiã dolet eadem parte cõpreſſus.
Quod cùm ſit, maximã partẽ huius mali ab hypo-
chondriis pẽdere iudico. Quãuis enim melancho-
licũ ſit totum, non tamẽ eiuſmodi, quod poſsit me
lancholicã affectionẽ inducere: vtpote cùm hoc ta-
le corpus, nõ ſit quale deſcribit Galen. molle enim
G eſt, non durũ: Tum etiã, quia color corporis, quod
non eſt expoſitum aeri, non eſt vſq; adeò niger: Ad
hæc pili in toto non hiſpidi, nec plurimi, nec duri.
Sed quod non adſint ſigna hypochondriacæ affe-
ctionis, quam deſcribit Galenus, nil mouet, quia ſæ
pe quædã, rarò omnia adſunt: nam & æquè paucã
adſunt ſigna, quæ arguunt eſſe à toto. Fluxum au-
tem hęmorrhoidum, credo, non tam eſſe atteſtatũ,

à toto pondere affectionē, quā ab hypochondrijs. Itaq; potius ab hypochondrio eſſe credo, nō quidē illā, quę 3. de loc. affect. deſcribitur, ſed quæ à liene, vt in 5. de loc. affect. ita vt ab obſtructionibus ſit. Quòd autem aluus eſt dura, quæ non eſſet, ſi foret obſtructio, obſtructionem lenem eſſe exiſtimo, vt poſsint tranſire feces. aut etiam, quòd, etſi tranſeant feces liquidæ, tamen à nimia iecoris caliditate exuruntur. Quare etſi à toto & ab hypochondrio habeat fomentum, tamen maximè ab hypochondrio. Difficiles ſuot umoes morbi melancholici, præcipoè hypochondriaci vt 3. de loc. affect. teſtatur Gal. quamuis Hippocrates velit morbos, qui reſpondent temperaturis, eſſe minus difficiles. Pru curatiune, cùm redundet homor melancholicus in venis hypochondriorum atq; etiam in toto, eua cuādos. A ſanguinis autem miſsiune abſtinerem: & ſiquidem diſcolor eſt corpos, & veoæ nuo tumeotes, ab alia inciperem euacuatiune, præcipuè cùm iam antè paſſus ſit hæmorrhoides, & eaſdem per periodus etiam ſoleat pati. ſic enim fortè fiet, vt per medicamenta acria, quæ exhibchootur, ſpuntè etiam fluant hæmorrhuides. nam quandu natura ſua ſpuntè euacoat, extrahitur niger: quando per hirudines, ſanguis floridus potius quàm oiger & melancholicus. Itaq; vterer electuario leniouu, dia cathulicon. caſsiam uun admitterem: cùm ab illa nuper exhibita plurimum fuerit cummotus, & perturbatus: at verò à melancholicis huiuſmodi omnia ſint longè amolienda, vtpote nimis per ſe moroſis. Prępararem dein humures ſeru caprino, cùm ſit humor ex aſſatiune. aperit enim, & cōtemperat adoſta. decoquantur autem in eo fumaria, cichorium, cetrach, agrimunium, cum lenienōbus, vt ſebeſten, violis, liquiritia, paſſulis. cum ſyrupo roſ. recēti, vt corroboret viſcera. Inde ad altiores ſyropos & magis attenuātes accederem, quia craſſus eſt humor. vnde ſyrupus mihi probatur byzanōnus. Materiā ſic præparata, euacuarem ſena decocta in ſero caprino, additis lenitiuu & diacatholico, vel coofect. hamech. Item in eu decoctu infundatur aliquid veratri nigri, dommodo ſemper permiſceantur lenientia: atque ita bis vel ter ſenſim euacuarem. Euacuato corpure, mihi probaretur vſus aquarum. quamuis enim exiccant, tamen etiam euacuant, neque retinentur in curpore, ſed exeunt. nihilominus obſiſtemus etiam exiccationi cōmoda victus ratiune. Aquas autem thermales Aquarianas prubo, quia euacuāt, & ubſtructiunes tollunt. Neque verò tantopere exōmeſcenda eſt exiccatiu ab aquis, ſiqoidem magis læditur corpus à feruure illo igneo, qoem ſentit, quàm ab exiccatione aquarum. præterea balneū aquæ dulcis laudu pro contemperatiune. Antiquiures etiam ad mithridatū, & theriacam deueniebaut in affectiunibus melancholicis. quamuis enim exiccent, tamen alia ratione proſuot, quia abſumunt, inciduot, & in totum delent humurem illum aduſtum.

CONSILIVM XVI.

Delirium.

N.

IVuenis 19. annorom deſiplt, ſo verò per conſenſom, au per idiupathiam, cognitu difficile eſt. Cùm nauaret operā literis Teruiſij, ꝓpter aoimi

A conteotiunē lapſus eſt in deſipientiam: acceſſerūt minæ præcepturis. Vnde noctu in patriam profugit. Vbi tandem exquiſitè deſipere viſus eſt. Adhibita igitur ſunt remedia & vena ſecta, atq; hæmurrhoides reſeratæ. Sed pharmaca mihi ſunt ignota. Quod ad affectum, duos menſes in iſtis imaginationibus perſeuerauit, magis tamen in cugitatione. Vnde mihi quidem videtur principalis lęſio in cerebro. Nam quòd corrupta ſit cogitatio, cōſtat, B quia timet, mœret, &c. Læſa autem eſt pars ſimilaris, nun tutum. Nam hoc ſi eſſet, adeſſet febris aut apoſtema. vapores verò potios à corde efferuntur. Quooiam autem virtus iſta lædi poteſt à vaporibus: materia primò in cauſa eſſe oon potuit: quia curpus ferè vacat excrementis, & cerebrom frigidum eſt & ſiccum. infeſtatur enim catarrhis & ſtillicidiis. Reliquum ergu eſt, vt ex mala intemperie materia cuntracta ſit, & cogitatio lęſa. Quod ſi verò læſio eſſet per conſenſum aliarom partiū, eſſat pri- C mò à ventriculo, pòſt à corde, & hepate, &c. Sed cùm temperaturæ ſit calidæ & ſiccæ, ventriculu imbecilli & humidu: per cōſenſom hepatis fieri exiſtimo (præſertim cum aliàs quoq; ex affectiuue hepatis laborârit) propter aduſtiunē cbuleræ, oon aūt. ſanguinis aot pituitæ, neque etiam bilis, quia umnino mente captus nun eſt: licet interim ex ipſa capiti caliditate eoam augeri puſsit. Habes enim capillos plorimus. Accedit error in victu & eſus baccarum lauri. Cùm autem per duos meoſes durauerit, D habitum indoctum lo mediu ventriculo cerebri exiſtimo. Pro curatione, aer ſit temperatus, detineatur in cubiculo ampliori, & vtatur coofuetudine muſicurom. Somnus illi quanduq; conciliandus lutionibus, vnguentis, & attractis per nares, vt decoctu papaueris. vina fortiura noxia ſunt. Aluus liberè fluat. vitentur aoimi affectiunes. Venę ſectione, qouniā per tres vices ſanguis eſt miſſus, vt corpus tabi ſit propinquum, nō vterer, ſed potius ſanguiſugas & frictiones adhiberem: mouerem etiam E ſudorem. Quod ad pharmaca: primò lenirem ventrem caſsis vel manna, vel Syr. roſ. ſulut. deinde materiā digererem cum ſyr. byzant. ſine aceto. de cichor. ſimp. decoct. cichur. & fumariæ. Tum ſi hæmurrhuides nun apparerent, ſecarem venam pro ratione virtutis. Pòſt repeterem ſyrupos, vt byzāt. cum poſ. quu facto, vterer pharmaco mediocri, vt agarico, propter vapores ubſtruentes meatus. Confert & rheub. cum ſyr. de epithymo. Item ſyr. roſ. ſulut. In pauca quanotate. Simul laudo balneum F aquæ dulcis, & decoctū ex carne vel pedibus vernecum, malua, &c. Facta digeſtione ciborum, inungerem corpus vniuerſum ad reſtituendum calorem. Ac inter topica laudo pulmones arietis tepidos, raſu capite applicatos, vel ſi refrigerentur, ex decocto chamæm. Item agoos recētes. Laudo quoque cordialia, triaſand. ex modica diambra, diarrhod. com aq. roſar. factu epithemate. Interius ſumi poſſuot triaſand. & bolus orientalis. Clyſterijs interim vterer acribus, ſi virtus conſtaret: ſin minus, G mediucria eruot cōuenientiora ex malua & hiera, vel caſsia, vel diacathol. ne materia aſcēdat ad cor.

TRINCAVELLIVS.

Accipio taoquam conſtitutum, illum delirare. Igitur circa curam magis verſabor. Nam febre carat: ergo melancholicus. Nuoquid autem per cuoſen-

ſenſum laboret, aut primario affectu, In eo tota diſputatio conſiſtit. Conſenſus aũt ſemper fit à proximis, vt vẽtriculo: ſi ab hoc non fiat, neceſſe eſt, vt fiat ab vniuerſo, & hepate exurẽte ſanguinem totum. Sic etiam fit à liene non expurgante humorẽ melaucbolicum. Sed quod ex vẽtriculo nõ ſit, cauſa eſt, quia nõ adſunt affectus hypochondriaci, nulli rugitus neq; muitum ſputum, & acidum: quãuis fortè cruditas ex ſtudio fieri potuit. An verò cauſa referẽda ſit in conſenſum totius corporis, dubium eſt, qnia habitus exuſtus nõ eſt, neq; hirſutus, neq; veuas amplas babet, neq; vllum præceſsit incõmodum ex lieue aut hepate, vnde multus deprauatus ſanguis generatus in hepate ſuerit. Accedit, quòd neq; victu melancholico vſus ſit, neq; laboribus exſiccautib. corpus. Ac hoc quidem eſt ſiccius, ſed nõ calidius, quia alioqui eſſet uigrius. Capite verò credo eſſe calido & bumido. vnde nõ videtur cur affectum vel iu vẽtriculum, vel torius corporis habitũ teferam: ſed potius ipſius capitis primariũ eſſe conijciam, quia ſi eſſet per conſenſum, ortum haberet à cauſa frigida & ſicca. Materiam igitur cum intẽperie affectũ ſonere exiſtimo: primò quidem melancbolicã ſed nõ aduſtam, quia mores mitiores erãt: deinceps verò ex laboribns magis exuſtam ac in furorẽ conuerſam. De ſaculıaribus ſtatuo omnes eſſe læſas. ueq; tamen idcirco de ſanatione diffidendum, licet iam duo mẽſes tranſierint: & humor ſit tenax: quia adoleſcens eſt, & vidimus melancholicum per duos aut tres annos afflictũ reſtitui. Accedit qnòd nunquã antea laborauit. Victus igitur ratio pręcipuum momẽtum obtiuebit ad curationẽ, vt & balueæ: ita tamen, vt interdum leuioribus medicamentis, uon aũt hieris illis maioribus quę magis exſiccaut, vterer. victus verò ſit humidus cum tepida caliditate, vt & humores, & membrs emolliãtur. Vtatur carnibus gallinaceis iuuenibus, vitulis lactẽtibus, bædis caſtratis, agnis, ouis etiam ſorbilibus: fugiat legumina omnia. Interdum cõcedatur lactuca, placet hordeũ, ſpiuacbia, borago. Item cùm nõ adſit febris, aliqd viui nõ fortis, ſed diluti, quod & humectaret & roboraret cõcederẽ. In vſu balnearũ eſſem freqnẽtiſsimus: caput lauarẽ bumectantib. & leuiter calidis, vt aquis dulcibus: quib. etiã demergeret̃, ſi nõ quotidie, alternis ſaltẽ dieb. vel ijs incoquẽdo borag. viol. roſ. recẽtes, caput ex alto pfuuderẽ: Incoquerẽ etiam pedes & capita veruecum. quæ ſi ad manũ non ſunt, ſumat̃ ol. dulce: magis tñ probatur cũ ol. amygd. dulcium, vel butyro recẽti, ſeruato modo, inũctio. Lacte etiã interdũ fouerem caput, quo & iu cibo vterer, ſi in vẽtriculo nõ putreſceret, qa humectat & ſanguinẽ tenuẽ generat. Laudo itẽ pulmones arietis: vterer quoq; frictionib. mollib. inungẽdo manus ol. amyg. A ſudotificis abſtinerẽ, quia affect⁹ in capite cõſiſtit, nõ in babitu corporis. Diureticis tñ vterer. Sanguinẽ nõ mitterẽ, cũ affectus ꝑprius ſit cerebri, & corp⁹ admodũ exangue, niſi hęmorrhoides apparerẽt ſponte. Eſt. n. ſanguis frenũ aliorũ humorum. Vacuarẽ cum facilib. vt decocto epithymi, primò ſine veratro, dein ſi morbus ꝑcederet, cum veratro. item cathoſico, cõfec. hamech. pill. Indis, lapide Lazuli. Aer Teruiſan⁹ bumidus, mibi probatur: Cubiculum in quo verſat̃, amplũ ſit. vtat̃ conſuetudine eorũ, qui illi grati ſunt. coutineat̃ in ſpe in gaudio. vitet oẽs motus animi & corporis. Qđ ſi morbus inueteraſceret, accederem, ad hieras illas maiores. Lauda-

A tur plurimum aeris mutatio, ex quo vidi magnum iuuamẽtum.

CONSILIVM XVII.

Melancholia & Vertigo.

FRANCANZANVS.

OCcurrit uobis caſus, de quo antea ſermonem habuimus. Agitur iam quintus anuus ex, quo incidit in vertiginẽ. Viſa. n. ſunt omnia obuolui, & B cecidit etiam. Et qnidem ex eo liberatus eſt. Sed poſtea, cũ ſurrexit, iterũ timuit de caſu, ita, vt nõ ſit auſus exire, & ambulare per pontes & ſimiles locos. Præterca accidit, vt illi dexter oculus lacrymet, & palpebræ palpitent. Ad hæc exulcerato podice, plurimæ micæ ſanguinis exiuerũt. Item accidit illi catarrbus, ex mutatione loci, & tẽpore frigidiora: ex quo catarrho dentes quoq; ceperũt vehemẽter illi dolere. Ac eſt quidẽ à dño Victorio ſemel curatus, & ſunt illi adhibita cauteris, à quib. ex parte leuat⁹, C non integrè tñ. Inde Monachus quidã Franciſcan⁹ dedit illi quãdam pillulam, de qua egeſsit quinquageſies ferè: Dedit deinde mediã partem pillulæ, & ſepties egeſsit: ex quo melius habuit. Sed iam iterũ cõquerit̃ de timore cùm vertigine, & palpitatione palpebræ, & oculi lacrymis. Crediderim eſſe calidæ & ſiccæ tẽperaturæ, excellenter tñ calidæ & ſiccę. Eſt muſculoſus, ſed nõ carnoſus, piloſus, audax, placabilis tñ. eiuſdem tẽperaturę eſt & iecur & cor. Agit 41. anuũ in ætate cõſiſtentiæ. In hoc delinquit D maximè, qa plurimũ ſcribit cogitatq;, & in ſuis negotiis eſt valdè impatiẽs. In aliis quidẽ ſatis mediocriter ſe geſsit. Timorẽ iſtum crediderim eſſe ex melancholia: ita vt aliquomodo ſit melãncholicus, qa timet ea q̃ non deberet timere, videlicet cõgreſſum hominũ. Cùm verò melancholia ſit multiplex, crediderim ego vniuerſum corpus refertũ eſſe melancholico ſanguine: & nõ exiſtimo hypocbondriacũ eſſe. Ex plurimis. n. cogitationib. & ſollicitudinibus incidit in vertiginẽ & alia ſymptomata. Ex illis ſan E guis eſt incraſſatus. Sed cùm acceſsiſſet ille flux⁹ ſedis, qui haud dubiè factus eſt aperta alui vena hæmorrhoidali, leuatus eſt à vertigine. Poſtquã verò fluxus reſtrictus fuit, rediit timor. In palpitatione verò ac lacrymis oculi, quæ haud dubiè ab illa materia tenui & ſeroſa, à capite eò deſtillãte, ortę ſunt: modus curãdi eſſet euacuare ſanguinẽ ſeroſum: iecur aũt alterare, ne generaret talem ſanguinẽ caput itẽ alterare, & lacrymas ſiſtere. Id fieri poſſe credo cùm melius nunc habeat. Lenita ergo aluo cũ caſ- F ſia, ſecarem venam iecorariam ad ℥. v. vel vj. Concoquerẽ materiã cum ſyr. de fumaria, & roſaceo recẽti, cum decocto boraginis, cichorij. Euacuarẽ cum corticib. ellebori: Item anethũ cõfert. velim vt lauaret in ſolio aquę dulcis: atq; vt ſęplus vteret̃ ſaccharo roſ. & interdũ ſpecies diarhodon adderem. Lac etiam caprinũ concederẽ. Caput etiam lauarem & roborarẽ cum decocto roſarũ, maluarum, lactucarum. Maſticatoria concederem, & gargariſmos. Iecur inungerem cum ol. roſ. & vnguẽto roſ. Meſ. Sed G lacrymas ſiſterem cum pompholyge, & aliqua aqua vt fœniculi & parum de plantagine. Palpebræ palpitationem diſcuterem decocto camomillę, meliloti, aut ſimili: Et velim exulcerationem in pede fieri. Credo enim id maximè illi profuturum; Poſtremò vt optima vteretur victus ratione.

FRISIMELICA.

Temperaturã crediderim calidam & humidam

eſſe. Perpeſſus eſt vertiginẽ, & melancholiã, quæ ve
nit à lęſione cerebri, & intẽperie frigida & ſicca: vn
de timor accidit ex ſpiritib. illis tenebroſis & craſ-
ſis. Credo aũt partim Ipſum cerebrũ eſſe affectum:
partim ex cõſenſu: qa iecur eſt ſupercalefactũ. Cre-
diderim tñ caput potiſsimũ eſſe in cauſa, propter
maxima negotia & cogitationes, quę maximè debi
litãt ſpirit⁹, & reſoluũt eos, vnde tales ſubſequunt̃
affectiones melancholicæ. Intẽperies verò in cere-
bro non ſine materia eſt: quę etiã ad oculum delabi
poteſt, & facere illam grauedinẽ palpebræ, & lacry
mas. Talia verò ſymptomata cũ patiat̃ quin poſsit
euadere dubium non eſt. qnia nõ adeo ſunt pericu
loſa, & adhibita ſunt illi plurima remedia, venæ ſe-
ctio & canteriũ, quod maximè ꝓdeſt in hac re. Sed
tñ iterum euacuabim⁹. Lenita aluo ſecarem iecora-
riã. Concocta materia euacuarẽ cum rhabarb. & caſ
ſia. non. n. vehementiorib. vterer, niſi adeò craſſa eſ-
ſet materia: tunc. n. vterer confect. Hamech vel cor
ticib. etiã ellebori, aut decocto ſenæ. Et talis euacua
tio ter & quater repetat̃: poſtea concederẽ balneũ
aquę dulcis. nam ꝓdeſt valdè in melancbolicis affe
ctib. enacuato prius corpore. Præterea cõcederem
confectiones, vt ſaccharũ roſ. recẽs, diarbodon Ab-
bat diatrionſantalon: item cochlearia in acetariis:
& lactucas etiã. Pro capite alterando, velim vt laua
ret̃ cum decocto nenuph. roſ. viol. adderem tñ be-
tonicã & chamemelum pro roboratione. concede-
rem etiã ſtillicidiũ in capite: ſed hoc prius euacua-
to cũ maſticatoriis & caputpurgiis. velim vtat̃ opti
ma victus ratione. vinum cõcedo, ſed oligophorũ,
& quod non replet caput. Cauteriũ etiam cõcedo.

TRINCAVELLIVS.

Credo ego morbũ iſtum, propter caput & iecur
ſupercalefactum, ortum: ventriculum tñ in primis
peccãtem. Ac exiſtimo hoc corpus promptũ admo
dom eſſe ad generandam bilem. Perpeſſus. n. eſt fe-
bres tertianas, & eryſipelata: vlcera etiã in podice
ꝓueniũt ex acrimonia humoris bilioſi, & eroſione,
quæ difficulter ſunt ſanata: præterea ſtatuo aptum
eſſe ꝓcreare multã copiã malancholiæ. Collatis er-
go iſtis excremẽtis & humorib. accidit primũ ſym-
ptoma vertigo, & quidẽ, mea ſentẽtia, ob vẽtriculũ,
nõ capitis principali affectu: potuit tamẽ fomẽtum
habuiſſe à toto. ſed leuis illa vertigo ex coitu nimio
aut etiam ſtudio aſsiduo. Inſuper hoc etiã illi cõtin
git vt, ſi prandium diu diſtulerit, cibũ poſt aliquot
horas euomat. Veruntamen illam cauſam non in
ventriculum refero ſolum: ſed in iecur & cor, vt ti-
mor iſte, partim per conſenſum, partim per eſſentiã
fiat, qoia longo tẽpore iam durauit. Non enim du-
bium, quin facta ſit quædam impreſsio in ipſo cere
bro. Attamẽ potiſsimum ortum ducit à vẽtriculo.
Spero aũt qđ poſsit curari, ſi rectè ſe geſſerit. Non
aũt parẽre debet monachis & imperitis medicis. Il
læ enim vehemẽtes medicinæ multùm euacuãt: vn
de vẽtriculus & iecur magis debilitãtur. Leuiorib.
ergo & ſępiùs repetitis vtat̃: quia licet hæc tardius
euacuẽt, minus tñ nocẽt mẽbris principalib. Quare
lenita aluo, venam ſecarem in dextro latere, vel ba-
ſilicam, vel humeralem & in moderata copia ſang.
emitterem. Deinde euacuarẽ corpus & caput: pri-
mò leniorib. vt decocto ſenæ, quam cum aqua fru-
ctuum & tamarindis & rhab. infunderem. Syrupus
etiam roſ. ſol. placet, confec. hamech. ſed non niſi in
pauca quãtitate, prius tñ leuiori vterer. Caput alte

A rarẽ cum maſticatoriis caputpurgiis. Balneũ etiam
aquę dulcis laudant omnes in aduſtis humoribus.
Deinde fiat inũctio capitis. Item fiat aliud cauteriũ
in alio crure. Duplicem enim habebit vſum, partim
vt euacuet, partim etiam vt diuertat. Et hac ratio-
ne ſpero poſſe ſuperari hanc morbi ſæuitiam. De
oculis & palpebris dico, ſi quid adhibendum erit,
ea ſint leuia & moderata.

NOTA.

B *¶ Delirium à bile exuſta, vide titulum Paralyſis, Con-
ſilium 11.*

De Vertigine.

CONSILIVM XVIII.

Vertigo Capitis:

BALLOCATVS.

PRoponitur nobis caſus viri nobiliſsimi quin-
C quaginta trium annorũ, qui à mẽſe Iulio proxi
mo incidit in diſpoſitionem malam capitis: nam ſi
ſit in frequentia hominum legatus, videtur illi titu
bare caput, & membra langueſcere: fuitq; princi-
pium huius, cùm vellet è lecto ſurgere, abſq; tamẽ
obtenebratione oculorum, aut vertigine, ita vt ver
tigo aut *σκοτωμα* dici non debeat. Et nunc per annũ
circiter, dolorem etiam capitis videtur perſentire,
non grauatiuum, ſed veluti pulſatiuũ, Trigeſimus
& quintus agitur annus, quòd illi hæmorrhoides
D apertæ ſunt ſanioſæ, aliqnãdo etiam cruentæ, præ-
cipuè cùm equitaret. Inde cùm fungeretur legatio-
ne Romana, rediiſſetq; Venetias, vbi in ocio per bi-
ennium vixerat, ſuppreſſæ ſunt. Titubationis autẽ
motum facit collecta in capite materia, quæ prius
per hæmorrhoides euacuari ſolebat. Materia autẽ
tenuis eſt, à qua eleuati vapores faciunt titubatio-
nem iſtam. Accedit, quòd cùm antea conſueuiſſet
pati in tempore veris vigilias, & cõſequenti potiſ-
ſimùm æſtate, nunc paulum intermiſere. Ventricu
E lum autem non participare in hoc affectu, inde col
ligitur, quòd ex multo cibo & potu vel pauco nec
augetur nec minuitur titubatio. Aut ergo pro cura
tione. talis victus ratio inſtituenda, eademq; etiam
in medicamentis obſeruanda, vt ſuperfluitates eua
cuentur, & confortẽtur membra: aut danda opera,
vt rurſus excrementa per vias conſuetas excernan
tur, ſed vtrumq; peragendum credo. Conſideran-
dum verò eſt an materiæ exeant, tranſmiſſæ per in-
teſtina, an per venas & arterias quę implãtatę ſunt
F inteſtino recto. Cùm autem olim materia in maxi-
ma copia, & craſſa exierit, dubitaret forſan q̃s, quo-
modo per venas hęmorrhoidales exire potuerit: ve
rùm cùm excreta fuerit abſq; dolore, nõ credo per
inteſtinum eſſe egreſſam: nulla enim affuere vlce-
ra, propter eroſionẽ acris materiæ. Nec dicendum,
vlcera fuiſſe ſordida, ita vt ſentiri non potuerit ma
teriæ acredo, quia aliquo ſaltem tẽpore doluiſſent.
Ergo per venas inteſtini exeũt ſanioſę materiæ, qa
natura ſaniem illam primò emittit, vltimò ſangui-
G nem ſecũdum Galenum. Adde quod tum vlcuſcu-
la circa anum apparabãt, quæ forſan erant ore venã
rũ. His ita conſtitutis, vt priſtinus hæmorrhoidum
fluxus cõparetur, intrinſecus aperientia vſurpãda,
vt ſunt lupuli, aſparagi, & vina alba, quibus cũ an-
tea in peregrinatione in Galliã & Romam verſus
vteretur, valde affluebat materia. aquoſitate. n. ſua
ſeroſa

ſeroſa poſſunt tranſmittere materias. Non etiam A abhorrerem ab aloe non illota, vt magis ſtimularet ad aperiendum vias illas. Exterius exulcerantia non adhibenda, quia timendæ eſſent inflammationes, abſceſſus, fiſtulæ: ſed contentus eſſem rarefacientibus & relaxantibus, ſicut eſt decoctum ex radice altheæ & bryoniæ, camæmelo, ex radice ciclaminis, &c. Vtile eſſet etiam equitare parum pro exercitatione, præcipuè cùm dicat in itinere copioſè ſemper profluxiſſe illas, quamuis non B ſentiret, leuiter & remiſsè beneficio motus prouocari. Cauſa priuationis ſomni eſt ratione vaporum calidorum aſcendentium ad caput. Vnde credo, ſi expurgentur ſuperfluitates per vias conſuetas, etiam vigilias diſceſſuras: laudarem tamen etiam, ſi quædam ſoporifera adhiberentur (videlicet ſi expurgatio nil prodeſſet) non tamen infrigidantia valde: quia caput illius læditur ab infrigidantibus, adeò, vt in eccleſia non poſſit propter frigus caput detegere, vnde etiam hoc C anno permiſit capillos creſcere. Vel priuatio ſomni potius eſt ab intemperie calida & ſicca. Ex qua cùm caput ſit raræ texturæ, facile læditur à frigore. Vnde amygdalis contuſis poſt cibum vti poſſet, quæ humectarent cerebrum: item lactucis: poſſent etiam pedes ablui ſoporiferis. Quod ad victum, optima eius ratio habenda. A vino igitur potenti cauendum (quo tamen ille ſemper vſus eſt) ſed quod eſſet album & ὀλιγόφορον conduceret. Pro curatione primùm conueniens puto, vt expurgaretur, D lenita aluo cum caſsia aut manna & hiera, quæ aperit etiam hæmorrhoides. Deinde concoquerem materiam cum melle roſaceo, ſyrupo violato & aliquo cichoraceo. Euacuarem poſtea cum rhabarbaro ſyr. roſ. ſolutino.

Frisimelica.

Dolor ventriculi & renum proceſsit, qui ſolutus eſt ab hæmorrhoidum fluxu. Antiqua autem eſt affectio vigiliarum, fluebat venter copioſè, vt E aliquando ad dyſenteriam & lienteriam deueniret. His diebus titubatio accidit. Suppono corpus eſſe excrementoſum & humidum valde, quia eſt temperaturæ calidæ & bumidæ. fuit item ventriculus imbecillus, qui materiam multam malam generauit, & tranſmiſit ad varia loca corporis, ſicut ad inteſtina & renes. Præterea cùm equitaſſet per Gallias, melius ſe habuit, quia hæmorrhoides copioſè fluxerunt. Nunc Venetiis ſuppreſſus eſt fluxus, vnde materiæ euaporarunt ad caput, F ita vt titubatio illi adueniret. At verò modus inueniendus, quomodo nunc commodè expurgentur illæ ſuperfluitates. Sed videretur alicui, inprimis oportere roborari membra, ne amplius generent talia excrementa: verùm impoſsibile eſt temperaturam mutare, præcipuè in ſene: in puero fiari poſſet. Ergo per vias conſuetas erunt ſuperfluitates expurgandæ. Inprimis autem euacuandum totum, non tamen vehementioribus, quia exquiſitiſsimè ſentit, dein quia talia exſiccant valde, G ita vt metus eſſet, ne inducerent maiores vigilias. Materiam concoquerem ſyrupis de betonica, cichorea, ſyrupo roſato. item radices petroſelini pro obſtructione aperienda, vel fœniculum præberem. In eandem rationem decoctis ex cichorio, petroſelino aut fœniculo: laudo etiam aſparagos & lupulos. Inde euacuarem cum rhabarbaro & agarico. Exteriora verò inungerem oleo altheæ, radicis bryoniæ: vel aliquo reſolutiuo cum amygdalino miſto. ſimiliter lotiones capitis conducere viderentur, quia aperirent capitis obſtructiones: neſcio tamen an tutum ſit: cùm ille 40. annos circiter nunquam lauerit. Exercitia leuia conducunt. Confectiones item aliquas porrigerem, quæ intentionibus prædictis congruerent.

Trincavellius.

Affectus eſt ad capitis vertiginem referendus, etſi omnia ſymptomata non habeat: vnicum hoc ſufficit, quia titubationem hanc ſequitur membrorum imbecillitas. Exiſtimo autem affectum iſtum fieri non tantùm per conſenſum, ſed etiam per eſſentiam. In quam ſententiam his rationibus adducor. Primò quòd perpetuus eſt: (quod eſt ſignum eſſentiæ) deinde non tantùm adeſt vitium in motu capitis, ſed cum defectu memoriæ etiam dolor capitis, licet non perpetuus, cum grauitate. Ab aliis tamen partibus quoq; fouetur, non quidem à ventriculo, quia nullam læſionem ſentit nec plenus nec ieiunus: ſed potius à toto corpore, quod plurima generat excrementa. Nam ſuppreſsis hæmorrhoidibus quę totum euacuant corpus, ſuperuenit etiam hæc vertigo. Verùm enimuero cùm morbus hic à materia pendeat, argumento, quod hac exeunte per hæmorrhoides, vertigine non capiebatur. Ex vigiliis, (propter quas etiam imbecillum caput eſt factum) item quod nunc vtcunque bene dormiens melius habet, atq; adeo ex vehementibus negotiis, quibus ille diſtrictus fuit, coniicio materiam magna ex parte eſſe humorem melancholicum permixtum cum aliis humoribus: inter quos bilioſus humor non abundare videtur, cùm nulla caliditas capitis percipiatur. Deperditi igitur ſomni cauſam ſtatuo eſſe aerem hunc Patauinum humidum, qui plus nimio humectauit caput: inſuper etiam ocium, in quo iam per biennium vixit. Ad hæc pituitoſa materia adeſt, præcipuè in corpore ſenili. nam quod excernebatur per venas, erat ichoroſum, atque etiam acre, propter bilem & melancholiam. Cæterùm non fixa eſt & ſtabilis hæc affectio, quia à ſolo aere iam emēdari cœpit. Maximam igitur ſpem in victus ratione pono. Quantùm autem ad pharmaca, adhiberem purgationes modeſtas, quia non tolerat, nec aſſuetus eſt multis purgationibus: vnde mannam & electuarium catholicon porrigerem: item ſyrupum roſ. ſolutiuum, qui commodè euacuat & ſimul roborat: atque id genus alia quæ humectant. Syrupo quoque roſato, vel de betonica, addito ſyrupo de boragine vterer. Decocta ſint ex ſimilibus rebus. A venere abſtinere bonum eſſet, niſi ſæpius & ſemper irritaretur. Aquas thermarum non darem, propter vigilias. Hæmorrhoides prouocare, ſi cogeretur peregrinari, commodum eſſet. Sed nunc cùm quieſcit, res foret moleſta: præcipuè cùm medicamentis expurgari poſsit. Lupulos & aſparagos non darem, quia calefaciunt: Potius ad fomenta & ſuffumigia deuenirem, aut etiam ad folia boraginis, vrticæ, &c. Cùm autem tota ſalus ſit in euacuatione, ſi natura non tranſmitteret, adhiberi poſſent cauteria, quæ maximi momenti & vtilitatis ſunt, nec difficilia, ſi quis ſit aſſuetus.

FRANCANZANVS.

Temperies calida magis quàm humida: iecur generat craſſum ſanguinem & atrum: vnde contingit, cùm in vere commoueantur humores, moleſtent per vigilias. Temperaturæ autem eſſe huiuſmodi, & atrum generare ſanguinem, color oſtendit. vigiliæ ſolebant perdurare perpetuò: ſed cùm expurgaretur per hæmorrhoides in itinere, & exercitaretur, intermittebant. nam laſsitudo ſomnum conciliat, hęmorrhoides autem materiam, vapores calidos generantem, expurgabant, ſicut & labores, & validus fluor alui. vnde non mirum eſt, ſi poſtea maxima præſente plenitudine, ad vertiginem deuenerit, quæ ex motu ſpirituum in cerebro cõſiſtit. Diminuta memoria, prouenit à ſicco, non à frigido, quia caput habet calidum. Humores igitur ſunt ſicciores. Caput item per ſe eſt affectum, ſimul afficitur per conſenſum à toto, vnde vigiliæ proueniunt. Pro curatione remouebitur plenitudo, leníta prius aluo, per ſectionem venæ medię dextri brachij. Inde mundificandus ſanguis per iam dicta, leniora ſcilicet, vt roſas, violas, ſerum lactis, rhabarbarum. Tentanda deinde euacuatio hæmorrhoidum, quæ ſuppreſſæ ſunt, quia omiſit inordinatum victum. Nam parcius nunc viuit, & non adeò inordinatè exercitatur, ex quo fit vt melius cõcoquat, cumq; pauciores vapores ad caput ferantur, etiam melius dormiat. De lupulis & aſparagis, quod dictum eſt, ab his illum copiosè euacuatum fuiſſe, ſtatuo, nec lupulos nec aſparagos prouocare hæmorrhoides, ſed contrarium facere, ſicut in prognoſt. dicit Gal. ſe diuertiſſe fluxum vteri per diuretica. Ac quamuis exiſtimet ſe iuuatum fuiſſe ab illis, id tamen accidit ei propter inordinatum victum, qui plura excrementa pariebat. Nunc autem cùm non adeò inordinatè viuat, non excernet, etiamſi comederit. Terreſtres enim ſunt, & difficilis concoctionis, quare ab illis cauerẽ, & potius per medicamenta alia id tentarem. In corpore adeò plethorico cauterijs abſtinerẽ: quia inclinãte materia tanta ad crura, poſſet inde oriri podagra, ſicut in pluribus conſpicitur. Reſerãdæ igit̃ hæmorrhoides potius per ſuppoſitoria aut pillulas de aloe. In primis tamen vtatur recta ratione victus, quæ plurimũ cõducet.

ODVS DE ODIS.

Ratione ætatis, ſcilicet primæ ſenectutis, exercitiorũ & laborũ, colligitur, vapores eſſe à melãcholico potiſsimũ humore, qui cauſant̃ vertiginẽ: quæ ſenibus cõtingit, ratione ætatis. Secanda igit̃ vena, præſente virtute valida, ætate ſatis cõmoda, vtpote primo ſenio, & morbo ſi nõ magno, ſaltem futuro: humores. n. iſti continentur in venis, ſanguini commixti, nec multũ à ſanguine deuiãtes, ita vt tutò euacuari poſsint. Cùm aũt humores non tãtùm peccent in quanto, ſed etiam in quali, ideo euacuandi erunt etiam per pharmaca, quæ expurgare poſsint & bilem & pituitã & melancholiam, quę pręcipuè expurgari debet. Pręterea cùm conſueta euacuatio ſit ſuppreſſa, rurſus erit prouocãda. Ad hoc vterer aſparagis & lupulis: vim enim habent aperiendi: ergo etiam venas ſedis. Sed dicat quis, prouocãt vrinam, & deriuant ab euacuatione per ſedem. Nemini dubium eſt, diuretica deriuare ab alijs euacuationibus, ad veſicam: ſed tamen deriuatio hæc per vrinam prohibebit ſaltem, ne aſcendant materiæ ad caput, atque ita ſi & reuulſio à capite, quamuis per hæmorrhoides non euacuet. itaque ratione reuulſionis illos laudarem, non quia hæmorrhoides prouocare poſsint. Quòd ad cauteria attinet, etſi ex illis maximam poſsimus percipere vtilitatem, vt ſcilicet fiat reuulſio à capite, ne augeatur vertigo & vigiliæ, differẽda tamen eò vſq; ſunt, dum omnia prius tẽtata fuerint, atq; idcirco potius id quod pręſens eſt, remouẽdum, quàm futurũ timendum.

De Vertigine.

CONSILIVM XIX.

Vertigo in ſene ſeptuagenario.

BALLOCATVS.

AFfectus vertiginoſos ſeni accidit ſeptuagenario, qui primò vixit inordinatè, dein quadrageſima ſuperiori vſus eſt oleribus plurimis iiſq; frigidis, & multùm in templis verſatus eſt. A nimio vſu veneris obtenebrati ſunt eius oculi: quod & poſtea factum eſt poſt cibum aſſumptum, cæteriſque diebus vſq; ad octauam paſchę. Inter deambulandum labaſcunt pedes, ita vt cùm eſſet in templo, viſus ſit ſibi cadere obtenebratis oculis, & niſi ſe aquæ benedictæ & eius fonte continuiſſet, prolapſus fuiſſet in terrã, à quo loco in alium deductus euomuit multa biliosa: inde domum deductus non tamẽ ſuſtentatus aſcendit gradus & nudatus rurſum biliosa euomuit. Medicus igitur aduocatus exhibuit leniẽtia, caſsiam, ſyrup. rhabarb. aliaq; medicamenta. Ex quo non redierunt priora ſymptomata, non tamen ſibi fidit in deambulando. Nihilominus adhuc videntur illi obtenebrari oculi ac dolet caput ſupra oculos. De his ergo cùm conſilium quęrat, inueſtigãda cauſa eſt. Temperamentũ corporis frigidum & ſiccũ eſt, quia annos habet 71. Quæ ætas frigida & ſicca eſt. Naturale aũt olim calidum & ſiccũ fuit. Abundabat enim bile & tenui ſang. vnde rubebat maximè. Iecur calidum & ſiccũ, eſſe oſtendunt excremẽta biliosa. Peccat igit̃ iecur in caliditate plus quam ſiccitatẽ. vertigo aũt & oculorum obtenebratio ex ventriculo malè concoquente accidunt qui frigidus & humidus, ex tali dięta euaſit. Vſus eſt in quadrageſima modico pane, herbis frigidis & piſcibus. Sed & his antea vſus eſt. Accedit etiam importuna ſcriptio ſtatim à prandio. Quòd verò ventriculus non bene cõcoquens tamen biliosa vomit ex natura humoris accidit, qui ęſtate per ſuperiora hyeme per inferiora expurgatur. Poteſt etiã obſtructio in cauſa fuiſſe, vt bilis in ventriculum prolapſa potius per ſuperiora quã inferiora fuerit reddita. vapores elati à materia cruda & incocta turbant cerebrũ, & quia à bili eleuantur, citius reſoluuntur & minꝰ diu durat ſymptoma. Non igitur per eſſentiã à capite, ſed à vẽtriculo ortũ habet. Occurrendum aũt ne in maius diſcrimẽ incidat, id quod ſępè fieri ſolet. Intẽperies ergo frigida quæ maior eſt quã humida, calorificis eſt amoliẽda quoquo modo applicatis. Euacuãdum denuò corpus leniente medicamẽto, hierę videlicet, quę tẽperanda eſt, propter aeris æſtum, remiſsè frigido, ſcilicet caſsia, vt ℥. vj. caſſiæ ℥. ij. hierę addantur. Iterandum hoc lenitiuũ ſæpius, vt imbibita in ſubſtantiã ventriculi materia euacuetur. Poteſt etiam particula rhabarb. exhiberi in fine præparationis, ad bilem euacuandam. ac cum ſyr. roſ. ſol. cõferret opportunè. Alterãdus item ventriculus diacimino vel diarhodon abbatis. Sed illud pręferẽdum ob flatus diſcutiẽdos, ac recipere diacimini partes tres, diarhod. abbatis partes duas.

exterios

exterius foueatur ventriculus oleo abſynthite nar A
dino, maſtichino. Semper fluat aluos vel glande
impoſita vel clyſtere flatus diſcutiente. Victus ra-
tio ſit opportuna. vitáda legumina, herbæ, piſces.
vtatur pullis gallinaceis. condiantur ſercola, & ani
ſo vtatur poſt cibum. Thermas non cenſeo potan-
das. Autumno ſequente iterũ purgetur, hyeme for
tiora aſſumat, vt diatriou pipereon, mithridatiũ, &

TRINCAVELLIVS.

Vertigo affectus eſt, quo affligitur: labaſcũt pe- B
des, cæcutiunt oculi, licet non omnino in gyrũ il
li verti videantur. Vertigo aũt ex inordinato ſpiri-
tuũ motu fit, & ex ventriculo irrepentibus ſpiriti-
bus, qui motus obtenebrauit oculos. Affectum ve-
rò hunc per conſenſum à ventric. opinor eſſe. Labo
rauit enim multis dieb. flatibus vẽtriculi, nauſea &
ſubuerſione: vnde vomitu ſuperueniẽte nonnihil
leuatꝰ eſt, diminuta nimirũ materia. Poteſt tũ & vi-
ctus ratio in cauſa eſſe. Dolorẽ ſupra oculos, non ta
mẽ perpetuũ à ventriculo vapor, in eas partes ela- C
tos, cauſſatur, quẽ ſcriptio ſtatim ab aſſumto cibo
adiuuat, vnde colligitur conſenſum non exquiſitũ
eſſe, cũ aliquid materiæ in caput recipiatur. Mate-
ria aũt vaporoſa eſt. nam ſi craſſa ſit, nõ tam citò re-
cederet. Porrò mixta eadem eſt, potiſsimũ verò bi-
lioſa, quoniam melius habuit terua vomitione red-
dita bile: licet nõnihil pituitæ admixtũ fuiſſe poſsit
quod ſuadet ratio ætatis, victꝰ, &c. Pituita aũt in vẽ-
triculo generata fuit, bilis verò cùm flaua fuerit nõ
deiecta à iecore eò tranſmiſſa eſt. Nam in vẽtriculo D
non niſi praſsia generari poteſt. Duo igitur gignũt,
intẽperies vẽtriculi & iecoris. Cæterũ bilioſi maxi-
mè vexatur, cùm ieiunãt. Confluunt. n. eo tẽpore
maximè bilioſi humores, quod etiã oſtendit tẽpus
ſymptomatũ in hoc viro, quẽ bilioſum eſſe cõſtat,
cùm hepatis ſit maximè calidi inde vſq; à iuuentu-
te, quod potiſsimũ oſtẽdit rubor naſi exuſtionẽ hu
morũ arguẽs. Breuiter corpus habet ad generandã
bilem aptiſsimũ, eamq; acrẽ & ex parte exuſtã: ha-
bitus corporis ſimul cũ iecore (quod cæteras partes E
excellit) calidus fuit & humidus, nunc ſiccus. Ver-
tiginoſos igitur affectus per cõſenſum eſt ventricu
li à materia bilioſa & pituitoſa recepta & emãdata
à iecore. Caput debilitatur ieiuno, quia facilè reci-
pit excremẽta, quæ plus nimio aſſumta, cauſa mali
ſunt. Quãtum ad curationem attinet, ſanari poteſt
corroborantib. caput & ventriculũ & membra alia
victu opportuno, qui non facilè corrũpitur, nec fa-
cile in bilem vertatur. Laudo quæ à domino dicta
ſunt, niſi ſenilis obſtaret ætas, & ventriculus imbe- F
cillis ac flatuoſus. vino vtatur nõ niſi olygophoro
aut diluto eoq; modico Non aſſumat alium cibum
niſi prior concoctus fuerit. Vtatur roborantibus
ventriculum, vt ſunt cydonia & ſimilia, quæ aſtrin
gendi vim habent modicam. Item ſaccharo roſ.
pulpa myrobal chebulorum, qui vapores cohibẽt.
Frictiones fiant in pedibus & brachiis ad diuerten-
dam materiam à capite. Ab aſſumto cibo vitanda
exercitia tum corporis, tum animi. Nam qui tom
ſtatim laborant humidiore ſunt capite: repletur e- G
nim facilius. Leuis verò inambulatio confert. Seni-
le corpus victu potius, quàm medicamẽtis tempe-
randum, vitãdus ſomnus meridianus: replet enim
caput. Vapores à capite auertẽdi. Lotio pedum ex
aqua tepida confert plurimum, ſtatim vbi ſurrexe-
rit à lecto. Exercitatio non omittenda: ſed modera-
ta ſit: corroborat enim Conſuetudo non omitten-
da. Si conſueuerat poſt aſſumtum cibum meridie
dormire, quieſcat & dormiat modicè. Poſtremò
materia quæ adeſt euacuãda. Sed quia euacuatus
eſt, leui medicamento vterer, quo mũdum ſeruarẽ
ventriculum, paulatim quidẽ: nam imbecillos ven
triculus non indiget vehementi: ſufficit ergo hiera
vt dictum eſt à Gal. de hiera in libro de locis affe-
ctis. Temporis inſuper ratio habenda eſt, quia æſtꝰ
maximus eſt. Hieram aũt componerẽ cum ſyr. roſ.
ſol. qui præſtãtiſſ. roborat: vnde ʒ. t. s. hieræ cũ por-
tione ſyr. roſ. ſol. vterer quarto quoq; die, aut ſemel
in hebdomada, pro tempore & loco. Deinde corro
borarẽ omnia viſcera, præcipuè ventriculum & ie-
cur, diſſoluerẽmq; flatus cum ſaccharo roſato, cõſ.
roſarum vel betonicæ, aut carnibus myrobal. che-
bulorum. quas aſſumat ſtatim, vbi ſurrexerit è le-
cto. Progreſſu temporis valentioribus vtendum.
Vtẽdum autũno diacymino aromatico roſ. diarho
don abbat. Vitanda vehementer calida, thermæ i-
gitur omitto. victui plurimum tribuo & confido.

CONSILIVM XX.

Vertigo & Epilepſia.

FALLOPIVS.

ILluſtriſsimus Baro iam quinquennium laborat
vertigine: vno tamen tempore magis quàm alio.
quod indicat morbum inueteratum eſſe. A tur-
bine amoris hoc ſymptoma magis auctum eſt, quò
acceſsit mœror & triſtitia, vnde magis inualuit.
Præterea correptus eſt motu epileptico abhinc tri
bus menſibus ex caſu de curru in alterum genu,
hyeme & maximo frigore: Fauces inde ita ſunt af-
fectæ, vt ſaporem vix percipiat. Acceſsit & tinni-
tus aurium. Vomit ſæpiſsimè pituitoſa, interdum
tamen & cholerica. Cùm corripitur vertigine, affli-
git cardiogmos, & homorrhoidum fluxus ſingulis
menſibus. De his ergo quærit conſilium. Ego exi-
ſtimo illa ſymptomata omnia ex eodem fonte pro-
manare. Hepar eius credo eſſe admodũ calidum:
ſtomachum verò frigidum & humidum: Cerebrũ
etiam intemperie aliqua præternaturali affectum:
non euidenter autem eſſe calidum aut frigidum.
Vertiginem itaq; credo per cõſenſum à ſtomacho
factam. Nam ieiuno ſtomacho magis infeſtatur
quàm ſumto cibo. Tinnitum aurium exiſtimo eti-
am ob excrementoſum caput accidere. eodem mo-
do & ſomnum profundiſsimum ad 12. horas inde
oriri. Illa intemperies verò orta eſt ob ingluuiem.
ſemper enim cum nobilibus & diuitibus verſatus
eſt. At vertiginem credo non ſolùm ob ventricu-
li conſenſum, ſed etiam intemperiem cerebri con-
tractam eſſe: quemadmodum & cordis tremorem.
Epilepticum paroxyſmum ſtatuo ob conſenſum
ventriculi frigidi & humidi, atque etiam cerebri
ventriculos obſtructos, accidiſſe. His accedit ni-
mius vſus veneris. Nam nuper coniunctus eſt puel
læ pulcerrimæ. Vereor ergo ne peccarit in eo.
Quod ad curationem; leuientia & concoquentia
omnia omitto, quod à præſentibus præſcribi poſ-
ſint. dentur igitur pil. cocchiæ, de agarico. Totius
aũt curæ ſumma in eo conſiſtit, vt ventriculus reſti
tuatur calefacientib. caput etiam expurgetur & ſic
eius reddatur. pro quibus mihi valde probatur vt
aquas Aponenſes, vel ſimiles bibat, aut inſideat il-

lis ſed moderatè.vtatur etiam pro capita ſtillicidlo vt humorea exſiccẽtur. Hepar qooq; illinasur. His omoibua ſi paruerit & abſtinuerit à cibia opiparis, credo quòd raſtitui poterit. Iuueois aoim adbuc eſt:ſin minus,in veram & longam epilepſiam incidera poteſt aut etiam apoplexiam.

BELLOCATVS.

Iſta ſymptomata à duorum membrorum priocipum intemperie dependent, vaotricolo & cerebro poſſunt enim in veutricolo ob debilitatam & frigidltatem vapores generari, vnde flatus orientur, qui etiam augeri poſſunt à caliditate hepatis.fit ergo ioordinatè motua eorum vaporum ad cerebrum, ex quibus, cùm iam diu dorauerint, etiam cerebrum eſt affectum. In curatione videtur mihi ſeqoendus eſſa Galenua 3.de loc.affect. Io vertigine primùm probatur biera:deio facta euacuatione,incidentia laudaram,& decoctum betooicę,ſtæchad. & mel roſatom. Probatur & agaricus cùm zingiberè & cum caſaia aut elect. lenitiuo. Poſtea cæteris ſubſcribo,vt bibat & immergatur io aquaa Aponenſea, adeoque curam acceleret,ne io peiua declioet. Suaderem etiam, cauteriom fieri in cruribus. Inter praodium & cœnam oihil bibat, ſiue vioom ſiue eereuiſia ſit, qoia plorimas croditates gignit.venæ ſectio uoo eſt oeceſſaria,quia ſatis axpurgatur per hæmorrhoides.

FRANCANZANVS.

Frigidam ventriculi intemperiem ex ioordinato victu ortam eſſe exiſtimo. Pro curarione neceſſe eſt illam ramouere,deinde etiam caliditatam hepatis,& cerebri. Credo autem non adeo facilè aiua morbi fore coram, cùm exceſſerit aunom xxv. & teſte Hipp.iſti morbi ſoleant diu comitari ægroa. Pro enacoatione laudo bieram cum caſaia.nam iecoria caliditatem timeo. Pro præparatioue prioribus addo ſyrup. boraginis & cichoreæ: Pro euacuatione pillul. eoch. com elleboro. Nam valde proſont ad adoſtoa humores:Item rhabarbar. diaphooie.confect.hamech. In primia autem cura habenda iecoria, vode inunctionibus vterer,cum ceratu de ol.roſ.Meſ.cui poſſunt admiſceri ſantali omnes ſpecies. Cauteria coueniuut ad reuolſionem,in epilepſia maximè,imò neceſſaria ſunt,cum iſte affectua non admodum diu durauerit. Suaderé vt peregrinaretur ſine vxore, quia multùm prodeſt pro digareoda illa materia. Suaderem etiam vt ſe ſemper exerceret ante praudium,nec tam diu dormiret: Præterea vt nun biberet poſt cibum ſumtum. Abſtioeat omnino à cereuiſia confecta ex tritico. Nemini eoim dobium eſt quaotum raplea t cerebrum.

FRAIMELICA.

De ſanatione dico, quùd,ſi parèret conſiliia madicorũ, cùm ſit iuuenis, poſsit ſanari. Pro lenitione vehemeoter laudo hieram. Pro concoctione iſtos ſyrupoa dictos ſcilicet betonicæ,roſati,de ſtæahade,melle roſ. pro euacuatione laudarem maximè pil.cechias,diaphæoicon.confect.hamech. vtatur autem frequenti purgatione.Item theriaca aot mithridatio. Laodo aqoas Apooeoſes,quod ſi recuſet,laudo cauteria.

TRINCAVELLIVS.

Vertiginem natam eſſe credo à conſaoſu ventric. vt teſtatur nauſea, vomitua. ſed hoc efficaeiſſimom argumentum, quia ſemper meliua habet, A & magia quiatua aſt cùm acceperit cibũ quàm antè. Teter odor in ore prouenit à mataria putrida cootẽta lo veotric. idq; fit, cùm ioordloatè cibum ingerat & potum. Sæpiſaimè enim bibit & comedit,variaq; ingerit, tum eſculenta tum potulenta & cereuiſiam & vioom poteos: ita enim cõcoctio impeditur & ioterrumpitur. Paroxyſmum autem apilepticom iodico ex conſenſu ventriculi oriri. De ſauatione verò,cùm ſit robuſtua & iuuenia cre B do, ſanari poſſe, ſi voluerit parere, & potiſsimum abſtinere iſtu malo regimioe victua, & à veoere im moderata. Nemiol anim dubium, quio ea neruia nocaat. Hiera mihl maximè probatur, vel ſola accepta, vel admixto ſyrup. roſaceo, quomodo ego vti ſoleo, & melius mibi probatur, qoam caſsia. Vterer atiam melle roſ. pro digeſtioue,& miſcerẽ cũ decocto aliqoo. Darem ℥.t.mel.roſ. & ʒ. s.oxymel.qoia omnes aothoras concedont.Pro eoacuationa yterer agarico,vel cum caſsia mixta:pro ma C iori pharmaco magia probatur hiera, colocynth. Galen Poſtquam autem optimè eoacuatom eſt corpua, pro roborando capite vterer ſyrup. de betonica. Aponenſes aquaa maximè laudo,tum in potu,tum in ſtillicidio, tum io ſeſaione. Pro roboratione membrorum tum capitia,aromaticum roſ. theriacam & mithridatiom. Quod ad victua rationem attinet,ſuadeo,vt paulatim ſe aſſoefaciat:nam rapeotioa mutatio minua tuta eſt. Cauteria oon admodum laudo,cùm noo adeò bic ſint oeceſſaria D ob morbom receotem.

CONSILIVM XXI.

Vertigo & Paralyſis.

BELLOCATVS.

CLariſſ. Doctor ageoa 1 x t i t.anoum io vertiginem ineidit, deiode ſucceſſo temporia in paralyſin dextri brachij & cruris. quæ quidem ſine dubio ex materia frigida & humida iofeſtante caput orta ſunt. Amiſit & memoriam ex par E te.Pro his autem factum eſt illi caoterium in brachio,ex quo magoom percapit commodum, vnde haud dubio materia minorata fuit: ſed tamen oon putuit ſcribere & diſcurrere vt antea. Cura difficilia videtur. Oculi & facies rubicuoda, quæ cerabri calidi argumentum ſuot. Caput tamen habet admodum frigidum & humidum, ac ventriculum imbacillum. Summa curatioois conſiſtit in calefaciendo capite. Sed id erit perdifficile. Cùm ipſe admodum ſeoex ſit, & catarrhi in ſanibus raró cu F reotur. veruntamen cùm maximè ſit adiutoa à calorificis, & ſtillicidiis ex calameotbo, pulagio & ſimilibus. ſparamos ex aorum vſu ſi non curari peoitùa, alleuiari ſaltem illum poſſe. Venam oon ſecarem,licet ſatis coloratua ſit, ob ætatem. Euacuarem cum caſaia & hiera, & primò concoquerem aum ſyr.da berooica, mella roſ. & ſyrup.cichoreæ, cum decocto cichoreæ, betonicæ, iuæ, deinde ʒ.s. pil.cochiarũ cum ℈.t. agarici: pòſt eapot vacuarẽ arrhinia. vltimo darem aquaa, niſi timeram ſuper G calfactionem hepatis: attamen crediderim qood illud noo admodum calfacerent,cùm ſit adeo ſanex atq; ætate coufectos. Darem igitur in potu,& adhiberem ſtillicidium in corooali. Deinde tẽporibus calidis vtat̃ aromatico roſato: frigidis, diapipereone,diacalamentho,& mithridatica antidoto. Cauterium noo repeterẽ,cùm per aliud ſatis expurgetur,

tur, niſi ſi quando ideo noo ſofficeret. Tune argo pro diuerſiooa facerem aliod in crure. Victus ratio optima ſit: bibat vinum pauciferum.

FRISIMELICA.

De prognoſtico eadem ſeotio. Coneoquerem cum ſyr. de hetonica & calamentho. Pro iecore adrdatur ſyr. de cichorea. Euacuarem cum hiera colocynthid. cũ caſsia, & præſertim cum agarico, quàm maximè io hoc caſu laudarem. Cùm verò materia craſſa ſit præſcriberem victum ienuem, & vinum admodum tenue. Comq; ventriculus cönſentiat tum eerehro, laudo aquas io potu, ſtillicidio, & inſoſione. Probo mithridaricam coofectionem, ſi alia oon cooferrent. De cauterio oibil dieetem, cùm aotea ab eo ſatis ſit moleſtaius.

TRINCAVALLIVS.

Etſi vir ille doctiſsimus ſenex ſit, & ex nimio ſtudio redditus frig. & bumidus: tamen adiunctam eſſe ſiccitatem, colligitur ex eo, quòd parum dormit. Nam vix ad quatuor horas ſomnum prodocit, ſed licet materia, oh quam in verrigioem incidit, ex parte à doctiſsimo Victorio ſit ablata: tamen relicta eſt adhuc materia pituitoſa in capite, & præſertim iu ao loco, vhi memoria reſidet. Nam optimè diſcurrit, & iudicat & proſert. Sed oon poteſt memorari bene. Vode ſactá eſt læſio io memuria, ſed leuiter, ita vt diminota ea ſit ſolùm. Læſio autem illa facta aſt, ex iotemperie humida & frigida cum materia, quam quidem in vniuerſu corpore cooſiſtere arbitror, potiſsimum verò in cerebro & ventriculo. Euacoaodum igitur eorpus egregiè, ad quod probãtur mihi hieræ omnes & pillulæ cochiæ, cum & ſine elleboro: Item ſyr. qui caleſacerent & attenuarent, vt de hyſſopo, oxymel. de calamentho, de ſtœchade, de betonica. Deinde concederem aquas Aponenſes pro potu, oec timerem illo modo caliditatem iecoris. cauterio oon opus eſſa crederé, cùm materia adhuc ſatis ſoperque fluat.

NOTA.

¶Vertigo cum deſtillatione capitis vide tit. Catarrhi, Conſ. XLIV. & LIII.

Vertigo & dolor capitis ex affectu vteri, vide lib. 3. tit. Vteri affectus, Conſ. LXXII.

De Incubo.

NOTA.

¶Vide lib. 3. tit. Ventriculi affectus, Conſil. VIII.

De Epilepſia.

CONSILIVM XXII.

Epilepſia.

Mihi quidem periode, atque excellentiſsimis illis medicis, videtur, morhua, quo adoleſcẽtula hæe teoetur, eſſe comitialis. Sed quod deinda mibi magis dubium videtur, eſt, à primarió ne capitis affectu ille pẽdeat, an per conſenſum, vel àb alio ioferiori aliquo membro. nam cùm iam ſecundum annum pertrãſierit, vix adduci poſſem, vt crederem, non eſſe factum iam eum affectum primarium capitis. quamuis fortaſſe ioter ioitia fieri potuerit, vt per aliqoem conſenſum à ſuppuſitia partihus fomẽtum habuerit; nam io primo ſtatim
A inſultu vomitua concitatus eſt, qui indicabat, iode
affectum illum aliquam habere originem. Verùm
ionixua ei, quód in præſeotia, quotieſcuoque tem
pus inuaſionis eiuſmodi ſymptomatis adeſt, aut
aotea, aut pauló póſt aluos turbatur, atq; liquidas
deiectiones cum multo ſtrepitu eiicit, maniſeſtè
colligo, circa ventriculum, & inteſtina moueri malum aliquem humorem, qoi eaput per vapores per
cutiens, io caoſa ſit, ſi non ex toto, ſaltem ex parte
B aliqua, cur illa ita repeotè corripiator. Hue accedit,
quod etſi mamoria, & cogitaodi vls auferatur, non
eſt tamen totios corporis cooſequuta eonuulſio.
alioquin enlm cecidiſſet: quod in vera epilepſia per
quaio eunualluntur omoes corporis partes, omuiuo neceſſe eſt fieri. Quare oon oegauerim iam aliquam impreſsionem eſſe io capite factam, adeò vt
ex parte ſit factus primarius affectus, maiori tamẽ
ax parte ex conſenſu ſit ſuppoſitarum partium, potiſsimum veró ventriculi: neq; eniin video, cur in
C vterũ id ſit referẽdum, cùm ſingulis menſibus purgetur & ſanguis bis copiusè è venis pedũ miſſus,
oibil contuliſſe viſos ſit. porrò conturbatio inferioris alui cũ eius fluore, tẽpore ſuperuẽturi iſtius inſultus, iodicio eſt, quód ex vẽtriculo magna ex parte ſit petẽda ratio iſtius mali. cui & id addidiſſe forſitan non erit ab re, quòd, quia pueri & adoleſcẽtea
in cibo & poto, eorũq; qualitate, & quãtitate, ac ordine dèlinquunt, noo eſt mirũ, qd' vẽtriculus eorũ
hac ratione lædatur, vt aptus poſtea ſiat ad conge-
D rendũ per periodos malú quempiá bumurem, qùi
vapore ſuo cerebrũ malè afficiat. Quomudocunq;
auté ſe habeat hæe res, omnino difficilis mibi videtur hic affectos, cùm iá moeterauerit, & ſecundum
annum præterierit, neq; ex varia tum validis, tum
etiá leuib. remedñs vllum leuamen affulſerit. Attamẽ quia ſæpe ægroti ex maximis morbis etiá præter medicorũ opinionẽ liberãtur: idcirco neq; hác
rẽ ita pro deſperata habandã cenſeo, quin putẽ ra-
tionem inquirere. qua huic adoleſcentulæ upẽ fera
E mus. Hae verò potiſsimum ratione incederã, vt pri
mùm diligentiſaima ſeruetur victos ratio. Itaq; vino vtatur claro, tenui, & oon potẽti, ſed paucifero,
& pareè admodũ, nec oiſi io meoſa. cibi omnes electi ſint, vt ſuot pulli gallinacei, vituli lactẽtes, (hædos ſuſpectos haberem: timerẽ enim ne aliquá rationẽ capręſeruareot) aoicolę nemorales, perdices,
& id geous reliqoa: oua etiá ſurbilia. legumina mibi
nõ probantur, neq; olera pleraq; præter boraginẽ,
neq; fructus, oon eaſeus, nõ lac in acetariis cappa-
F res rectè cõditi mihi non diſplicerent. Caueat a triſtib. aoimi perturbationib. à multo otio, à motiooa
& exercitatiooe poſt eibum, ſomno modeſtè ſe tradat. hæc ſummatim de victus ratiooa. Cũ aũt ſæpè
& multũ ſanguinem, tam per ſupernas, quàm per
ioferoas venas fuiſſe miſſum legerim, nihilq; id cõtuliſſe, plurimumq; corporis habitũ fuiſſe mutatũ,
vtpote cũ antea plena ſaos, & bene carne oppleta,
ounc gracilis facta ſit: ideo ampliùs nõ admodum
ad eoacuationẽ prooos eſſem, ſed aut oihil, aut pa-
G rum ſanguinis detraherẽ in præſeotia, adeoq; potius ad aliá vacuandi ratiooẽ me conuerterem, (niſi ſurtè bæmorrhoides viderentur tumidæ & pleoæ: oam ſi id eſſet, inde per hirudinea aliquid ſanguinis euacuarem) quę meo iudicio commodè fieret per medicameota porgantia, io quihus exhibẽdis ſemper vẽtriculi præcipuè rationem haberem.

Primùm itaque infrà ſcriptum medicamentum le-
ue,& facile illi deuorandum traderem: Recipe ele-
ctuarij lenitiui,vel diacotolicon ʒ.xij.pulueris hie-
ræ ſimplicis completæ ʒ.ij. miſce & fiat bolus cum
ſacharo, atque per horas quatuor ante prandium
exhibeatur: ſequenti verò mane tempeſtiuè ſyru-
pum hunc exhiberem: Recipe ſyrupi de betonica,
de abſinthio,de boragine ana ℥.s.decoctionis infrà
ſcriptæ ℥.iij.miſ Decoctũ: Recipe abſinthij, cicho-
reæ,betonicæ,boraginis ana M. I. fumiterræ, bora-
ginis an. quantum ſufficit.miſ. & fiat decoctum ex
arte. poſtea iterum repeterem ſuprà ſcriptum me-
dicamentum ex puluere hieræ. deinde interpoſita
quiete duorum aut trium dierum,repetitis quinq;
vel ſex ſyrupis ſuperiùs deſcriptis, tertiò illam ex-
purgarem,& loco hieræ ſimplicis,apponerem hie-
ræ diacolocynthidos ʒ.iij.His expeditis,menſe Ma
io vellem, vt Patauium adiret, acceptura aquas A-
ponenſes. in illis enim plurimum confido, quòd ſi
his remediis non leuetur morbus, excitarem duo
vlcera,& facerem,vt dici ſolet vulgo,duas fontanel
las, quas ſi diu apertas ſeruauerit, rectam etiam vi-
ctus rationem adiunxerit, præ omnibus aliis hoc
illi poſſe conferre putarem.

CONSILIVM XXIII.

Epilepſia cum conſenſu ventriculi.

PRæcedente quodam animi mærore, quod eſt
ſignũ futuræ afflictionis, ſequitur motus cor-
dis,cũ ampla dilatatione velox & frequens,ad-
eo vt inſignis excitetur,vt aſſerit ipſa ægrotans,cor
dis dolor. Hinc aſcendente vitioſo humore, vel va-
pore per venas aut arterias per collum ad caput
pertinentes (quod temporum pulſatio oſtendit)
dolor capitis ſuccedit, atque etiam læſio, & quaſi
ablatio omnium ferè actionum & principalium fa-
cultatum, vidalicet motus, & ſenſuum,tam inter-
norum,quàm exteroorum,cum artuum cõcuſſio-
ne,& cõuulſione,quæ in partibus,& muſculis per-
tinentibus ad os, & maxillas, euidentius apparet.
His verò ſymptomatibus tenetur interdum per ſe-
mihoram, interdum per horam, quæ deinde ad ſe
rediens, ne meminit quidem. corripitur autem &
noctu interdum, nonnunquam interdiu, & modò
frequentius,modò rarius, prout vel magis vel mi-
nus in ratione victus, animi perturbationibus,ie-
iunio,& reliquis eiuſmodi aberrat: ſicut & nũc fre-
quentiùs, quàm prioribus temporibus dum ma-
ritus viueret: licet commodè per menſtrua purge-
tur.His quæ enumerata ſunt ita ſe habentibus, ad-
ducor in eam ſententiam, vt comitialem affectum
eſſe putem, quo nobilis matrona ſæpe corripitur.
neque enim mihi aliquid eórum, quæ ad morbum
hunc pertinere poſſunt, deeſſe ex narratis videtur.
Tertio namque de Loc affect.cap.8. Gal.ait, quòd
epilepſia eſt cerebri affectus, vel morbus, quem ſe-
quitur conuulſio, non quidem aſsidua, & perpe-
tua,vt in illa diſtentione,quæ opiſtotonos.aut em-
proſtotonos, aut tetanos græcè dicitur, ſed ex in-
teruallis, & per periodos, in quo morbo mens, &
ſenſus læditur. Verùm nec de eo dubitandum cen-
ſeo,quód non primario capitis affectu hæc,quę re-
feruntur,contingerunt, ſed cerebro cum ſuppoſitis
partibus conſentiente.cùm enim ab ea percipiatur
malum illud ſerpere,ac primum cor affligere,dein-
A de excitare palpitationem,vel pulſum temporum,
ac ſubinde capitis dolorem, quem cætera narrata
ſymptomata ſequuntur, luce clarius, mea quidem
ſententia, apparet per conſenſum ab inferioribus
partibus morbum hunc oriri; Sed tamen non per-
inde mihi conſtat, è cuius partis conſenſu lædatur
caput. Nam, etſi, quòd vidua ſit, poſſet facilè quis
credere vterum eſſe, qui noxam capiti impertiret
per vapores, ad cor primum, mox ad cerebrum de-
B latos per iam dictas venas,& arterias; itẽ quòd dum
maritus viueret,non ita frequentes habuerit acceſ-
ſiones.tamen cùm ſoleant affectus hi ex vtero tum
tantùm prouenire, quando aut menſes ſupprimũ-
tur,aut ſemen retinetur; at verò copioſè purgetur
hæc matrona ſingulis menſibus, non poteſt hoc
in ſuppreſſos menſes referri,neque etiam,me iudi-
ce,in ſemen retentum. Nam ſi,poſtquam eſſet viro
orbata, primùm hæc ſuperueniſſent incommoda,
facilè crederem, potuiſſe ex ſemine non vacuato
C fieri, ſed cùm ea etiam viuẽte marito laborarit hoc
affectu,licet nõ æquè frequẽter, & fortaſſe neq; ita
vehemẽtes fuerint acceſsiones,neſcio qua ratione
affirmare debeã,ex ſemine corrupto id fieri. vt præ
terea & id addam, quòd,ſicut vteri ſtrãgulationes,
quæ ex ſemine prodeunt, in primis euacuationib.
potius læduntur, quàm iouaotur; ita putarem, in
reliquis affectibus, qui pendent ex vtero ob reten-
tum ſemen,aliis videlicet partibus cum eo conſen-
tientibus,ex his vacuationibus non minus lædi: at
D ſecta vena iuuari potius viſa eſt ipſa,quàm lædi.re-
liquum ergo eſt, vt inquiramus, cuiuſnam viſceris
vitio is affectus oriatur,& ex quo humore pendeat.
Nam morbi,qui per periodos moleſti ſunt,neceſſe
eſt,vt & materiales ſint,& affectus, qui repente cõ-
tingunt, item ex materia ſuam habeant originem.
Ac de fonte primario huius morbi,quãtum ex Me-
dici literis admodum breuibus coniectari poſſum,
iudicarẽ, illum eſſe ventriculum, quod vt credam,
his rationibus adducor: primùm quia ſæpius acci-
E dere ſolet, vt cerebrum conſenſu ventriculi,quàm
alterius membri aſficiatur: deinde, quia conſtat,
matronam hanc eſſe frigidioris,ac ob id imbecillio-
ris ex neceſsitate ventriculi: tertio quia ex ieiunio
deterius ſe habet, & frequentius fiunt acceſsiones.
Quod ſi opponas, quód non modò ex ieiunio, &
inedia male ſe habet,ſed & non minus ex triſtibus
animi perturbationibus, id nihil me de opinione
mouet, imò confirmat. Galenus enim quinto de
Loc.affect.cap.6.ait,quòd nonnulli ſint,qui,ſi ma-
F iore animi contentione aliquid agant, aut curis, &
ſolicitudinibus angantur, aut ſe diutius, præter-
quàm conſueuerint, à cibo contineant, aut ira ex-
candeſcant,ſtatim, vitioſis ichorib⁹ confluentibus
ad os ventriculi,corripiantur morbo comitiali; in-
terdum verò concoctione iam vitiata; quare non
poſſum non credere, quód ex vitioſis humoribus
ventriculum eo tempore petentibus,vapores elati
primum cor propter conſenſum eius cum ora ven
triculi,malè afficiant, mox vero vlterius per partes
G iam ab excellenti medico narratas aſcendentes,tẽ-
porum pulſum, & palpitationem illis afferant, ad
caput poſtremò, & cerebrum delati,eius membra-
nas extendentes, capitis dolorem concitent: vbi
verò ſe in ventriculos cerebri inſinuauerint, eos
aut obſtruẽtes, aut mala quadam,& extranea qua-
litate malè afficientes,occaſionem eorum ſympto-
matum

matum præſtent. Cæterùm vitioſi hi homores mi- A
hi ſaoè videotur melaocholici ſucci oaturam ſape-
re, cùm mæror præcedens nunciua ſemper ſit hu-
iuſmodi moleſti ſymptomatis: ſd hæc, quòd variæ
animi perturbationes, quæ viduas ſollicitare ſolét,
curæ variæ & ſamiliares, labores quoque domeſti-
ci copiam iſtius homoris, exuſto ſangnine, progi-
gnere cooſueuerunt. De curatiooe ſi liberè meam
ſententiam proſerra debeam, non poſſum noo af-
firmare, maximè eam difficilè eſſe, atq; adeò, vt vix B
audeam dicere morbum hunc curari poſſe. Nam,
etſi per cōſenſum eſſe excitatū dixerim, ideoq; ma-
ior ſit in eo ſpes ſalutis: cùm tamē tandiu illam de-
tinuerit, neque tot valentibos, & rectè inſtitotis re-
mediis ceſſerit, corpusque iam conſeneſcat, pluri-
mum dubito, oe ars medica nó tantum poſsit præ-
ſtare, vt ipſa libera omnino euadat. Interim omni-
no tamen ſpero, qoòd, ſi ſe bene in victus ratione
gerere volnerit, cni magis, quàm alteri rei fidèdum
eſſe exiſtimo, poterit io meliorem ſtatum dedoci, C
vt & rarins, & minns ab his inſultibus corripiatur.
Oportet ergo, vt, qoantum fieri poteſt, rectæ vict⁹
rationi ſeruandæ operam det, nec modò in cibo, &
potu, verùm & in affectibus animi moderandis, ſed
& in reliquis rebus, quę non naturales à medicis di
cuntur, iocnlpatè ſe gerat. Cùm verò cibi ratio &
io quantitata conſiſtat, & io qualitate, & in ordine:
de quaotitate quidem non faciam multa verba; nā
cùm prudens, & modeſta matrona ſit, non dubito
illam ſeruare modum in comedendo, & bibendo, D
adeo vt mihi hac parte monenda potins videatur,
vt à longa inedia, & loogo ieiunio omnino caueat,
nequa quoquo modo à cibo abſtineat vltra horas
conſuetas, atque in hac re ſummam adhibeat dili-
gentiam, qnemadmodnm & ipſa experientia iam
ſæpius illam monera potuit: quod ad qualitatē ci-
bornm attinet: ab omnibus cibis debet abſtinere,
quæ craſſum, & melancholicum ſuccum generant,
vt ſoot legumioa, braſsicæ, carnes veteres, in pri-
mis vaccinæ, præterea cerui, leporis, conicoli, auiū E
paluſtrium, & aquaticarum, atq; etiam ſuum: Ab-
ſtinere quoq; debet à caſeo, & in primis veteri, imò
à lacticiniis ferè omnibus. Cibi etiam, qui acres hu-
mores generant, & ſanguinem exurunt, vt cæpe,
porri, allium, eroca, reliquaque acrumina, ſunt e-
uitandi. Sed & aromata, niſi parcè, & quantum
poſſunt ventriculom roborare, fugienda ſunt.
Multus etiam ſalſamentorum vſus incongruus e-
rit. Panis item azymus inntilis eſt. Omnia io
ſartagine frixa damnanda ſunt, vt & oua, & alia F
quæcunque adeò aſſata ſunt, vt vſtulata etiam ſint.
Vina præterea potentia, in primis verò craſſa, ni-
gra, & dulcia, procul ableganda: quàm maximè ve-
rò potus modeſtus ſit. Moltus etiam olerom v-
ſus nequaqnam mihi probatur: fructuum verò a-
liquis, ſcilicet parcus. Denique ordo in cibo aſſu-
mendo & potu congruus coſtodiendus eſt, ne vi-
delicet potus cibi proportionem ſuperet, ne ante
cibum ieiuna ſtatim bibat, nec ea, quæ aſtringunt,
vt eſſent pyra, cotonea, ſorba, meſpyla, oryza, lens, G
prius comedat, deinde pinguia, vnctuoſa, lenien-
tia, aut ſalita. Neque etiam coctu faciliora, in ſecun-
da, difficiliora, In prima menſa comedat: vnde eli-
xa præcedere, toſta ſuccedere debent: Sic fru-
ctus etiam horarij humidi comedeodi ſnot in pri-
ma menſa. Præterea verò ſicut longam à cibo ab-

A ſtineotiam damnaoimus, ita damnandum puta-
mus nimiom frequentem cibum, & feſtinum, vt ſi
comedat, antequam prior cibos confectus de ven
triculo deſcenderit. & hæc quantum ad cibum,
& potum. Porrò ſi aluus fluida ſeruetur, illi ma-
ximè vtile erit, quod ſi illa ſponte miuimè fluat,
clyſtere iuoetur. Modeſta ſit in ſomno & vigilia,
vt neqoe nimis ſomno dedita ſit, quia caput re-
plet, & aggrauat; neque etiam nimia crucietur
B vigilia: nam deiicit vires cerebri, & ventriculi, im-
mò omnium viſcerum. Exercitatio corporis, mo-
derata quidem, plurimùm conſerre poterit, ni-
mia verò obeſſe, magis autem oberit, ſi poſt ci-
bum, hoc eſt antequam in ventriculo is coctus
ſit, exerceatur; nam id concoctionem turbat, ca-
put replet, & obſtructiones excitat: Nec etiam ni-
minm otium vtila fuerit. ſed omnia modeſtè in-
ſtituta, commoda & vtilia erunt. Nihil autem illi
adeò noxium eſſe poteſt, vt animi vehamentes mo-
C tus, & triſtes affectus: ita vt neque repentina, & ve-
hemens lætitia poſsit eſſe vtilis. Aer quantum fie-
ri poteſt, ſit temperatus. Qnamuis autem in recta
victus ratione magnam ſpem poſuerim curationis
iſtius affectus, non tamen propterea alia remedio-
rum genera omnino repudianda duco: vnde pu-
tarem illi non parum collaturum, ſi interdum pur-
garetur, & ſaltem bis in anno, videlicet vere, & au-
tumno, ſed leuibus & facilibus medicamentis, quę
non plurimùm turbare poſſent: interim hoc mini-
D mè neglecto, vt prius aluus leniatur conuenienti
medicamento, cui tamen ſemper eſſet immiſtum
aliud, quòd ventriculo conduceret, quemadmo-
dum eſſet hoc: Recipe floris caſsiæ ℥.i. pulueris
hieræ ſimplicis ʒ.i. miſce, & cum ſacharo fiat bo-
lus, qui per horam ante cibum accipi poterit. Po-
ſtea materiam ſyrupis, aut decoctis aliquibus para-
rem. Et ſanè mihi decoctum ex abſinthio, & cicho-
rio, fumariaque vel fumoterræ maximè probare-
tur, additis aliquibus foliis betonicæ. Nam eiuſmo-
E di æquè ventriculum roboraret, & obſtructiones
iecoris ſi quæ adeſſeot, aperiret, capititisque ratio-
nem haberet, & ſanguinem depurgaret ab exuſtis
atque adeò etiam melancholicis excrementis. Sy-
rupi verò, qui vtiles videri poſſunt, hi ſunt, ſyrupus
de cichorea ſimplex, & compoſitus ex deſcriptio-
ne Nicoli, & de fumoterrę ſimplex, interdum & cō-
poſitus, & ſyropus roſaceus, de abſiothio quoq;, &
de betonica ſimplex, ac reliqui ſimiles. Paratā deio
materiam vacuarem hoc, vel ſimili medicameoto:
F Acciperem ſenæ electæ ℥.ß. paſſularum mundata-
rum, liquiritiæ raſæ ana ʒ.iij. florum fumiterræ,
boraginis, ſingulorum ʒ.i. comæ abſinthij, folio-
rum betonicæ, cichorij, ſingulorum parum: miſta
omnia coquerem ex aqua communi, aut boragi-
nis, aut fumarię, deinde percolato huic decocto in-
funderem ʒ.i. rhabarbari optimi, addito ſquinoan-
tho, & vino albo aromatico per noctem macera-
rem, ac ſummo mane exprimendo percolarem, ac
diſſoluerem, ſyrupi roſacei ſolutiui ℥.iij. & bibendū
G illi darem. Quòd ſi non videretur ſatis leui hoc mē
dicamento purgata, eiſdē repetis præparatoriis ſy-
rupis, aut decoctis, iterum purgarē cōfectione Ha-
mech, & diacatholicone, parcius tamē cum medici
nis exolnentib. quantū fieri poſſet, agendum puto.
Sed nec ſilentio pręterenndum cēſeo, vt, ſi ipſi hæ-
morrhoides ſpōte ãnteactis temporib. effluxerint,

ęędem interdum aperirentur, ac ſanguis inde flue-
re parmitteretur, aut hirudinibus, aut frictione ex
panno aliquo aſpero, vel foliis ficus. Præter autem
has, bis in anno moliendas faciles vacuationes, nō
ab re fore crederem, ſi in vſu aliquas pillulas habe-
ret, quibus frequentur vteretur: ſed vna duntaxat
ſemel, prout illi, aut freqoētius, aut minus frequē-
ter eſſe opus purgatione, & ſubtractione illius ma-
li humoris videretur: ſicuti eſſent pillulæ maſtichi-
næ, aut aſſaieret: Ego verò has habeo in frequenti
vſu: accipio decoctum ex ſena pauló antè deſcri-
ptum, atque in illo macerato rhabarbaro ad ℥.i s. &
addito ſquinantho, ac vino, poſt colaturam plenè
factam inicio ℥.i. pulueris hieræ ſimplicis, ac ſæ-
pius miſcendo, expecto donec pulueres totū eum
humorē abſorpſerint, & ferè exſiccauerint: poſtea
addito pauco ſyrupo roſaceo ſolutiuo, redigo totū
in eam molem, vt inde poſsint confici catapotia,
quæ multis fuiſſe vtilia ſæpius expertus ſum. Poſt
hęc verò omnia, aliqua ibi habēda ſunt in vſu, quæ
caput, ventriculum & reliqua viſcera poſsint cor-
roborare: inter ea commodiſsimæ ſunt confectio-
nes, quæ vulgares penè ſunt, vt æſtate diarhodon
Abbatis, mediis temporibus aromaticū roſaceum,
frigidioribus verò, diamoſchum: Ego interdum
mixturam hoc modo paro: accipio ſacharum roſa-
ceum, & boraginaceum, quibus & flores roris ma-
rini, & flores betonicæ ſacharo conditos addo, om-
niaq; miſceo in modum eclegmatis, addito prius,
aut ſimplici ſyrupo roſato, ſi calida ſit tempeſtas,
aut ſyrupo ex corticibus citri, ſi frigeat aer; quæ cō-
fectio & vtilis & non ingrata illi eſſe poterit.

CONSILIVM XXIV.

Epilepſia.

CONſtat morbum hunc eſſe epilepticum, cui*
fundamentum primariò in capite eſſe, foueri
tamen etiam à ventriculo, & habitu totius,
exiſtimo. Primatium autem capitis eſſe, coniicio,
tum ex grauitate, quam percipit circa caput: tum
quia cæteros ſenſus habet ſtupidos. quando enim
omnes ſenſus malè ſunt affecti ſimul, referēda cau-
ſa in commune ſenſorium: tum denique, quia me-
moria eſt læſa. Sed cùm cōſtet capiti eſſe proprium
hunc affectum, iam porrò videndum, qualis ſit.
Quando igitur cadit epilepticus, tunc eſt obſtru-
ctio vera ventriculorum cerebri: quando non ca-
dit, tunc praua affectio perpetuò remanēs eſt intē-
peries frigida & humida cum materia craſſa & pi-
tuitoſa, cui permiſceri poteſt aliquid materiæ me-
lancholicæ, quia calidi eſt & ſicci corporis, quod
apparet ex colore flauo vel croceo. vnde videtur ie-
coris eſſe calidioris: licet poſtea potuerit intempe-
ratius reddi. Porrò non credo ex materia pituito-
ſa epilepſiam concitari: quia non ita citò fouetur
ex materia pauca: ſed calor agens in materiam, fla-
tuoſam illam reddit, quæ proueniens ad ventricu-
los cerebri excitat epilepſiam: vnde eodem tempo-
re in principio paroxyſmi perſentit vertiginem &
flatus & ructus ventriculi. Quæ omnia argumento
ſunt, illam foueri à ventriculo maximè, quia pluri-
ma comedit, & omnes cibos admittit: vnde facta
multa cruditate & diſtributa per totum corpus, po
tuit tranſmittere ad caput. Hæc cùm ita ſe habeāt:
de curatione, an illa ſperanda ſit, quæri poteſt. Sed

A vt verum fatear, vnum tantùm D. Aloyſium adhuc
ſuperſtitem per 40. annos, quibus exercui praxin,
ſanatū vidi, cùm quidem materia expelleretur ad
cutim, vt videretur ſcabies elephantiaca. Ardua er-
go erit curatio, ſed tamen poterit ad meliorem ſta-
tum reduci. Curatio autem in recta victus ratione
potiſsimùm ſita eſt. Caueat ergo omninò per ali-
quod tempus à vino, cuius loco vtatur hydromeli-
te, quo decoctum ſit cinnamomum, anethum, &c.
B cumq; antea otio deditus fuerit, paulatim aſſueſcat
exercitationi: nulla etiam conſuetudo derepentè
eſt immutanda. Quod ad medicamenta ſpectat, vē-
triculum purgarē hiera, vt vacuetur materia mul-
ta. Hac euacuata oxymel & mel roſatum exhibe-
rem: quia incidunt & attenuant, deinde iterum ex-
purgarem hierâ mixta cum agarico: poſtea reſpice-
rem habitum totius; nunquam dimiſſo oxymelite
cum ſyrupo betonicæ, & cum ſyrupo de ſtœchade
pro capite. Inde accederem etiam ad oxymel ſcylli-
C ticum: quia nō ſtatim per initia ad valentiora pro-
grediendum eſt in morbis his, qui dant inducias.
laudo etiam confectionem ex ſcylla, de qua Gal. in
collegio pro puero epileptico, ſi modò haberes ve-
ram ſcyllam. His peractis, ſi ſit tempus ad 20. dies
aquarum, ſumat illas: ſi nondum ſit tempus, nun-
quam purgarem caput, nec tentarē ſternutamēta:
quia materia iſta eſt validè eiicienda & euacuanda.
Interim aquas in potu exhibere, quia non tantùm
alterant ventriculum, ſed etiam molliunt aluum
D & purgant melancholicū humorem, & diſtribuun-
tur per corpus, illudque alterant. Iiſdem etiam in-
ſideat, & adhibeat embrochas. Poſt hęc omnia, cau
teria probo mirum in modum. vtatur item pillulis
maſtichinis, de agarico, cum cochiis aliquando. Po-
ſtea vtatur aliquo corroborante ventriculum & ca
put, vt ſunt plirisarcoticon, mithridatium, diamu-
ſcum, grana citri, pœonia, diazingiber, &c. Vrina
exploranda prius quàm ſecanda vena: nam ſi cru-
da ſit, non eſt ſecanda: ſi non ſit, & videatur adeſſe
E materia adoſta, ſecetur communis vena, & parum
ſanguinis extrahatur. Inſuper ſi habuerit aliquan-
do hæmorrhoides, illæ denuò excitentur.

CONSILIVM XXV.

Epilepſia.

PVer quidam ſingulis quindecim diebus epile-
pticus concidebat. Per affectum capitis hoc
fieri Medicorum præſtantiſsimi Friſimelica,
F Montanus, Odus, & Francanzanus exiſtimarunt.
Sed quo plura pharmaca exhibuerunt, eò affectus
magis creuit, ita vt in viginti quatuor horis paro-
xyſmos haberet plures centum & quinquaginta,
leues tamen, quia parua cōmotio capitis cum bul-
la circa frena labiorum aderat. Vnde tandē cogno-
uerunt morbum eſſe non per affectum capitis, ſed
per cōſenſum à ventriculo. Quare cùm illum phar-
macis exagitare deſiſterent, & roborarent, puer e-
gregiè conualuit.

G

CONSILIVM XXVI.

Epilepſia.

ETſi grauitas capitis poſt ſymptoma, item hal-
luciatio oculorū & vertigo leuis ſemper iam
inde à partu, poſsint afferre ſuſpicionem pri-
mari

marij affectus in capite.(hæc enim nuncij ſunt futuræ ægritudinis) quando tamen naturam huius ſymptomatis conſidero, aliter iudico. Nã cùm Gal. dicat, quòd in primario affectu fiat conuulſio mẽbrorum: in affectu autem per conſenſum tantùm inundatio veluti quædã corporis: & verò hîc non magna fuerit corporis agitatio. vtpote cùm neque vir fuerit inde excitatus, neq; nutrix præſens perceperit, præterea & caput nec ante nec poſt hunc affectum fuerit excrementitium; non eſt affectus hic primariò in cerebro. Grauitas aũt capitis & vertigo arguunt fieri quidem à ventriculo, ſed non ſolùm, quatenus ille communicat noxam & dolorem per neruos orificij ſuperioris, verum etiam quatenus vaporẽ & materiam aliquam: à qua maximè ſolent oriri caligines illę oculorum, ventriculi grauitas, & ardor (nõ à materia calida, ſed frigida, acida ſcilicet, quam arguit vomitus. nã in acida materia ſunt partes tenues. quæ vellicare poſſunt) Ex quibus conſtat ventriculum eſſe debilem & refrigeratum, aptũ generandæ materię acidæ. vnde Hip ait [illegible] in lienteria eſſe bonũ ſignum, quia denũtiat aliquem calorẽ vigere. Fuit aũt ventriculus debilitatus à victus ratione mala, frequẽti partu, & pręcipuè puellarũ. geſtatio enim puellarum maximè & longè magis debilitat, quàm puerorum. acceſſere animi accidentia & mœrores. Quod ad curationẽ, ſtatuo curari poſſe nõ multo negotio, cùm ſit tantùm ex cõſenſu ventriculi: Quod ſi eſſet ex primario affectu, deſperata eſſet ſalus. Nam vidi patricium Venetũ vnum ſolum curatũ in ipſa ſenectute, natura expellẽte materiã criticè per cutim, vt videretur elephãticus. Cæterùm in tanta ventriculi imbecillitate & tantis cruditatib. à phlebotomia abſtinerẽ, & potius euacuarem: ita tamẽ, vt cùm nuper adeò peperit, & ventriculus ſit debilis, ipſa quoq; medicamẽtis nõ aſſueuerit, à valentiorib. abſtinerem, præſertim cùm habeat aluũ ſatis fluidam, nec dies purgationis ſint elapſi, itaq; in iure macro pulli decoquerẽ betonicã, cichoriũ, capillos veneris, & ſic rectificarẽ corpus per quatuor dies. Inde hiera vterer, medicamento proprio in affectib. capitis per conſenſum à ventriculo. cui permiſceatur elect. lenit. potius quàm caſsia, quæ vtero recenter debilitato nõ ita amica eſt. Et cùm nõ ſciamus illius naturã, an facile vel difficile ſoluatur, infrà potius quàm ſuprà cõſiſtamus in medicamentis. Inde mel roſ. non ab initio ſtatim, exhiberem, ne magis impingatur in ventriculũ. Deinde probãtur aquæ Aponẽſ. poſtea corroborantib. vtẽdũ variis pro ratione tẽporis. In æſtate conſerua beton. arom. roſ. In hyeme, cõfect. diagalanga, corticib. citri conditis, ſem. quoq; citri, &c. Poſt euacuationẽ vinũ aliquod corroborãs vẽtriculum exhibeatur quia inſtar medicamenti erit.

CONSILIVM XXVII.

Epilepſia.

N.

CAſus ſanè horrendus proponitur, atq; adeò, vt mori ſatiùs ſit quã illo affligi. Læduntur enim omnes operationes, vt homo vix homo dici poſsit. Tali ſymptomata magnifica matrona vtero gerens corrupta eſt, vt perdiderit ſenſum & motum. Nihil enim penitùs recordatur. Cùm autem filium peperiſſet, ſexto abhinc die ſymptomate corrupta eſt. Exclamans enim noctu deprehen-

A ſa fuit immobilis. Poſt etiam euomuit inſipida, atque acida quoque. Cæterùm cauſæ huius ſymptomatis facilius cognoſcuntur ex temperamento antegreſſo. Fuit autem illud calidum. Neq; fuit illa obæſa, ſed mediocriter carnoſa, & fuſca. Vteri ſatis fuit calidi: nam fæcunda. Capitis credo fuiſſe calidi & ſicci. Caliditatẽ indicant pili, & actionum promtitudo: motiones item ſatis celeres, quæ omnino à cerebro procedunt. Siccitatem inde arguo, quo-
B niam teſtatur ſe ſomni eſſe breuis, & facilè excitari, caput nunquam fuiſſe excremẽtitium: Ventriculi ſatis fuiſſe laudati. Cùm enim variis cibariis ſe ingurgitarit, nullum ſenſit ex illis incommodum At nunc credo factum frigidum & humidum, vt oſtẽdunt ructus acidi, flatus & vomitus pituitoſi. Conqueritur etiam de grauitate ventriculi: vterum credo non redditum calidiorem, ſed aliquo modo imminutum. Cerebrum etiam à ſua caliditate & ſiccitate lapſum eſt, cùm nunc grauitatam
C capitis ſentiat, & exſpuere incipiat. Porrò ventriculus factus eſt frigidus & humidus ex nimio uſu fructuum refrigerantium, & animi accidentibus. Anni enim aliquot ſunt, ex quo triſtitia afficitur. Tali verò ventriculo exiſtente, cruditates genitæ ſunt & obſtructiones, vnde circa hypochondrium ſiniſtrum tenſio. Ex his ergo ſymptomatum cauſa peti poteſt, appellaturque affectus hic epilepſis, ortum habens ex contractis & aliquo modo obſtructis cerebri ventriculis, quod quidem credo fieri
D per conſenſum ventriculi, tranſmiſsis illinc vaporibus ad cerebrum, quoniam mirum in modum affectus eſt ventriculus. Releuata enim maximam moleſtiam circa illum percipit. Accedit quod liberatur ab eiuſmodi ſymptomatibus vomitu, quo materiam aquoſam eiicit, & aliqua ex parte melancholicam, vt ſapor acidus & color ater atteſtantur. Sed an conuellatur, an non, incertum eſt, ſiquidem aſtantes nihil referunt. tum etiam lenis epilepſia eſt. Pro curatione roborarem caput, ne vapo-
E res ex ventriculo ſuſciperet: ventriculum ne tranſmitteret. Expurgarem tamen primò vniuerſum, pòſt caput. Vnde in ſpem venio non relapſuram. Nam cùm lenis ſit epilepſia, & bis tantùm ceciderit, curari poſſe confido. Expurgatis igitur ſuperfluitatibus cum caſsia & hiera in magna copia, vel ſola; præpararem (venam enim non ſecarem quia corpus exſangue, licet morbus magnus ſit) ſyrupis reſpicientibus pituitam & melancholiam vt melle roſato, ſyr. de betonica. ab oxymelite abſtinerem,
F quia melancholicis inimicum. item decocto betonicæ, borag. Deinceps purgarã leuioribus propter ventriculi debilitatem. vt elect. cum hiera, de dact. confect. hamech, pillul. de hiera cum agarico, de tribus cum rhabarbaro. Materia autem expurgata duabus vicibus, pòſt corroborarem aquis Aponenſibus in potu & infuſione, quæ maximè cruribus adhiberetur. Cõqueritur enim de crurum imbecillitate & refrigeratione. In numero roborantiũ etiam ſunt conſeruæ notæ, & inunctiones ex oleo
G maſtichino. In autumno & anno ſequenti eadem poſſent repeti. In primis aũt diligens ſit viuendi ratio. Caueat ergo à prauis alimẽtis & animi affectib.

FRANCANZANVS.

Morbus hic cognitu & curatu difficilis eſt. Nam ægra reſoluta cum ſpuma oris ſenſus & motus

expers iacet, vnde metꝰ eſt, ne ſit Apoplexia: quod tamen metuendum non eſt, cùm ſine reſolutione aliorum membrorum deſierit, & per periodos inuadat. Quare epilepſiam, grauem tamen, fuiſſe exiſtimo, (nam & epileptici in fine paroxyſmi reſoluti iacent) cùm ab aſtantibus ſut marito ab initio viſa non ſit. ſymptomatum autem grauitas ex anhelitus difficultate ſumitur, & ſpuma circa os. Cerebrum inſuper affectum per ſe non eſt, quia ſenſus omnes incolumes ſunt, & capitis nulla grauitas, licet paulatim aggregetur materia in capite. Neque etiam affectus hic eſt à partibus determinatis, vt membris. Relinquitur ergo quòd ex ventriculo, præſertim malè affecto, & refrigerato ex mala victꝰ ratione. Dolor autem quem percipit eſt mordicãs. Siccioris temperamenti eſſe credo vterum, quòd oſtendit fæcunditas. Vnde multus & frequẽs partus ſeu vteri geſtatio, retentis menſibus, plurimum vẽtriculum debilitat. Mala etiã qualitas materiarum ventriculi affectũ inducere potuit. Cæterùm morbum hunc ex imbecillitate ventriculi & conſenſu ortum habere indicat curatio, vomitus videlicet. Cura ergo tota ventriculo debetur reducta priori intemperie calida & ſicca. Vterum non affectum eſſe exiſtimo. *Prognoſticon.* Licet Epilepſia poſt 25. annum non ſanetur, credo tamen Hippocr. intellexiſſe de illa, quæ eſt per eſſentiam, non quæ eſt per conſenſum. Cum autem ſit puerpera 30. dierum, expectandus eſt 42. tunc iam dictis expurgarem, & exquiſitius, cùm in puerperio non probè expurgata ſit. Venam non ſecarem. Præpararem etiam dictis, addito tamen ſyrupo de ſtœchade. Fortioribus nõ agerem, ne labefactetur ventriculus. In victu temperans ſit. per interualla etiam hiera cum caſsia expurgarem. Roborarem aromatico roſato, myrobalan. chebulis. vterer & compoſitis aliquibus ex pœonia, raſura eboris, cranio humano, &c. Autumni temporibus eãdem repeterem. Cauterijs non vterer, cùm non ſit ratione capitis.

TRINCAVELLIVS.

Tanquam conſtitutum accipio motus iſtos fuiſſe epilepticos: neque enim de eo dubito, ſiquidem læſæ ſunt omnes facultates. Neque verò ſtrangulatio vteri fuit cùm ſatis commodè exporgetur, neque etiam apoplexia, cùm facilè terminata ſit. Iam porrò videndum, an per conſenſum, an per proprietatem hic affectus ſit. In primis itaque grauitas capitis per multos dies poſt paroxyſmũ relicta: caligo item oculorum, idiopathiæ ſuſpicionem afferre poſſent: hallucinationes enim illæ prænunciæ ſunt epilepſiæ aut apoplexiæ: verumtamen cùm ventricul. valde affectus ſit, credo etiam fieri per conſenſum, quia non fit veluti quædam corporis perturbatio & conuulſio, vt in illa quæ per *idiopathiam* fit. Si enim tam valida fuiſſet concitatio, maritus eius facilè excitatus fuiſſet. Vnde ex modo inuaſionis colligo, non eſſe primarium affectum: & præterea quòd caput natura excrementitium non fuerit, neque grauitas in eo percepta. Communicatur autem nocumentum cerebro nõ ſolùm ex ſimplici qualitate, verùm etiam vapore. Vnde illa grauitas & caligines. Cùm ergo multa habeamus ſigna affecti capitis, ventriculi verò plurima, ſtatuendum videtur ventriculum cerebro conſentire. Capitis enim illa grauitas non multo tempore perdurat, ſecus fit de caligine ob vapores continuò elatos. præterea quod de ardore ventriculi conqueritur, inde eſt, quòd in materia acida multæ ſunt partes tenues, quę ventriculum afficere poſſunt. Hinc etiam conſtat permutatam illius temperaturam, dum generat acidam pituitã & putredinem, quod color niger indicat. In debilibus enim ventriculis ſemper materiæ corruptæ diuerſorum colorum generantur. Ab his igitur elatis vaporibus excitatur motus epilepticus. Cauſa autem horum humorum eſt intemperies frigida & humida, quæ multis modis ſucta eſt ex geſtatione fœmellæ, ob vteri frigiditatem. Accedit victus crudus & prunorum acidorum. Item animi perturbationibus. Sed iam de curatione quid agendum ſit videamus. Pro conſtituto autem habeo, quod curari poſsit. vidi enim iuuenes, qui ter aut quater cõciderunt conualuiſſe, cùm diligentem ſui rationem habuiſſent: Item quendam magnificum ſenem, cùm materia ad cutem expulſa ſcabiem excitaſſet, à qua vix curari potuit. Detrahenda ergo materia eſt corrigẽtibus intemperiem. ſanguinem non mitterem in tanta ventriculi cruditate. Circa vacuationem duo conſiderarẽ, primò quòd ventriculus valde debilis ſit, deinde quia nunquam medicamenta aſſumſerit, vnde leuioribus agerem. Et cùm ſatis fluida ſit aluus, inciperem à decocto ſeu iure pulli incoquẽdo capill. veneris, beton. cichor. quo vterer per quatuor vel quinque dies: inde deuenirem ad purgantia, inter quæ principem locum habet hiera, cui adderem elect. lenit. quòd viderim mulieres plurimas circa vterum læſas à caſsia. Pòſt darem mel. roſ. quod maximè probatur. purgato corpore aliquid etiam adderem abſinthij vel decocti, vel ſyrupi, vel ſumat cochlear vnum ſyrup. de abſinth. inde decoctum abſinth. vel ſtœch. Probantur etiam aquę Aponenſes: ſi enim aliquid corrigeret illam intemperiem, illæ poſſent hoc facere. Temporibus calidis aromatico roſato, conſerua betonicæ vtatur: frigidis, diagalanga conueniens eſt maximè mulieri, item citri condiũ, adhæc iuſculis incocta ſemina citri, &c. Vino ratione partus & ventriculi vtatur. Quod purgato corpore erit tanquam medicamentum. Cauteriis non vterer, cùm affectus primariò in capite non conſiſtat.

CONSILIVM XXIIX.

Epilepſia: Vertigo: aurium tinnitus.

IVuenis natus annos triginta abhinc ſeptem annis incidit in Epilepſiã, quæ ipſum quidem hoc anno magis moleſtat, cõiunguntur pręterea tria ſymptomata, vertigo, tinnitus aurium, & ſtupiditas ſenſuum in brachio & crure. Hic autem motus conuulſiuus, quem patitur in brachio & cruribus, non eſt dubium quin ſit lęſa actio facultatis animalis, videlicet motricis, quam opinor præcipuè eſſe ex conſenſu hepatis. Poteſt enim actio eſſe læſa vel ob intemperiem in ipſo cerebro, vel per cõſenſum. Dixi autem conſenſu hepatis fieri, quia arbitror ex frigiditate tum iecoris tum cordis naſci excrementa plurima, ſic vt flatus & vapores frigidi inde à cerebro calido attrahãtur. Verùm cùm ſentiat ille in cerebro grauitatẽ magnam, credo illam pituitam craſſam contineri in cerebro. Eandem exiſtimo etiam flatulentã & ventoſam eſſe: vnde naſcitur tinnitus aurium, (nam flatus generãt tinnitum.) item

verti-

vertiginem quæ non eſt niſi motus inordinatus, & ſit quando flatos miſceatur cum ſpiritibus, qui inuehunt talem motum inordinatum. Venenoſam porrò illam eſſe, argumēto eſt, quòd ſentit auram, ante paroxyſmum aſcendentem ad cerebrū. Ex his igitur patet, neceſſe omnino eſſe, vt materia illa ma ligna pituitoſaq. & melācholica ac adulta ſit in cer to aliquo determinatoq; loco. Dictum autem antè eſt, illam cōtineri in ventriculis cerebri, in quib. ef ficiat obſtructiones. De curatione, an exſpectanda illa ſit nec ne, reſpōderi poteſt: affectū iſtum curari poſſe, ſed difficulter, eò tamen magis ſperandū hoc eſſe, quia paroxyſmus eſt breuis: & patiens eſt in æ tate conſiſtente & adhoc robuſtus: quamuis alias qui incidunt in tales morbos rarò curantur. Quan tum igitur ad curam pertinet, duo ſunt in eius ad miniſtratione præcipuè inſtrumēta, ſcilicet victus ratio & pharmacia. Ac cùm ſit materia frigida, craſ ſa, melancholica, maligna & flatulēta, ideo ea inpri mis erit concoquenda, lenita tamen priùs aluo, vel elect. leonitiuo, aut caſsia aut ſimilib. Deinde conco quemus eandem cum moderatè calfacientibus & humectantibus tum detergentibus, attenuantibus & incidentibus ac diſcutientibus materiam flatu lentam. Poſtremò, iis quæ reſiſtunt materiæ vene noſæ, quorum ex numero etſi multa quidem præ ſtare poſſunt: præcipuus tamen inter alia eſt ſyr. de betonica, quia reſpicit caput, item oxymel, quia de terget, incidit & attenuat: venenoſitati item reſiſte mus ſimplici cibo, & potiſsimùm aqua pæoniæ, &c. Rec. oxymel. ſquillit. ſyr. betonicæ an. ℥.ſ. Aq. pœo niæ ℥. iiij. Hic ſyrupus ſiquidem mea ſententia præ ſtaret omnia, ideircò cum illo materiā concoquerē & pararem atqi etiam ſimilibus ſyrupis. Præparata materia vacuetur illis medicamentis, quę eam præ cipuè euacuant, & roborant membra, cuius generis eſſet agaricus, rhabarbarum. corroborat enim rhabarb. membra & aufert obſtructiones: Item my robalani qui roborant cerebrum: Itē vterer illis me dicamentis, quæ euacuarent materiam melancho licam, vt ſyr. roſac. ſolut. confect. hamech, cuius re ciperē ℥. iij. ſyr. roſ. ſolut. ℥. iiij. addito ℈. ſ. pul. corr. elleb. nigri ob melancholicam materiam, vt ſcribit Aetius. Ille enim cortex præterquam quod euacua ret materiam adultā, etiā motus epilepticos tolle ret vel ſedaret. ſummopere aūt laudarē vt haberet & alia medicamēta familiaria, quæ reſiſterent ma teriæ malignæ, vt ſunt præcipuè grana pœoniæ & nux muſcata, caryophylli, quia iſta animaticitate reſiſtunt veneno, item agaricus & rhabarb. Recipe gran. pœoniæ ℈. j. caryoph. nucis muſc. an. ℈. ſ. rha barb. agarici an. ℈. ij. fiat magdalion cum ſyr. appro priato, vt de betonica. Harum pill. ℈. i. vtatur ſæpi⁹, addēdo zingiber, quod magis roborat medicamen tū. Itē mithridatica cōfectio eſſet valde conueniēs. Mihi etiam probatur elect. ſeu confectio ex ſcylla aſſata, & ſeminibus pœoniæ, quo frequenter vta tur. His peractis ſuaderem, vt ad localia accederet, vt ſunt apophlegmatiſmi & caputpurgia. Sed ca putpurgiis nō vterer, quia valde concutiunt cere brum. Maſticem ergo, ſtaphid. agriam, pyretbrum, cinnam. & zingiber mandat. in apophlegmatiſmis tamē non accederem ad valentiora: quin potius ſi opus conducere et, adhiberem cauteria quatuor di gitos infrà gena. Hæc itaq; credo vtilia eſſe, ſi obſer uetur optima victus ratio, quæ eſſet incidens & im

A pediret attractionem materiæ. In primis verò pro hiberem aeram nimis calidum. Cibus ſit attenuans & incidens materiam, & ſit facilis concoctionis. Vi nū non laudo, quia vaporoſum eſt, ſed potius aquā coctā cum cinnamomo & fœniculo. Cōcederē leuē exercitationē, & equitationem. Beneficiū ad ui ſem per habeat, quia aſtricta aluus plurimū nocet cerebro.

FRISIMALICA.

B Epilepſia eſt obſtructio cerebri non integra. in hoc vero eſt etiā læſio memorię, nam obliuioſus eſt admodum. Dico autem materiam frigidam & craſ ſam eſſe, quæ obſtruit ventriculos cerebri, & pitui toſam potiùs quàm melancholicam, quæ cùm ſi mùl ſit flatulenta excitat etiā vertiginem. Tinnitus aurium ſit ex eadem materia. Poteſt verò materia illa etiā aliqua ex parte eſſe maligna, ob quam aura iſta excitetur à toto ambitu venarum. Sed nihilo minus iſtam epilepſiam ortam eſſe credo ob cōſen

C ſum ventriculi & totius corporis, & iecoris. Illę ve rò ſuperfluitates omnes collectę ſunt ex inordina to regimine, quia vſus eſt autumno prætérito plo rimis vuis & fructibus, quę ventriculum debilitāt. Dico ergo illam epilepſiam eſſe factam primò per conſenſum totius corporis, iam verò eſſentiam eſſe cum ipſo cerebro. Vnde maxima difficultas eſt in curatione. Nam vt concedam tantum poſſe effi ci, vt paroxyſmi fiant rariores, integrè tamen ſana ri poſſe videtur impoſsibile. Tentanda ergo erit

D curatio eo modo, vt primo alteretur corp⁹, deinde roboret. Leniendū tamen prius cū caſsia vel elect. lenit. cum ſpecieb. hieræ, quæ nullo modo omit tenda eſt. porrò materiā cōcoquerem cum iis quæ attenuant & incidunt, vt ſunt ſyr. de betonica, oxy mel. decoctum pœonię vel borag. Hac concocta cū tribus his ſyrupis, ſecarem venam, cùm ſit robuſt⁹ & in florida ętate conſtitutus. idq; in vere facerem. venam aūt ſecarē cephalicam aut iecorariam. Poſt aliquot dies darē agar. rhabarb. & confect. hamech,

E ſed potiſsimum hieris euacuarē, & primò cum hie ra ſimpl. idq; bis ter aut quater reiterādo. Poſtmo dum deuenirem ad temperationē totius corporis, pro quo in primis laudarem aquas thermales, quas ſuaderem vt biberet poſt euacuationem, aut iis im mergeretur quoq; interdum. Quod ſi nō vellet vti illis, aut antea dictis, laudarem vt vteretur illis pil lulis præſcriptis à clariſsimo viro, & pillul cochiis. Hinc demū pro roboratione vterer mithrid. cōfect. & theriaca. victu attenuante vtatur. Vinū non con

F cederē, ſed darē aquā mulſam cō aniſo & fœniculo.

TRINCAVELLIVS.

Dico proprium affectum huuc eſſe capitis, licet poſsit habere fomentum à ventriculo. ſed prima rium capitia eſſe oſtendit obliuio magna. An cura ri poſsit maximè dubito. Nam iā quadraginta an nis quibus exerceo praxin, non niſi vnum epilepti cum vidi ſanatum, atq; ita, vt produceretur materia ad cutim, & is ſcabie quadam elephantiaſi ſimili

G afficeretur. vnde, ſic materia foras propulſa non amplius excitabat paroxyſmum. ſed interim tamē hoc poſſumus viro huic nobili præſtare, ne tam fre quenter illi contingat paroxyſmus. Quod vt me thodo fiat, primò inciperem ab hiera, quia vētricu lus præcipuè ex mala victus ratione debilitatus eſt. Deinde concoquerem materiam, vbi præcipuè

d

laudarem ea, quæ reſpicerent ventriculum, vt ſunt A
mel roſatum & oxymel. Pòſt iterum euacuarem
cum hiera, cui ſi ita videretur, adderem agaricum.
Poſt hæc concoquendo reſpicerem totum corpus,
& darem mel roſatum, oxymel. ſyrup. de betonica
& ſyrop. de ſtœchad. à quibus deuenirem etiam
ad oxymel ſcyllit. & illam confectionem de qua di-
xit Galenus in libro illo de Epileptico puero. Eua-
cuato corpore ſi pateretur tempus, inſiſterem ſem-
per illi modo vacuandi. Darem aquas in potu & B
iiſdem immergerem aliquando eum. Item fieret ex
illis aquis ſtillicidium. Poſt aquas adhiberem ſta-
tim cauterium in genu, vt continuò euacuaretur
corpus. Deinde ſępius darem pillulas maſtichinas,
de agarico, quibus adderem & cochias. Poſtremò
pro roboratione ventriculi laudarem confect. Mi-
thridat. & theriacam, grana pœoniæ & citri cum
ſacharo, vnde fieret confectio. Venam antequam
ſecarem inſpicerem vrinam eius, etſi appareret ad-
huc cruditas aut per hæmorrhoides euacuaretur, C
differrem eam. Quod ſi non adeſſent hæc, & vires
conſentirent, concederem ſectionem.

CONSILIVM XXIX.

Epilepſia.

VIr nobilis quadraginta ſex annorum, tẽpera-
turę calidæ & humidæ variis moleſtatur ſym
ptomatib. Decimos iam ann⁹ agitur, ex quo
amiſit ſenſum & motum in vniuerſo corpore, eoq; D
affectu bis aut ter in anno corripitur, imò verò ſæ-
pius, emiſit etiam ſpumam in paroxyſmo, & nemi-
ni ſit dubium illum eſſe epilepticum. Poſt cibum
etiam hallucinationes patitur, adhæc malè loqui-
tur. Temperaturam calidam oſtendit corporis ha-
bitus carnuſus ſatis & piloſus, amplitudo vena-
rum, pulſus mollites. Hepar multum bilis generat,
vnde talis temperatura colligitur. Sed humiditas
ſuperatur à caliditate. Ventriculus etiam calid⁹ eſt
cum aliqua humiditate, vt apparet ex balbutie. Eſt E
enim illa ex laxitate muſculorum. Renes & teſtes
calidi: Nunc ex immoderata victus ratione ventri-
culus temperatus, ſicut & cerebrum. Aeri frigidiſ-
ſimo ſe ſemper expoſuit ob mercaturam. Modum
exceſsit in vigiliis & ſomno, item in motu & quie-
te & cæteris rebus non naturalibus. Quod naris
dextra fuerit obturata, fieri credo ob excremento-
rum craſſorum copiam, & temperamentum cere-
bri calidum & humidum & inordinatam victus
rationem, eius materiæ parte à ventriculo tranſ- F
miſſa. nam ventriculum nunc dicitur habere debi-
lem, dextra autẽ pars maximè obſtructa eſt, quód
materia in illa parte neruos obſtruens potiſsimùm
eſt collecta, ꝓpter cauſam aliquã procatarcticam, &
antecedentem. In curatione duo ſunt potiſsimùm
membra reſpicienda, ventriculus & caput: ſed in il-
la parum ſpei colloco, cum agat 47. annum & mor-
bus durauerit per decem annos: Materiam tamen
diminuere poſſumus. & prohibere ne in deteriorẽ
morbũ incidat, ſcilicet paralyſim aut apoplexiam, G
nec ita crebró afficiatur paroxyſmis. De venæ ſe-
ctione etſi præſentes dubitent: ego tamen, cùm ſit
robuſtus, remotis priùs cruditatibus, ſi adſint, ſe-
carem brachium ſiniſtrum. Concoquerem melle
roſac. ſyrupo de betonica, de ſtœchade cum deco-
cto ſtœchad. ſaluiæ & cichoreæ. Pro euacuatione

A placerent cocbiæ, Diaphœnicon, agaricus, & co-
chiæ cum elleboro. Si vellet bibere aquas, darem
Aquarianas, quę roborant ventriculum & poſſunt
etiam auehi ſine incommodo. Dederunt illi deco-
ctũ ligni ter & cùm vtilitate forſitan ob exſiccatio-
nẽ. ſed mihi melius placerẽt Aquarianæ. Præmiſſa
ſic vniuerſali vacuatione, deuenirẽ ad caput, vbi v-
terer omnibus, quæ reuellunt & aſserant. In primis
autem adhiberem ſtillicidium ex ſoliis camomillæ
B cum lixiuio, eoq; vterer ad triginta dies. ſunt & pul
ueres qui applicari poſſent commiſſuræ coronali
prius madefactæ. Omnino autem & cauteria vſur-
parem in ſiniſtra parte brachij & pedis, quod licet
ſit moleſtiſsimum, tamen vidi maximum inde io-
uamentum. Interim nec omitterem ea, quæ caput
roborant, vt grana pœoniæ, ebur, & cranium aſini
& hominis. ex quibus facerẽ electuarium. Sed mihi
magis placẽt magnæ cõfectiones, vt theriaca & mi-
thridaticũ Sed & per interualla euacuetur in æſta-
C te: nunc cum ſpeciebus hieræ, cum melle roſ. in
bolo. Aliis temporibus pillul. de aloe. Conueniet
etiam vomitorium, ſi aſſuetus ſit. Pro obſtructione
naris, exhiberem per nares quæ aperirent obſtru-
ctiones, vt eſt ſuccus betæ, cyclaminis. Pro oculo
ſunt collyria de anagallide. Tumores poſſunt in-
ungi oleis, quæ diſcuterent. Vtatur etiam optima
victus ratione.

FRISIMELICA.

Omnes hi affectus ſunt ſenſitorij membri ſcili-
D cet naris obſtructa & oculus dexter, & tumores tẽ-
porum ac frontis. Viſio diminuta & hebetudo
prouenit ab aliqua intemperie in oculo, quod &
de aure dicendum eſt. Obſtructionum cauſa, haud
dubiè à pituita, quæ genita eſt per eſſentiã & non
conſeoſum. Ex nimio enim potu vinorum poten-
tium, cùm totius corporis genita ſit repletio, maxi-
mè in capite id factũ eſt, quod tanquam cauum at-
trahit Fons vero fuit ventriculus. Cęterùm cõuul-
ſio cùm tã diu durarit, mala Nam vtẽdum ne in in-
E tegrũ recidat Curari igitur illum penitùs poſſe ne-
go, cum adoleſcẽtes poſt decimó quartum annum
curationem non recipiant. Sed tamen nõ omnino
deſerẽdus. Victus ratio ſit tenuis, omittat omnino
crapulas. vitet bobulam, ceruinam, lac, piſces & ſi-
milia. Item vinum ſi poteſt, & bibat hydromel vel
olygophorũ. exercitio moderato vtatur. Sit bono
animo: aluus quotidie ſit aperta. Inter lenitiua ſem
per hieram apponerẽ ſine caſsia, ſine manna. Con-
coquerem cum ſyr qui attenuant & incidunt pitui
F tam, vt melle roſ ſyr. de bet. nunquã omittẽdo oxy-
mel ſimplex Pro euacuatione laudarẽ pil. cocbias
vel hieram diacolocynthidis. De venæ ſectione ſic
ſtatuo, ſi pituita eſſet nimis craſſa, cõcoquerẽ illam
cum trib. vel quatuor ſyrupis dictis: poſtea ſecarẽ
venam ſiue dextræ ſiue ſiniſtræ partis detrahendo
ſanguinem ad ℥. v. vel vj. Poſtea maſticatoriis & ca-
putpurgiis euacuarem, vt ex maſtice cum pipere &
ſtaphide agria. ſed placerent vehementiora garga-
riſmata, vt oxymel cum decoctis Laudabat Craſſ⁹
G decoctũ anagallidis, quod & mihi placeret. Pro ven
triculo maximè laudarẽ aquas Aponẽſes, quia eua
cuãt vniuerſum, & caput etiã, ſimul roborãt ventri
culum. Quare nõ dubiũ eſt tẽperato cerebro tẽpe-
rari cæteros affect⁹ omnes capitis. Præterea etiã la-
uarẽ caput poſtq̃ eſſet optimè purgatũ: vnde veni-
rẽ quoq; ad ſtillicidiũ. Sed noſtrę balneę deferri nõ
poſſunt,

poſſunt, quia ſulphurei vapores exhalant, igitur Aquarianæ earum loco traosferri poſſent, vel fiant ſtillicidia ex aliis, vt metallicis & herbis. Pro ocolis & auribus fiant remedia multa & collyria & olea. Euacuandum prçterea per ioteruallaa corpus, vt in vere & antumuo & ſecanda vena, ſi poteſt fieri io illis temporibus vel ſi oō ſufficiant, ſemper per duos menſes repetantor. Cauteria etiam uō omitterem, vt dictum eſt.

TRINCAVELLIVS.

De temperamento, aſſentior illis, quod ſit calidū & humidum, item quod excedat caliditas. & iecur calidum ſit & humidum, quod latæ veoæ oſteodunt, & corporis plethora, cor etiam eſſe calidum & humidum, vt ex pulſu magno apparet, concedo, vt & illud de temperatura cerebri, reoum & teſtium. Præterea ex immoderata victus ratiooe, quam exercuit, non eſt mirum multas cruditates natas eſſe, item ex iotempeſtiuo exercitio & coitu. Cùm ergo corpus ſcatuerit excrementis, ab intenſo frigore, cui ſe expoſuit, ita meatus ſuot obſtructi, præſertim capitis, vnde ſic materia auerſa noo potuit euaporare: vnde compreſſo cerebro, ad uarem etiam pronenit & eam obſtruxit. Morbum etiam fuiſſe epilepticum non dubito, ſicut apparet ex amiſſo ſenſu & facto motu vitioſo. Sed epilepſia eſt cauſata, ſine dubio ex illo inordinato victu & ex materia pituitoſa potiſsimum, licet poſsint mixti eſſe humores melaocholici. Sed uunquam curari poteſt. Poſſum tamen dicere, quód ego vidi ſenem quinquaginta annorum, qui laborauit pér vigintiquinque annos epilepſia, & curatum fuiſſe. Sed incidit in febrem, & ſcabiem ſimilem lepræ quæ plus illi negotij faciebat, quàm epilepſia, donec eandem ſuperaret, ſed poſtea taotùm decem anois ſuperuixit. Igitur puto difficile eſſe, vt ſanari poſsit. poteſt tamen ioterim ad meliorem docl habitum affectus iſte, & vt oon tam ſæpè vexetur paroxyſmo. Victus igitur ante omnia ſit attenuans & exſiccans. Vioum an ſit prohibendum, cùm aſſueuerit dubito, velim tamen vt biberet mulſam. A ceruiſia prorſus abſtineat, quia maximè nocet neruis. Quod ſi vino abſtinere nolit, id ſit aquoſum & pauciferum ob ventriculnm, vt quod cieat vrinam, nec repleat caput. Exercitatio ſit moderata. A Venere abſtineat quantum poteſt, aut raró vtatur. Velim etiam aerem mutet: quia maximè prodeſt in boc caſu & io ſicciorem ſe recipiat. pro concoctiooe valde laudo ſyrupum ſquilliticum item de ſtœchade ſimplici & completo & de eupatorio & de praſsio: pro euacuatione, quæ bis in anno fiat, vtatur pillulis cochiis cum elleboro & ſine elleboro. Item medicamento confecto de ſquilla, per alembicum. De venæ ſectiooe dico quod poſsit fieri, vel non fieri, prout videmus corpus plenum eſſe & redundare ſanguine. ſed credo quód ex ſectione oon magnum admodum ſit reportaturus auxilium. Io magnis confectionibus maximè laudarem plirisarcoticon Nicolai. Balneas ego laudarem, maximè, ſi ad nos venire poſſet io principio Septembris & biberet & immergeretur: vel, ſi oon poteſt, Aquariaoas coocedo: deferri eoim melius poſſunt, quàm Aponenſes, quæ exoleſcunt inter ferendum. Poſſet etiam in Germania vti aquis ſulphureis & aluminoſis. De cauteriis dico, ſi vnicum ſit, poſſe conducere, ſiquidem in vertigine ea maximè ꝓfuiſſe vidi, vel in brachiis, vel in cruribos nō in coronali ſutura, quia citò euaneſcuot. In cæteris ſubſcribo reliqo orū ſententiæ.

NOTA.

¶ De epilepſia præterea vide tit. Melancholia, Conſil. 17. Item tit. Vertiginis, Conſil. 20.

De Paralyſi.

CONSILIVM XXX.

Paralyſis.

CVm bis nobilis vir reſolutione ueruorum fuerit correptus, priori qoidem anno ſiniſtri brachij: altero verd dextri, rationi cōſooum eſt, in toto corpore, præcipuè verò in cerebro copiam congeri crudi & pituitoſi hnmoris: quod partim ad inclinaotem ætatem referendom eſſe puto, partim verò ad frigidam humidamq; cerebri temperaturam, & ad aliquod fomeotum, quod ventriculus illi ſoggerat, imbecillior in conficiendo cibo: quáuis in his quæ ſcripta legi de hoc, nulla fiat ventriculi mentio, cóm tamē inde pendeat, aut omnis, aut præcipoa generaodæ pituitæ ratio; his deiode & ratio victus fortaſſe accedit. congeſto verò eo humore in cerebro, natura, quæ præcipuis membris, quantū per eam fieri poteſt, ſemper proſpicit, cùm eò peruenerit res, vt iam ipſa grauetur illius multitudine, excitat expultricem facultatem, vt exoneret cerebrum excrementoſâ materiâ, atque ita fit expulſio quocunqoe poteſt: expulſo verò humore ad ſpioæ medullam, & per ipſam ad origines oeruorum, qui brachium mouent ac ſenſum impartiontur, intercepto ex obſtructione tranſitu ſpiritibus, deſtituitur membrum ſenſu, & motu, atqoe ita reſoluitur: primùm autem id in ſioiſtro cōtigit, qnia reperta eſt fortaſſe pars ea imbecillior: ſed cùm deiode medicus, coogruis remediis nobili viro cooſulnerit, ac illi parti robur aliquod addiderit, coogeſta iterum ſimili materia aono ſequenti, io alterum latus facta eſt impulſio: & quia fortaſſe eo aono, copia materiæ collectæ fuit vberior, aot etiam craſsior, ideo difficilior, & longior euaſit curatio. His autem ita conſtitutis, duo, quátum ad boc negotium pertinere, geoerales ſcopi inſurgunt, quorum primus eſt vt tollantur reliqoiæ iſtius morbi, quæ per aſsiduas exſpuitiones manifeſtátur: alter, vt cuſtodia adhibeatur, na iterum repetat aot ſimilis, aut deterior affectus. facilè enim fieri poſſet, vt multâ genitâ materiâ, & viribus corporis imbecillioribus redditis, aliquádo fieret apoplecticus Cæterùm vtriq; buic ſcopo ſatisfaciemus, ſi primùm defluxam materiam conſumamus, & quicquid de nouo hactenus io cerebro, vel ventriculo ſuccreuerit, vacuemus: deinde verò etiam ſi ventriculi, cerebrique mutata intemperatura, itemq; brachij malè affecti, & addito his partubꝰ aliquo robore, occaſionem tollamus iterum bunc humorem copioſum gigneodi. Hæc autem prælтari poterūt. ſi primùm purgetur corpus medicamētis accommodatis humoribus craſsis, & crudis expurgandis, & in primis illis, quibus peritus medicus aliis feliciter vſus eſt. nam ſemper medicina, quam vtilem ſumus experti, aliis, quas ooo ſimus experti, eſt præferenda.

poto autem illom cochiis ſoiſſe vſum, fœtidiſq́; & Arabicis, vel id genos aliis, vt & interdum agarico, electuario indo, vel diaphæoicone. ego in his frigidis, & diuturois affectibus vtor biera diacolocynthidos, quæ antiquis medicis erat in pluriioo vſo, quamq́; reperi eſſe efficax, & mirabile medicamentū. Credo præterea ſæpius fuiſſe vſum concoquentibus, & roborantibus ſyrupis, & decoctis ex betonica, ſtœchade, iua artetica, ſaluis, & ſimilibus calefſcientibos, exſiccantibus, & diſcutientibus: quæ repetenda eſſe omnia inſtante vere putarem. præ omnibus autem laudarem oxymel ſcylliticum, mel roſaceum. interdum autem conſeruam betonicæ, & florum roris marini, quibus ſi adderentur & cortices citri ſacharo conditi, & aliquid zingiberis cōditi, mihi maximè eiuſmodi confectio probaretur, quod ſi videretur eius calor timendus propter iecur calidum, poſſemus intermiſcere aliquid myrobalanorum chebularum, aut emblicarum, aut hæc ex ſyrupo roſaceo, vt molliora ſint, diſſoluere. Poſtea crederem vſum aut Theriacæ, aut Mithridati fore illi vtilem, vel pliriſarcoticon. hæc enim plurimum valent ad caput, & neruos exſiccandos, & roborandos, & coolumendas reliquias morborum. Poſtremò ſi his non eſſet integra ſanitas reſtituta, ago ad thermas, & mioerales aquas confugerem, vt ſunt vel Poretanæ, vel noſtræ Patauinæ Aponenſes, quas vellem, vt biberet, ſeruata ratione victus cōgrua, & reliquis, quæ ſeruari ſolent io ſimili negotio: poſſet eadē etiá io caput deducere. hoc enim auxilio nullum potētius, & ſalubrius ioueoi.

CONSILIVM XXXI.

Paralyſis in puero.

CVm mihi nobilis iſtius pueri naturalis temperatura non admodum ſit perſpecta in pręſentia ſatis ſit ſcire, quòd multam tum io veotricolo, tum in capite, & ſuapte natura, & ex erroribus in ratione victus commiſsis, congerit pituitam nam morbi quibus hactenus fuit obnoxius apertiſsimè hoc demonſtrant. Vermes ſiquidem, putreſcentis pituitæ in ventriculo & inteſtinis ſoboles ſunt, & diuturna etiam ſebris, qua per longum adeò tempus conflictatus eſt, oon potuit non eſſe facta à multa, & craſſa pituita, genita vitio frigidioris & humidioris ventriculi. ſed & quòd caput ſcateat multis pituitoſis excrementis, indicauit reſolutio linguæ crurum & pedum: immò aliqus ex parte totius corporis, ſicut & magna io crurib. brachiis & manibus infirmitas: qui quidem morbos frigidus eſt, & à craſſo pituitoſo qoe proficiſcitur humore obſtruente potius origines neruorum, per qoos patet tranſitus motrici facultati ad muſculos, quàm madefaciente. nerui enim madefacti ab humore in eis recepto conuelluntur, videlicet, cùm ex abſorpto homore augeantur in latum, detrahatur autem de eorum longitudine. Nec verò tantùm nerui, qui motui præſunt, obſtructi fuere ab ea materia: ſed & illi, qui auditui, cum vel ſurdus, vel ſaltem ſurdaſter fuerit factus. id verò contigit, vt videtur, à cauſa non admodum valida. nam etſi catulus exenteratus, & diſſectus ꝓ fomento fuerit capiti appoſitus: calor tamen illius animantis natiuus non adeò moltus potuit eſſe, vt, niſi caput reperiſſet plenū admodom humore prono, & parato ad decumbendum, ita facilè obſtruxerit delatus ad oeruorum origines. oō igitur, vt mihi videtur, aliud io cauſa fuit, niſi corporis procliuitas, ob multá excrementitiam materiam io capite congeſtá, & calor catuli, qui illam fuſam cōmouit. Deniq; talem temperaturá pueri poſſuot, pręterea omoia demooſtrare, quæ excellentiſsimus Medicꝰ narrat. Quibus ita conſtitutis, ſi de præſagio ſit aliquid proferédum in mediom, dixerim, quod puer ſi rectè tractabitor à Medico & ex ratione, & parētes puerq́; illi paruerint, poſsit ad integritatem reſtitui, neq; etiam multo oegotio. Sed mihi nulla videtur maior eſſe in hac re difficultas, qoàm quòd puer eſt. in pueris enim ratio nihil quicquá ferè poteſt, vtpotè qui ſolo regantor appetitu, quos ioterdum neq; cogere, neq; perſuadare poſsis. alioquin cùm in hac ætate vis caloris natiui magna ſit, facultatesq́; naturales, qorum ope præſertim id genus morbi curantur, validæ, audierim etiam quòd iſio non modò caperit pedibus inſiſtere: verum & ambulare, & crure. linguaq́; aliquàto ſolutior eſſe, vtpote qoi verba ſanè proferat, licet nondum abſoluat, audiatq́; aliquanto melius: adhæc veris præcedentis cōſtitutio nō calida & valde humida, nō modò retraxerit naturá ab opere ſuo, verùm etiá illam promouerit: ex his inquá omnib. in boná ſpem venirē, qoòd, æſtate ſuperueniēte, calido & ſicco tempore, naturæq́; in hac re nō modicá opē afferente, puer, niſi multis errorib. obſiſtat, lōgè magis ſit ꝓfecturus. Pueri n. ſi rectè gubernētur, longè maiores ſuperare ſolēt difficultates, ſicuti eſt morbus comitiſlis: in quē, ſi ipſe eorū dilıgētia, qui ipſios curá gerūt, deſtituetur, facilè incidere poſſet. De iſtius morbi curādi ratiooe poſſemos multa literis mádare, ſed cùm ſermo, qui in præſentia inſtituēdus eſt, verſetur circa curationē pueri, in qoo neq; multis opus eſt medicamētis, neq; ſi opus eſſet, ille admitteret: ideo poſthabitis omnib. qoæ in hoc negotio ſuperuacua videri poſſent, tantū ea proſequar, quæ & magis opportuna, & neceſſaria mihi viſa ſunt. Maximū ergo præ omnib. aliis momentū habere diligentè victus rationē exiſtimo, in hoc puero, ab his incōmodis eximēdo. In vniuerſom aūt mihi ratio victos attenuás quàm maximè ꝓbatur, ſi à oatura morbi petēda ſit remediorū ratio, q ſanè à craſsis, lētisq́; humorib. eſt excitatus: ſit tñ non plurimùm exſiccàs, ſomta ab ætate puerili indicatione, cui valde exſiccátia ſunt nō parum aduerſaria. Vnde, cùm ea ciuitas in qua degit puer, ad meridiem vergat, & proinde auſtralib. vētis ſit expoſita q inſigniter caput replēt, laodarē vt hac ęſtate diuerteret io rus aliquod. in quo aer quidē aliqoàto eſſet ſiccior, oeq; ita his vētis obnoxiꝰ, & vt exerceretur modeſtè nō tamē ab aſſumto cibo, ne & cibi cōcoctio impediretur ea motione, & caput impleret. De ſomno, quáuis ille ſit plurimùm pueris familiaris, putarem, aliquid plus eſſe indulgēdū illi q̄ aliis, modeſtè tamē, & parcè aliquátiſper. vtilior. n. ad eas diſcutiendas, & abſumēdas materias eſt vigilia, q̄ ſomnus. Præſertim verò cauēdū eſt, ne ſtatim ab accepto cibo dormiat, maximè meridiano. deuitet timor & mæſtitia; quòd ſi aliquādo ſubiraſcatur. non erit à noſtro inſtituto alienū habeat cōſuetas excretiones, vel natura, vel arte de more in cibis ea cauenda ſuot, quæ humectāt, & refrigerant, quæq́; caput humore implēt, vt ſunt fructus. & olera, itē lacticinia. & piſces. qđ ſi piſcib. eſſet vtēdū, ego ſalitorū aliquid indulgerē potiùs, quàm recentium. neq. legomina mihi probarētur, iure cicerum excepto. In acetariis cappares

pares laudsrem,pręcipnè verò hieme, æſtate verò
cichoreū. fercula verò mihi apta viderentur pania
ex iure coct⁹, ptiſana etiam modico aut pipere, aut
cinnamomo codita,ius cicerū. Carnes omnes di-
mittédę humidiores,vt ſunt agninę, veruecinę,ſuil
læ,imò &caporū ſaginatorū.quę verò ad rationem
victus attenuantis pertinent, vt pullorum gallina-
ceorum iuuenum, hædorum, præcipuè verò ſil-
ueſtrium auium,vt perdicum,turdorum, nemora-
lium auicularum, phaſianorum, omnes eligendæ
ſunt, ſed & leporis iunioris. Vinum ſi fieri poſſet
omnino declinandum.pueris enim maximè aduer
ſarium. potus verò eius mihi maximè probaretur
ſyrup⁹ acetoſus dilutus ex aqua, in qua modicum
ſaluiæ aut cinnamomi eſſet incoctum, aut betoni
cę.aut piperis,aut id genus aliud.quòd ſi cotineri
à vino non poſſet,parciſsimo eo vtatur,& dilutiſsi-
mo: diluatur aūt aliqua aqua huic rei accōmodata.
Quatenus ad medicamenta pertinet,eorū tantum
meminero,quę putabo à puero poſſe admitti beto
nica igitur mihi omniū maximè ꝓbatur: attenuat
enim, exſiccat, & caput ventriculumq; roborat, &
omnia quidé ſatis modeſtè vnde ſi & eius decoctū
frequenter accipiat, vel aliquot cochlearia ex eius
ſyrupo, cui aliquid oximellitis eſſet additū, putarē
illi plurimum collaturum.& hoc medicamento ad
parandam materiam eſſem contentus.Sed ſi inter-
dum etiam expurgetur puer, facilius, & citius, &
melius erit conſultum.neque præſtantius medica-
mentum noui in hac re, agarico: Vnde acciperem,
tantum agarici trochiſcati, quantum fore à puero
admittendum ſperarem, atq; id oximellite, aut ſy-
rupo ex betonica ſimp. diſſoluerem, atq; cochleari
vterer in eo exhibendo: quòd ſi id ab eo minimè
ſumendum parentes pro certo haberent, vterer pil
lulis. ſemper tamen ob hanc ætatem ab illis,quan-
tum fieri poſſet abſtinerem, quæ vel ab adultis non
facilè feruntur,vt ſunt cochiæ, vel aureę,vel aliæ id
genus. Itaque de hiera cum agarico aut maſtichi-
næ,aut de tribus cum rhabarbaro aut ſimiles,mihi
probarētur. quòd ſi neque has vellet accipere,eam
confectionem darem, quam diaturbith appellant.
Demum ſic expurgato corpore, aliquid illi dan-
dum eſſet, quo caput,& nerui, ventriculuſque ro-
borentur, ne tamen id ingratum ſit. vnde in hunc
modum aliquid pararem. accipe ſachari roſacei,
conſeruæ betonicæ,conſeruæ florum,roris marini
ſingulorum ℥.ſ. myrobalanorum chebuiarum,em-
blicarum conditarum ſingulorum ℥. ſ. ſyrupi de
corticibus citri q. ſ. miſce & fiat confectio in mo-
dum electuarij, qua vtatur, tum manè tempeſtiuè
cùm fuerit excitatus à ſomno, tum etiam ſerò, cùm
dormiturus eſt.

CONSILIVM XXXII.

Paralyſis ſecuta apoplexiam.

SI hæc fuit iſtius rei ſeries, quæ per literas narra
tur: nempe, quòd nobilis vir iam ſexagenarius,
gracilis habitus corporis, nec admodum ſua-
pte natura robuſtus, cùm rure domum equo vehe
retur algentiſsimis temporibus, iterque per niues
faceret,equo deſcendēs micturus,ceciderit: ex nul
la tamen externa occaſione id illi acciderit: fueritq;
eo in loco ſolus, & à comite itineris deſtitutus per
plures horas, ſine ſenſu, & motu iacuerit, adeò vt

A poſtea variis auxiliis reuocari ſenſus & motus in-
tegrè nunq̃ potuerit, pręterea & lingua ita perman
ſerit impedita, vt loqui minimè poſſet, ad hæc crus,
brachiumq; ſiniſtrū reſoluta adhuc ſint, præſertim
verò cubitus: hęc inquā omnia, ſi eo ordine ſibi mu
tuò ſucceſſerūt, quemadmodū cōmemorata ſunt,
neceſſe eſt, ſymptoma hoc aut animi deliquiū, ſyn-
copéve fuerit, aut comitialis morbus, aut apople-
xia. adduci autem nequeo, vt credam fuiſſe ſynco-
B pem. nam ea fuiſſet integra ſyncope, & neque pul-
ſus quidem fuiſſet perceptus, dum eo ſymptomate
detinebatur, qui tamen, vt videor percipere ex iis,
quæ literis cōmiſſa ſunt, licet languidus eſſet, perci
piebatur neque mirum eſt, cur langueret, in ſenili
corpore adeò perfrigerato, & quod per tres circiter
horas, ſine vllo auxilio in niue iacuerit. ſed & id, qđ
poſtremo illi accidit, huic opinioni poteſt atteſtari.
nam animi deliquium, dum homo recuperat vires,
non ſolet in reſolutionem alicuius partis deſinere,
C ſicuti euenit in hoc nobili viro. Deinde neque in e-
pilepſiam vel comitialem morbum id referri poſſe
putarem. nam quamuis nihil vetet, quin epilepſia,
perinde vt apoplexia, poſsit in paralyſim termina-
ri: in epilepſia tamen non auſertur omnino motus,
ſed vitiatur, & corrumpitur, epilepticum ſiquidem
ſymptoma conuulſio & concuſsio corporis vniuer
ſi comitatur: neq; epileptici iuxtà ac mortui iacēt.
• Relinquitur ergo vt omnino credam fuiſſe attoni-
tum morbū, ſeu apoplexiam. Sed non minoris dif-
D ficultatis eſt iudicare, an caſus ille acciderit ob ſo-
lam frigidiorem intemperaturam, citra materiam
confertim, ac repentè cōtractam in cerebro ab ex-
terno, & immenſo frigore ipſum cerebrum contra-
hente, & cōſtipante. an verò potius ex materia ven
tres cerebri replente & obſtruēte, pituitoſa & craſ-
ſa Ego ne præter inſtitutum vagemur, & tempus
in diſputationibus conteramus, puto vtramq; cau-
ſam conſpiraſſe ad hunc morbū efficiendum Nam
Gal. 2. de ſympt. cauſis, cap. vltimo tanquam conſti
E tutum accipit. apoplexiam non poſſe concitari ab
intemperie ſola citra materiam. ducitur autem ea
ratione, quia affectus is repēte, & vniuerſim homi-
nem corripit: nulla autem intemperatura, cùm per
transmotationē fiat, ita repente excitari poteſt: vn-
de niſi à Gal. recedere velimus, negandum non eſt,
In materiam referendam eſſe rationem iſtius mor-
bi, tanquā in cauſam eius proximam. credimus ta-
men, quòd in cauſis etiam illius ſit ponēda refrige-
ratio quia vehemens frigus externi aeris penetrās
F vſq; ad internas capitis partes, cerebrū cogens, &
quaſi manu conſtringens, pituitā, qua nunquā ce-
rebrū ſuapte etiam natura caret, ad ventres expreſ-
ſit. qui repleti, & inde obſtructi, tantū vniuerſo cor-
pori incommodum attulerunt. Accipiamus ergo
tanquā conſtitutum, eam fuiſſe apoplexiam, quæ
pepēderit à materia pituitoſa replente, & obſtruen
te vētres cerebri, expreſſa ad eū locum à frigore ve-
hementi externo ſed & eò magis à materia depen-
dere exiſtimandum eſt, quòd, ſi ſola intemperatura
G poſſet eſſe in cauſa apoplexiæ, illa nō deſiiſſet in pa-
ralyſim cruris, & brachij. Nō enim poſſunt fieri hæ
transmutationes, niſi trāſlata materia, quæ cerebri
ventres occupat, ad neruos, vel ſpinam. Sed pręter-
ea cenſerem materiā illam nō fuiſſe admodum co-
pioſam, vel craſſam, ſed potius magna ex parte va-
poroſam. Nam ſi multa fuiſſet, mutata ſede, maiorē

obſtructionem concitaniſſet, oeque ſolùm erus, &
brachiũ fuiſſent reſoluta, ſed vniuerſom ſioiſtrum
latus: deinde non fuiſſe eam materiam vniuerſam
vaporoſam: hoc oſteodit, quia ſymptoma illud nõ
fuiſſet adeò graue, neq. adeò longum: vapor enim
quamuis craſſus interdom ſit, non tamen adeò gra
uare, & detiuere naturam poſſe videtur. Et quan-
tum ad rationẽ affectus pertinet, hæc ſatis ſint. De
præſagio quæ dici poſſunt, ita ſtatuo: etſi magnus
fuerit morbus, qui non potuerit occaſionem niſi
magnam habere, prӕterea & ſenilis ſit ætas, vires et-
iam noo admodum validæ, tempus item iniquum
huie curationi: puto tamen ipſum curari poſſe, &
ad priorem ſtatum, ſi non omnino, bona tamen ex
parte poſſe duci, cùm qoòd crus tantùm ſit reſolo-
tũ, & cubitus, & fortaſſe lingua, non admodum ma-
gna eſſe videatur hӕc reſoluno. tameo puto nõ om-
ninò facilem fore, & breuẽ hanc curationem. Quia
verò mihi ex præſcripto literarum, de ratione cu-
rãdi dieendum eſt, (pono enim quòd corpus, præ-
terquam quod ſeoile eſt, & ſuapte natura non ad-
modũ validum, etiam vi illiꝰ morbi adhuc factum
ſit infirmius, (vtpote cùm vires vniuerſum corpus
adminiſtrantes, vt pulſus indicauit & adhuc iodi-
cat, adeò langueriot, vt ounquam medicus aggre-
di fortia aliqua medicamenta ſit auſus) dicam ali-
qua potius ex ſeotẽtia Medici, cui ӕgri natura, quã-
tũ ex literis cognoſco, optimè perſpecta eſt, quàm
vt mihi aliquid addendum videatur. Ergo, cùm af-
fectus is ad frigidam iotemperiem cum materia ſit
referendus: ſtatim doas ille nobis indicationes of-
fert primarias: alterã ab intemperie. alteram à ma-
teria deſumtã: & quia cootinenter intẽperatura à
materia fouetur, neq. illa remoueri poteſt, niſi de-
tracta prius materia eam fouente: ideò primum o-
pera danda, vt corpua vniuerſum vacuetur: cõſen-
taneũ enim rationi eſt, quòd in ſeoili corpore, hye-
me algentiſsima, accedente malo in diæta regimi-
ne, ſit cõgeſta in habitu totius corporis, crudior &
frigidior copia humorum, qui, quòd facilè ad imbe
cilliora loca ſolent, vel leui prӕſtita occaſione, ferri,
poſſont etiam prӕſentem affectum fouẽdo diutius
ſeruare: quare omnino corpus prius purgandum
eſt illis medicamentis, quæ vim habeot frigidos, &
crudos humores detrahendi. Sed cùm iide ſoleant
vacuationi rebelles eſſe ſua natura, parandi ad va-
cuationem faciliorem ſunt, & fluidum corpus red-
dendom, redditis expeditiorib. communibus viis,
tum acrioribus aliquanto clyſteriis, tum verò faci-
lioribus medicamentis. auſpicarer autem curatio-
nẽ exhibito electuario lenitiuo ad ʒ.x. addita ʒ 1.a.
puluerum hieræ ſimplicis. mox agerem oxymelite,
ſyrupo de betonica, vel ſtœchade, & melle roſaceo,
acceptis ſingulorum ℥.s dilutorum decocto betoni
cæ, ſaluię, iuæ, vel ſimilibus. Poſt hæc tentarem hu-
morea magis appropriato medicamento vacuare:
conſultis tamen prius viribus. Vnde quia corpus
hoc videtur, & ſuapte natura eſſe non admodum
forte, & ex hoc, quod illi eueoit incommodo, red-
ditum imbecillius, putarem conſultius fore paola
tim illud vacuare, repetitis purgationibꝰ, & in hoe
etiã ſequi conſiliom Auicenoæ, acceptum tamẽ ex
Tralliano, nempè, vt materia paulatim concoqua-
tur, & paretur, ac deinde paulatim etiam vacuetur.
Ad hoc autem mihi qoàm maximè probaretur ele
ctuariũ item lenitiuum, addita iterum ʒ.1. pulueris

A hieræ, & ʒ.1.a. agarici trochiſeati: vt tamen pondos
exqoiſitũ relinquator definieudũ medico præſen-
ti, qui vires, & facultatẽ tolerandi faciliora, vel vehe
mentiora medicaméta perſpectas habet quod ſi al-
uos aſtrictior illi videretur, & acriori medicamẽto
egere, adderẽ ʒ.1. diaphęnieonis: qua inolita vacua-
tiooe, iterũ pararẽ vlterius materiã ſyrupo ex corti
cib. citri parato, & ſtœchade, & ex oxymellite, dilu
tis itidẽ ſimili quopiã decocto. mox pillulis iterum
B purgarẽ fœtidis, q̃ à remotiorib. partib. vim trahen
di habẽt, quib & cochias adderẽ, vt verbi gratia, ℈.
ij. fœtidarũ addatur ℈.s. cochiarũ, vel circiter. Ter-
tiò verò particulatim maſticatoriis primũ niterer
caput purgare. quãuis enim materia, quæ in præ-
ſentia faceſsit negotiũ, infarcta ſit originib. eorum
neruorum, à quib. afferebatur motrix facultas cru-
ri, cubitoq., & linguæ: poſſent tamẽ & in capite ad-
huc ſeruari aliquæ reliquiæ præcedentis materiæ,
quæ aliqua occaſione motӕ, facilè iterũ poſſent ex-
C citare eundẽ apoplecticũ caſum; ſicuti & priùs ac-
cidiſſe narratur. A maſticatoriis autem ideo ioeipe
rẽ, quia minùs agitant materiã, quàm gargariſmata
& errhina, vel caputpurgia. Poſtremò autem adde-
rẽ robur cerebro, & neruis. & partes eas, tum calefa
cerẽ, tũ exſiccarem, quæ malè affectӕ ſunt. quӕ om-
nia præſtarẽt ex ſimplicib. maximè conſerua beto-
nicæ, & florum roris marini, cortex item citri con-
ditus, & zingiber coonditum, tandem verò, & anti-
doti maiores, vt ſunt mitridatia, & theriaca. Sed &
D ſi lingua his antidotis ſæpè delioiretur, non puta-
rẽ inutile: ſi etiã nux moſcata maoderetur, & io ore
detineretur, linguæ & cerebro poſſet prodeſſe. Ex-
teriùs verò oleis, vel linimentia inungendæ eſſent
partes ſpinæ, vnde ortũ habẽt nerui, q cruri, & ma-
nui afferunt motũ, oleis inquam aliquib. calefaciẽ-
tib & deſiccantib. vt ſunt liliaceum, maſtichioum,
nardinũ, & tãdem rutaceũ, neq. verò etiam inutilia
eſſent, quæ ab vnguẽtatiis parantur: ſicuti id quod
vel ex cinnamonio, vel ex caryophyllis, vel ex ieſa-
E mino, vel id geoꝰ aliis cõficitur. Victus ratio ea eſſe
debet, quӕ vim habeat attenuãdi, & modeſtè calefa
ciendi, ſiccandiq., vnde in carnib. vtiliores ſunt cen
ſendæ perdicum, nemoraliũ auicularum. ſed neq.
gallinacei pulli contẽnendi, ſeu capi, ita tamen pa-
rati, vt aliquantiſper ſiccent, & calefaciant: ſicuti ſi
cõdiantur ſaluia, aut amaraco, vel rore marino, ad-
ditis etiã aliquib. aromatib. prӕſertim poſt purgatũ
curpus, & caput, vt conſuluit Meſues. careat vino,
quoad exquiſita præceſſerit vacuatio. nã poſtea, ha
F bita ratione ӕtatis, & virium, poterit illud modeſtè
bibendum concedi. quantum ad ſomnum, & cæ-
teras res non naturales, nõ eſt cur plura dicã, cùm
negotiom hoc cõmiſſum ſit expertiſsimo medico.

CONSILIVM XXXIII.

*Paralyſis ſecuta apoplexiam: Delirium or-
tum à bile exuſta: corroſio narium: vl-
cus in pulmone.*

QVantum ex literis accepi, matronæ iſtios æ-
G tas eſt primum ſenium. nã quinquageſimũ
qoartum anoom nõ exceſsit. Temperies cor
poris fuit calida inſigoiter, vt declarant ea omnia
qoæ referũtur. nã cũ ӕgritudinea, quãuis omnes in
omnib. temporib accidant, fiant maximè propor-
tionatӕ ætati, & cõſtitũtiouib. ac temperaturis cor-
porũ, & verò ſæpius laborauerit hæc matrona ſan-
guineis

guineis febribus, fuiſſe eam calidæ temperaturæ A
colligo. præterea fuerunt affectus alij calidi. iu paſ-
ſiuis aotem qualitatibos ſi conſideremus propoſi-
ta, diceodum, quód fuerit media temperies, quom
fuerit moderatum corpus, non nimis caroofum,
aut gracile, ſi ex habitu corporis ratio proportionis
qualitatum io temperamento accipiatur. Qoantũ
veró ad particularia membra pertinet, aalidi eſt ie-
coris & cerebri. nain ſi orta de priocipiis teſtantur
naturam priocipiorũ, vt ait Galenus, & in hac mo- B
liere fiunt deſtillationes calidiores, & corrodentes,
propterea capot calidum fuiſſe neceſſariũ eſt. Ven-
triculus foit frigidus. Vnde cõſequitur neceſſarió
corpus excrementoſum oatura fieri, vbi eſt diſpro
portio & diſcraſia membrorom præcipuorom, ma
ximè ventricoli. Nam crodior & frigidior ventricu
lus, multũ materiæ pituitoſæ crudæ gigniti calidi-
or aũt tẽperies hepatis humores exurit. In primis
ergo tali corporis habitu præditi, ſunt apti & para-
ti ad deſtillatiooes. nam cùm ventriculus elouat va C
pores, qoos oon poteſt reſoluere, caput repletur:
hoc aũt repleto generãtur catarrhi io cerebro. Huc
facit corporis calidus habitus, io quo generãtur va
pores calidi, qui petũt cerebrũ, qđ cùm ſit calidum
augetor in eo repletio. vnde fit, vt qui caliditate ce-
rebri laboraot, iis caput replcatur catarrhis, dom
ex ambitu corporis totios bumores moti & reſolu
ti io vapores, attrahontur à calido cerebro: poſtea
verò coacti à frigiditate cerebri, denuó conuertun-
tur io bumores, quod qoidem ad ſubſtaotiã craſ- D
ſos ac corpolẽtos, quod verò ad qualitates, calidos
& corroſiuos. Ex his igitur poſſumus colligere, fuiſ
ſe corpos naturã paratum affectiombos calidis. vn
de maximè calidis febribus fuit expoſita. nunquid
veró fuerint ſangoineæ, an non, & quomodo iotel-
ligendæ ſint ſanguioeæ febres, dicemos in ſcholis,
vbi ſubtiliter de hoc diſputabimus: Acciderunt au
tem, quia corpus paratum eſt ad ſebres. nam calida
corpora, & valde excrementoſa, ſunt in primis pa-
rata ad febres putridas. maximè etiam paratú eſt E
ratiooe materiæ, quãdoquidem habet multa excre
menta, quæ fomenta ſunt febrium putridarum. ea
veró generantur tum vitio membrorum intempe-
ratorum, tum etiam, quia multæ cruditates redun-
dant in corpore ex mala ratione victus, Nam fœmi
næ indolgent loxui, veſcuntor cibis generantibos
craſſos & crudos humores, vt ſuot far, lacticinia, &
omnia quæ ex paſta conficiuntur, vt lagsoa: à fru-
ctibus non abſtioeot, maximè horariis, qui, ſi qoid
aliud, crudos & corruptos ac malos humores gi- F
gouot. quãdoq; importunè ſe exercent, quò fit vt
ij atteouentur, fondantur, liqueſcant, atq; ita malis
excrementis cauitates venarũ repleantur, obſtru-
aoturq;, vnde calor difflari noo poteſt, & ita potre-
ſcunt ac corrompuntur humores, ſuffocato calore
naturali: Ex his etiam habemus rationem, cur inci
deriot ea ſæoa ſymptomata. nam (vt refertur) bis
facta eſt ſemimortua, & ſemel in terram cecidit, vt
non inouerctur, neq; ſentiret, qui morbos eſt apo-
plexia. id verò ea ratiooe euenit, qoia vexabatur do G
lorib. frequẽtibus capitis, quod indicabat maximè
debilitatũ cerebrum à caliditate, atq; ab ipſa reple-
tione, qua opprimebatur. At quùm natura ſemper
cuſtodiat, & deſideret ſalotẽ membrorũ principa-
liũ, in quibus vita cõſiſtit, quęrens expellere quod
noxiũ eſt, materiã quę opprimebatur, agitabat, cõ-

A mouebat, & diffundebat, indeq; obſtruebãtur me-
arus, & vẽtriculi cerebri, vt prohibcretor tranſitus
ſpirituũ ad ſubiectas partes, qui quũ ſint proxima
inſtrumenta ſenſus, & motus, mulier iure fuit ſinè
ſeoſu, & motu, & cadebat in terrã. At quia natora
illios eſt fortis, & valida, conata eſt expellere mate-
riã, & facta eſt criſis ad origioẽ neruorũ, qoare diu
permãſit paralytica. Nam à nulla alia re eſſe poteſt,
quód poſtquã ſurrexit à paroxyſmo, caruit motu
B per aliquantũ temporis, quàm ax obſtructiooe ner
oorum, qui ad exteriora, & inferiora omoia mẽbra
ferunt motum. Hanc aũt reſolutionẽ corporis præ
oeſsit tremor, qui nihil aliud erat quã nixus maxi-
mus naturæ conãtis expellere. Hæc ſunt quæ erant
dicẽda circa hunc affectum. Quód ſi quis petierit, à
quo pendeãt alia ſymptomata, vt quód homicidia,
& romores imagioatur? ſciẽdum, quód materia e-
rat mixta, cùm pitoitoſa, tum bilioſa. Nam delirũ,
qood proficiſcitur à melancholia, eſt cum timore,
C quãdo verò eſt cum rixa & iracũdia, tunc in bilem
potius exuſtã referũt medici. itaq; vnà cum pitoita
aderat humor bilioſus exuſtus, à quo elati vapores
ad caput, excitãt eas imaginationes, & deluſiones.
Vnde & illud ſequutũ eſt quòd videbãtur quidam
cancri, qui corroderẽt ipſi artos. Nam acriores exu
ſti humores mordacẽ qualitatẽ referentes, iſtarum
rerũ omnium cauſæ erãt. hæc omnia grauiora ra-
tio victus mala reddidit: Nam præter ea, quæ como
debsi, corpus exercuit mirum in modum, dum ꝓ-
D greſſa eſt tria milliaria ſub meridie ęſtiuo tempore:
ita enim eoenit, vt magis exuſti ſint humores à ra-
diis ſolaribus: cui acceſsit, quòd potuit ſiccitatẽ au
gere, lixiuiũ forte, quo lauit caput: hoc enim auxit
iotemperiẽ, ex qua ſequuta ſunt duo: primum eſt,
quòd acriores adhuc redditi, & magis exuſti hu-
mores ſunt, atq; ſecũdò liquefacti: qui deſcendeo-
tes ad nares, corroſerunt, & produxerunt herpetẽ
calidum, acrẽ, corroſiuom, exedentem, vel eſcharo
dem, vel cãceroſum; pars etiã eius materiæ aduſtæ
E ad pulmones deſcẽdit, vbi tuſsim atq; putredioẽ
excitabat. illud. n. quod putridum exſpuebatur, vel
erat tale, quia materia deſcendens ad partes tho-
racis, à caliditate capitis putrefacta fuit: vel quia ex
eitãs vlcus in pulmone, genuit pus, quod inde ex-
ijt. Habuit ergo omnia iſta à bilioſa exoſta materia
mixta com pituitoſa, quę ſalſuginẽ referebat. Quia
verò caput eſt fons & initium omniũ, facilè capot
dolere potuit, & ob malam temperiem, & qoia va-
potes in capite exultentes pungebant, vel extende-
F bãt membranas cerebri. Sed & aliud ſucceſsit, labo
rauit dolore iſchiadico, dum pars illius deſtillatio-
ois lata fuit ad os iſchię, & extẽdit. Iſti igit̃ ſunt affe
ctus, de quibos habetur mentio in hoc ſcripto, qoi
cũ ſatis ſiot atroces, & malefici, exſurgit dubitatio,
nonquid ſapiant naturam morbi gallici, & vtrum
mulier ſit phthiſica? Quãtom ad primom. difficila
eſt iodicare. nam quód à catarrho acri corroſioaes
excitẽtur, liquidò conſtat. quod ſi etiam dulores ca
pitis & articulorũ fiant à morbo gallico, quũ non
G præceſſerit aliquis effectus morbi gallici, vt bubo-
nes: ooo auſim ego id affirmare, quũ maximè opi-
nio hominũ ſit, ipſam fuiſſe in hoc viduatu caſtam:
Quod ad defluuiom capillorũ, hoc nó eſt firmom
argumentum: qoia etiam io primo ſeoio vidimus
deſluxiſſe capillos, & in alia ætate: præterea io toto
corpore eſſet glabra: ooo eſſet ergo dicenda calua,

ſed depilata, ſi id ex morbo eueniret: præterea nec aoget ſuſpicionem morbi gallici, qood aiunt, corroſiones in faucibus, atque io naribus apparere. has eoim docet Galeuus curare corroſiones, cùm tamen conſtet eo tempore nou fuiſſe hanc luem. cauſa ergo fuit petenda à capite, & à caliditate cerebri & iecoris, quáuis & hoc quód fuit priuata ſuo coniuge, potuit augere caoſam iſtorũ affectuum. Sed iam videndum de altero, ſitne phthiſica. Ac potius deuenirem iu hác opinionem, quàm iu illam priorem. Nam cùm adeò multa ſit deſtillatio ad partes thoracis, difficileq́; exſpuat, & materiam viridem, poruleotam, & cruſtas aliquando eiiciat, (quamuis cruſtas, quæ excreantur, eſſe à partibus corroſis euulſas dicere poſſem) qoum referát eam quotidie extenuari, nõ poſſum affirmare liberam eſſe à ſuſpicione tabis. His hoc modo declaratis vt, quid meum ſit iudicium, afferam, quùm videam morbũ eſſe confirmatum, atq; corpus iam ſenile factum, dubitarẽ vnquam fore vt liberetur. indicationes.n. ſunt contrariæ: nam frigidus eſt vẽtriculus, ideo caleſaciẽdus eſſet: pręterea euacuatione egeret: ſed eſt imbecilla, non poteſt commodè euacuari. Satis ergo erit ſi cuſtodiatur, id eſt, ſi procuretur vt vita io loogius tempus protrahatur: quia vlcus pulmonis, dum confirmatum eſt, raró, aut nouquam curatur. quum veró ſit illa intemperatura in capite, oeceſſe eſt ſiſtere cauſas, quæ fouent ipſum vlcus, id eſt cauſas deſtillationis, deinde curare φθίσιν, quod apud me difficile, aut impoſsibile eſſe cenſetur. Nibilominus ſi mihi curanda contingeret, ego quidem maximam partem curationis ponerem in ratiooe victos, quæ eſſet temperata in qualitatibus & actiuis, & paſsiuis, ſed quæ magis ad frigiditatẽ inclinaret. Nam deſtillationes referũt caliditatem, qoæ indiget, vt reprimatur, non autem vt exacuatur. ideò ſi à potu vini abſtineres, laudarem: nam uihil magis replet caput: biberet autem aliquid, qood poſſet conferre etiam ad curationem, vt aquá ex iulep roſaceo, quę corroboraret & remitteret tẽperiẽ illam capitis calidiorem: quòd ſi propter ventriculum frigidum abhorreret aquá, parum cinnamomi adderetur: eſt enim is potus apod me probatiſsimus. Corroborantibus etiam veſceretur, vt boragioe, endiuia, & cichorea. carnes ſint pullorum, caporum, perdicum, phaſianorum, auicularum nemoralium: ſunt enim alimenta minimè excrementoſa, facilè nutriont. tom frictiooes fierent ad extrema. melius enim vt vacuentur humores à principalibus membris, & auertantur, quàm quód defluát ad has partes. præterea balnea aquæ dulcis mihi probarentur, quibus acredo humorum & vaporũ remitteretur, ſimulq́; auertereutur vapores à capite ad exteriora. ſomnus ſit moderatus. meridianũ verò caueát. Exercitationes pleno corpore & ventriculo ſunt noxiæ eadem ratione, quia caput maximè repleri poteſt. quibus ita ſactis, iuberem vt gaudio indulgeret, & ab omnibus animi perturbationibus, atque moleſtiis alieoa eſſet. Videndum autem nunquid ſit opus chirurgia, & medicamentis. Quaotum ad morbos, videntur miſsionem ſanguinis deſiderare: quia morbus adeſt magnus & calidus, catarrhus calidus: ſi itaque eſſet pleoitudo, & copia ſanguinis abundaret, quod uon habemus nos pro comperto ex ſcripto, niſi quod febribus ſanguineis ſolet corripi, mitterem ſanguioem: ſi-

A quidem haberet beneficium alui, apertis venis hæmorrhoidalibus, quaotom ſatis videretur detrahendo. quod ſi non conſueuiſſet par illas vacuari, mitterem ſanguioem à media vena, vel à cephalica, quum maximam horum affectuum cauſam putem à capite petendam eſſe: quód ſi etiam diſplicuerit cephalica, aperiri poſſet media. eſt enim vna per quam excremẽta & ſanguis à toto euacuatur. Præterea ſubtrahenda eſt materia morbifica, & re-
B mittenda intemperies. euacuaoda autem eſt cum lenibus, & facilibus medicameotis: à valeotibos enim omnino cauerem: & potius ſæpius repeterem euacuationem, quàm ſemel confertim materiam educerem, quia hieræ, & ſcammoneata omuia ſunt calida, & ſicca, vt Galenus iu aphoriſmis teſtatur: & in 2. de ratione victus iu morbis acutis: ideo calida excrementa irritarent, & intemperiei nocerẽt. Ego inter ſimplicia eligerem caſsiam, ſyrupum roſaceum. inciperem itaque à lenienti & bolum bu-
C ioſcemodi exhiberem: Accipe caſsiæ ℥. t. diacatholiconis ʒ.s. ſi caſsiam abhorreret, ℥.t.s. electuarij lenitiui acciperet. Paratis deinde materiis, & viis, vt præcipit ille aphoriſmus, Corpora vbi purgare volueris, oportet fluida facere: euacuationem aggrederer huiuſcemodi medicamento: accipe myrobalanorum citrioorum ʒ. ij. indorum, chebulorum ʒ.t. fricentur manibus inunctis ex oleo amygdalarum dolcium, (ita uamqoe pręparantur, & liberantur ab aſpritudine, leniuntor, & humectautur) li-
D quiritiæ raſę ʒ.iij. nam reprimeret dolores pectoria & partium ſpiritualium, quatuor ſebeſten, & quatuor pruna, florum boragiois, ſumiterræ, ſingulorum ʒ.t. aquarum lupulurum, fumiterræ, ſiugulorum ʒ.ij. vel iij. bulliant omnia leuto igoe ad conſumtionem dimidictatis, deinde accipiator decoctum, in quo Rhabarbarum pouatur ad ℥. s. nam corroborat, melancholiam & pituitam, in primis verò bilem expurgat, ſpicę gr. vj. vini odorati aromatici aliquantulum: factæ macerationi rhabar-
E bari octo horis, adderem ℥. iiij. ſyrupi roſacei ſolutiui, plus minúſue pro ratione corporis: ſi corpus non facilè ſolueretur, non exiſtimarem fore inconueniens, ſi adderetur ʒ.t. cõfectioois hamecb. quæ varios euacuat humores, maximè veró bilem exuſtam, & omnes exuſtos humores, vt ait Ioannes Meſue: nec ſemel euacuarem, ſed bis, & ter, deiude confortantibus vteretur. Quód ſi abhorreret ea quæ potantur, in bolo pillulas aſairet, & de agarico commiſcerem ad ʒ.i. vel ʒ. s. pillulas etiá de hie-
F ra, & huiuſcemodi commendarem. Corrigerem in ſuper & remitterem malam temperiem ex aliqua parte ſiccam, cum rebus moderatè refrigerãtibus, & humectãtibus, vt cichoraceis. & ſuccis eodiuiæ: vnde ſyrupum roſatum, de cichorea, de fumo terrę ſimplicem commendarem: deinde ad fortiores deſcenderem, nonquam tamen roſaceum prætermitterem, deiode ſyrup. de cichorea ad ʒ.ij. & roſacei ad ʒ. s. exhiberem, atq; ita alterarem, præpararem, & interdum euacuarem, vt omni ingenio hoc cor-
G pus mundum redderetur: quo expurgato, vellem, vt in vſu haberet aliqoid, quod corroboraret & refrigeraret caput acciperem pulpæ caricarum ℥.t. ſacchari roſacei, & boraginati ana ʒ. s. cum ſyrupo roſaceo commiſcerem, & ad boli formam reducerem, quem acciperet ſæpe: ita enim corroboraretur caput. Ex alia parte linimẽtum pararem, quod appli-

applicarem hypochondrio dextro, vt refrigeraretur hepar, ſicut eſſet infrigidans Galeni, vel vnguētum roſaceum Meſuæ. corroborarentur enim viſcera ratione roſarum, & refrigerarentur: quòd ſi videretur hoc corpus mundum fieri, & planè expurgata eſſent excrementa, laudarem, vt lacte vteretur aſinino, vel caprino, quod quantum faciat ad mitigandam acrimoniam humorum & corporis malam ac ſiccam temperiem alterādam, conſuli poteſt Galenus in libro methodi, & alibi.

CONSILIVM XXXIV.

Paralyſis.

N.

PRoponitur vir ſexaginta annorū, habitus carnoſi & calidioris, ad ſiccitatem tamen potius inclinantis. Is ſuperioribus diebus cùm vſus eſſet oblatione frigidæ, femoris viſa eſt orta imbecillitas. acceſsit coitus immoderatus, qui maiorem debilitatem, ob vacuationem ſpirituū, induxit. Hinc ſtupor in cruribus & femoribus, qui affectus adeò creuit, vt ablatus ſit ſenſus & motus. Similiter & abdomen patitur in muſculis. Percipit enim in inteſtinis quidem mordicationem, ſed ob muſculos abdominis reſolutos non excernit. Referunt quod adhuc ſit recens affectio: ſed paulatim aſcendit ad partes ſuperiores, & manus incipiunt pati ſtuporem brachiorum tamen motus adhuc ablatus non eſt, nec ceruicis. Firma etiam adhuc eſt memoria, itemlinguæ & oculorū motus. Ex his conſtat morbum eſſe paralyſin partiū infra ſeptū tranſuerſum: ſuperiorum verò ſtuporem. vnde periculum eſt, ne & ipſę incidant in paralyſin, & ne tandem apoplecticus fiat. Cauſa eſt ex obſtructione leui, adeò, vt non faciat tenſionem: obſtructi autem ſunt omnes nerui inferiorum partium: qui ſi in inteſtina diſſeminarentur, reſoluerētur & ipſa. Habitus iſte abundat humore melancholico: ventriculus imbecillus eſt ob venerem. Vnde pituita multa collecta. Credo igitur ratione ętatis, & ratione partium, duplicē adeſſe materiam, quæ dependet ab intemperie frigida ventriculi. Vnde eſt, vt exiſtimē, quòd difficulter liberabitur, tum ratione ętatis, tum temporis & virium, ac ipſius etiam materiæ frigidæ: & præſertim cùm morbus non conſtiterit, ſed repat ad partes ſuperiores. Sed aliquid tamen tentandum. Vacuandum igitur per vires, ratione temporis & ætatis, medicamento mediocri. Venæ ſectionem non probo, licet morbus ſit magnus. nam coindicantia non conſentiont. Velim aūt per clyſteria agere, & per os exhibere hieram, aut cum caſsia aut cum dia catholicone, aut cum melle, quarto, quinto, aut tertio quoq; die: intermediis diebus vterer clyſterib⁹ acrioribus ex carthamo, pulpa colocinthidos. Et quoniam materia viſcida & melancholica eſt, præparanda cum melle roſato, oxymelite, ſyr. de duab. cum aceto, ſyr. de hyſſopo. de betonica, decoctis ex calamentho, betonica, hyſſopo. Quod ſi poſt duas aut tres vices videretur exhibēda hiera diacolocinthidos, mihi placeret: poſſemus & pil. cochias admiſcere. Nollem tamen excedere hebdomadam, quin deuenirem ad euacuationem capitis per gargariſmos, errhina, niſi eſſet paralyſis linguæ ex gargariſmis timenda. Inter localia vterer frictionib. artuū. tādem in locis affectis venirem ad cauſtica: non in capite, ne per ebullitionē agitatā materiā fieret ob-

A ſtructio. Quin & dropacē aut ſinapiſmū imponerē circa os ſacrū, & circa principia neruorū reſolutorum: ſit tamen diligentia in applicatione, quā interiores partes fortè non ſentiant. vnde vellem Medicum nō detegere neruos, ſed ſaltē in cute facere veſicatoriū, ne materia cōgelaretur vſtione. Calidioribꝰ vterer circa artus. Vidi autem plurimos Medicos vti aqua ardēti cū ſucceſſo in paralyſi: ſed quia nimis diſſolubilis eſt, deueniret ad oleum Meſuę,

B pro paralyſi, item ol. de caſtorio, & vulpinū In reliquis ſi qua ſpes collocanda eſt, id cæteris Dn. Doctorib. dicēdum relinquo Victus ratio ſit admodū attenuans. exhiberem aūt & vinū, & per os theriacā ac mithridatium: ſit aūt theriaca valdè antiqua, vt opium vim ſuā iam amiſerit. aliquando caſtoreū cum hiera exhiberem, aut per ſe aut cum melle & ſaccharo. Conſeruas ſaluiæ & ſtæch. exhiberem ex betonica rore marino. oleū caſtorei per aures infunderē, quia calfaceret & roboraret caput. nō ſoperuenire

C niēte apoplexia aut maiore incōmodo. ꝑ præſeruatione deuenirē ad roborationē capitis, per ſtillicidia, embrochas ex herbis calfacientibus & roborātibus, quæ poſſunt etiam in aqua thermali incoqui.

FRANCANZANVS.

De cauſa ſum dubius. nihil enim melancholiam oſtendit præter ætatem: reliqua omnia oſtendunt pituitam, quę cùm ſit craſſa videndum à quo membro ſit generata. Itaq; cum reuerendus pater ſit eā pieus & ſurdaſter, & per conſequens caput imbe-

D cillum habeat, poteſt à capite deſtillaſſe hæc materia: poteſt etiam generata eſſe in ventriculo. Sed vt me extricem, credo ab vtroque pondere eam materiam, quæ deueniens ad os ſacrum & lumborum vertebras, eſt in cauſſa vel ſtuporis, vel paralyſis. Cùm autem præſens ſit materia magis ex parte pituitoſa, ea euacuanda pharmacis, non venæ ſectione: quia virtus imbecilla eſt, quæ vehementia medicamēta non ſuſtinet, etſi ne leuib⁹ quoq; quicquā efficiatur. Sed quoniam Arabes in magnis morbis

E deueniunt ad clyſteria acria quæ ſupplent vicem phlebotomiæ: idcirco & ego centaurium, colocinthid. diaphęnicon, commiſcerem, ex quibus exhiberem vna die duo vel tria clyſteria. præparata materia darē pil. de hermodactylis, vel fœtidas in maiori doſi, quæ repeti poſſent. Inter cætera agaricus cum caſtoreo mihi ſummè placeret. nam calefacit expurgat & roborat neruos teſte Auicēna. Accipiantur ergo agarici trochiſcati ʒ.j. caſtorei ʒ.ſ. & fiāt pillulæ. Hæc pro totius euacuatione. De cauteriis

F dubito: ſinapiſmos tamen non improbo. Sed & ante hæc, calefacientibus ſpinam inungerem, vt euphorbio, caſtoreo. Pro reſolutione materiæ in ipſo loco mihi placent theriaca & mithridatium, maximè theriaca illa Damocratia: conſeruæ etiam corticum citri, ſtæchados, rad. eringij. ventriculus fouetur per menſem, & per menſem caput exſiccetur & calefiat pulueribus, embrochis. Pro reſolutione materiæ in toto ambitu placeret mihi balneū aereum ex ſilicibus, inſperſo vino, ſed in progreſſu;

G quando vires inſtauratæ erūt. Victus ſit attenuās; De vino mihi dubium eſt, vtator potius aqua mellis, in quo ſaluia decocta ſit: In declinatione tamen concederem vinum, & quidem potentius.

TRINCAVELLIVS.

De propoſito affectu mihi videtur, quòd magis ſit curatu difficilis, quàm cognitu. Tantùm aūt in

ſcripto, nobis miſſo, deſidero relationem medica-
mentorum, quibus hactenus eſt vſus. Nam ex præ-
cedentibus remediis multa ad cognitionem & cu-
rationem ſumi poſſent. At enim ſatis interim con-
ſtare videtur, quòd hic reuerendus pater, qui em
plèus eſt & ſurdaſter, ex mala ratione victus deue-
nit ad paralyſin. Temperatura eius declinat ad ſic-
citatem, cùm corpus ſit aliquantulum muſculo-
ſum, non tamen carnoſum. Quod attinet ad affe-
ctum, manifeſtum eſt, quòd læſa ſit motrix & ſen-
ſatrix facultas in cruribus, dorſo & lumbis & circa
extremas manus. quæ læſio an ex toto ablata ſit, an
verò minuta, cùm ignorantes varia referãt, & nũe
paralyticum nunc apoplecticum eſſe dicant, mihi
videtur magis credendum eſſe Medico. Iuxta illius
igitur relationem habemus ſenem ſtupidum, & ve
rè ſtupidum, nec omnino adhuc reſolutum. Sed in
partibus inferioribus magis reſolutum quàm in ſu
perioribus. cauſam autem huius affectionis refero
in obſtructionem neruorum, ab aliqua materia, im
pacta in illorum origine: Inde fluxus ſpirituum im
peditur, qui præbent motionem & ſenſum parti-
bus, &c. Quæ autem ſit materia, ex ætate poſſumus
demonſtrare. arguit enim melancholiam: ſed & pi-
tuitam abundare, oſtendit illud, quòd edentulus
eſt. Nam qui edentuli ſunt, non habent auxilium
in concoctione. vnde pituitæ copia prouenit. tum
religioſi etiamſi vtuntur cibis maximè excremen-
titiis, vt ſunt legumina, &c. Lotio item extremorũ
imbecillitati dedit occaſionem. Huc accedit, quòd
6. Epidem. Auic. dicit de maximè proſternentibus
vires eſſe coitum, & iuuare parcitatem coitus ven-
triculum: vnde cùm vſus ſit crebra venere, debili-
tatus eſt ventriculus & pituita genita conſentaneũ
eſt igitur ex pituita magis pendere affectum, & fa-
ctam eſſe obſtructionem. Cæterùm illa maximè
prouenit à cerebro: quia cerebrum neruorum prin
cipium. Nerui tamen & ipſi occaſionem debilitatis
habent, cùm facilius receperint talem materiam ex
frigida ablutione. Proximam autem cauſam eſſe à
cerebro, inde manifeſtius patet, quòd etiam ſurda-
ſter, nec adeo ſenex eſt, vt ex ſenio hoc patiatur. er-
go ſtatuendum ex materia deſtillante ſenſum ab-
latũ & ſtupidum factum. Auditus verò etiam ner-
ui cùm à cerebro oriantur: ſequitur, his laboranti-
bus, primariò cerebrum laborare. at cùm natura ſit
ſollicita de principalibus membris, tranſmiſit ma-
terias ad remotiores partes, & maximè ad eas quæ
multùm laborant in actu venereo, vt ſunt crura.
Porrò quod morbus ſemper auctus eſt, fit ratione
cauſæ, pituitæ videlicet quæ plus aucta eſt, ventri-
colo magis debilitato ex ratione victus & ætate.
Quod verò ſtupor ad inteſtina nondum peruene-
rit, ex eo liquet: quia adhuc ſtimulum percipiunt,
motu carent, quia per fibras expellunt. Neq; enim
inteſtina habent motum à cerebro, ſed mouentur
naturaliter. Concauſam omiſi, aerem Teruiſanum
humidum, & mulieres pulcerrimas. Nam regio vn
dique aquis ſcatens maximè præparat corpus ad
hunc morbum. Curationem omnino fore diffici-
lem credo, propterea quod ex ſententia Hippocrá
tis morbi chronici comitentur ſenes ad mortem.
Ad hæc quia corpus imbecillum eſt ex ætate & ex
præcedentibus erroribus, dein quia malum radi-
ces egit: veruntamen Medicus non debet deſtitue-
re curationem, licet eam non poſsit abſoluere, at

A vitam tamen prorogare poteſt. Difficultatem præ-
terea curationis hoc auget, quod in manibus do-
ctiſsim. Medicorum verſatus eſt, nec curatus fuit.
Sed vt vt ſit cùm corpus pleũ recrementis ſit, &
augeatur malum: non multùm exagitanda mate-
ria, ne præcipitetur ad aliquod membrum nobile,
& maiora incommoda concitet: Cùmq; illa à duo-
bus membris dependeat, primùm à capite, deinde
à vẽtriculo: operæpretium videtur, vt ante omnia
B ventriculo proſpiciatur: deinde capiti quod de-
mittit materiam obſtructionis: vltimò nerui euacu
andi & roborãdi. Quod ad ventriculum: hiera mi-
hi quoque ſummè placet, mel roſatũ, oxymel. ſyr.
de betonica. Sed & euacuarem cum agarico, adden
do hieram, non tamen cum caſsia darem, quia la-
xat neruos: ſed potius cum elect. leniriuo, diacatho
licone & ſimilibus, quæ maximè laxent. Viis com-
munibus euacuatis, trãſeundum ad caput. verùm
cùm non ſimus in principio, dicerem, quod Gale-
C nus de puero epileptico, me nolle per epiſtolas cu-
rare: ſed potius iis commendare, quæ præſentes
omnia penitùs determinare poſſunt. Quia verò v-
ſus eſt venere, & inde, corpus fuiſſe robuſtum, con-
ſtat, ad validiora aſcenderem: verbi gratia ad hie-
ram diacolocintb. proq; materiæ habentis rationẽ
cauſæ antecedentis, his potius vterer, quàm cochi-
is. Præterea cùm teſte Galeno methodi indicatio
pharmaci ſumatur à magno morbo: & nũc in hoc
caſu, labefactato cerebro, timendus ſit ille, vtpote,
D Apoplexia: ego validioribus ratione virium vten-
dum cenſeo, nec morarer, quòd tempus præſens
& regio faueant morbo. Ad cochias ergo accederem
& vacuarem non ſolùm communes partes, ſed &
remotas, poſthæc per Apophlegmatiſmos caput
vacuarẽ, ſed & à loco affecto per fœtidas & ex her-
modactylis materiam educerem, & omnino exqui
ſitè euacuarem. exinde calefacientibus roborarem
neruos, betonica, ſyr. de ſtæchad. & decoctis ex his:
item chamæpity quæ ex maximo affectu arthetica
E dicitur, eringio, acoro, quem gladiolum vocant, ex
prædictis poſſunt fieri & ablutiones capitis: bal-
neæ quoque vel ſtuphæ. Sed his non cõfidendum
niſi materia ſit prius reſoluta. vterer & oleo balſa-
mino de coſto, ſiue habeamus coſtum ſiue non.
Oleum iſtud habet commoditatem in hoc caſu.
ol. vulpinum placet. Etiam ex ſolios aquæ ardan-
tis profuſione, vidi reſoluta membra reſtituta: Et
licet euaporet, frequenti tamen vſu Medicus con-
ſequutus eſt, quod voluit. Similiter exſiccantibus
F confectionibus, vt Mithridatio vterer. Conſeruæ
dictæ, & zingiberis conditum mihi maximè place-
ret. Item nuces moſchatæ conditæ. Cortex citri,
&c. Hæc quantum ad medicamenta. De ratione vi-
ctus, ita ſentio. Cùm ſenex ſit & imbecillo ventricu
lo, vinum ante euacuationẽ nõ darem vtpote cùm
oculis, tum neruis inimicum, vt inquit Meſue. Sed
potius mulſam cum cinnamomo, pipere, aut ſal-
uia coctam. In declinatione tamen potentiore, vi-
no poteſt vti. Aerẽ ſi poſſet mutare mihi placeret,
G quia illius aer frigidus & humidus eſt. Cibus & po
tus extenuãs ſit. A venere cauere debet, vt religioſi
omnes, qui ſe caſtrarunt propter regnũ Dei. Caute
riũ & ſinapiſmi poſt euacuationẽ exquiſitã poſſent
prodeſſe. Si adhiberẽtur in brachiis ratione reuul-
ſionis aut deriuationis, vtpote cùm materia paraly
ſeos non ſit in partibus reſolutis, ſed in neruorum
originis

originibus. Quod ſi tamen materiam coninnctam velimus reſpicere, poſſem⁹ loco affecto adhibere.

CONSILIVM XXXV.

Paralyſis & conuulſio cum Atrophia.

N.

IMpedita eſt extenſio & contractio digitorum, quia articulos carpi neq; flectere, neq; extendere poteſt Idem de padibus accidit, in quibus digiti extenſi quidem ſunt, ſed flecti non poſſunt. percipit tamen in illis calidũ & humidum. Adeſt præterea exſiccatio, atrophia, obſtructio maxima, imò tanta vt ſpiritus non ſeruiant motui. Vnde facta eſt conuulſio & laxatio in chorda anteriore pedis. Laxati autem ſunt & nerui moſculorum pedem attollentium. Conuulſio igitor eſt ratione repletionis, cnius reliquiæ adhuc remanent, licet exſiccatæ admodum ſuræ ſint inter partes carnoſas: nerui tamen ad eam ſiccitatem non peroeoerunt. Accedit, quod credam ab initio magnum apparuiſſe tumorem pedum & manuum, vt articuli nulli apparerent: præcipuè cùm ex materia turgente à natura tranſmiſſa fuerit hæc materia. Paſſa cnim eſt vomitnm & ſeceſſnm copioſiſsimum. Excremẽta autem varij coloris fuerunt, plerunque aquoſa. perdorauit vomitus triginta horarum ſpacio: qui poſtea ſedatus eſt pane & vino. Cùm antem quinqnageſimo die poſt vomitum ſuppreſsiſſet: vim omnem & ſentiendi & mouendi ſibi amiſiſſe viſa eſt, vnde & In conuulſionẽ iſtam incidit & cruſtas nigras adepta eſt. Ex cõfluxu igitnr iſtins materiæ bilioſæ exuſtę factam fuiſſe conuulſionẽ exiſtimo. Nam quia feruor abinde ceſsit, bilem connnlſioois cauſam fniſſe iudico. Snmſit autem decoctum ſarſæ & cochias, ex quo ſuperuenit etiã ſudor copioſus & lotinm. quapropter relictæ ſunt partes craſsiores pituitæ & melancholiæ, quarum illa quidem orium habuit à ventriculo, boc autem ab hepate, vtpote quod naturâ calidum, accedẽte lue, calidius factũ ſit. Ventriculus haud dubiè frigidus & humidus, mnltum enim ſemper exſpnit. Lęſa autem eſt ab aqnls thermalibns, quòd ſua aſtrictione obſtructiones induxerunt, & hepar magis excalfecerunt: vel quod Gallicis ſont inſenſiſsimæ. facta ergo maiore exuſtione iſta criſis facta eſt Materiâ enim excreta, reliqua ad neruos tranſmiſſa: lichen & cruſtæ euânnerunt. Curam difficilem indico præſertim cùm obſtructio non ſolùm facta ſit ex bumore pituitoſo ſed admixta etiam melancholia. attamen cùm rari ſit habitos, & aliàs facilè ſubleuata, non deſpero. Res igitur in aperientib. emnllitionibus & diſcuſſionibus conſiſtit: vt ſunt inunctiones, vapores, fotus. Innngatur antem principium ſpinalis medullę & oſsis ſacri. quia non integra eſt obſtructio in neruis iſtis magnis, alioqui ſenſus omnino periſſet. Fiant & fomenta per ſpongias. pannos, & aquas &c. Maximè aũt confido in luto S. Bartholomæi. Nam licet reſolnti aliquo modo ſint muſculi, cùm tamen magis vrgeat conuulſio, huius potiſsimnm rationẽ habendam cenſeo. Bitumen enim neruorum principia non relaxat, ſed potius diſcutit. Vel ſi laudemus magis diſcutiens, vtamur Into S Petri: purgato tamen prius corpore lenl medicamento, cùm ſuperioribus diebus exquiſitius ſit purgatum. ſit sũt medicamentum ex ſyr. roſ. vel manna addito ſenæ decocto, vel vtatur caſsia cum duobns prioribus. vel detur elect. lenitiuum, Cæterùm cũ ratione tẽ-

A poris, luto S. Barthol. vti nõ poſsimus. ex decocto capillor. veneris, ſem. lini & fænug. facerẽ fomentum, inuncta ſpina vel facto emplaſtro ex cerato vel Baſilico diſſoluto cum ol. maſtichino vel cam: completo. ol. lilio. alborum partibus Infra genu & cubitum adhiberem lutum diui Petri (quia per hns calores S. Bartholomæi non perferret) inunctis partibus ol. amygdal. dulce. Sin minus, vtatur interim inũctionib. & pòſt vtatur luto D. Barthol.

B

BELLOCATVS.

Quæritur an luto aquarum vti poſsimus, cùm ſit conuulſio vel paralyſis. Qua in re non mediocris eſt difficultas. Sunt enim aliqnæ partes induratæ, aliqnæ emollitæ: verùm vt videmus in chordis madefactis, qnòd repletæ retrabũtor: ita etiam in hoc corpore accidit: vnde ſæuiſsimi dolores, & motus impedimentũ ſeqnutum eſt. Materia aũt quę cum cholera emiſſa eſt, fuit omnis generis excrementorum. quod coniicimus ex cute aſpetiore & rimis;
C quæ ſquama quaſi tota à corpore reſoluta eſt, vno tantum remanente colore cineritio. ex quo materiã pituitoſam, & melancholicam arguimus. Cùm aũt in morbo gallico inũctione hydrargyri curata ſit, deducta eſt aliqua materia ad neruos. Sicut fit in morbis contagioſis, vt variolis & morbillis relicta materia à generatione in principiis, quę pòſt reliquos humores infecit. Accedit etiam potus aquarum bis aſſumtarũ, quarum proculdubio pars relicta eſt, quę pòſt cholerã excitaoit: & ad neruos de-
D cubuit. Cùm aũt reliquiæ ex morbo gallico difficiles ſint, medicamento indigemus fortiori. Prius leuiter euacuato corpote, ſero lactis, epithymo, ſena, addito ſyr. roſ. ſol. & manna, vt materiæ cõmunes non trahantut ad partes affectas. Curarẽ itaq; adferendum lutum, ſiquidem aeris caliditatem illius loci nnn perfert, quia ex calore ſuperueniente multum adiuta fuit: vel expectet clemẽtiorem auram. Sed cùm etiã diſcuſsione & quidem cum roboratione indigeamus, laudo lutum S. Petri. quod ſi ma-
E gis emollientibus vti velimus, inungatur prius ol. amygd. dulc lo ſpinali aũt medulla fiat Innnctio ex oleu coſtino, liliorum, camæmeli, cum lumbricis.

TRINCAVELLIVS.

Habemus corpus multis ſcatẽs humoribns, ſiue ex morbo gallico, ſiue ex animi moleſtiis. in quo quòd mẽſes & ſpnta ſuppreſſa fuerunt, collecta eſt immenſa illa cacochymia, q̃ poſtea aucta fuit ab inunctione ex hydrargyro, à qua malignitas & debilitas indoci potuit, adeò vt viderim quendam tertia
F inũctione peoit⁹ cõuulſum. Adde quòd decocto ligni vſus eſt, qđ multã exuſtionẽ addere potuit. Inſup hui⁹ materiei malignitas, hyemis tẽpore retẽta eſt, vere aũt ſuperueniente calore, mota & exagitata. dein ſuppreſſo vomitu tranſmutata eſt in aliam materiã, vt vidi arthriticos factos ex renalib. & colicis dolorib. Sed potiſsimũ cõfluxit hæc materia ad articulos, vnde paralyſis & cõuolſio excitata eſt. abſorptâ. n. materia in neruis, repletio & diſtẽtio: detruſa verò eàdem ad origines neruorũ, obſtructio
G facta eſt Cęterùm motus variorum humorũ ad diuerſas partes cõtingit. Nam quæ exuſtionẽ referebat, ad cutẽ expulſa eſt: q̃ pituitoſa erat, ad neruos. Expulſa aũt eſt materia pituitoſa à capite & iecore ad cutim. vnde cruſtę atrę à materia bilioſa exuſta. Cùm. n. cruſtæ validę ſint, ab ichore bilioſo excitari non potuerũt. Hæc materia ſi ad articolos delapſa eſſet, proculdubio ſęuiores induxiſſet dolores: nunc

extremi digiti & pedes laborant:reſoluta materia lu partibus ſuperiorib. Reliquiæ autem iſtæ craſſæ ſunt pituitoſæ frigidæ, quia ſiue dolore ſunt. Quatenus ad curationem: ſi cautè procedatur liberari poſſe credo, cùm pauco tempore multùm profecerit & tempus hoc ſit aptiſsimum. Quia aût magnũ cõmodum ſenſit ex mictione copioſę vrinæ, & eruptione menſium, quæ terna periodo effluxeront, multò quàm ſolitæ erant copioſiores: ego his euacuationibus naturalibus & conſuetis inſiſterẽ expectata alia menſtruorom periodo. Interim etiam vterer terebinthioâ lota aquâ cicborij. eſt enim cõmodom medicamentum neruis, vtpote quod digerit, vrinam mouet & expurgat etiam corpus: bis autem in ſeptimana exbiberem. Dubito enim ſi corpus velimus eoacuare plus, ne illud debilitetur: etſi oec leuibns aliquid proficiamus. Sed tamen neque impedirem ueque irritarem naturam quæ ſcilè alteratur. Quatenus ad exteriora, probatur ol. camomillæ à quo magnum percepit iuuamentum. vterer etiam illo confecto ex lumbricis, quia diſcutit & reſoluit. Qnod ſi hæc proficerent, repeterem: Siu minus, ad luta deuenirem, in quibus eligerem quæ ſuot ad S. Bartholomæi, ſi aer ille eſſet opportunns: quod ſi non, laudarem lutum S. Petri, præmiſsis dictis inunctionibos. quamuis ſperarem illam ſine luto curari poſſe.

CONSILIVM XXXVI.

Reſolutio pedis.

PVer duodecim annorum habitus eslidi & ſicci, à primis incunabulis paſſus eſt reſolutionẽ pedis ſiniſtri: ita quidem, vt illum deprimere poſsit, attollere non poſsit, præterqnam pollicem ſolum. Inſuper atrophia adeſt, & pes ſiniſter ſemidigito breuior dextro· pollex magn⁹, minor quàm oporteat, & chorda muſculi flectentis dura & veluti coniuncta eſt. in pedio tumor aliquis apparet. Affectus autem eſt ſextos muſculus, qui attollit pedem, (neq; enim deeſt, vt oculis apparet) & reſolutus, id eſt, incraſſationem paſſus eſt neruus, qui ad illum deſert virtutem motiuam. Quod verò attollere poteſt magnum digitum, indicium eſt incolnmem eſſe eius muſculum. quamuis enim videatur eſſe minor & tenuior: tameu boc non ratione morbi euenire credn, ſed potins à nimio exercitio. quia ſæpe laborat & pedem tollere cogitur, exercitium autem in cauſa eſt maciei. Præterea churdæ deprimentium muſculorũ, induratę ſunt, quia reſolutis oppoſitis muſculis, ipſę ex longo iſto habitu quodammodo induruerunt ſeu riguerunt potius. Vnde quoq; eſſe arbitror quòd pes breoior ſactus ſit. Ad hęc tumor in pedio eſt ex materia, quę eò cõfluxit. Cęterùm obſtructio iſta nerui, etſi à primordiis generatinnis facta fuerit: habet tamen ſomentum à toto corpore. Curatio videtur impoſsibilis, niſi puer eſſet. in pueris namq; mirabilia operatur natura. vnde Fauentius ſe pueros accedere ad ſanandum, ſenes ad viſitandum, dicebat. Sed tamen euacuato toto, nerui obſtructiones reſolnentibus aoferantur, vt luto S. Bartholomæi, quod mollificat, & in corpore tenero etiam reſoluit. nam lutum S. Helenæ, & montis Atonis uimis exſiccat. Poſſent etiã metaſyncritica adhiberi, per rubificantia, veſicatoria: minimè tamen cauteria, quia materiam excre-

A mentoſam in curpore ad locum affectum traherẽt. Qnod ſi hæc ad pedis curationem nibil proficerent, curaretur poſtea atrophia per frictiones, eaque, quæ attrahereot alimentum, & attractum in loco cuoſeruareot.

De Catarrho.

CONSILIVM XXXVII.

B *Catarrhus ſalſus ex imbecillitate ventriculi & calore hepatis: aluus adſtricta.*

EA qnæ à Cl. Viro, Iuriſconſulto, propoſita fuere, in quatuor capita redacta, expooemus. Primùm, qua ratione deſtillationi, vel catarrho ſalſo, iu poſterum, ſi ſit moleſtus, ſit conſulendum: deinde, quæ naturâ infirmioris ventriculi ratio ſit habenda tertiò, cùm omuem præcedentis morbi rationem in calidam iecoris, venarumque meſenterij C intemperaturam aſſaotem, & vrentem cootentos io eis ſuccos, retulerimus, quæ minimè potuerit ab aquis thermarum calefacieotibus, & exſiacantibus ſuapte natura, temperari, quo nam pacto caueri poſsit, ue manente eâdem cauſa, eadem iterum redeant incommoda. poſtremò, cùm ſemper ſuerit aſtricta in boc affectu aluus, qnod illi ſemper ingentem attulit moleſtiam, quomodo, ſi illi idem poſtea cootigerit, huic moleſtiæ ſit occurrendum. Sed oe fruſtra eadem ſemper repetendo tem D pus ſimul, & operam perdamus, quæ à nobis priori conſilio, conſtituts ſunt, in præſenti etiam pro conſtitutis accipiemus, & pro hypotheſi ad ea, quę paulò poſt dicenda ſnut, vtemur: nimirum, quòd hypochoudriacus fuerit affectns ille, à quo pependerit reliquorum malorum caterua, in primis eruditas ventriculi, & deſtillatiooes. Vnde & hoc ſecutum eſt, vt, ex multa pituita deſceudente, & pruhibente bilis delatæ per inteſtina punctionem, à qua facultas expultrix excitstur, & irritatur ad expul E ſionem, genita ſit intemperatura calida & ſicca earum partium, iudeq; excrementis alui nimium exſiccatis, ſacta ſit aluus aſtricta. His in hunc modum expoſitis, reliqua proſequamur, huius non obliti, vt, licet & reliqua duo non omnino eſſe negligenda putemus: præcipuam operá affectibus tum ventriculi, tum iecoris, & partium pertinentium ad iecur, curaodis, uauádam eſſe exiſtimemus. Ac quod ad horum curationem ſpectat, videtur non omnino ſacilis futura tractatio, cùm inter ſe aduerſarij F ſint hi affectus, & aduerſarias hsbeât indicationes: ſemper enim morbi difficiles ſunt, in qnib⁹ indicationes contrariæ vigent, non tamẽ adeò, quin & ipſi curentur, & ſuperentur prudentia, ac diligentia, tum medici, tum ægrotantis, & miniſtrorum: quod & hoc loco ſutnrum ſpero, adeò, vt ſi vir excellentiſsimus diligeutiam rebus ſnis adhibuerit, quotidie in melius pregredi poſsit, reliquiis præcedentium morborum paulatim deletis. rariſsimè enim penitùs, niſi lougiori tempore, tolli poſſunt. G At verò, quia in his diuturnis affectibus, nihil præſtaotius eſt, nihil efficacius, & ſalubrius, quàm ratio victus, teſte Galeno in lib. de rat. vict. acutor. & Ioanne Damaſceno medico inter Arabes præſtantiſſ. de ea priorem ſermonem habebimus, mox alia inſtrumenta medica tractabimus. Incipiemus aũt à cibo, & potu, quoniam hæc ſuut materia gigoendi

dū ſanguinis,cęterorūq; humorū,quibus exceptis,
modò uaturam ſuam ſeruēt,nihil in animantis cor
pore ita poteſt umnia vitia facilè emendare. Pauis
ergo ſit rectè confectos , modeſtè fermentatus ,&
ſalitus,non azymus,moderatè etiam coctus: uam
uiſi probè cuquatur,concoctu difficilis eſt, & craſ-
ſum alimentum præſtat:ſi nimis aſſetur,melaucho
licum,& exuſtum,vnde ſi cruſtæ illæ vſtulatæ reii-
ciantur,nou ab re fuerit. Carnes ſint coucoctu faci
les, quæque ſangninem teunem potius & clarum,
quàm craſſnm,& turbidum gignant:in borum nu-
mero in primis poſuerim aues in cortilibus altas,
uon tamen omnes , ſed præcipuè pullos gallinace-
os,capones,& gallinas iuuenes: neque tamen & a-
ues ſyluestrea damnauerim,vt ſunt perdices,atta-
genes , qnos nonc Frsncolinos appellant , faſiaui,
tnrdi,merulæ,& tãdem auicnlæ,quæ in montibns,
& ſenticetis capiuntur ; nam etſi ſint ſiccioris ali-
menti,quia tamen alioquin ſanguinem bouum, &
clarum gignunt,nō ſunt propterea recuſandæ. ſed
& hædinæ uō ſunt improbãdæ,nec vitulinæ,ſi ſint
vituli lactentis. Veterum animantium earnes om-
ues vitandæ,præterea ceruorum,leporum,cunicn
lorum,auium inſuper aquaticarum.Fercula ſint ex
hordeo,ſarre,qnibns tantillum ciunamomi inſper
gatur,paneq; ex iure cocto. Iuſcula fiant ex vitello
oui cunquaſſato, & iure pulli cocto, addito pauco
umphacio. Acetaria ſint,æſtate quidem cichorium
coctū, hyeme verò cappares. Quòd ſi carnes dum
aſſantur(qnud æſtate fieri debet) parētur endinia,
aut oxalide,& boragine,hyeme verù ſuliis petruſe-
lini noſtri,interdum & tantillo menthæ,neq; id ab
re fuerit.Piſces mihi non admodum probãtur,niſi
interdum,qui electiſsimi ſiut,vt qui in ſaxis viuūt,
& in alto mari inter ſcopulos capiūtur, vt illi ſunt,
quos ſcarpenas Veneti appellant: ſed & trilię,quę
barbones à uoſtris vocantur, ſatis cōmendsri poſ-
ſunt.Legumina omnia abiiciēda ſnnt Cſſeus quo-
que,& reliqua ex lacte cōſecta,& lac ipſum,incon-
grua ſnnt.Saliturū eduliorum ant nullns , snt par-
ciſsimus ſit vſus: ſructnum humidorum ſit qui-
dem aliquis ſed parc⁹, & modeſtus ; vt ſunt pruna,
perſica,ceraſa,ficus bene maturæ , vuæ maturæ,&
penſiles,ac iam aliquantiſper flacceſcentes. nam bu
miditate ſua leniunt ariditatem vſti humoris,& al-
uum reddunt leuem,ac lubricam: comedantur ta-
men parcè,& in prima menſa,alioquin ſua vaporu
ſa bumiditate caput replent. Sed & aliquandu me-
lopepunes guſtari poterunt,parcè tamen, & in pri
ma (vt dixi) meuſa: In ſecunda verò amygdalæ re-
centes,uon multę,quia omuino flatulentæ ſunt,&
piſtacia; Vnde & placētæ,quas marcios panes nuu
cupant,poſſuut iu ſecuuda menſa admitti;pyra ve-
rò cucta,quæ vim aliqnam adſtringētem habent,&
mala cutonea probè cocta , & ex ſaccharu puſt ali-
os cibos comeſta,& ori vētriculi robur addunt, &
vetant,quù minus vapores capnt petant , & reple-
ant:ita & diacytunites appellata cōfectiu.Sed æſta-
se ſemina melonum,hyeme verù aniſi , aut fænicu-
li,aut cinnamumū omuia ſaccharu incruſtata con-
ueniunt.radices etiam endiniæ,aut boraginis con-
ditæ,nuu erunt inutiles.Vinum ſit flaunm , matu-
rum,non potēs,nun dulce, nun acidū , vel auſterū,
nec ad nigrū vergst,ſit tenue ſubſtanniã,colore cla
rum,non plenū,& buiuſmodi qnòd minimè caput
teutet. Aer eligatur ęſtate tēperatè frigidus,hyeme

A tēperatè calidus,neq; tamē admodum ſiccus.Por-
rò quēadmodum immoderatū ocinm , tam animi,
quàm corporis, ei maximè noxiū eſt, qni proſperæ
valetudiui cōſeruandæ ſtudet (nã vires eneruat,&
calurē nstiunm hebetat,)ita & importunus corpo
ris labor,atq; adeò longè magis animi, corpns con
ſumit: Vnde præſtãtiſsimè dixit Hippocrates , La-
bor cibns, potus, ſomnus, omnia modeſtè. Ergo,
quod ad præſens inſtitutū facit , animus in primis
B anxiis,& moleſtis curis abſtrahēdus,donec natura
inſtaursta validior fiat. Temperatus ſit ſomnus,&
vigilia. Venus parciſsima; in hoc enim Galen.& A-
uicēna conſenſere præ omnib. aliis, venerē ventri-
culū lædere,& ſnpra alia eius cōtinentiã illum con
firmare. De ratione victus hæc itaq; ſatis ſunto. Ad
medicamēta deinceps accedamus: & cū eorum du
plex ſit differētia;alia euim vim purgatoriã habēt,
alia verò intēperiem mntãdi, & viſcera ruborandi
ab eorū,quæ pnrgãt , maximè ſi ea acriora ſint,vſu
C plurimū cauēdum eſſe puto; nã curpus conſumūr,
& vires diſſoluunt : nō negarē tñ, quin poſsis,imò
debeas,hoc autnmno, refrigeſcēte sere,ante acceſ-
ſum hyemis,corpus aliquãtiſper,facillimis tñ medi
camētis,purgare,vt ſi qua eſſeut iterum cōgeſta pi-
tuitoſa,aut melancholica excrementa , educantur;
Aptum aūt huic negotio videretur diacatholicon.
quòd ſi aluus aſtrictior videretnr , quã vt poſsit le-
ui hoc medicamēto ſolui, pntarē aliqnid cōſectio-
nis hamech addendū;qnod moderãdum relinquo
D medicis,qui maiorē coguitionem ægri corporis,&
peritiam habent. Quia verò umnino ſnpereſſe ali-
quas ubſtructionum reliquias arbitror , qnas ape-
rire quàm maximè expedit,non eſſe inutilem cen-
ſeo aliquem macerati, vel iufuſi rhabarbari vſum;
macerandum autem erit in decocto ex liquiritia,
paſſulis,ex floribus violarum, boraginis, fumariæ,
endiuiæ,cichorei; cui ſi addatur ſyrupus roſsceus
ſolntiuus,præſtaus erit medicina,atque præſtanti-
or,ſi ℥. s. ſenæ in eo incoquatur decocto. In vere e-
E andem repeterem pnrgationem,à qna,ſi adhue re-
liquiæ iſtorum affectuum aliquæ ſupereſſent , ite-
rum ad has reuerterer. Porrò qnoniã tantiſper qnie
tem egit patiens,donec natura tum à medicamen-
tis multis , tnm à copioſo iſtius aquæ potu diſtra-
cta,ad ſe iterum redierit,omuino non putu ab ope-
re vacandum,imù aut ſemper,aut ſreqnēter in hoc
iucumbendum,vt horum morborum radices reſe-
centur,& tollantur: leuibus tameu & ſsmiliaribus
remediis,à quibus minimè turbari puſsit, tam in-
F teriùs acceptis, quàm exteriùs admiuiſtratis. Ideò
mihi hoc decoctū quàm maximè prubaretur, ſi eo
frequenter vteretur,quod iecur,ventricnlum,& ca
put reſpicieus,eorum intemperamentis, (vnde &
pituita,& humur exuſtns, & deſtillatio prucreau-
tnr) æquè conſulere poterit: Illud ita parare ſoleo:
accipio foliurum cichorei partes tres, cumæ abſin-
thij partes dnas,ſuliurum betonicæ partem vnam:
quæ umnia decocta ex iure pulli gallinscei iuue-
nis,ſnmmo mane bibenda , vel cum ſaccharo , vel
G cum ſyrupu roſsceo exhibeu ; hurum tamen men-
ſuram variare ſuleo, prout magis viſum ſit expedi-
re: nam ſi veotriculus magis vrgere videtur, abſin-
thij copiam augeo,item & betonicæ, ſi caput, ſi ie-
eur,cichorei:hyeme verù,& agrimunij aliquid im-
miſcerem.Exterius autem regionem iecoris, ſi illa
multum calorem reſert,vngueuto, aut rulatu Me-

ſuę,aut infrigidente Galeni illioirem,idq́; frequeo-
ter, ſi res requirere videretur. Quin & locus circa
veotriculum lioiendus eſſet hoc alteru linimento,
ieiunu ventriculo: eeciperem æſtate uleű amygda
larum dulcium, hyeme amararum, ad ℥. iij. illiſq́;
tantundam vini albi ſtomachalis adderem,deinde
eumam abſinthij minutim inciſam, quantum poſ-
ſet humur ille capere, demergerem, quibua cinna-
mumi ʒ.s. & ʒ.i. maſtices chiæ adiungerem: quæ
umnia bullirent ed vini conſumtiunem, poſtea o-
leum excolando exprimerem, & parum ceræ inii-
ecerem: ſępiiſaimè ad roborandum veotriculum fe-
liciſsimè ſum huc linimento vſus. Sunt & alia, quę
capiti exterina adminiſtrata, maxima poſſunt illi
præſidiu eſſe, vt ab illiuſmodi deſtillatiune melius
habeat. ex multia autem bæc paucula electa deſcri-
bam, quæ & leniora ſunt, & tutiora, atque paratu fa
ciliora Primùm quidem, lixiuium, quo caput ablu-
endum ſit, conficiatur, ex cinere lignurum iunipe-
ri; in iuniperu ſiquidem eſt vis reprimendi, & ſiſteo
di deſtillatiunas: ſit autem lixiuium nű admodum
acra, ne nimia caleſaciat: deinde in eo incoquantur
foliorum roſarum eridarum M. ij. fuliurum myrti
chamæmeli, & betonicæ, ana ſingulurum M. j. Po-
teſt & puluia ſingulu mane capiti inſpergi in luco
futuræ curunalia ſummu capite: qui locus, ſi prius
aliquu oleo eſſet inunctus, ſicuti ſi miſceratur roſa-
ceum cum maſtichino, vt diutius ibi ſeruaretur a-
ſperſus pulniſculus, melius eſſet: puluia autem ſie
paretur: accipiantur ſolia roſaruio aridarum, myr-
ti. præterea, ſandali citrioi, & rubei, curalli item ru-
bei ex arte parati, paribua purtiunibus: his addan-
tur vtraque ſpica, & nardi; & celtica, præterea &
gummi iuniperi, vel reſina, quam ſcriptores verni-
cem appellant, & ex hia umnibus in pollinem red-
actis, puluis cunficiatur, capiti inſpergendus: ſed
eùm ſecundua eſt iuſpergendus, prius pectine de-
tergatur. Hæc puſſunt capitibus ſanè quatuor oo
bia propuſitia ſi nun in totum, ſaltem ex parte ſa-
tisfacere. Sed ſunt pręteraa veria confectiunum ge
nera, quæ communia, & penè vulgaria ſunt, quorű
quædam ad temperiem, vel Irue ſaltem frigut acce
duni, & poſſunt eſſe vtilia calidioribus tẽpuribus,
vt eſt diarhodun Abbatis: aliqua ad calorem, vt aru
maticum roſaceum, quud hybernis temporibus e-
rit uppurtunius. Iſta verò umnia prætermittens, e-
gu inter ſimplicia laudarem frequentem vſum my-
rubalanorum chabularum, & indarum, qui con-
diti ſunt ſaccharo: eos aűt vellem habere, qui cun-
diti ex Indie afferuntur, nun qui in nuſtris regioni-
bus condiuntur. & æſtate vellem, vt vnam quuti-
diè ieiunus comederet: hyemia verů tempure hoc
compuſitum cunficerem: acciperem ſacchari roſa-
cei, & buraginati, ſiogulorum ℥. t. cõſeruæ florum
roris marini, conſeruæ betonicæ, corticű citri cun-
diturum, pulpæ myrobalanurum chebularum, ſio
gulurum ℥.a. ex quibus ſimul io mortario leuiga-
tis, addito ſyrupo, tum roſaceo, tum ex curticibus
citri facto, quantum ſetis ſit, in modum mixturæ
conducerem, ſiue electuarij, eũius quantum co-
chlear familiare capere puſſet, aſſumeret, & ſummo
manè, & poſt cænam, cùm ſumno ſe traditurus eſt.
eu enim ſpararé caput ruborari poſſe, axſiccatu ca-
tarrho, præterea ventriculum, & iecur, viſceraq́ue
omnia. Vt tamen & particulatim de catarrhu ali-
quid dicamꝰ, putarem illi collaturum plurimùm,
A ſi pòſt generalem totius corporis purgationem, a-
lique præterea mollremur, quibus & materia, ſi
qua in capite redundet, vacuetur, idq́; mudeſtè &
leuioribus auxiliis. Nam ſternutamenta nimia agi-
tant. quæ autem maſticantur, ſi valentiora ſint, ver
ſua ſauces, & aſperam arteriam materiam ad pul-
monem facilè conuerterent. quę item attrahuntur
per nares, niſi cautè id fiat, cùm uculus viderim ali-
quantulum promlnentes, & manifeſtiores venaa
B habentes, & proinde vias magis latea, ac patantes,
facilè poſſent fluxiunes ad oculos concitare: Ideò
conſuleram equidem, maſtichem eſſe maſticãdam
ieiunu ventriculo: nam pituitam è capite deducit,
& cerebrum roborat: Si quid verò eſſet per nares
trahendum, ego non tranſcenderem ſuccum betę:
aliquando etiam aque hordei, in qua eſſent ſulia
maioranæ incucta, vterer. Ad aluum verò lenem
reddandam, æſtate, facient recentes fructua aliqui
in prima menſa mudeſtè comeſti, byeme, paſſulæ
C lotæ, & műdatæ: interdum fercula ex beta, vel atri-
plice. quibus nihil facientibus, vel non queotum
ſatis ſit, clyſteribus aliquando eſſe vtendum, leni-
bus tamen, putarem. Nam qui acriores ſunt, exſic-
eandu tandem, & dum natura aſſueſcit eorum ſti-
mulum ſuſtinere, aluum magia aſtrictam reddunt.
Vnde ſi aliquandu iniici. atur ex ſulo uleu ſimpli-
ci, & bene maturu (mea quidem ſententia) bene
erit: byeme verù aut chamæmelum, aut abſinthi-
um incoquerem, quùd ſi eſſet neceſſe eddera medi
D camenta, mibi maximè proberetur aloe luta.

CONSILIVM XXXVIII.

Catarrhus pituitoſus, craſſus et ſalſus, ad oculos & palatum: Vrinæ difficilis excretio.

VIr Magnificut & excellentiſsimus Iuriſcun-
ſultua prouecta iem & ſenili ætate, tempera-
turæ eſt ſecundùm corpus vniuarſum cali-
dæ quidem, & aliquantiſper etiem humidæ, cum
E qua conſentiunt quoq; præcipua viſcera, nempe ie
cur, cor, & cerebrum. cerebrum tamen alia aliquao
tum in humiditate ſuperat, & proinde etiem pluri
mum eſt excrementoſum, & deſtillationibus catar
rhiſue ubnuxium: Ventriculi eſt frigidi, & itemho
midi, quod illi eueniſſe putu, tum ſuepte natura,
tum verù ex erroribua in ratiune victus eũmiſsis,
pręcipuè verù in ſtudiis, aliiſq; negotiis, quibus ex
ſua primaria profeſsiune addictus eſt, & illis non
parum laborioſis. ſtudium enim diligens & impor
F tunű, ſi quod aliud, ventriculum infirmum reddit,
cùm ab eo ad caput ſpiritus, & ſenguis, & ſubinde
etiá natiuꝰ calur diſtrahãtur: exercitatiu præterea,
præſertim à cibo tam animi quã corporis impedit,
ſi quud aliud, ventriculi & aliorű naturaliű viſcerű
cuncoctioné, ac caput excremẽtis replet, vnde præ
ter naturalem cerebri propenſiunem ad gignẽdas
deſtillationes, non perù etiá augetur copia earum
ex hac ipſa cauſa: cui præterea nõ oihil ex alui ad-
ſtrictione additum eſt quæ dura erat, tű ex propria
G eiua ratione, tum ex accidẽti. fuit enim coactua ad
eam ſoluendá vti frequentibus medicamentis, & il
lia quidem fortioribus, vt ſuot pillulæ aureæ, quo-
rum frequẽa vſus atterit vires umnium viſcerum,
præſertim verù ventriculi. His io hunc modum
ſe hebeotibus, nõ eſt admodum difficile ratiuoem
inuenire, cur excellens vir factus ſit obnoxius il-
lis

lis incommodis, vt ſunt catarrhus, ſeu deſtillatio, cuius ſubſtantia pituitoſa eſt, craſſa, & ſalſa, quamque copioſam exſpuit, & poſt cuius ſputum remanet ſapor conſpicuè ſalſus, cum ſenſu alicuius caloris: ſed eiuſmodi deſtillatio ad oculos quoq; fluere cæpit: vnde cùm à ſomno excitatur, palpebræ humidæ reperiuntur, & tenui quodam humore refertæ. tenuior enim pars, & ſeroſa illius pituitæ ad oculos confluit per vias anguſtas, & ferè inconſpicuas: per latiores verò vias ad palatũ craſsior pars confluens, mox per os exſpuitur. Eſt autem ſalſa, & calida, non quidem ſuâ natura, quia pituitoſus humor eſt naturâ frigidus: Sed inde, quòd aliquæ partes illius materiæ deſtillantis corruptionem, putredinémue contrahant, aut quòd bilis commiſceatur, vnde puto fieri in hoc excellenti viro ſalſum hunc catarrhũ, quia ex inſigni hepatis calore multa gignitur bilis, multuſq; ſeroſus humor, & ſalſus, cum quibus commixta pituita, ſalſa euadit: hepar enim præter id, quòd natura ſemper fuit calidum, longè fuit calidius redditum ex vſu rerum inſigniter calefacientium, in quibus medici, putantes eſſe refrigeratũ vniuerſum corporis habitum, fuere nimij. Cęterum quod attinet ad eam in excernenda vrina difficultatem, non eius multam rationem habendam puto. nam cùm iam aduenerit ſenilis ætas, in ea tum aliæ omnes naturales facultates declinant, tum vel etiam expultrix tam veſicæ, quàm aliarum partium. proinde, cùm diutius detinetur vrina, defatigatur veſicâ in ea continenda, vnde in ea deinde exprimenda, & excernenda magis laborat: quod maximè accidit nocte, quia ob ſomnum longiori tempore vrina cõtinetur. quòd verò debilior euadat veſica cùm ſeneſcimus, facile eo argumento comprehenditur, quòd ſenes coguntur frequẽtiùs, quàm iuuenes mingere. Ergo cùm hæc mingendi difficultas non appareat, niſi poſt ſomnum, (alio ſiquidem tempore liberè mingit) ex nulla alia cauſa, quæ creuerit in illis partibus, præter ſenilem iam ætatem, exiſtimo id contingere: Sed & illud, vt, dum bibit, interdum cogatur amouere calicem, cùm tamen eſſet vlteriùs bibiturus, neque poſsit longius continuare potum, accidere puto ex facta eadem facultate imbecilliori prę ætate, & ſtudijs, aliiſque laboribus multis, & inopportunis: cùm nullam alioquin anhelitus difficultatem, vel tuſsim potuerim obſeruare, neque catarrhum ad pectus & pulmones deſtillantem. Vt ergo tandem in vnam ſummam omnia colligam, omne momentum iſtius negocij mihi videtur in ipſo catarrho ſitum eſſe, qui fouetur tũ à cerebro tum ventriculo, & hepate: vitio enim vẽtriculi, & ex imbecillitate cerebri ab intemperie præſertim humida, multa congeritur pituita, quæ ob iecoris caliditatem, ſalſedinem & calorem contrahit. Quatenus pertinet ad rationem curandi multiplicẽ hũc affectum, mihi ſanè videtur non fore facilem curationem; quia cùm omnes diuturniores morbi difficilius in ſenibus curationem admittant, in deſtillationibus præſertim hoc ſolet accidere. poterit tamen deſtillationis huius copia, & malitia corrigi, vt illi minùs moleſta ſit, nec aliud quodpiam maius incommodum afferat. porro quia huc ad nos acceſſerat eo animo & conſilio, vt vteretur tum in potu, tum aliis etiam modis, his balneis, ego, ſtante hac ſalſa deſtillatione cum conſpicuo caloris ſenſu, nunquàm conſulerem, vt calidioribus balneiſ, aut in potu vteretur, aut illis in caput deductis: quia catarrhum & ſalſiorem, & acriorẽ, ſubindeq; maligniorem efficerent: frigidæ tamen, vt ſunt Lucenſes aquæ, quæ de la villa dicuntur, & illis locis proximæ, quæ vallis ſancti Martini dicuntur, ſicuti etiam Veronenſes, Calderianæ, caliditati hepatis, renumq; vtiles quidem eſſe poſſent, ſed ventriculum aut læderent, aut ſaltem nõ iuuarent: vnde his ſtantibus, quæ hactenus expoſita ſunt, neq; Patauinas aquas, neq; Aquarianas, neq; Bononienſes ſeu Porettanas poſſum in hac re laudare, & alias etiam frigidiores paulò antè relatas timerem. Conuerterem ergo vniuerſam iſtius curationis rationem in præſentia primum ad aptam victus rationem, deinde verò ad aliquot medicaméta, quibus partim corpus poſsit à pituitoſis illis ſalſiſq; excrementis expiari, partim remouari intemperaturæ capitis, ventriculi, cerebrique, atque illis aliquod robur addi.

A … B (marginal letters)

C Ac de victus ratione hæc mihi videntur dicenda: in cibo, & potu, ab omnibus illis caueat, quæ caput hepárq; inſigniter calefaciunt, & humore replent, vnde & aromata, & vina potentiora, & multùm ſalitorum tam piſcium, quàm carnium vſum declinare oportet, ſicut caſeum quoq; & cuncta lacticinia. multus etiam piſciũ eſus non poteſt eſſe vtilis. ſed & herbæ oleraq; præſertim humidiora, & frigidiora noxia erũt. quin & humidiores fructus inutiles erũt, leguminaq;. multus etiã potus, qualiſcũq; D ſit nocuus erit, aucta humiditate. Carnes ergo, quę faciles concoctu ſunt & potius aliquãtiſper vergentes ad ſiccitatem, quàm ad humiditatem, vtiliores erunt: vnde hædinæ, & vitulinæ agninis præferendæ, aut veruecis vel caſtrati: optimæ erunt gallinaceæ, turdorũ, perdicum, faſianorũ, & aliarum iſtius generis auium ſiluestriũ, earum verò auium, quæ in aquis degũt, fugiendæ ſunt. cibus potuſq; cum modeſtia, & aliqua parſimonia ſumatur. à cibo nõ ſtatim ſe ſomno tradat. & meridianus ſomnus fu- E giendus eſt: inter cœnã & ſomnũ intercedat ſaltim ſpaciũ ſeſquihorę, à cibo item ſtatim fugienda ſunt omnia negocia tã animi quàm corporis: nã & concoctionem impediũt & caput replent. Aer craſſus, humid9, & caliginoſus præſertim nocturnus, quãtum fieri poteſt vitãdus. Procurãdum præterea vt aluus lubrica fluidaq; ſit; & ſi quidem ſponte minimè fluxerit, ſi cibis id fieri poſsit, ſatius eſſet: ſin minus, expediret vt aliquãdo cibis mollientibus, & lenientibus citaretur, ſicut ferculis factis ex beta, F addito interdum mercuriali. vtilis etiam ad hoc officiũ eſſet clyſteriorũ vſus, interdum molliũ, ſicuti, ſi ex communi oleo fierent: interdum acriorum, vt ex decocto mercurialis, maluæ, betæ, furfuris, & id genus alijs, addito melle roſacco, interdum etiam aut hiera, aut caſsia illa tracta, aut electuario lenitiuo. quòd ſi fuerit quandoq; neceſſarium accedere ad medicamenta, equidem ſugererem frequẽtem valentiorum vſum, vt ſunt pillulæ, quæ ſcamoniũ recipiunt, & darem leniores, vt ſunt maſtichinæ, ex G hiera ſimplici, ex tribus cum rhabarbaro, interdũ ex aloe. optimum aũt medicamẽtum ad hoc negotium videtur terebinthina reſina, vel laricea, ſi ante cibũ ſumantur eius circiter ℥. iij. Hoc etiam autumno, antequã inualeſcãt frigora, putarẽ corpus eſſe expurgãdum, idq; hoc pacto. primùm quidem vias cõmunes infraſcripto medicamẽto expiarem,

nēpe, Recipe floris caſsiæ ℥.x. pulueris hieræ ſimpl. A ℥.i.s. miſce & fiat bolos. ſumendus per horam ante prandium: poſtea bis vteretur ſyrupis: recipe ſyrupi roſati recētis, de betonica ſimpl. de cichorea ſimpl. ana ℥. s. decoctionis boraginis, betonicæ, endiuiæ ℥.iij. miſce. poſt hos ſyrupos, aliquot dieb⁹ ſummo manè acceptos, diligentius corpus caputq́; expurgarem hoc medicamento: Recipe foliorum ſenæ ʒ.iij. liquiritiæ raſæ ʒ.ij. paſſularum mundatarum ʒ.iij. ſebeſten N.iiij. prunorum N.iij. aquarum betonicæ, cichoreæ, boraginis ana quantum ſufficit. miſce, & fiat decoctio ſecūdum artem. deinde Recipe rhabarbari electi ℈.iiij. ſpicæ ℈.s. vini albi aromatici parum, agarici optimi ℈.iiij. zingiberis ℈.i. decoctionis ſupraſcriptæ ℥. iij. miſce. & fiat infuſio per horas decē, poſtea facta colatura, & expreſsione, in ea diſſolue ſyrup. roſ. ſolutiui ℥.iij. confectionis hamech ʒ.ij. miſce, & fiat potio, manè p horas quinq; ante prandium ſumenda. Deinde verò cōſulerem vt ſupraſcripta confectione ad roborādum caput, C & viſcera vteretur. Recipe conſeruæ boraginis, roſarum, anthos, florum betonicæ, ana ℥. i. miſce, & fiat mixtura, & inauretur, cuius ℥.s. accipiat manè tempeſtiuè à ſomno excitatus, ieiunus, & tantundem veſperi cùm ſomno eſt ſe traditurus. probaretur præterea, vt ventriculi regio iungeretur oleo maſtichino, abſinthino, nardinoq́; ſimul mixtis: dextrū verò præcordium, vbi iecur ſitum eſt, oleo roſaceo, præſertim completo. Sed & caput lenirem lixiuio nō admodū acri, in quo fuiſſet decocta, foli D orū roſarū, myrti, rubi, betonicę, ſenę, chamæmeli, ana M.i. agarici. ℥. s. Quia verò nunquā poterit tam corrigi imbecillitas horum membrorū, quin generentur continenter ſimilia excrementa, ideo putarem illi non parum fore vtile, vt quādoq;, imò etiā ſæpè vteretur pillulis aliquibus, quæ frequentiori vſu ſubtraherent fomentū deſtillationi copioſæ, neque illis ita frequenter vteretur, quę acriores, & ſcam monij ſunt participes: ſed potius facilioribus, vt ſunt pillulæ maſtichinæ, vel ex tribus cum rhabar E baro, vel ex hiera cum agarico. vellem enim potius moliri modeſtam, & frequentem purgationem, quàm violentam & confertim factam. quia fortiora medicamenta vires viſcerum atterunt. quòd ſi quandoque propter ſalſuginem illam, vteretur balneis aquæ dulcis, mea quidē ſententia vtiles eſſent.

CONSILIVM XXXIX.

Catarrhus calidus ad gingiuas & dentes.

NEgotium, de quo conſulimus, eſſe perquam difficile, vel id oſtendit, quòd affectus is per biennium iam impugnatur à præſtātiſsimis & peritiſsimis medicis, quiq; ex ratione & methodo medicinam faciunt, nondum tamē ſuperari potuit, neq. obſiſti, quin inueteraſceret: quare neque mirū videri debet, ſi mihi abſenti difficile videatur, qui ex aliorum relatione, & præſcripto ſim tācā in hac re ſententiam prolaturus. Primùm itaq; tanquā conſtitutum accipiam, ingenuam & nobiliſsimam iuuenculam nōdum annos adoleſcētiæ exceſſiſſe, tēperaturæ verò calidioris, ſiccioriſq; ab ipſo ortu fuiſſe, quatenus ad vniuerſi corporis habitū pertinet: in qua cōſpiraſſe in primis iecur videtur, & in caliditate ſaltē etiam cor, & cerebrū. ſed quatenus ad paſsiuas qualitates pertinere poteſt, an ad ſiccā, A vel humidum inclinauerint, nō ſatis mihi cōſtat. & vt cor in præſentia prætereā, cùm ea ſigna nō legerim, quæ demonſtrarint illius ſiccitatem, aut humiditatē, non etiā in hoc multā vim poſuerim: ſed diligentiori perſcrutatione cerebrū mihi egere videtur, vtpote quod ſit, ni fallor, præcipu⁹ & princeps fons omniū horum malorū. Dubium aūt mihi eſt, an ſuapte natura cerebrū ſiccum ſit, an potius humidum. verùm quòd ſuapte natura ſemper fuerit B excrementoſum, oſtendit copioſa per nares expurgatio, quam anteaquàm ab hoc morbo corriperetur, habere ſolita eſt, & qua ſuppreſſa, ſtatim malè ſe habere cœpit: humidioris ſuapte natura potios, quàm ſiccioris cerebri argumētum eſt: cui atteſtatur, quòd ſomnos habeat longiores, atq; profundiores, quàuis fortaſſe & redundans in cerebro hæc excramentorum copia, quæ retinetur, nec de more per nares expurgatur, poſsit illi profundiores, & longiores ſomnos efficere. Sed & id accipia C mus, ventriculum fortaſſe & ſuapte natura, & nūc etiam magis ex morbo præſenti, atq; ex vſu medicamentorum, aliorumq; remediorū, & ex animi triſtibus affectibus, ex morbi diuturnitate cōceptis, imbecilliorem factum, cōtracta nēpe frigida & humida Intēperatura, quæ tamen à medicis fuerit magis humida, quàm frigida iudicata. Poſtremò & illud ponendum exiſtimo, fontem omnium malorū eſſe deſtillationē à capite ad fauces, dentes & gingiuas. & quæcūq; fuerit inter initia ea deſtillans materia, D mihi ſatis liquidò cōſtare poſſe videtur, deſtillationem illam calidam, aut omnino eſſe, aut ex maiori parte, cùm acris admodum & erodēs ſit, & illa maximum calorem ardoremque percipiat tum capitis, tum verò illis in partibus, in quas hæc materia decumbit: ſed & cùm plerunque ſalſa ſit eiuſmodi deſtillatio, & id maximum eſt caloris indicium. Interim illud quoque accipiendum videtur, quòd cerebrum, vniuerſumq́; caput ſit imbecillum ex hoc morbo factum, cùm pariter ferè ab omnibus vel e E tiam contrariis & peregrinis impreſsionibus malè afficiatur: nempe à vento & ſole. cùm autem imbecillitas cuiuſcunque particulæ aliquam eius ſequatur intemperaturam, calidāne ſit an frigida hęc intemperatura, quæ reddidit caput imbecillum, mihi non admodum iudicatu facile videtur. materia enim à capite deſtillans ſalſa eſt & acris, & proinde calida: ac quàuis noctu interdum cogatur exſpuere, & fortaſſe non ſalſā eo tempore, ea tamen materia, vt rectè iudicatum eſt, à frigidiori ventriculo F prodit. quæ verò à capite, ſemper acris & ſalſa percipitur. quò fit vt non poſsim non iudicare, quòd caput in pręſentia potius ad calidam degeneret intēperaturam, quàm ad frigidā. etſi enim me non lateat, iſti⁹ acredinis, ac ſalſedinis cauſam ex parte, & fortaſſe etiā maiori, eſſe à calidiori hepate petendā, & plurimùm hac parte caput cōſenſu hepatis laborare ex calidiorib. & fortaſſe ſiccioribus vaporibus inde cō elatis: tamen mihi & illud videtur conſiderandum, quòd affectus omnes per cōſenſum, cùm G in longius protrahuntur, fiunt tādem primarij particulæ prius conſentientis. vnde cùm tamdiu, nempe vltra biennium, caput conſentiens cùm hepate, affectum ſit, non dubito, quin iam ſit tranſmutata capitis intemperies ad calidam, quodq; acris ea materia, quæ deſtillat, non modo in hepar, tanquam in cauſam referenda ſit, ſed præterea & in

in cerebrum. His itaq; ita poſitis, res hæc mihi non
parum difficilis videtur, cùm iam inueterata ſit, &
altiùs radices fixerit: iamq; affectę partes ſummo-
pere ſint factæ imbecillæ, & videam fomentũ habe
re à cauſis inter ſe aduerſariis, vtpote magna hepa-
tis caliditate & ſiccitate, ventriculi verò humidita-
te inprimis atque etiam frigiditate. ſed tamen cùm
ætas florens ſit, in qua maximè viget vis & robur
natiui caloris, nõ eſt ſpes abiicienda: accedente eti-
am laborantis prudentia, quæ ſit ſe pręſtitura obe-
dientem & paratam ad omnia, quæ opportuna fo-
re erunt iudicata, & quod præterea maximum eſt,
cũ res à peritiſsimis, & exercitatiſsimis medicis tra
ctetur. Quo ita conſtituto, noſtram in hac curatio-
ne ſententiam exponemus. Cumq; poſuerimus à tri
bus initiis occaſionem habere vniuerſam iſtorum
malorũ omnium occaſionem, primũ quidem à cali
diori & ſicciori hepate: deinde à capite humidiori
quidem, ſed ni fallor, in præſentia etiam in facto ca
lidiori: tertiò à frigidiori & humidiori ventriculo:
ad hæc cùm conſtet, maiori ex parte materiam, quę
vniuerſum ferè negocium nobili mulieri faceſsit,
acrem & calidiorẽ eſſe, & ab his eſſe varias accipien
das indicationes, imò contrarias: in primis id vide-
tur conſiderandum, cùm non poſsimus æqualiter
ſatisfacere omnibus, & nulla ipſarum ſit contem-
nẽda, neceſſariũq; ſit vni prius & magis inſeruire,
quo pacto res hæc tota ſit tractanda. Et quantũ ad
me quidem pertinet, mihi videtur, maius momen-
tum eſſe poſitũ in deſtillationis illius maligna na-
tura, quę nobis tres principes ſcopos offert, primò;
vt retundatur acrimonia illius, & demulceatur: ſe-
cundò vacuetur redundans materia: deniq; vt cau
ſæ amoueantur, vnde illa ortũ habet, & occaſionẽ:
quatenus aũt ad vacuationis rationẽ pertinet, non
erimus multi in illis explicandis, quæ poſſunt eſſe
huic muneri magis opportuna: quia medici illi om
ni exceptione maiores, poſſunt magis ea eligere in-
ſtrumenta, quæ aptiora videbuntur, cùm & noue-
rint melius naturam laborãtis corporis, cuius iam
tot annis experiẽtiam & peritiam habent. Etſi ergo
in calida & acri deſtillatione defluẽte ad inferiores
partes, præter præſentia mala, quę non parua ſunt,
maiora timeri poſsint futura, ſi quando ad inſtru-
menta ſpiritualia materia illa acris deflecteret, & ea
ratione poſſet aliquã mittendi ſanguinis indicatio
exurgere: cùm tamẽ iam ſæpius fuerit ſanguis miſ-
ſus variis ſectis venis, mihi videtur conſultius fore,
hoc ſtatuendum relinquere præſentibus medicis,
qui habitum, plenitudinẽq; corporis exactius con
ſiderare poterũt. Ac cùm ætas quidem illam facilẽ
ferre poſsit, & parcè menſes procedant, ſi venæ vi-
derentur pleniores, & obſcuriores, probarẽ ſi tẽpe
rerent ſectionem venæ: præſertim verò mediæ, ſeu
cõmunis dextræ, vnde ſi tempus remotius eſſet à
ſtatutã purgationum periodo, ea detraheretur ſan-
guinis copia, quæ videretur poſſe eſſe ſatis: poſteá
iudicarem expurgandum eſſe exquiſitè etiam cor-
pus illis medicamẽtis, quæ ad ſalſam pręſertim pi-
tuitã educendam aptiora ſunt: habita tamẽ ſemper
ratione naturæ corporis, facilitatis vel difficultatis
eius ad ferẽda medicamẽta, necnon & tẽporis, vel
conſtitutionis. nam cùm inſtent iam vehementes æ-
ſtus, quod nunc agendum eſt, ſatis cautè erit agen-
dum. ego in præſentia non tranſgrederer rationem
facilium medicamentorum, quę neq; multum agi-

A tent, neq; plurimum etiam calefaciant. Sufficere er-
go videretur agaricum addito aliquãto rhabarba-
ro, puta, ſi agarici acciperemus ℈.iiij. rhabarbari aũt
ʒ.I. quæ infunderem in aqua, vel decocto fructuũ,
additis tamen ʒ. ij. foliorum ſenæ, & in horum in-
fuſione diſſoluerem ſyrupi, vel mellis roſacei ſolu-
tiui ℥.iiij. neque vna tantum eſſem contentus pur-
gatione: ſed iterum poſtea illam repeterem. vterer
præterea ad concoctionem, & apparatum earum
B materiarum aliquibus decoctis. quale eſſet ex ra-
cente & viridi capillo veneris, cichorio, ſoncho, bo-
ragine, quibus aliquid betonicæ adderem, & liqui-
ritiam ſeu radicem dulcem, & aliquot ſebeſten:
cui decoctu adderem ſyrupum roſaceum recẽtem,
& ex cichorea ſimplicem, primùm, deinde & com-
poſitum. Facta corporis purgatione inanitioneq;,
aliquibus vterer, quæ caput vẽtriculumq; poſſent
roborare, ſicut eſſet ſaccharum roſaceum & bora-
ginaceum cum conſerua florum betonicæ, ſi ſin-
C gulorum acciperetur ℥.I. adderenturq; puluerum
ſeu ſpecierum diarhodon Abbatis ʒ.iij. & fieret cõ-
fectio, qua poſtea manè vteretur ad magnitudinẽ
nucis, & veſperi etiam cùm eſſet ſe ſomno traditu-
ra. Præterea caput lauetur interdum illis, quæ ſiccá
re, non autem calefacere poſſent, vt eſſent roſæ ari-
dæ, chamæmeli flores, folia vel germina rubi, ſanda
li, ramenta cupreſsi, betonica, quæ ebullirent in li-
xiuio non plurimùm acri. Hęc quidem communia
ſunt, quæ ſi nõ multùm profecerint, videretur eſſe
D opus aliis remediis, quæ vim maiorem haberent ad
calidam illam hepatis præcipuè, deinde & capitis
remouendam & quaſi extirpandam intemperiem.
Vnde ſi & cæteri medici huic vellent ſententiæ ſub-
ſcribere, ego aliquas aquas experirer thermales
pro balneis, ſponte ſcaturientes. quáuis in ſalſa de-
ſtillatione eas non perinde laudauerit Galen. ſicut
balneas ex aqua cõmuni, ſeu dulci quę mihi quoq;
fore vtiles viderentur, ad retundendam demulcen
damq; acrimoniã ſalſæ illius pituitę. potentiſsimũ
E tamen remediũ futurum exiſtimarẽ ſi aquas ther-
marũ biberet, quæ potius refrigerent, quales mul-
tæ ſcaturiunt in Italia, præ omnibus aũt aliis Lu-
cẽſes, quæ à villa nomen habent: illæ enim etſi refri
gerent, minimè aliarum omnium lædunt ventricu
lum: imò medici, qui ciuitatem illam incolunt, il-
las in imbecilliori etiam ventriculo laudant. quare
ſi illæ afferrentur Bergomum, ibique eas biberet,
credo quòd illud cum maxima vtilitate ageret. imò
ſi ex illis etiam pararetur lixiuium, quo caput laua
F retur, putarem illi fore vtile. ſunt etiam Ganderia-
næ, vel Calderianæ Veronenſes, quæ & ipſæ poſ-
ſunt conferre. ſicut & noſtræ Patauinæ, quæ Virgi
nis dicuntur, & refrigerant ſanè, cùm quadam ta-
aſtrictione, à qua nonnihil roboris ventriculo po-
ſet comparari. Neque verò mea quidem ſententia,
obiectio huic opinioni obſtet, quia frigidus & im-
becillis ſit vẽtriculus. nam ſtatutum eſt ab illis ex-
cellentibus medicis, eſſe longè magis humidum.
itaq; exſiccando ſaltem hæ aquæ cõferent. refrige-
G rationi verò poterimus occurrere fomentis, aut o-
leis, vel ceratis modeſtè calefacientibus. Poſtremo
omniũ adhiberi poteſt remedium illud, quod iam-
diu in deſtillationibus, tanquàm maximè præſen-
taneũ noſtris his temporib. habetur: nempe caute-
riũ, in crurib. vel brachiis. ſed ad hoc in hac tenera
adhuc ætate nõ accederẽ, niſi reliqs nõ cõferẽtib.

CONSILIVM XL.

Catarrhus calidus ad gingiuas & dentes.

SI rectè ea, quæ per literas nobis relata ſunt, per-
cepi, honeſta hæc, & nobilis matrona in vniuer
ſum calidi eſt temperamenti, & forſitan ſicci. Nam
quàuis nihil de totius corporis habitu referatur, ta
men coniectura quadã, ex ratione affectuũ, quibus
corpus fuerit obnuxiũ, poſſumus facilè in cognitio
B nem eius deuenire. Etſi enim in omni corporis na
turali tẽperatura, ex varijs occaſionib. poſsint cu-
iuſcũq; generis morbi generari: frequẽtius tamen,
& facilius illi contingũt, qui cum natura, & tẽpera-
mento morboſi corporis conſentiunt. Id cùm ple-
rũq; calidis & ſiccis, vt paulò pòſt oſtendemus, affe
ctib⁹ fuerit cruciata, facilè in hanc ſententiã venio,
calidum & ſiccum à primo ortu cõtraxiſſe tempe-
ramentum: cui accedit, quòd apertiſsimè calidi &
ſicci iecoris adeò eſt, vt ſanguinem exurat. quãtum
C autem poſsit iecur in ea cõtrarietate, maximè quæ
inter humiditatem, & ſiccitatem eſt, nemo eſt, etiã
mediocriter in Medicina verſatus, qui neſciat. Ne-
que tamen & hoc temperamentum æquale in om-
nibus partibus eſt: nam vt calidi eſt iecuris, ita & ca
lidi inſigniter capitis eſt: frigidiſsimi autem ventri-
culi. præter id namq; quòd hoc ipſa fatetur, ſympto
mata etiam quæ narrantur indubitatã iſtius fidem
faciunt. vomitus etenim copioſæ pituitæ, & acidæ,
qua reiecta leuatur à dolore ventriculi, manifeſtiſ-
D ſimo argumento eſt, imbecillum eſſe ventriculum
atq; labefactatam ex multo frigore concoctionis fa
cultatem: quod & ventris interioris dolor, & vẽtus
confirmat: & non modò id mihi videtur oſtẽdere,
ſed & aliquam affert ſuſpicionem, ne præter cætera
incõmoda, lateat aliquod initiũ hypochondriaci aſ
fectus. Nam & mihi hoc corpus paratiſsimum ad
eiuſmodi affectum videtur. qui enim iecore ſunt ca
lido inſigniter, & frigidiori ventriculo, illi facilè fi-
unt hypochondriaci, cùm feruens calor, ſanguinẽ
E in venis portæ, & reliquis meſaraicis facilè poſsit
aſſare, torrereq;: ventriculus verò frigidior, genitis
cruditatibus, occaſionem obſtructionum præſtet,
quæ ſunt duo præcipua initia hypochondriaci af-
fectus. Præterea multus in inferiori vẽtre progigni
tur ventus & craſſus flatus, & ſubinde dolor in vẽ-
tre, & vomitus rei acidæ, quæ eſt aliquando pituita,
ob frigiditatem aceſcens, aliquando aliquid melan
cholici humoris, qui ſuapte natura acidus eſt. ve-
runtamẽ neq; omnino hoc aſſeuerare pertinaciter
F auſim, cùm particulatim alia ſigna nõ exponãtur.
Itaq; his cõſtitutis, facile eſt referre omnia, quæ nar-
rata ſunt, in ſuas cauſas. Nam ex calido, & ſicco ie-
core multa generatũ bilis, & frigido vẽtriculo mul-
ta pituita, cũ qua cõmixta multa copia ichoris exu-
ſtæ bilis, efficitur pituita tenuis, & ſalſa, quæ primis
annis adoleſcẽtiæ à natura fortiori, expulſa fuit ꝓ-
cul ad remotiores partes, à principalib. mẽbris, nẽ-
pe ad cutim manus: poſtea verò per ætatem, addita
ſiccitate calori, & cutis ipſa manuũ denſior, & ſoli-
G dior facta eſt, tum verò ob frigus aeris, cui ferè per-
petuò expoſitæ ſunt, ea facta eſt ineptior, ad recipi-
enda ea redundantia excremẽta, aliamq; viã ſibi pa
rauit natura, & ad dorſum cæpit impellere: tertio
verò mutatus eſt impetus influxus iſtius materiæ
ad caput. calida enim materia, & tenuis facile aſcẽ-
dit, caput verò ſuapte natura calidiſsimũ facilè ad

A ſe excrementa à toto corpore attrahit, & hac ratio-
ne facilè repletur: & dum natura potuit, ad cutem
capitis per caluariæ cõmiſſuras materiam illam tã-
quam noxiũ nitebatur propellere, quæ in modum
virulentiæ cuiuſdam, vel ichoroſæ materiæ per cu-
tem excitabatur, ad eũ modum, quo faui appellati
à medicis excernere hos humores ſolent. quia via,
ſiue ex imbecillitate expultricis facultatis, ſiue ex
remedijs adminiſtratis, etiam interclusa, natura ad
B dentes, & gingiuas deriuauit, vt caput & cerebrũ à
noxio illo humore purgaret. & hæc quantũ ad mor
bi, & cauſarum eius rationẽ ſatis eſſe puto. qui qui-
dem morbus mea ſententia, & longus futurus eſt,
& non facilis curatu, vtpote cùm ad affectus perti-
neat, qui omnino contrarias habent indicationes.
Nam adeſt intemperies calidiſsima, & iecoris, & ca
pitis, non ſolum ea, quæ illi naturalis eſt, ſed aſciti-
tia, & morboſa, imò totum corpus mihi videtur i-
ſtius intemperaturæ factum particeps: at verò alte
C ra ex parte vẽtriculus eſt frigidiſsimus, ita vt quaſi
inter Scyllam, & Charybdim nauigemus. neq; ta-
men id oſtendit, quin poſsit curatio inſtitui, etſi dif
ficilis ſit. Itaq; quoniam omnis curationis metho-
dus circa tria inſtrumenta verſatur, ideò & nos ea
tractabimus. primum verò aliorum omnium ve-
luti fundamentum, eſt congrua victus ratio, in qua
maior eſt vis, & ſpes, quàm in alijs, præſertim verò
in diuturnis morbis. ideo dicimus cibum eſſe offe-
rendum, qui poſsit facilè concoqui, ſanguinem bo
D num, & minimè excrementoſum generet, & in
temperatam aliquam frigiditatem vergat. panis &
panis modeſtè fermentatus ſit, parumque ſiliceus:
qui ſi exquiſitè ſit coctus, cruſtæ aſſatæ abijcian-
tur. carnes dein pullorum gallinaceorum iuuenũ,
vel caponum mihi maximè probantur. ſed nec hæ
di lactentis, & vituli lactentis ſunt improbandæ, &
magis elixæ, quàm toſtæ, ſed & ſyluestrium auicu-
larum, & quæ in montibus degunt, turdi quoque,
perdicis. & faſiani, & quæ iſtius generis ſint: ſed ne-
E que ſorbilia oua ſunt damnanda. piſces etiam, niſi
qui inter ſaxa, & in aquis optimis capiuntur, non
laudarem. ſit tamẽ eorum quoq; moderatus vſus:
olera. & fructus humidi ac frigidi mihi minimè ꝓ-
bantur, neq; legumina. Vinum in hac temperie a-
deò calida, vt capitis, ita iecoris, non videtur ſanè
admodum congruum, cùm & calefaciat, & repleat
caput. ſed cùm neq; potus aquæ vẽtriculo frigido
valde, & crudo, atq; etiam ventri vento pleno ſalu-
bris eſſe poſſe videatur: vinum quidem bibat, ſed il
F lud leue ſit, non fumoſum, nõ potens, quale medi-
ci antiqui oligophoron appellant, album potius
quàm nigrum, atq; parcè bibat. Poſt cibũ non ex-
erceat ſe, neque corpore, neque animo: quamuis le
uis aliqua deambulatio à cibo inutilis non ſit futu
ra, exercitatio autem ieiuno ventriculo, modeſta,
non laborioſa, neq; plurimum calefaciens, ſalubris
erit. nam corporis labor importunus nimis calefa-
cit, & caput replet. frictiones autem longiores etiã
adminiſtratæ brachijs, & cruribus erunt plurimũ
G vtiles. ſomnus ſit modeſtus, & quantum ad conco-
ctionem faciliorem poſsit eſſe ſatis: à meridiano an
tẽ ſomno, & à cibo abſtineat, vtpote qui caput im-
pleat, ab animi triſtibus perturbationib. quatenus
id fieri poteſt, caueat, præſertim verò ab ira, deinde
à mœrore. aerem fugiat calidum, ſolemq;: maximè
verò caput ab his defendendum eſt: ſed neq; ven-
tus

tus illi eſt ſaluber: nam ſol & calefacit, & attrahendo caput replet, non minus & ventus auſtralis quidem caput replet, frigidus verò, & Borealis conſtipat, & denſata cute prohibet exhalationem vaporum caput petentium: ſed & conſtringendo exprimit humiditates in capite contentas ad partes ſubiectas. oportet autem in primis procurare, vt congruas, & ſolitas habeat purgationes, tam mēſtruas, quàm per aluum, & vrinam, quæ niſi ſponte procedant, arte iuuandæ ſunt, frictionibus, clyſteriis, glandibus, ac ſimilibus inſtrumētis. Quatenus ergo ad rationem vict⁹ pertinet, hæc ſummatim dicta ſint ſatis. Nunc, quantum ad manuum operationem pertinere poteſt, duo diſquirenda ſunt. primò an aliqua illi poſsit eſſe vtilis ſanguinis miſsio. Ac quatenus quidem ad iecoris multam caliditatem ſpectat, ſimiliter & capitis, præterea verò diſtillationem ex capite ad gingiuas, & dentes, (omnino enim catarrhus calidus eſt) videtur opportunum fore ſanguinem mittere. multa tamen ventriculi imbecillitas, & cruditas, eiusque frigus id interdicere videntur. Verùm enimuerò ego ita agerem: prius quidem aggrederer purgationem vētris, maximè ventriculi, & partium pertinentium ad ipſum nitarerque vacuare, & educere crudas eius materias in his partibus, & primis illis venis contentas, facilibus aliquibus remediis: deinde ſi vires corporis tales viderentur, vt commodè poſsint admittere aliquam ſanguinis detractionem, audacter mitterem: in primis autem, ſi venæ plenæ, ac tumidæ in toto, atque etiam oculis, & facie viderentur, eæque nigriores eſſent. Sed & id libentius agerem, ſi modicè per menſes ſuos purgaretur, vel ſi alia ſanguinis ſolita vacuatio eſſet ſuppreſſa, ſicut in aliquibus hæmorrhoides ſolent fluere. tunc enim è venis pedum ſanguinem mitterem, vel hæmorrhoides aperirem: alioquin verò ex vena, quam cephalicam appellamus. Quod ſi corpus exangue, & imbecillum eſſet, ſanguini parcerem, & medicamentis tum immutantibus intemperamenta partiū malè affectarum, tum verò genita iam excrementa vacuantibus, incumberem: & primùm ſyrupis agerem, niſi putarem ventriculum, & primas venas communes, crudas aliquas materias continere, quia tunc lenienti aliquo, & facili medicamento eas detrahere niterer, quale eſſet, ſi pulpæ interioris caſsiæ noſtræ Ægyptiæ, quam fiſtulam appellant ℥. x. accipiantur, cui ratione & ventriculi & flatuoſi alui adderentur ℈. iiij. pulueris hieræ Galeni. mox expurgata aluo, ſyrupis vterer, & roborantibus viſcera, & immutantibus intemperiem ſuprà dictorum viſcerum, atque etiam decoctis: vnde acciperem radicum, & foliorum cichoreæ, vel endiuiæ, præterea boraginis, ac comæ abſinthij ſingulorum M. ſ. nam cùm indicationes diuerſæ ſint, immò inter ſe contrariæ, quæ à diuerſis earum partium affectib⁹ exſurgunt, oportet, vt & diuerſa ſint medicamenta illas reſpiciētia. Eſt enim neceſſe habere rationem frigidi ventriculi, & calidi iecoris, capitisq́. Ex his ergo in aqua communi vel ſtillatitia eiuſdem naturæ cum his ſimplicibus, pararem decoctum, cuius ℥. iij. acciperem, illiſque adderem ſyrupi de cichorea, de betonica, roſati recentis ſingulorum ℥. ſ. ſæpius autem bis repetitis primùm agerem: mox verò ea ratione præparato corpore, id expurgarem iſtiuſmodi medicamento. acciperem rhabarbari e-

A lecti ℈. iiij. ſquinanti ℈. ſ. myrobalanorum citrinarum, chebularum, ſingulorum ʒ. i ſ. indarum ʒ ſ. quæ omnia infundantur in ℥. iij. ſuprà dicti decocti per noctem. fricentur tamen myrobalani ex modico oleo amygdalarum dulcium: deinde facta colatura, & expreſsione, in eo humore diſſoluantur ſyrupi roſati ſolutiui ex multiplici infuſione roſarum ℥. iij. mannæ electæ ℥. i. miſce & fiat potus accipiendus manè de more. Et quia non putarem vnam purgationem ſatis fore multitudini malo- B rum humorum in hoc corpore congeſtorum, ideò conſulerem repetanda, & ſyrupos, & ſubinde euacuationem. mutarem tamen rationem ſyruporum: adderem enim decocto fumariam, & lupulos. pro ſyrupo autem ex cichorea ſimplici, acciperem compoſitum cum rhabarbaro ex deſcriptione Nicolai. Eodem verò purgante medicamento vterer, niſi fortè videretur parcè per prius medicamentum fuiſſe purgata. Nam ſi ita eſſet, adde- C rem ʒ. i. vel i. ſ. confectionis hamech, vel electuarij roſati Meſuæ. His medicamentis diligenter purgato corpore, quantum videatur ſatis eſſe præſenti & aſsiſtenti perito medico, de vſu naturalium balnearum aliquid cogitarem: cuius rei mea quidem ſententia, deco non omnino eſſe promtam & facilem deliberationem, idque propter contrarios affectus. Nam frigus balnearum Gaudenianarum, in Veronenſi agro ſcaturientium, facilè poſſet frigidiori ventriculo officere: calor verò Aquarianarum, calidiori iecori, atque adeò etiam capiti. Sed D vtut ſit, ego vt ingenuè exponam quid ſentio, non obſtantibus his difficultatibus, ſi mihi ſoli hoc negotium committeretur, vtriſque vterer, & vtrique affectui conſulerem. neque enim puto hos iam inueteratos, & quaſi connaturales factos affectus facilè ceſſuros communibus, & vulgaribus medicamentis, niſi aliqua valentiora aggrediamur, in quibus vis efficax ſit, impreſſam & antiquatam intemperiem horum viſcerum transmutare: qualis om- E nino, vt quotidiè experientia oſtendit, in his naturalibus aquis balnearum reperitur. quocirca mihi non improbatur eorum ſententia, qui volunt & conſulunt, vt per dies aliquot primùm ſumantur aquæ Aquarianæ, quæ etſi calidæ ſint, non poſſunt tamen iecur inſigniter calefacere, cùm earum non ſit calor multus, & præterea citò effluant, nec diu detineantur, (ſi enim rectè aſſumantur, aut per aluum, aut vrinam non multo intercepto tempore excernuntur) accedit ad hoc, quòd hauriuntur in F ventriculum frigidum & ſuccis frigidis redundantem, vt perinde nequeat fieri quin aliquātiſper, antequā ad iecur perueniant, temperetur earum calor. ſemper enim medicamenta, dum tranſeunt per particulas corporis, ſicut illas alterant, ita mutuò ab illis trāſmutantur. ſed nec hoc cēſeo prætereundū, quòd ſi timeatur calor harū aquarū, prudēs medic⁹ ſe opponere poſsit, victus ratione in contrariū inclinăte, vtpote, ſi endiuia, borag. & reliquis cichoraceis herbis paret. & cōdiat cibos, ſi etiā epithemate G ex cichorio, endiuia, ſandalis, plātagine, coctis ex aqua, vel eorū ſuccis p̄cordio dextro adhibitis vtatur, itē ſi oleo roſac. vel vnguento, roſaceo à Meſue deſcripto, vel ſandalino, vel infrigidāte Gal. regionē iecoris illinat. Porrò his aquis aſſumtis & p eas corroborato vētriculo, remota videlicet importuna intēperātia, ac purgatis frigidis & crudis, q in eo

& in locis ad eum pertinentibus conſiſtunt humores, conſulerem bibendas eſſe Veronenſes aquas, quibus ſperarem ſublatum iri tum iecoris, tum etiam capitis calidam intemperaturam, in quibus bibendis ne iterum ventriculus ab earum frigore læſus relaberetur in priorem affectum, circa ventriculum, ſimili ferè modo rē tractarem, rebus tamen contrariam rationem habentibus, & reſiſtentibus frigori aquarum, ſi id nimium videretur. His demũ rectè peractis conſilium meum eſſet, vt aliquibus confectionibus vteretur frequenter, quæ fractum corpus per frequentia remedia confirmarent, ſicut eſſet diarhodon Abbatis, vel alia in hunc modum parata confectio: accipe ſachari roſacei, boraginati, pulpæ myrobalanorum chebularum & emblicarum, corticum citri conditorum, conſeruæ betonicæ, ſingulorum ℥.i. corallorum rubrorum præparatorum, margaritarum ℥.iij. ſyrupi roſacei quantum ſatis ſit, vt in modum eclegmatis diſſoluatur, de quo circiter ℥.ſ. manè ieiuna accipiat. interdum verò & veſperi à cœna, ſe ſomno traditura. Quòd ſi neque his omnibus malus affectus cederet, tunc mihi quidem videretur, quòd nihil ſalubrius poſſet excogitari, quàm vt humorem qui his remediis finiri minimè potuit, aliò transferre niteremur, videlicet in eum locum vbi minorem moleſtiam afferre poſſet, ſicuti ad brachia, vel crura, inuſtis ibi vlceribus, & factis (vt aiunt) fontanellis, quibus ſeruatis apertis, tàdem aſſueſceret natura per eas partes moleſta hæc excrementa expurgare.

CONSILIVM XLI.

Catarrhus cum ſputo copioſo & ſanguinolento, tuſſi, faucium abraſione, febri quotidiana.

Conſiderata atque optimè perpenſa vniuerſi corporis, tum temperatura, tum conformatione, præterea vero & ſigillatim eorum membrorum, quæ in mutanda corporis temperatura aliquam vim habent, additis inſuper & aere, in quo din ab ineunte ætate verſatus eſt patiens iſte & ratione victus, ſtudiisquè, quibus eâ præſertim ætate ſe exercuit, facile erit, rationes & cauſas inde depromere, cur tandiu, tamque moleſtè, illum hi affect⁹ malè habuerint. Vt autem mea fert opinio, ſtatim à primo ortu, ſi ad habitum vniuerſi corporis reſpexerimus, ad mores, ad actiones, ad venarũ amplitudinem, & ad reliqua, quæ ſolent à medicis obſeruari, fuit calidiori temperatura, & ſicciori præditus: calorem demonſtrant promptitudo, & velocitas in omnibus corporis motionibus, ac functionibus, venarum amplitudo, excrementa biliosa, lotis flaua: ſiccitatem verò, gracilitas vniuerſi corporis. quod ſi particulatim membrorum, à quibus maxima ex parte pendet vis iſtius temperaturæ, rationem æſtimare voluerimus, maximam in illis diuerſitatem, & inæqualitatem reperiemus. Nam vt à ſuperioribus ſumamus exordium, caput cerebrumque, calidum & humidum, inſigniter eſt: calidum eſſe ſuapte natura, oſtendunt tactus primùm, adhibita ſiquidem manu ſemper calidius videtur: quodque calorem, dum lauatur, inſignem nequit perferre: à nocturno frigore apertè etiã nõ læditur: Oculi præterea magni, mobiles, lucentes,

A itemque ſatis conſpicuè ingenium promtum, & perſpicax: humidum verò demonſtrant ſomni longiores, & profundiores: multa quæ inde profluũt excrementa per nares, per os, perque externam cutem multæ ſordes. Sed & cor calidum videtur. nam cùm elatior, aliarum partium cõparatione, ſit thorax, cumque ex aſpectu potius audaciam præ ſe ferat, quàm timorem, coniectari facilè poſſum, cor ſubeſſe calidum: nõ tractaui autem pulſum, ſit ma- B gnus, nec ne; nam ſi ille magnus, & fortis eſſet, certum nobis argumentum afferret calidioris cordis. hirſutum verò pectus, aliquam cum calore ſiccitatem coniunctam eſſe indicat: Non minus verò iecur quoque calidum & ſiccum eſt. nam & venarum amplitudo illud oſtendit, imusque venter planè hirſutus, multa etiam excrementa bilioſa, quę tum per alui deiectiones excernuntur, tum etiam per lotia. At vẽtriculus frigidus quidem, & fortaſſe ſiccus; quatenus ad eius natiuam temperiem perti- C net. nam gracilitas, & extenuatio vniuerſi inferioris ventris hoc mihi ſignificare videtur, quamuis aſcititia poſtea humiditate reddatur humidior. etenim cùm frigidior, & languidior ſit, multas congerit humiditates crudas, & pituitoſas, quæ extraneo, & excrementoſo humore illum perfundunt: vnde neque ſitit, & appetentior cibi aliquanto eſt, quàm poſſit deinde conficere, ſæpe crudus, & tardus: quòd ſi alicui ſecus videatur, qui ad id reſpiciat, quòd ſæpe nidoroſus ſit ventriculus, ſi quan- D do cibum probè non conficiat, vel ob copiam, vel naturam prauam, nunquam autem aceſcat, & nidor caloris ſignum ſit, aciditas verò frigoris: ille & hoc animaduertat, quòd bilis in ventriculum quantumlibet frigidum, à calidiore iecore effuſa cum cibo mixta, cibum in nidorem vertit, dum non concoquitur. Præterea cùm primam adoleſcentiam Romæ degerit in aere humidiori, & potius calidiori, inde aucta eſt ex aere capitis humiditas & caliditas, & facta eſt magis excrementoſa. ſed & literarũ E ſtudia, quib. enixè iuuenis inſudauit, præſertim temporibus nõ opportunis, nempe poſt acceptum cibum, potuere vires ventriculi, & capitis etiã nõ parum labefactare: nam & caput excremẽtis replent, & concoctioni ventriculi impedimento ſunt. His ergo ita conſtitutis, non erit admodum arduum percipere, vnde prima eorum, quæ relata ſunt per literas, incommodorum initia prodierint. caput enim quod ſuapte natura excrementoſum erat, fomentum habebat, tum ab vniuerſo corpore, tum F vel maximè à crudiori ventriculo, ab aere calidiori & humidiori aucta eius intemperatura, & à ſtudiis addita occaſione, cur magis repleretur: vnde illud, accedente ſemper maiori euaporatione, ex ventriculo, à ſtudiis ſemper reddito imbecilliori, cæpit, plenius factum, depellere copioſiora congeſta excrementa ad inferiores partes, os nimirum, & palatum. à quibus os factum humidius, tum ex conſenſu humidioris vẽtriculi, tum ex capite multa & tenui deſtillante pituita, cæpit copioſum ſpu- G tum per os effluere, atque partim (ni fallor) ad vẽtriculum delabi: vnde ille dilutior, & humidior euadebat. nam cùm ſit iam conſtitutum, thoracem & cor calidiores eſſe partes, quàm ventriculũ, & ſubinde etiam fortiores, poſſunt faciliùs excrementitios humores à capite delabentes repellendo non admittere, quàm ventriculus: vnde non poterat ita

facilè

facilè tuſsis concitari, ſicut laxior facilius ea de cau
ſa redditus eſt ventriculus, & humectius os. ſed cũ
caput calidum facillimè repleatur, attractis ab in-
ferioribus partibus vi caloris, non modò vaporib⁹,
qui deinde à cerebro refrigerati, & concreſcentes
in humorem abeunt, ſed & humoribus ipſis, præ-
ſertim verò ſanguine tenuiori, qui in hoc corpore
magna ex parte generatur: inde fit, vt, dum reple-
tur caput, tum ſanguine hoc modo attracto, tũ ve-
rò pituita tenui, & aquoſa, nequeant à contentrice
facultate humores iſti detineri, quominus deſluãt:
quod cùm fit, vt fieri quidem poteſt nullo ferè ne-
gotio, & leui quacunque præſtita occaſione, accidit
ſanguinis ſputum, ſine tamen tuſsi, cùm neque in
thoracem, neque in pulmonem decumbat fluxio,
ſed potius in fauces, vnde in ſcreatu quędam excer
nuntur interdum quidem maiori nixu, nonnunq̃
verò minori, quatenus in intimiores, & profundio
res faucium partes defertur deſtillatio. quia verò et-
iam ſanguis cũ deſtillatione plerumq. tenui miſce-
tur: ideo dilutior, tenuiorque, & clarior apparet: vt
ſuperuacuum omnino ſit in quæſtionẽ vocare, ſan
guis ille rubens, & ſpumoſus fuerit, nec ne, cũ nul-
lo pacto à pulmonibus fuerit reiectus, ſiquidẽm ſi-
ne tuſsi: tum etiam facilè fuerit repreſſa ſanguinis
illa excretio, reddita per coctionem craſsiori pitui-
ta, cui immiſtus ſanguis erat. ſed & hoc atteſtatur,
quòd ſanguinis ea effuſio ex capite ſemper prouene-
rit, quia abhinc biennium, eadem omnino ratione
efferebatur. vberiorem enim pituitam per aliquot
antea menſes tenuem, & aquoſam ab ore effluen-
tem ſecuta eſt, quo tempore, & per nares ſanguis
ſimilis emungebatur. & hæc quidem quantum ad
naturam deſtillationis pituitoſæ, & tenuis. Porrò
cùm hæc copioſior in dies congereretur, imbecil-
lioribus ab ipſa redditis, cùm ventriculo, tum et-
iam cerebro, eiusque excretione aliqua ex parte in-
tercepta, obſtructis nempe narium meatibus, &
ea vniuerſa in fauces procumbente, ſubinde etiam
multa eius portione ad ventriculum delabente, &
per venas digeſta in habitum vniuerſi corporis:
accedentibus obſtructionibus, ſuborta eſt putre-
do, & febris accenſa, pituitoſa quidem illa, & quo-
tidiana inter initia intermittens, dum natura vi-
tioſum, & putreſcentem humorem potuit extra
venas protrudere: Sed deinde, nequaquam natura
extra venas illum expellere, continens facta. & quia
pituita illa tenuis erat, neque admodum frigida,
natura etiam non confertim, & cõcitato motu, ſed
lentu illam nitebatur expellere, dum intermittens
erat: ideo neq; horror vllus ſequebatur. interim ve-
rò aliqua portiuncula illius deſtillationis à capite
per venas, vel etiam per neruos ad lumbos in ſini-
ſtro latere, & ad iliorum muſculos delata, in flatum
à calore earũ partium rarefacta vertebatur, qui do-
lorem in illis concitabat diuturnum, quia continẽ-
ter à partibus ſuperioribus fomentum habebat. nõ
erat autẽ multus is flatus, quare nec dolor magnus
erat, qui excitabatur: imò non niſi quando muſcu-
li illi aliquod incommodum patiebantur, dum aut
concutiebantur repentina aliqua occaſione, ſicuti
in riſu, aut plus ſolito diſtendebantur. Præterea nõ
fuit diuturna febris, tũ propter humoris tenuitatẽ,
tũ verò ob æſtiuum calorẽm, qui naturam ad illius
frigidi humoris digeſtionẽ non parum potuit iuua-
re. nõ potuit tamen febris illa, ſatis etiam alioquin

A longa, humidiorẽ cerebri, & frigidiorem intempera
turã ventriculi emendare. quominus ſequens hyẽs
refrigeratis vlterius capite & ventriculo, illis occa-
ſioni fuerit, copioſam, & craſsiorẽ pituitã procrean
di: etenim tunc quoq; illa de more ſolito in fauces
decumbebat, & quidem intimiores: defluere præ-
terea cæpit per guttur, & aſperam arteriam ad pul-
mones ſuperatos à pertinacia deſtillationis: qua re
& tuſsis frequens vehemenſq; fuit concitata, quæ
B & ſomnos poterat interrumpere: & quia iecor alio-
quin ſuapte natura calidũ, ab ea quantulibet leni
febre, itemq; ab obſtructionibus in eo ſubortis po-
tuit fieri calidius (hoc enim oſtendere poterãt fla-
uiores vrinæ factæ) corpus etiam magis bilioſum
ſubinde euaſit; cumq; ſemper ab vniuerſo corpore
in caput vapores ferantur referẽtes naturã eorum
humorum, quib. corpus refertũ eſt: à bilioſis humo
rib. per venas in habitũ vniuerſi corporis digeſtis,
calidiores elati vapores cũ pituita deſtillãte ad fau-
C ces cõmiſti, alicuius acrimoniæ illã reddidere par-
ticipẽ: vnde illa potuit pungere, & abradere, & qua-
ſi vrere ſupremã faucium & gulæ cuticulam, quæ
poſtea dolet, vbi deuorãdus eſt cibus potúsue, præ-
ſertim ſi ſit alicuius particeps acrimoniæ, & id inter
initia nã poſtea definito loco ab humore tũ cibi, tũ
potus, inteſcit etiã dolor. Interdũ verò maiori con
tracta deſtillatione, vel ex copioſiori mixtura bilis,
vel ſeroſi & ſalſi alicuius humoris, vel ex concepta
putredine, acrimonia, manifeſta abraſio in faucib⁹
D conſpici poterat. cæpit præterea & auris ſiniſtra cõ-
ſortio capitis malè affici, admiſſa itidẽ ab ea portiũ-
cula aliqua illius deſtillationis. præſertim dum im-
miſſo digito tractaretur: ſed & quia auris non parũ
cum interioribus faucibus conſentit, ideo ex ea tra-
ctatione communicato affectu gutturi, concitaba-
tur tuſsis: vere autem ineunte, tempore ſanè ſalo-
berrimo, quo calor natiuus à cæli tẽperie quaſi fo-
tus excitatur, ſanguisq; copioſior generatur: om-
nes cõcoctiones, recuperatis aliquantiſper viribus;
E qui prius & ob præcedentẽ morbũ, & ob iniuriam
elapſi tẽporis languẽſcebãt, meliores fiere cæpere:
& proinde etiã corpus factum eſt firmius. quia ta-
mẽn nondum deſiit deſtillatio, neq; omnino intẽ-
peratura tum capitis, tum vẽtriculi reſtituta in in-
tegrum eſt: ideo exaſperatis faucibus, & gutture à
perfuſione illius inæqualis, & diuerſarum partium
pituitæ, vocẽ aſperiorẽ reddunt: & id mane potius,
quia interim per quietẽ maior congeritur circa eas
partes materia, dum nõ poſſumus excreationi per
F ſomnum incumbere: Poſtea verò per vigilias red-
dito mundiore gutture, & excreta illa materia, cla-
reſcit aliquanto vox. ſed & lateris dolor, & auris mo
leſtia, aut mitiſsima facta eſt, aut penitus fuit aboli-
ta. Sed tandem hæc, quæ longo verborum ductu
huc perduximus, in vnam reducamus ſummam:
nempe quòd omniũ incommodorum, quæ in hoc
ferè decennio contigere: ſiue ad gracilitatem, & e-
maciationẽ vniuerſi corporis ſpectent, ſiue ad ſan-
guinis ſcreatum, tuſsimq; ſiue ad febres, & lateris,
G aurisq; dolores pertineant, princeps omnino cau-
ſa, & autor fuit, deſtillatio copioſa, quæ hactenus
nulla potuit ratione ſuperari, vtpotè, quæ perpe-
tuum habeat fomentum ab inæquali intemperie, à
primo ſanè ortu contracta in cerebro præſertim, &
in vẽtriculo, aucta autẽ ab aſsiduis ſtudijs in re litte
raria. Hoc ergo ſpectãdũ, huc animus aduertẽdus.

Difficilis omnino futura erit iſtius affectus exacta
curatio, cùm à naturali ſanè iſtius corporis propē-
ſione foueatur: ſed poterit, vt mea fert ſententia, il-
lius ea fieri moderatio, vt facilius, & cum non mul-
ta moleſtia vita tranſigi, & illa omnia facilius ferri
poſsint. Vt ergo commodiſsimè quoad fieri poteſt,
curatio inſtituatur, princeps ſcopus conſtituendus
eſt, moderatio earum intēperaturarum, quæ deſtil
lationem, illi ſemper ſubminiſtrando materiam, fo
uent, idq́ue tam victus ratione, quàm etiam accom
modato medicamētorum vſu. Cibi ergo humidio-
res non ſunt admodum huic affectui corrigendo
& reprimendo commodi, vt fructus, inter quos a-
mygdalę, piſtacia, paſſulæ admitti ſanè poſſunt, re-
liqui verò æſtiui, & autumnales, aut reiiciendi, aut
parcè illis vtendum. olerum vſus, niſi parciſsimus,
omnino incōmodus; in ferculis far, oriza, hordeū,
ſatis apta eſſe poſſunt: quæ tamen aliquo aromate,
modicè tamen, ad fouendum vētriculum frigidio-
ribus tempeſtatibus condienda ſunt: præſertim
verò pipere, aut cinnamomo. Legumina non ſunt
admodum vtilia, niſi ius interdum cicerum: maxi-
mè ſi pituita illis craſſeſcat: interdum verò, ſed ra-
rò, lenticula. nam deſiccat: non tamen admodum
vtilis erit frequens illius eſus, vtpotè quoniam ci-
bus eſt melancholico humori gignēdo idone⁹. Sic
& braſsicæ iiſdem viribus inſtructæ ſunt. De pane
non eſt cur multa dicamus: nemo enim non nouit
optimum eum eſſe, qui & probè fermentatus ſit, &
probè coctus, non azymus, non ſubcineritius. Car
nes quæ multa ſcatent humiditate, vt agninæ, &
veruecinę, ſuillæ, à noſtro inſtituto omnino alienę:
quibus ſi tamen eſſet interdum vtendum, minus
malæ eſſent toſtæ, quàm elixæ: optimæ autem a-
uium ſilueſtrium, & nemoralium, vt perdicum, fa-
ſianorum, turdorum, merularum, auicularum, quę
in ſenticetis degunt: quippè quę ſicciores ſint. non
improbamus tamē hædos, & vitulos lactentes: ſed
& pulli gallinacei, capiq́ue non ſunt ineptus cibus.
etſi enim aliquantiſper humidiores ſint, eorum ta-
men humor excrementoſus non eſt: quę verò aues
in aquis, vel ſtagnis verſantur, non probantur. oua
ſorbilia optima ſunt, ſed frixa, & quæ ex coctura in-
dureſcunt mali ſucci ſunt, nec cōcoctu facilia: præ-
terea in nidorem facillimè degenerant. Piſcium e-
ſus improbandus, præſertim verò magnorum, &
qui in ſtagnis, & paludibus capiuntur: & ſi aliqui
interdum ſint admittendi, illi admittantur, qui in
claris, & currentibus aquis capiuntur, quiq́ue fria-
biles carnes habent, non viſcido humore refertas,
nec multum humidas, vt anguillæ: & potius tor-
reantur, quàm elixi, & frixi comedantur. In aceta-
riis hyeme cappares, detracto tamē ſale, interdum
in vſum venire poſſunt: æſtate cichoreum coctum.
Quæ ex lacte parantur, vt caſeus, lac concretum,
caſeus ſecundarius, & quod noſtrates caput lactis
appellant, ſi ſint in frequenti vſu, nocere non pa-
rum poterunt: cardui etiam, cùm caput facile re-
pleant, & flatulentus cibus ſit, non erunt etiam vti-
les. Cælum illud eligendum, quod clarum ſit, non
nebuloſum, non caliginoſum, quodq́ue aliquan-
tiſper ſit ſiccum: nā humidior aer, & craſsior, quan
tum fieri poteſt, erit declinandus: neque tamen
plurimùm tenuis ſit, ne nimis attenuata ab eo pi-
tuita, & fluidior reddita, magis præceps ad pulmo-
nes, aut ventriculum, aut fauces ruat. Somnus po-
A meridianus omnino nocuus: niſi ſi noctes inſom-
nes fuiſſent interdum ductæ. Aliqua, ſed modeſta
corporis exercitatio horis huic rei congruentibus,
adhibenda erit, nempe manè ante prandium, & ve-
ſpere ante cœnam, præſertim in ambulando: decli
nandum tamen ſunt loca ventis perflata, declinan
di etiam ſunt ſolares radij: imprimis quando cor-
pus plenum eſt. ſed & id maximè procurandum,
vt aluus fluida ſit. Præterea & animi perturbatio-
B nes, præſertim verò triſtes, fugiendæ ſunt: niſi qđ
fortaſſe non eſſet inutile aliquando, vt natiuus ex-
citetur calor, ſubiraſci. A venereorum vſu in corpo
re ita languido, & emaciato aut penitus eſſet abſti-
nendum, aut illis modicè vtendum. In his ergo v-
niuerſa ferè victus ratio conſiſtit: nunc ad alia me-
dica inſtrumenta tranſeamus: & quatenus ad ratio
nem ſanguinis mittendi ſpectat, video, quòd illa
non ſit in præſentia opus: cùm & affectus potius
frigidus ſit, & corpus languidum, emaciatumq́ue
C & ferè exangue: quare potius ad rationem medica
mentorum exponēdam tranſeamus, vt finem huic
tandem ſermoni imponamus. duplex autem de
opportunis medicamentis poteſt haberi ſermo, vt
duplex etiam eſt eorum medicamentorum natu-
ra, quæ poſſunt in hunc vſum venire. nam & intem
peries, quæ horum omnium incommodorum au-
tor eſt, per medicamenta corrigi poteſt, & mem-
bris laxioribus & imbecillioribus robur aliquod
addi: ſed & cùm præſens ſemper ſit materia, & illa
D copioſa, quæ intemperiem fouet & ſeruat, neceſſe
etiam eſt aliquam inire rationem, vt illa, quo facili⁹
poteſt, ac cum minori moleſtia detrahatur. Ergo
etſi affectus hi iam ſint inueterati, & ideo require-
rent aliquanto valentiora medicamenta: quia ta-
men corpus iam diuturnis incommodis confectū,
& non parum eſt extenuatum, non videtur ea faci-
lè, & tutò poſſe perferre: conſultius fore cenſeo, vt
res hæc leniùs, & dexteritate maiori tractetur, fa-
cilioribusq́ue, & leuioribus medicamentis agatur.
E & quia nequit fieri, quin vētriculus ſit ſemper mul
ta refertus pituita, quæ ab eo frigidiori & crudiori
in dies gignitur, tum verò & à capite deſtillat: mihi
maximè probaretur, vt ſtatim ab initio iſtius cura-
tionis caſsia cum pulueribus hieræ ſimplicis ven-
triculus inaniretur, nempe vt accepta ℥.i. floris caſ-
ſiæ, puluerum hieræ ʒ.i.s. pararetur medicamen-
tum deuorandum per horam ante prandium: po-
ſtea verò aggrederer apparatum reliquorum ex-
crementorum, quæ caput, & venas occuparunt: v-
F terer autem ſyrupis aliquibus, qui præter appara-
tum, roborarent caput, ventriculum, & exaſpera-
tas fauces, qualis eſſet ſi acciperemus ſyrupi ex be-
tonica ſimp. mel. roſacei, & ſyrupi ex cichoreo ſim.
ſingulorum ℥.s. quæ dilueretur decocti betonicæ
& cichorij ℥.iij. eo autem vterer ſummo mane per
quinque, aut plures dies: interea mox aliquib⁹ ca-
tapotiis caput purgarem, & alias ſubinde partes:
itaque acceptis maſtichinarum ℈.ij. & ℈ j. cochia-
rum, fierent pillulæ tres deuorandæ circiter crepu
G ſculum manè. Quòd ſi tempora eſſent calidiora,
vnde temperatius redderetur medicamentum, vel
lem vt ſtatim deuoratis catapotiis abſorberetur
℥.i. ſyrupi roſacei, aut recentis, aut ſolutiui. Dein-
ceps incumberem omni ſtudio deſiccationi ſuper
uacui illius humoris, & roborandis capiti & ven-
triculo: & id verò procurarem tempora quidem
æſtiuo,

æſtiuo, ſimili quopiam medicamento, acciperem
ſachari, conſeruæ, betonicæ, pulpæ myrobslsnorũ
chebularum, conditarum, conſeruæ florum roris
marini, ſingulorum ℥.i. omniſq́ue contrita, & com
mixta, ex roſaceo ſyrupo dilnantur in modum ele-
ctuarij: cuius maoè ℥.s. accipiatur ieiuno ventricu
lo, & taotondem veſpere poſt cœnam, quo tempo-
re dormitum eſt euodom. Qoia verò in his sffecti-
bus, qui ab inæquali diuerſarum psrtium iotem-
peratura fouentur, in dies, vt dicebamus, cruda gi-
B
gnuntur excrementa, à qoibns ſubinde fouentur:
nõ omnino ab re putãdum eſt, ſi aliquod leue, & fa-
cile medicamentum in vſom frequẽtem etism ad-
docatur, quale eſſent pillulæ maſtichinæ, è qnibus
ſi aliqnando, nempe bisio hebdomade vna ſum-
mo mane aſſnmeretur, qoæ ℈.i. penderet, ad cor-
pus ab his excrementoſis ſuccis purgandum, id oõ
inntile eſſet: vt tamen ſi aliquando plenius videre-
tur, tres etism, quæ ʒ.i. pondere æquarent, aſſumã-
tur. ſed neqoe his tantùm remediis ſuperari inoe-
C
teratum hooe affectum facilè poſſe putarem, niſi
præterea exteroa medicamenta sccederent, qui-
bus tum capiti, tum ventriculo eſſet anxilium ferẽ-
dom. nam vt à capite incipiamus, ſi aliqoibus age-
retor, qoibus nimis eius homiditas deſiccaretur,
& ſubinde illi etiam rubur sdderetur, non parum
profuturum potarem, dummodo non præterea
moltum calfieret: vnde lsuari interdum conſule-
rem lixiuiò, in quo ea eſſent decocta, quæ vim exſic
candi baberent, citra tamen ioſignem aliqoem ca-
D
lorem: puta ſi folia aridarum roſarum, itemq́ue be-
tonicæ, folia item querens, & myrti, & rubi, quibus
aliquid adderetur vtrorumqoe ſandalorum, folia
item ſalicis: ſi præterea inter lauandum fruſto aga-
rici pro ſapooe capnt fricaretnr, dumq́ue lauare-
tur, lixioium ex altiori loco decideret, vt maior fie-
ret impreſsio, longè magis prodeſſe poſſet. Poſt lo-
tum autem, & probè ſiccatum caput, tempore ſom
ni, aliquis puluis psratus ex illis, quæ eandem ha-
berent facultstem, ſincipiti, qua parte eſt ſutura
E
corooalis, detonſo prius capillo aſpergeretur, qoæ
ſi prios aliquo etiam accommodato oleo inunge-
retor, vt diutius poluis loco hæreret, efficacius re-
mediom redderetur: Oleum mihi probaretur ma-
ſtichinnm: puluerem verò in bonc modom con-
ficerem: acciperem roſarum aridarom, ſandaracæ,
vernicis vulgo sppellatæ, ſandalorum robearum,
& citrinarum, gallsrum tritarom, ſpicæ osrdi, ſpi-
cæ celticæ, corallorum rubeorom, ſingulorum ʒ.s.
F
omnia in tenoem puluerem trita tenni cribro ex-
cutiaotur, & cspiti opportuno tempors inſpergan
tur, vt tamen prior detergstur, cùm sltera erit in-
ſpergenda. Deinde verò & ſua ventriculi cura eſt
habenda: nempe vt frigidiori emendata intempe-
rie, illi addstur robur tum fomentis, tum illitioni-
bos: vt ſi sccipiaotur sbſinthium, menta, folia roſa-
rum aridarum, maſtix, galanga, ſingulorum м.i. ac
coqosntur omnia ex aqua, & vino nigro: moxq́ue
ſpongia en decocto perfuſs foueatur ventriculos
G
qoster vel quinquies: qui his peractis erit illinien-
dus his oleis: nempe vt accipiantur olei maſtichi-
ni, oardini, ex meota, ſingulorum ℥.i. pulucrum a-
romatici roſacei ʒ.iij. ceræ modicum, ex omnibns
ſimnl mixtis fiat molle vngueotum. ſi quis antem
omnioo curationem abſoluere vellet, potsrem nul
la ratione id fieri expeditiùs poſſe, quàm ſi poſt cor

A
poris vniuerſi purgationem, quam pauló antè ex-
poſuimus, aqois thermsrum vteretur: & id dupli-
citer, nimirum vt eas biberet, atqoe etism vt dedu-
cerentur io capot. Ex iis autem mihi Aquarisnæ,
qnæ in Regienſi sgro ſcaturiont, in potu proba-
rentur: neqoe enim adeò, vt Patauinæ, calefacionr.
Itaqoe allatæ bibi poſſent poſt Idns Auguſti: in ca-
pnt verò ad deſiccatinnem ſoperuscui humoris A-
ponenſes mibi non viderentur eſſe incõgruæ.

CONSILIVM XLII.

Catarrhus ad pulmones, cum reſpirandi difficultate.

ACcipiam tanqoam verum, & conſtitutum,
iſtios corporis, io conſiderationem propoſi-
ti, temperamentum eſſe calidum & ſiccum,
tam reſpiciendo habitom vniuerſi corporis, qoàm
etiam membra præcipua, præſertim verò cor, &
C
iecur, licet msior videatur fuiſſe exceſſus in calido,
quàm in ſicco: calorem ſiqnidem inſignem de-
monſtrant venæ, & arteriæ smplæ, & spparentes,
pulſus magnitudo, celeritas & frequentia. hirſu-
tum prætereà corpus oſtendit aliqosm cum calo-
re eſſe coniunctam ſiccitatem: quòd verò illa non
ſit molta, neque adeò mediocritatem excedens,
ſicuti calor, oſtendit habitns mediocris, qui neqne
craſſus & plenos, neque etiam gracilis & macer
eſt: præterea qoòd iraſcatur facilè, ſit tamen faci-
D
lis etiam, vt placetur. ſed de aliis deiode viſceri-
bns, quæ & ipſa qooque non modici in hac re ſunt
momenti, non ita facile eſt iudicium: ea verò ſnnt
cerebrom, & ventriculns, qoi, qnamuis inter præ-
cipua à medicis non recenſeatur, msximsm tamen
vim, ſi quod sliud viſcus, hsbet, vt hominẽ in mor-
bos pronnm reddst. & qnstenus ad cerebrum per
tinet, referuntur quidem sliqua ſigns, qnæ ſatis a-
pertè calidum eſſe oſtendunt. vt ingenij scumen,
celeritas & promptitudo, venæ in oculis sp paren-
E
tes, celeritas & sgilitss in motu, capilli criſpi an ve-
rò fuerit ſiccom, vel humidom, ex illis, quæ deſeri-
pts legimos, non eſt facile coniectari: mollities ſi-
qoidem cspillorum aliquam mihi bumiditatis ſu-
ſpicionem affert. nsm ea magis humiditati videtur
atteſtari, quàm criſpitodo ſiccitati. nunc quidem
omuino bumidum eſſe factum, non eſt cur dubite-
mos. nã cnpia illa humiditatis, qoæ à cspite, ni fal-
lor, deſtillat, hoc manifeſtè demõſtrat. & ſiqoidem
ipſe prius fuerit obnoxius deſtillationibus ſuspts
F
natura, apertiſsimè indicsret, natura excremento-
ſum, & ſubinde humidum fuiſſe, quod fortaſſe faci-
le etiam creditu eſt. Ventriculum autem in præſen
tia eſſe imbecillom frigidomq́;, & bumidum, ratio-
ni conſentsneum videtur. neq; enim potarem fieri
poſſe, vt tanta in cspite ſcateret pituitoſa materia,
quæ sd inferiores partes, precipuè verò ad pulmo-
nes, & thoracẽ defluit, oiſi à ventriculo non psrum
hsberet fomenti. num sutẽ talis etiam natura fue-
rit, proferre non eſt ita facile. cũ enim referatur ism
G
aliàs illũ in victos ratione non parũ sberraſſe, inde
etism vẽtriculi infirmitas ortum hsbere potuiſſet,
facile tamen eſſe potuit, vt natura qnidem imbecil-
lum & frigidũ hsbuerit ventriculum, ſed illi etiam
ex victus ratione oon bona aeceſſerit maior poſtea
intemperatora imbecillitasq́ne: vnde multis sb eo
genitis cruditatibus, illiſq; in vniuerſum corpus,

vt fieri ſolet, digeſtis, ac iode capita continenter repleto, copioſum fomautom cerebro ſuggeritur, vude deſtillatiouis copia augetur, quæ princeps origo eſt & ſcaturigo eorum omnium iucommodorum & malorum, quibus affligitur frequenter nobilis & magnificus vir: nam pituitoſa ea materia à capite ad inferiores partes, imprimis verò ad pulmones & thoracem deſtillaus, repletis viis ſpiritus, difficilem reddit reſpiratiouam. quæ & ſi aliquando io calidiori hoc loco excocta craſſeſcat, tenuis tamen deſtillat. & cùm uulla alieuius acrimoniæ, vel ſalſuginis, quæ in guſtu pereipiatur, fiat meotio, façilè erediderim, cã omnino eſſe pituitoſam & frigidam: vnde etiã facilè credere poſſumus, quòd etſi cerebrum ſuapte uatura fuerit calidum, eiuſtamẽ temperies in præſeutia mutata ſit ad frigidum & bumidum. Quibus in hunc modum conſideratis, cùm oou modicè corpus hoc à ſuo naturali, & ſatis bono ſtatu, tum ex progreſſu ætatis, tum verò ex progreſsis erroribus in ratione victus commiſsis receſſerit, non poſſumus alioquin credere, niſi quòd difficilis ſit futura iſtius affectus, vel potius horum affectuum curatio. pręſertim cùm ætas iu ſecundam ſenectutẽ vergat, iu qua, vt ſeoſit Hippocrates, deſtillationes ægrè admodum maturari poſſunt. huic accedit, quòd, ſi rectè perpendo, quæ ſcriptis tradita ſunt, videtur curpus hoc ab iſtis labefactatum incommodis longè magis conſenuiſſe, quàm ratio ſuę ætatis ſerat. non tamen dixerim, ao rem eſſe progreſſam, vt adhibita diligenti cura, non poſsit ſaltem ad meliorẽ ſtatum, ſi uon ad integram ſuam valetudinem, reduci. Statuto ergo hoc, quòd prima horum malorum initia ſiut cerebri & ventriculi intemparies cum materia pituitoſa, quæ deſtillans, & recepta iu membris ſpiritualibus, illis affert ſpirandi difficultatem: offeruntur nobis duo ſcopi, & princeps quidem nobis oſteodit corrigendam eam eſſe vitioſam contractam intemperaturã, atque ad moderatum calorem, & ſiccitatem accommodatis remediis eſſe reducendam. quia tamen illa à pręſente materia ſemper fouetur, uunquam id præſtari poterit, niſi detracta prius materia: quare ſtatim exſurgit & alter ſcopus, qui nobis damonſtrat, prius detrahendam materiam, quæ præſens eſt, per opportuuam vacuationem. at verò cùm duplex ſit ea materia, altera, quæ conunenter in cerebro congeritur, & ſubinde deſtillat ad partes iuferiores: altera quæ iam defluxit, & accepta in thoracem, difficilem reddit reſpirationẽ: oportet vt medicus vtriq; vacuandæ iocumbat: imò ſi etiam res hæc rectè æſtimanda eſt, cùm materia deſtillans ſit tenuis & conſiſtentia aquoſa, vt frequens iſtiuſmodi humoris ſputum oſtẽdit, & idcirco cruca admodum ſit (is enim conſiſtentię modus eruditatis indicium eſt) oporteret etiam, vt ante vacuationẽ aligua præcederet concoctio. Sed cùm iuueterata ſit affectio, & io inueteratis morbis curandis maiorem vim habeat diligens & accurata victus ratio, quàm multus medicamentorum vſus, ideo illum hortarer, illiq; imprimis conſulerem, vt plurimus eſſet iu ſeruãda exquiſita victus ratione, tum quatenus ad cibum & potum pertinet, tum etiam ad alias res à medicis non naturales appellatas. Ergo parcus ſit in potu, vinis vtatur maturis quidem, nõ tamẽ poteutibus, vtpote quæ plurimùm caput repleant: oou acerbis item, neque auſteris propter

A ſpiraudi difficultatem: ſed potius ſubdulcibus, albis quàm nigris, aut ſaltem modici coloris, ſubſtãtia verò potius tenuibus, quàm craſsis. quòd ſi talia ibi nõ ita facile haberi poſſent, quæ leuia eſſent, ſaltem quæ potentia ſunt, probè ſint diluta: diluantur autem aqua, io qua ſit decoctum aliquid radicis dulcis, aut modicum ſachari candidi violacei, ab humidioribus oleribus & fructibus, aut omnino abſtinãdum, aut parciſsimè illis vtendum. nam

B cibi, qui modicè exſiccant vtiliores erunt: vnde in cibis vel ferculis panis ex iure coctus, vel maceratus non improbaretur, far etiam, & panicum, præcipuè id quod ex milio confracto efficitur. & ſi fercula frigidioribus temporibus condirentur modico cinuamomo vel pipere craſsius contuſo, neque id improbandom putarem: carnes veruecom vel caſtratorum, item & agnorum ineptæ huic negotio, ob multam humiditatem: neque laudarem aquaticas aues, vt anates, anſeres, & id genus alias.

C Silueſtres verò ſummopere probareotur, vt perdices, faſiani, attagenes, coturni, turdi, aniculæ nemorales. neque tameu & iuuenes gallinas, & capos fugiendos cẽſerem, & hos etiã toſtos magis, quàm elixos, dum modò citra lardum torreantur. inter quadrupedes, lactentes vitulos & hædos non eſſe fugiendos exiſtimarem: ſed & lepores iuuenes aliquando concederem, & cuniculos. Vt autem in his exponendis ita particulatim uon ſimus nimis multi, cùm iu ea ciuitate uou deſint optimi, & peritiſsi-

D mi medici, qui hęc præſcribere facillimè poterunt, hic quatenus ad cibum & potum pertineret, conſiſtere volumus, ac reliquis ad rectam & accommodatam victus rationem ſummatim tautùm deſcriptis, ad alia medica ioſtrumenta oos transferemus. Modeſtam corporis exſiccationem laudam⁹: præſertim verò per ambulationem, quamuis neq; eam, quę in equitatione conſiſtit, eſſe damnandam putem, dummodò opportunis tẽpore & loco corpus exerceatur. uam poſt eibum, & dum ille in ven-

E triculo cõficitur, iniqua eſt omuis exercitatio, tam corporis, quàm animi, vtpote quæ impediat veutriculi coucoctionem, & caput repleat, excepta tamen facili aliqua iuambulatioue poſt eibum, quæ poteſt auertere aſcenſum vaporum ad caput, neq; concoctioni officere. triſtes animi perturbationes, quoad fieri poteſt, ſunt fugiendæ. ſomnus moderatus vtilis eſt, dummodo non ſtaim à cibo illi indulgeat. interpoueuda igitur vna ſaltem vel etiam altera hora inter eibum & ſomnum, alioqnin faci-

F lè caput impletur. Aer bonus eligendus, ſiccus taman & modeſtè tenuis, non craſſus, nou humidus, nõ caliginoſus: à veuere etiam temperandum. Sed iam ad rationem eurationis per alia medica inſtrumenta trauſeamus. Et quatenus ad vacuationem attinet, de ſanguine mittendo ne verbum quidem faciam: niſi vt interdum hæmorrhoidas haberet fluere ſolitas, & ſi de more nõ fluerent, illis per hirudines apertis, detraheretur aliqnid ſanguinis, moderata tameu copia: alioquin, neque de illo eſ-

G ſet cogitãdum. Alias autem vacuationes, quas per iuferiorem aluum moliri ſolemus, nou modò non damnarem, verùm ſummopere laudarem, modò illæ à prudenti medieo fierent, qui præter alia, naturæ iſtius corporis viriumque eius & couſuetudinis, facilitatiſque iu ſoluendo peritus eſſet. iu primis verò clyſteres iniicerem quidem acriores, qui

io affe-

io affectibus capitis, & præſertim in deſtillationibus dioturuis & malignis maximam vim habere ab antiquis medicis, & in primis à Galen. crediti ſunt. Deinceps medicameutis per os exhibendis ageré. ſed cùm deſtillationes, quæ inueteraſcont & pertinaces fiunt, ſoperari mioimè poſsint, niſi per valentiores purgationes: mihi videtur, uihil iu hac curatione poſſa eſſe vtilius, quàm ſit frequeus vſus agarici, qualiſeumque ſit ille: quòd ſi facilè maiora ferret medicamenta, cochiæ pillulæ mihi viderentur eliis præfereodæ, vel ſolæ, vel iuterniſtis aureis. ſed ſi ooo facilè adeo valentia medicameota ferret, cochiæ, cum illia quæ ſunt ex hiera, addito agarico mihi maximè probarentur. præterea hiera illa Pachij, deſcripta à Scribonio Largo & diacolocynthidos appellata, mihi viderentur in boc oegotio nulli alteri ſecundum medicameutum: quæ iu præſeutia Venetiis eſt in multò vſu, & qoantum ad me pertiuet, exiſtimarem, ſi quod medicameotum iſtiua catarrbi pertiuaciam viucere poſsit, hoc imprimis eſt. quamois autem ſit viroſom, & plurimùm pharmacoſom: adeò tameu non lædit ventriculum, vt potios illum coofirmet. de doſi eiua & modo vtendi non eſt iu præſentia à nobis determioandum, ſad bæc omuia præſenti medico couſtituenda relinquam, cui magis quàm nobia ſiot perſpecta oatura, & vires oobilis iſtius viri. Cæterùm nou putarem in ſolis purgantibus voioerſum iſtius morbi uegotium eſſe ſitum. nam primum quidem cùm vniuerſa hæc affectio fooeatur à deſtillatione, quæ coutioenter cougeritur in capite, illà quidam porgationibus tolli poteſt: oportet tamen vt & caput roboretur, cauſæque remoueantur, à quibos ea copioſa gignitur materia, quæ ſuot præcipua qoidem, vt diximoa, frigida & homida intemperatura cerebri, altera verò ventriculi itidem ex frigida & humida iutemperia imbecillitas: ideo interim, dum occaſio vacuaodi expectanda eſt, cùm corpos hoc uon ſit niſi ax ioteruallis, & ſæpe loogiorihus, iuaniēdum, opportunum eſſet aliquibus vti medicamētia, qoæ tum ventriculum, tum caput firmare poſſent, correcta nimirum illorum intemperatura. Et ad hoc officium vterer hia ſyrupis, vel ſimilibus, qui ſoperuacuam iu his partibua homiditatem exſiccarent, & modeſtè calefacerent: in quibus ponerem ſyrupom ex ſucco betonicæ ſimplicem, & ſimplicem ex ſtœchade, quibus adderem & roſaceum recentem, & illum ex cichorea ſimplicem, his pręſertim calidioribus temporibus: refrigeſcente deinde aeris conſtitutione, verſus hyemem compoſitis quoque vterēr. Hos verò ſyrupos aliquo decocto diloerem, quod eſſet confectum ex ſimilibus, vt ex betonica, ſaluia, boragine, endiuia. Quia tamen morbus iuueteratus eſt, & factua difficilis, qui non poterit niſi longiori tempore finiri: io lougis autē curationibus oeceſſum eſt medicamenta motare, ne iis aſſueſcat uatura longiori vſu minosque afficiat: ideo putarem, quòd rectè fieret, ſi acciperetur conſeruæ betonicæ, conſeruæ florum roris marini, ſachari roſacei, & boraginacei, ſingulorum ℥.s. illiſque adderentur poluеres aromatici roſacei, poloeres item pliris arcoticó, ſingulorum ʒ.s. omnia autèm ex ſyrupo de corticibus citri, & ſyrupo roſaceo aſſumta compooantur in formam electuarij, cuiua manè tempeſtiuè ℥.s. accipiat, & tantundem veſperi, cùm ſe ſomno tra-

A diturus eſt. Si præterea & externis remediis exſiccautibus, & roborantibus naturam harum particularum vteremor, res faciliùs & citiùs abſoluere-tur, vt ſunt lotiones, quibus lauaretur & perfunderetor capot, aqois ex ſublimi cadantibos: ſicot ſi pararetur lixiuiū ex iuniperi cineribua & in eo ita coquerentur folia roſarum aridarum, florea chamemeli, folia betonicæ, maioranæ, raſuræ cupreſsi, vel eius fructus, folia item ſalicis, flores ſtœchadis: quod
B ſi etiam fruſta aliqua agarici adderētur, vel ſi dum lauatur, fruſto agarici pro ſapooe capot fricaretur, nou vulgarem vtilitatem præſtaret. Vtile autem præterea eſſet, ſi capot ſupra coronalem ſuturam detonſis aut abraſis capillis, puluere aſpergeretor, iooucto priua loco oleo nardino, aut alio ſimili, dūmodò quando poſtea ſecundus puluis ioſpergitur, prior detergatur. puluis autem Auenzoar mihi probaretur, vel alius ſimilis. Sed ventrieuli quoque ſoa habēda ratio, vt òleis accommodatis, quæ om-
C nibua iu promtu ſuut ſoueatur, aut cerato quopiā, qualia multa ſont, quæ paſsim in vſu ſunt. Poſtremò, quia in inueteratia hia capitis & ventricoli affectibua, ſæpe commooia hæc remedia ooo ſatis ſunt, & oeceſſe eſt tandem ad alia valentiora, quaſi ad ſacram aocoram couſugere, crederem, qoòd ſi aqoas thermarum biberet, vtiliter id ſaceret, quales ſuot Aquarianæ, quæ luter Mutinā, & Regium ſcaturiunt, qoæ faciliores ſunt, aot Bononienſes Porettaoæ, quæ ni fallor, fortiores ſout. ſed mihi
D probaretur, vt aliquæ, quæ vim exſiccandi haberent, ex alto in caput dedocereotur, vt ſout ooſtræ Patauinæ, vel quæ Corſenæ, vel Viterbi habentur. Qood ſi oeque his cederet is morbos, tandem ſi vel io brachiis, vel cruribus ioſrà genu fiereut cauteria, crederem hoc fore afficaciſsimū remediom, non quidem ſtatim, ſed ſpacio aliquo temporis.

CONSILIVM XLIII.

E *Catarrhus, cum raucedine, tuſſi, mala coctione: hypochondriacus affectus.*

REuerendus Sacerdos, duobus affectibos non parum moleſtis exercetur, quorum alter eum à ſoo officio deturbat, alier, quaodo illom aggreditur, miſerè aoimom, lougè magis qoàm corpus cruciat. ab bis ergo liberari cupit. Et quia initiom curationis cuiuſcunqoe affectua, ſi ratione & methodo curandus ſit, à uatura ipſiua petendum eſt, ideò primùm videtur horum affectuom natura eſſe explicanda. Primùm ergo deſtillationi
F obuoxius eſt, quæ ad ſauces, & fortè etiam aliqua ex parte io aſperam arteriam decombena, loca illa perfuodeoa nimio humore, & ſubindè exaſperans, adeò raucum illum reddit, vt vix loqoi, nullo autem ferè pacto audiri poſsit. deſtillatio verò bæc pletumqoē inſipida eſt, intardom tamen ſubſalſa, ſed raròqoæ partim à cerebro ortum, partim à vētriculo, & ab vnioerſo corpore foinentum habet. hoc verò facilè cognitu eſt, ſi tam cerebri, quàm vnioerſi corporis naturalam temperaturam perpen-
G damua, tum & aſcititiam, quam ratio victus nō admodum proba iuuexit. Voiuerſi itaque iſtius corporis temperies calida eſt, & humida: humiditatem oſtendit plenior corporis habitus, qui in hac ætate plenior adhuc ſeruatur, multa carne, cum aliqua pinguedine, abundaus: calorem verò, floridua & rubicundus color, promtitudò & celeritas tum in-

genij, tum etiam omnium motionum corporis. & cum hac vniuerſi corporis tẽperatura conſentiunt præcipua viſcera, nempe iecur, cor, & cerebrum. multa namq; ſanguinis copia, q̃ in hoc corpore gignitur, locuples teſtis eſt, iecur ſuapte natura calidum eſſe, & humidum. Sed cordis caliditatem oſtendit amplus & elatus thorax, præterea aliquantiſper hirſutus, pulſusq́ue celeriores & frequentiores. mores verò lenes & placidi, non feroces, atteſtantur cordis calorem adiunctam habere humidi- B tatẽ. Præterea caput, quod quaſi ſuapte natura excrementoſum fuit, & tumidiores oculi, lucentesq́; & admodum mobiles, in quib⁹ venæ maximè ſunt conſpicuæ, demõſtrant cerebrum item calidum & humidum eſſe. Quibus & hoc accedit, quòd cerebrum ratione ſui ſitus facilè exhalationes ab vniuerſo corpore ſuſcipit, maximè verò à ventriculo, ſi ille crudior ſit & imbecillior, vt & caput quoque, ſi natura calidum ſit, facilius repletur vitioſis excrementoſisq́; ſuccis, dum exhalationes craſſeſcen- C tes in cerebro, redeunt ad priorem humorum conſiſtentiam, illoq́; ab eorum præſertim copia aggrauato, excitatur expultrix facultas: vnde humores illi quaſi deſtillantes, deorſumq́; delati, aut in faucibus conſiſtentes, atque perfundentes aſperam arteriam, locis illis exaſperatis, in cauſa raucedinis ſunt, aut ad pulmonem delati, tuſsim & ſpirãdi difficultatem concitant. Sed ſi petant ventriculum, illum refrigeratũ & nimio humore perfuſum laxiorem & imbecilliorẽ reddunt, quò fit deinde, vt ęgrè D concoquat, graueturq́;, & à nimio flatu turbetur. & hæc quatenus ad priorem affectum: reliquũ eſt, vt & ea quæ ad alterũ attinẽt, explicemus: qui procul omni dubio melancholia eſt hypochondriaca. Nã q᷑ melancholicus ſit is affectus, oſtendit vehemẽs ille citra vllam manifeſtam & rationabilem cauſam mœror, quo cruciatur, quiq́; non modò nullam admittere conſolationem poteſt: verùm magis exacerbatur, cùm ſolari illum ſtudent amici, vt ad deſperationem ferè duci videatur. Verùm, quod affectus is E nequaquam ſit primarius ipſius cerebri, etſi multis poſsit argumentis probari: hoc tamen in præſentia erit nobis ſatis, quòd neq; continens eſt, neq; perpetuus, ſed per internalla apprehẽdit. Cùm autem, ſi Galeno credimus, duplex poſsit eſſe is cõſenſus, nempe aut cum vniuerſo corpore, aut cum venis præcordiorum, vel meſenterij, nimirum per ventriculum: nulla potui obſeruare, perpẽſis illis omnibus, quæ nobis relata ſunt, ſigna indicantia conſanſum eſſe cum corpore vniuerſo, omnia verò, il- F lum qui cum vẽtriculo ſolet eſſe, & cum venis meſaraicis. circa illas ergo partes fomes eſt iſtius melancholicæ affectionis, & caput exhalationibus inde elatis, turbatur & læditur. cauſa verò, cur facilè Reuerẽdus vir ab hoc incõmodo fuerit correptus, fuit immodicũ imprimis ſtudium, & illud ſine vllius temporis delectu. nam perinde à cibo, vt ante cibum libris incubuit, quod maximè natiuum calorem ab inſtrumentis concoctionis, præcipuè verò à vẽtriculo poteſt auertere, & eſſe occaſioni, cur G multi gignantur crudi humores, qui deinde ſuſi vi caloris, dum is concionatur, incaleſcit, & ſudat, digeruntur in venas, maximè meſaraicas, atque ſubinde illis obſtructis, accẽditur in eis calor quidam extraneus, qui ſanguinem aſſatum, in humorem melancholicum conuertit, cuius ichores aliqui in

A ventriculum effuſi, amandãtis vaporibus ad cerebrum, illud vitiata imaginatione, malè afficiunt. Hi ergo ſunt affectus, quib. obnoxius eſt Reuerendus vir, & hæ eorum cauſæ: Quibus ſi occurrendum ſit, in primis conſiderandum eſt, quòd hæc omnis à vitioſis humoribus pendẽt, quos primum vacuare oportet, ſi rectè proceſſura ſit curatio: ac mox, ſi ſit aliqua derelicta intemperatura, illa erit corrigẽda: poſtremũ autem caput, ventriculus, & reliqua B viſcerá roboranda: vt tamen dum vacuationi incumbimus, etiam tollamus obſtructiones, tam quę in venis meſaraicis ſunt, quàm in liene, & cæteris viſceribus: quia aliqua in liene obſtructio, quæ ex tenſione hypochondrij ſiniſtri percipi poteſt, non parum poteſt melãcholicum affectum fouere. Sed particulatim res hæc tractanda eſt. & quia ante humorum euacuationem, ſeruandum eſt Hippocratis decretum, & conſilium: nempe quòd concocta excrementa purganda, non cruda, præterea verò C corpora fluida faciẽda ſunt: ideo id pręſtandũ, pręmiſſa aliqua alui lenitione, per leniẽtia & facilia medicamenta, vt cómunes materiæ congeſtę circa cõmunes vias detrahantur, faciliorq́; pateat tranſitus ad interiores & abſtruſiores ſuccos. mihi autẽ videtur ſatis accommodatum medicamentum, ſi accipias caſsiæ fiſtulæ ℥.x additis ʒ.ij. pulnerum hieræ ſimplicis. deinde eſſent offerendi ſyrupi apti ad aperiendas obſtructiones, atq; ad attenuandos, ſecandosq́; craſſos & lentos humores, præſertim pi- D tuitoſos, non neglectis tamẽ & melancholicis, quique caput reſpicarent, ventriculumq́ue, & lienem: vnde vterer ſyrupo confecto ex ſucco betonicæ ſimplici, cui tum oxymel, tum mel roſaceum adderem: illum verò diluerem decocto acrimonij, cichoriique, & ſcolopendriæ, & boraginis. illis autem repetitis vterer, donec videretur purgandus humor ſatis coctus, & viæ ita apertæ, vt iudicarem corpus iam factum modeſtè fluidum. Interim tamen, quia corpus hoc multo abundat ſanguine, E & illo ſatis craſſo, & melancholico, præſertim verò in venis meſenterij, & illis, quæ ad lienem pertinent, eam ob rem quàm maximè vtile fora cenſerem, ſi ſanguis mitteretur: neque tamen ex ſuperioribus venis, cum non ſemel, vt nobis relatum eſt, hoc anno inde fuerit miſſus, ſed ex mariſcis, vel hæmorrhoidibus. & quamuis nouerim id genus remedij à Germanis non facilè admitti: tamen cùm nullum mihi videatur in hoc negotio efficacius, & præſtantius remedium hoc excogita- F ri poſſe, vellem vt Reuerendus vir id æquo animo ferret, & in hac re ſeipſum vinceret. hoc enim genus remedij præter id, quòd affectibus melancholicis quàm maximè ſalutare eſt, capiti etiam admodum vtile eſt: & eò magis, cùm ſuperioribus annis illæ ſint ſolitæ ſpontè fluere. Deinde poſt paratam materiam ad euacuationem, illa erit medicamentis detrahenda. medicamentum autem maximè accommudatum erit, ſi fiat decoctum hoc modo: ſumantur foliorum ſenæ ℥.iij. illis addantur G liquiritiæ raſæ vel radicis dulcis, paſſularumq́ue mundatarum, ſingulorum ℥.ij. florum boraginis, violarum, fumariæque ℥.ſ. in quo decocto rectè colato & expreſſo, demergantur, rhabarbari ʒ.i. ſquinanthi vel ſpicæ parum, vini albi aromatici ℥.s. agarici electi ℈. iiij. zingiberis ℈ s. his per noctem maceratis, facta diligenti expreſsione, diluantur

co li-

eo liquore ſyrupi roſacei ſolutiui ℥. iij. confectio- A
nis hamech ℥.1.ſ. vel ij. Quod ſi his non cederent
morbi, mihi probaretur, vt hoc quaſi eclegmate v-
teretur. accipe conſeruæ betonicæ, conſeruæ flo-
rum roris marini, ſachari roſacei, & boraginacci,
ſingulorum tantundem, & omnia, addito ſyrupo
ex betonica, vel ex corticibus mali citri, commiſce:
huius confectionis poſt cœnam, cùm ſe ſomno tra-
diturus eſt, aſſumat, & item tantundem manè tem-
peſtiuè, cùm à ſomno excitatur. ſed ſi adhuc vide- B
retur corpus hoc excrementis ſcatere, ſi interdum
vteretur pillulis, addito nigro veratro, vſus earum
non parum conferret: vel etiam hieræ Pachij. quod
ſi verò tempora obſtarent vſui horum valentium
medicamentorum, quia frigora vrgerent, pararem
ego aliqua faciliora medicamenta. acciperem ſenæ
℥.ſ. corticum veratri nigri ℈.iiij. paſſularum, radi-
cis dulcis, ſingulorum ʒ.ij. ſeminum aniſorum, fæ-
niculi, ſingulorum ʒ.ſ. facto ex his decocto, & pau-
lò pòſt expreſſo, inderem puluerum hieræ ſimpli- C
cis ℥.1. ac tandiu immergerem, donec vniuerſum
eum humorem abſorberent pulueres, poſtea ad-
dito tanto agarici, quantum additur pillulis ex
hiera cum agarico. quæ omnia ex melle roſaceo aſ-
ſumta feruenter, vt ex his catapotia formentur,
quæ ℈.1. pendeant, quorum interdum vnum
deuoret, interdum & alterum, pro ratione qua
aluus fuerit facilior & magis obediens medica-
mentis. Quia verò non minoris momenti cæte-
ris videtur eſſe ratio victus: ideò de illa quoque non- D
nulla verba faciemus, & primum quidem in vni-
uerſum, mox verò & particulatim. oportet ergo Re
uerendum virum eſſe quàm maximè ſobrium, &
temperantem tam in cibo, quàm in potu, modera-
tum in ſomno. nam ſomnus immodicus, vinumq́;
& ceruiſia caput replent. replet etiam copioſus ci-
bus. exercitatio quàm maximè vtilis eſt, præſertim
ſi opportuno tempore fiat: opportunum verò tem
pus eſt, ante cibum, poſt aūt nequaquam. ſtudium
ſi non intermittendum, ſaltem remittendum eſt: E
poſt cibum verò omnino dimittendum. nihil enim
nocentius, quàm pleno ventriculo corpus, vel ani-
mum exercere: particulatim verò, à vinis potentio
ribus, quæ caput petunt, & à ſimili ceruiſia illi ca-
uendum: item à cibis qui ſunt craſſi alimenti, pitui
toſi, aut melancholici, vt legumina, braſicę, & quod
kraut germani vocant: à multo caſeo, & lacticiniis
omnibus. item à multo piſcium eſu, à multis oleri-
bus. ſalita in prima menſa non erunt noxia, ſi illis
parcè vtatur. detergunt enim de ventriculo craſſos, F
& lentos ſuccos ibi cōgeſtos, quamuis ſuccum me-
lancholicum gignant: carnes item veterum anima-
lium vitandæ: cibi item ex paſta, vt lagana & id ge-
nus alia. caueat etiam ab aere caliginoſo, craſſo, &
humido. Hæc ſummatim percurrimus. Vnum no-
bis reliquum videtur, cuius determinationem re-
quirit Reuerendus Sacerdos, videlicet, num aquæ
thermarum præſertim noſtrarum Patauinarū poſ-
ſint eſſe ſalubres: & ni fallor, de quibus dico quòd
poſſint eſſe quàm maximè ſalubres, modò tempus G
huic rei opportunum non pertranſiiſſet. adueniente
te igitur vere, quando adhuc aliquæ iſtorum malo
rum reliquiæ eſſent moleſtæ, poſſet ſe Pata-
uium transferre, & bibere has aquas,
atque ſtillatim in caput de-
ducere.

CONSILIVM XLIIII.

*Catarrhus pituitoſus cum reſpiratione dif-
ficili, vertigine: hypochondriaci af-
fectus initia.*

RES, de qua nobilis vir conſuluit, etſi neque co-
gnitu, neque curatu ſit admodum facilis: non
tamen tanta eſt in illa difficultas, quin poſsit,
neque forſitan multo negotio, modò diligentia ad-
bibeatur, & cognoſci & curari. Cùm autem & tem-
pus, & conſtitutio præſens non ſit admodum op-
portuna exquiſitæ curationi, & vſui medicinarum,
quæ eſſent congruentes, ſuperuacaneum mihi vi-
deretur in præſentia velle particulatim omnia diſ-
quirere, & deſcribere, quæ ad hanc rem poſſent at-
tinere. Incipiamus ergo ab hoc capite, quòd nobi-
lis vir tēperaturæ quidem naturalis, calidæ in pri-
mis eſt. nam & calor, & habit⁹ corporis, actionesq́;
& motiones hoc manifeſtè videntur oſtendere: in
humiditate verò, & ſiccitate non videtur mihi inſi-
gnis aliquis eſſe exceſſus: ſi tamē aliquis eſt, ille po-
tius in ſiccitatem, leuem tamen, quàm in humidita
tem eſt. Quatenus verò ad viſcera pertinet, calidi
eſſe hepatis omnino arbitrarer, propenſi autem in
aliquātulam ſiccitatem: cordis fortaſſe & ipſius ca-
lidi, ventriculi verò frigidioris, ſiue ſuapte natura,
ſiue potius ex erroribus in ratione victus commiſ-
ſis: ſed & humidioris: capitis autem calidi, & humi
di. nam præter id, quòd ſatis magnum caput eſt, &
bene colorata facies, ingenium eſt promtum: quæ
tum caliditatem, tum humorē referunt: eſt etiam
plurimum excrementoſum: quod in primis humi-
ditatem cerebri ſequitur, mox verò & caliditatem.
humidior enim temperatura ſemper excrementis
ſolet ſcatere, & id ſuapte natura, calidior itidē, quā-
uis id non tam quòd excrementa copioſa gignat,
quàm quod ab aliis partibus ſuppoſitis attrahat,
atq; adeò ab vniuerſo corpore, ſed præcipuè à ven-
triculo, quando ille frigidior, & imbecillior eſt. Cæ-
terùm affectus, quib⁹ eſt obnoxius, ni fallor, in tria
capita poſſunt referri: nempe in deſtillationem à
capite, quæ pendet à pituita plerumq; inſipida, ali-
quando tamen non nihil ſalſa: hanc ſequitur quæ-
dam in reſpirando difficultas, in qua pectus aſtrin
gi, & quaſi comprimi videtur, eò præcipuè tēpore,
quo aut cōcitatiori motu, aut per loca accliuia in-
cedit, aut clariori, & citatiori ſermone loqui nititur.
ſequitur etiam copioſum, & frequens ſputum, te-
nuis tamen humoris: præterea & in vertiginem pro
penſus eſt: quę licet citò tranſeat, & diſcutiatur, in-
terdum tamen niſi alteri rei quaſi incūbens hære-
ret, ſubiret periculum ne caderet. tertiò in affectū
hypochondriacū, non quidē, mea ſententia, adhuc
factū, ſed ſaltē incipientem. Nam in ventre inferio-
ri ſæpe flatus percipit, interdū etiam triſtitia, & mœ-
ſtus citra vllam inſignem occaſionem euadit. Ho-
rum verò morborum cauſas inueſtigare, ſi eorum,
quæ nuper expoſita fuère, memores ſimus, non e-
rit admodum difficile. Fortaſſe enim omniū horū
malorū in cauſa fuit deſtillatio materiæ illius pitui
toſæ, ſuapte quidem natura frigidæ, quamois ratio
ne calidioris iecoris, interdū & aliquid ſeroſæ, & ſal
ſæ humiditatis intermiſceatur: vnde ſalſum ſputū
redditur, & alicuius caloris particeps. eiuſmodi ve-
rò deſtillatio, primū à cerebro calidiori ortū habat:
mox verò à ventriculo frigidiori fouetur: quamuis

nihilo etiam minus á cerebro, ventriculus per hác
deſtillationem lædatur, quæ in ventriculum deſcé-
dens eius frigidam intemperiem fouet, & auget: vt
iam ſit factus circulus ille, cuius tam Gal. quàm A-
uicēna meminere, inter cerebrum & ventriculum.
porrò quamuis ea ſpirandi difficultas cũ quadam
veluti compreſsione pectoris ſit, non poſſum tamē
adduci, vt credā id euenire, quia deſtillatio ad pul-
mones deferatur, quòd id citra tuſsim non eueni-
ret: quia etſi aliquando poſsit tenuis aliqua deſtil-
latio in pectus, & pulmones delata difficultatem
ſpirandi, non excitata tuſsi, afferre inter initia, cùm
tamen in longum res protrahitur, matureſcente, &
cócocta aliquantulum ea materia, & aptiori ad ex-
creationem reddita, non poteſt nó concitari tuſsis.
& proinde nullam ego phthiſis ſuſpicionem hacte-
nus habeo, quicquid ipſius fororibus euenerit. ſed
non tamen propterea puto, quòd ſit vſquequaque
tutus, quin aliquádo tranſlata fluxione illius deſtil
lationis ad pulmones, ab aliqua externa, vel inter-
na occaſione, poſsit in eũ morbum incidere. Quod
ſi quęratur, vnde ſit ea ſpiritus difficultas, dicerem,
illam habere quidem vniuerſam occaſionem á de-
ſtillatione, ſed alia ratione, quàm ob pulmones. pu-
to enim quòd aliqua eius pars tenuior feratur, aut
per neruos, aut etiam per venas ad muſculos tho-
racis, à quibus pectus dilatatur, cùm eſt opus ma-
iori reſpiratione, atq; inde illos malè affici, vt in di-
latatione thoracis magis laborent. Vertiginem ve-
rò per conſenſum capitis cum ventriculo fieri exi-
ſtimo. cùm enim crudior ſit vētriculus, & in eo cru
da congeratur pituita, tum á capite deſtillans, tum
verò in eo ex imminuta concoctione genita, cùm
inanis eſt ventriculus, euaporans ad caput vertigi-
nē concitat: cùm verò cibus in ventriculo eſt, quaſi
ab eo tecta, & oppreſſa non poteſt euaporare: vn-
de euenit poſtea, vt magis affligatur ante cibum, &
aliquot horis ab aſſumto cibo, quieſcat aũt aliquá-
diu poſtquàm comederit. Credo pręterea aliquam
eſſe ſubortam oppilationem in venis meſaraicis, &
in liene, quæ in cauſa ſit, cur ab humore melancho
lico malè habeat, triſtisq;, & mœſtus efficiatur. His
ergo in hunc modum conſtitutis, ratio curandi hos
morbos, & occurrendi iſtis affectib. mihi in his ma-
ximè cóſiſtere videtur: primùm, vt recta victus ra-
tio ſeruetur, nempe vt ab illis omnibus caueat, quę
nimis humida ſunt, & caput replent, vt ſunt fruct⁹
humidiores, iura multa, caſeus, lac, & ea, quæ ex ca-
ſeo, vel lacte parátur: & piſcium frequens vſus, legu
mina, carnes porcinę, veruecis, vel caſtrati, vaccinę,
agni: olerum quoq; multus & frequens vſus: potus
copioſus præſertim vinorum potentium: ſomnus
poſt prandium, omnis exercitatio tá corporis, quá
animi, vt negotiationes, ſtudium, ſcriptura, & id ge
nus alia poſt cibum: nimia concalefactio capitis ad
ſolem, vel ignem, vel ex grauioribus indumētis ca-
pitis: item & refrigeratio ab aere frigidiori, á vento,
á radiis lunæ, & ſimilibus. Deinde verò, quæ indies
generatur excrementoſa materia, quæ illi continé-
ter negotium faceſsit: ideo ſi interdum aliquibus
vteretur, quæ eam ſubtraherent, hoc illi quam ma-
ximè conduceret. mihi autem vſus harum pillula-
rum maximè probaretur: Recipe pillularum ma-
ſtichinarum ℈.ij. cochiarum ℈.i. miſce, & fiant pil-
lulæ quatuor, quas vellem vt acciperet tres horas
poſt primum ſomnum noctu, ac deinceps etiam v-

A teretur bis, vel ter in menſe, & aliquando ſępius: in-
termediis verò temporibus mihi probaretur, vt ac-
ciperet confectionem aliquam, qua ventriculus, &
caput poſſent roborari, pondere ℥.s. & manè quan
do à ſomno excitaretur, & veſpera poſt cœnam,
quando eſſet ſe traditurus ſomno. ac mihi quidem
vel hæc, vel aliqua huic ſimilis placeret: Recipe ſa-
chari, conſeruæ betonicæ, conſeruæ florum roris
marini ana ℥.i. miſce cum ſyrupo de corticibus ci-
B tri, fiat confectio, & inauretur. Eſſet autem bis faci-
lioribus remediis pertranſeundum hoc hyemale,
& frigidum tempus. Vere ſummopere laudarem,
vt exquiſitè corpus purgaretur aptis medicamen-
tis & ante purgationem ſyrupis accommodatis fie-
ret apparatus ad facilem, & accommodatam pur-
gationem. poſt quam ſi Patauium ſe contulerit bi-
biturus aquas thermarum Aponēſium, atque ſub-
inde ſi ſtillicidio caput ſuppoſuerit, id mea quidem
ſententia illi maximæ erit vtilitati.
C

CONSILIVM XLV.

Catarrhus copioſus ad fauces: obſtructio viſcerum.

SCopus nobis in affectu viri huius nobiliſsimi
ſpectandus, non vnus ſimplexque eſſe mihi vi-
detur, ſed multiplex, & compoſitus. nam & cu-
ratione, & præſeruatione illum egere putauerim,
cùm & à præſentibus quibuſdam affectibus ten-
D tetur, atq; timendum ſit, ne ab aliis in futurum cor
ripiatur, in quo ſe eſſe pronum veretur. At verò cũ
non facile cognitu ſit, an arte medica id præſtare
poſsimus, quod á nobis ille requirit, neceſſe nobis
vtiq; eſt ea exponere, & perpendere, quæ in præ-
ſentia ipſi moleſtiam afferunt, & quæ futura timet.
Quatenus ergo potui ex eius ſermone præſens per
cipere, & ex his, quæ literis commiſſa mihi tradita
fuere, hæc ſunt quæ in aliquam conſiderationem
deducenda videntur. Primùm quidem & præci-
E puum deſtillatio vel catarrhus copioſus, qui ad fau
ces defluēs copioſiſsimum ſputum excitat, & præ-
ſertim horis matutinis cùm excitatur á ſomno, & è
lecto ſurgit. ſputum verò inſipidum eſt, omnis ſa-
poris, vel acris qualitatis expers: niſi quòd aliquan
do, nec id ſæpè, fauces aliquantulum abradit, vel
excoriat. Deinde verò, & id aliqua videtur conſi-
deratione dignum, quòd præcordia tractata refer-
re videntur aliquam tenſionem, maiorem tamen
dextrum quàm ſiniſtrum. ſed & vrina flaua ad mo-
F dum viſa eſt, & pellucens: quibus argumentis
adductus ſum, vt credam, corpus hoc non carere
obſtructionibus in viſceribus: præcipuè verò in
iecore, atque ea fortaſſe de cauſa, præter natura-
lem iecoris calidam intemperiem á primo ortu
contractam, præterea, & ſiccam, aſcititiam etiam
& præter illius naturam aliam acceſsiſſe, & ex vtra-
que inſignem fieri aſſationem. lucidior enim vri-
na illius atteſtatur, plurimam in hoc corpore bi-
lem generari. præter hæc autem timet, ne ex ea de-
G ſtillatione, ſi illa interdum ad pectus, & pulmo-
nem deferatur, aliqua in futurum labes mala par-
ticulis afferatur: Sed & id conſiderandum ipſa
proponit, quòd interdum ab hinc aliquot annos,
quamuis diligentiſsimè victus rationem ſeruaue-
rit: nulla tamen huic rei præſtita occaſione, arripia-
tur ab aliquibus febris acceſsionib. interdum etiã,
cum

cùm alioquin ſoleat probè appetere cibum, quamuis ægrè deinde & tardè illum concoquat, guſtus & appetitus deiicitur, quo tempore & plus exſpuit, ſoletq; leuis aliqua præcedere capitis grauitas. Horum omnium prius ratio ineunda eſt, deinde proferendum eſt, quid de his ſentiam, tam quatenus ad præſagium, quàm etiã ad curandi, & cuſtodiendi ab imminentibus malis rationem pertinet: At verò cùm hæc, & à naturali membrorum iſtius corporis intemperie ortum habere indicauerim, & à multis erroribus in ratione victus annis ſuperioribus commiſsis: de his etiam ſermo inſtituendus erit. primùm verò de naturali eius temperatura. Totius ergo iſtius corporis temperatura calida & ſicca eſt, & ita inſigniter, vt & exuſtionis particeps ſit: hoc enim & obſcurior totius cutis, & pilorum color indicat, & corporis agilitas, & robur etiam, & celeritas motus, & omniũ actionum: præterea verò habitus gracilis, & excarnis, (potius enim muſculoſum eſt, quàm carnoſum corpus, & excarne, & emaciatum.) conſentiunt autẽ cum hac totius temperatura duo illa præcipua viſcera: iecur nimirum, & cor. Nam cùm audax ſit, & iracundus, & iniuriarum tenax, & vltor, & pro ratione cæterarum partium ſatis latum thoracẽ habeat, caliditatem & ſiccitatẽ cordis hoc indicat, copia verò bilis quæ congeritur in eo, & facilitas, vt in febres biliosas incidat, & flauities vrinarum, caliditatem, & ſiccitatem iecoris demonſtrant: quòd ſi venæ non ſint admodum amplę, id tamen non nos de hac ſententia depellit. Inſignis enim ſiccitas interdum obſiſtit, quo minus calor poſsit materiam extendere. Caput autem calidum & ipſum eſt: ſed non amplius ſiccum, ſed potius humidum, excrementoſum ſiquidem eſt ſuapte natura. ſed & oculorum venæ valdè apparentes, & oculi pro ratione capitis ſatis magni, & tumidi, & mobiles, etiam cerebri atteſtantur calori, & humiditati, cùm orta ſuis initiis atteſtentur: ventriculus verò, vt conijcere poſſum, à primo etiam ortu frigidior & humidior fuit: quòd frigidior fuerit, indicat, quòd ſemper inſignem habuit appetitum: humidiorem autẽ fuiſſe oſtendit copia ſputi, quæ tum ex ventriculo, tum ex cerebro habuit occaſionem. Cæterùm ex multis erroribus cõmiſſis in cibo, potu, venere plurima, aere prę ſertim nocturno, aſsidua pernoctatione, & id genus aliis aucta eſt vtriuſque particulæ intemperies, & facta ad frigidum, & humidum procliuior, tam ex paucitate ſpirituum, quàm ex refrigeratione. Quib. in hũc modum cõſtitutis, facilis eſt narratorum omnium affectuum in ſuas cauſas relatio: primumq; catarrhi. plerunq; enim id excremẽtum pituitoſum eſt ex cruditate genitum. quod quidẽ in capite, & cerebro, vt plurimum generatur, tum vitio cerebri, quod licet fuerit natura calidius, ex multis tamen erroribus aliquanto refriguit, vnde & magis excrementoſum factum eſt, quàm naturaliter eſſet, tum etiam vitio ipſius crudioris vẽtriculi. cerebrũ enim calidius natura, & humidius facile, & ex leui occaſione repletur: quàm maximè verò à ventriculo cruditatibus referto: & inde fit multi iſtius catarrhi congeſtio, qui cùm inſipidus ſit, frigidus omnino eſt: quamuis non modò à ventriculo vapores recipit caput, ſed & à iecore, & à toto corpore: vtraq; cùm calida inſigniter & ſicca ſint, tales quoque ſunt vapores, qui inde tollantur: vnde neque

A mirum deinde eſt, ſi quandoque in hac deſtillatione aliquæ partes ſint intermixtæ, quæ alicuius caloris & acrimoniæ ſint participes, adeò, vt fauces abradant. cùm etiam iecur plurimùm caleat, & ſit obſtructionib. obſeſſum, facilè inde accidit, vt congeſta paulatim bile circa viſcera, & ea tandem præ obſtructionibus putreſcente, nonnũquam aliquæ accendantur per interualla febrium acceſsiones. quandoque etiam dum in capite colligitur copioſior materia, grauatur, ac mox ea deorſum partim

B ad fauces, partim ad ventriculum deſtillans, in cauſa eſt, vt & abundantius exſpuat, & appetitus deiiciatur. pituita etenim, quæ inſipida eſt, aut quę dulcis, quæq; ſalſa eſt, cùm inſidet ori ventriculi, appetentiam cibi detrahit: acida verò auget In hunc ergo modum, mea quidem ſententia, ſe habent affectus, qui aliqua ſunt conſideratione digni in huius magnifici viri corpore. Ex præſagiis autẽ quid ſperandum, ita ego ſentio: credo equidem quòd quatenus ad catarrhum pertinet, nunquam futurum

C ſit, vt ipſe liber omnino ab eo euadat. cùm enim illum à primo ortu contraxerit, & quaſi hæreditarium habeat, non puto poſſe in ipſo tantam fieri mutationẽ, vt omnino ab ea moleſtia liberetur. arbitror tamen, ſi eam in poſterum ſui ipſius curam habuerit, quam abhinc aliquot annos ſe habuiſſe profitetur, in meliorem ſtatũ ipſum peruenturum: vt non magnam ex eo moleſtiam ſit percepturus: atq; liberatum iri ab ea noxa, quæ poſſet alioquin timeri:

D nimirũ ne pulmones malè afficiat. præſertim cùm tantùm in fauces decumbat, & ſi vlterius defertur, in ventriculum potius, quàm in thoracem deferatur. præterea ſi obſtructiones aperiantur, & iecur contemperetur, facilè tolletur ea in febres propenſio, qua interdum præter errorem omnem in eas incidit. Puto autem hoc iſtius Magnifici viri negotium in hunc modum tractandum eſſe, vt maximã partem curationis in recta victus ratione cõſtituamus, tam in cibo & potu & venere, quàm in aliis re-

E bus: neq; tamen putamus propterea in his affectibus, qui alioqui non poſſunt non eſſe diuturni, rẽ adeo in anguſtum redigẽdam: vt exquiſitè ab omnibus ſit abſtinendum, quæ ab ægrotãtibus ſolent deſiderari, à medicis autem interdici. ſolet enim, ſi in longũ nimis arcta & ſuperſtitioſa hæc ratio protrahatur, impatientes triſteſq;, & prętereà melancholicos efficere homines. ſicuti verbi gratia, quãuis fructus æſtiuos, & autũnales exiſtimẽ illi poſſe eſſe noxios: in hac tamen totius habitus caliditate,

F & ſiccitate, parc⁹ eorum vſus ante alios cibos, mea quidem ſententia, non omnino eſſet inutilis. temperarent enim ſiccitatem inſignem, & præterea aluum leuem, & lubricã ſeruarent, quòd non parum prodeſſet, cùm ſolita ſit ſæpe eſſe aſtricta, & cũ ſupprimitur, ille deterius habeat. catarrhus enim tunc fit magis moleſtus. vnde aliquãdo & perſica & pruna, & ficus, & vuas penſiles, ſi ante alios cibos modicè deguſtauerit, non erit error. Idem etiam de ſalſis rebus dixerim, nempe, quòd etſi multus, &

G immoderatus eorum vſus ſit futurus illi omnino noxius, aliquando tamẽ laxiori ex pituita facto vẽtriculo, crederẽ, ad abſtergendum, & exſiccandum eius nimiam humiditatem, ſi eorum aliquid in prima menſa comederit, non modò non obfuturum, ſed etiam collaturum, multus tamen eorum vſus poſſet ſalſum, & acrem catarrhum reddere, & ideò

in his non modica opus eſt prudentia. De venereo A
rum vſu ſentio, non omnino abſtinendum eſſe ab
eo, cùm iuuenis ſit, & alioquin ſalax: præterea verò
& vxoratus. parcè tamen, & modeſtè id agendum,
vtpote ſiter in menſe, aut quater venerem exercua
rit. Aerem etiam patrium vt mutaret conſulerem,
quippe quòd ille ſit humidior, quàm capiti catar-
rhis plurimùm obnoxio conuenire poſsit, præter-
ea verò & craſsior, ad ſicciorem verò & tenuiorem
ſe transferat, non tamen ad ſiccisſimum, & tenuiſ- B
ſimum, ob totius habitus corporis inſignem ſicci-
tatem. Quatenus ad vacuationes, & purgationes
pertinet, hęc eſt mea ſententia: vacuãdum quidem,
& purgandum illum eſſe in præſentia, cùm corp⁹
hoc non parum excrementoſum ſit. neque tamen
etiam eorum mihi probatur ſententia, qui conſu-
lunt, id quotannis ſemel, aut bis eſſe agendum, ſed
duntaxat quando res ipſa cogere videtur Nã iſtius
corporis habitus mihi quidem non eſſe admodum
ad purgantia medicamenta aptus videtur, vt qui C
reſolui facilè, & areſcere poſsit multo medicamen-
torum vſu. & ipſe etiam fatetur ſe à medicamentis,
quæ aliquantiſper vehementiora ſint, mirificè læ-
di. in præſentia tamen & purgandum eſſe exiſtima-
uerim, & procurandum, vt obſtructiones tollan-
tur, quibus interna viſcera obſeſſa ſunt. neque alie-
nũ à negotio putarẽ, ſi venã ſecta interiori in cubi-
to ſanguis mitteretur: nõ tamen plurimum copio-
ſus, habita ratione gracilis & ſicci habitus. ita e-
nim fieret, vt obſtructiones faciliùs tollerentur, & D
iecur aliquantiſper refrigeraretur. in purgando
autem parcerem equidem medicamentis valentio
ribus, & plurimum ſoluentibus, ſed modeſtiori-
bus, & temperatioribus vterer. vnde à cochiarum,
aut aurearum, aut id genus aliarum pillularum v-
ſu, quantum poſſem, me temperarem. nimis enim
exſiccarent, & iſtius corporis habitum, vt ego pu-
to, diſſoluerent. hoc ergo modo eius purgationem
inſtituerem: primùm lenirem aluum exhibita caſ-
ſia, extracto eius liquore ℥.x. cui adderem pulue-
ris hieræ ſimplicis ʒ.1. facto ex his bolo: deinde ſy-
rupis vterer, quibus & obſtructiones aperiri poſ-
ſent, & membra, quæ hos affectus fouent, robora-
rent, & ad vlteriorem vacuationem humores pa-
rarent, quales eſſent, ſyrupus ex betonica ſimplic.
roſaceus recens, & ex cichorea ſimpl. accepta ſin-
gulorum ℥. s. & diluerem illos decocto ex eiſdem
herbis parato, vel aquis earundem herbarum ℥.iij.
poſt quorum vſum, quantum præſenti medico vi-
ſum fuerit, eiuſmodi medicamento expurgarem,
vt accipiantur foliorum ſenæ electæ ʒ.iij. liquiritiæ
raſæ ʒ.ij. paſſularum mundatarum ana ʒ.ij. folio-
rum boraginis, cichorei parum, granorum hordei
etiam parum, aquę communis quantum ſit ſatis ad
parandum decoctum, cuius accipiatur ℥ iij. in qui-
bus infundatur, rhabarbari ʒ.1.s ſquinanti gran. vj.
vini albi aromatici parum, electiſsimi agarici ℈.iiij.
zingiberis parum. maceratis autem his, vt ars exi-
git, ac deinde percolatis: eo liquore expreſſo diſſol-
uerem electæ mannæ ℥.s. ſyrupi roſacei ſolutiui ex
multiplici roſarum perfuſione ℥.iij. quòd ſi aliquid
addendũ præſtantiſsimis medicis videretur, tantil-
lum confectionis hameeb adderem, & hoc medica
mento, aut ſemel tantùm, aut iterum expurgarem.
Mox verò aliquibus vterer confectionibus, quæ
vim haberent robur addendi ventriculo, & capiti,
& quamuis illæ multipliciter componi poſſent, mi-
hi quidem in hunc modum paratæ probarentur,
vt accipiamus ſachar. roſacei ℥.t. conſeruæ roris
marini, conſeruæ item betonicę, ſingulor. ℥.s. pul-
pæ myrobalanorum chebularum & emblicarum,
ſingulorum item ana ℥.s. quæ omnia ſimul trita, at-
que ſyrupo roſaceo excepta, in modum electuarij
redigantur, cuius circiter ℥.s. manè tempeſtiuè ac-
cipiat, & poſt cœnam cùm ſe ſomno eſt traditurus.
B De aquis Thermarum cùm ſit etiam inter nos fa-
cta mentio, non poſſum non ingenuè, id quòd ſen-
tio, proferre: mihi namq; illæ in hoc corpore, tã cali
do, & ſicco, nõ probantur, neq; illas auderem dare,
vel bibendas, vel in caput ducẽdas. timerem enim
ne calefaciendo, & ſiccando, alioquin illi non pa-
rum nocerent, & catarrhũ longè acriorem redde-
rent. quod ſi omnino aliquæ thermæ eſſent laudan-
dę, mihi magis Aquarianæ, q̃ hæ noſtrę pbarentur.

CONSILIVM XLVI.

C *Catarrhus ſalſus ad os & pectus: menſium ſuppreſsiones: febris lenta.*

AFfectus quo cruciatur nobilis & religioſa mu
lier, quatenus ex relatis percipere potui, tri-
plex eſt, videlicet deſtillatio, quæ à capite par
tim ad os deſtillans, copioſi & tenuis ſputi in cau-
ſa eſt, & prius quidem inſipidi, nunc verò plurimũ
ſalſi, partim vero ad pect⁹, & pulmones deſcẽdens,
tuſsim excitat: Deinde etiam ſuppreſsi ſunt illi cõ
D ſueti & naturales mẽſes per ſemeſtre ſpatiũ, & vltrã
etiã. tertiò & cõtinẽter ferè laborat febre quadã lẽ-
ta. De his ergo ſermo inſtituẽdus eſt, & primũ de co
gnitione affect⁹: deinde verò de cognitione naturæ
affecti corporis agẽdum. Sed cũ, quæ hactenus re-
lata ſunt, potius ſymptomata ſint, quàm affectus,
& morbi, febre excepta, ideò primũ conuertemus
nos ad inueſtigãdã cauſam tũ deſtillationis, tũ ſup
preſſorũ menſtruorũ, & ad examinationẽ naturæ
lentæ illius febriculæ, vt his tãquã fundamẽtis con
E ſtitutis, curationẽ ex ratione poſsimus cõſtituere.
Cùm ergo catarrhus in genus ſymptomatũ refera-
tur, ad qd' pertinẽt mutata excretia, vel excremẽta:
copioſiora aũt excremẽta, q̃ natura particulę requi
rat, gigni nequeãt, niſi ex læſa actione facultatis cõ-
coctricis: (quicquid.n. exquiſitã cõcoctionis ratio-
nẽ fugit, id vniuerſum in excremẽtũ cedit) conclu-
dendũ eſt & ſtatuẽdũ imbecillitatẽ cõcoctricis ce-
rebri facultatis eſſe generationis copioſæ deſtilla-
nis, primã cauſam, cui ſuccedit deinde & actio ex-
F pultricis, excrementoſam eã materiã, tanquã ſuper
uacuã & noxiã, exturbantis. At cũ imbecillitas, aut
ſemper aut plerũq; comes ſit alicuius intẽperaturę
in ea particula, in qua reperitur: neceſſe eſt ſtatue-
re aliq̃ eſſe cõtractã iã diu intẽperaturã in cerebro,
q̃ nõ poteſt fuiſſe niſi frigida, & fortaſſe humida: q̃
deſtillatio, dũ inſipida erat, pituitoſum, & frigidum
erat excremẽtũ. & quãuis forſitã ſuapte natura fue-
rit calidi capitis: (viſus enim ſum percepiſſe eam &
boni ingenij, & prõti) victus tñ ratio potuit vitiare
G naturalem eius tẽperaturã. dũ enim cum ſuis domi
verſantur delicatę puellę, lautiùs viuũt, & ſalubrio
rib. cibis vtũtur, qui & facili⁹ coquũtur, & meliorẽ
ſuccũ generãt: in monaſterijs aũt plerũq; craſsiorĩ-
bus cibis veſcũtur, & nõ ita ſalubrib. ſicut ſunt ole-
ra, & legumina: piſcib. pręterea alũtur, & interdum
nõ bonis admodũ, ferculis itẽ ex paſta paratis, ouis
frixis,

frixis,&duris:habēt & hoc incōmodum,quòd nocte intēpeſta, ſumno interruptu, quu tēpore maximè ad concoctionē upus habet vētriculus,cuguntur aſſurgere ad pſalmus matutiuus cauendos: eui accadit, quòd ea nimia & impurtuna vigilia, quo tēpore ex naturæ ratioue eſſet durmiendū, facit ad reſolutionem ſpirit⁹ cerebri, & ipſum imbecillum reddendum. addamus præterea & id, quòd hyemis tempore, & aliàs algenti, calidæ è cubili ſurgunt, & ſtarim aeri frigidiori expoſitæ iu eccleſia, dum canunt,muram diutius trahētes,puſſunt refrigerari,& caput,& vētriculus,qui deinde refrigeratus fouet geuerationem iſtius deſtillationis, capite crudis vapuribus repleto,ſicuti etiam deſtillatio,ſi aliqua ex parte in ventriculum decūbat, auget ventriculi imbecillitatem. Præterea facto imbecilliori ventriculu,cruda multa gignuntur excrementa frigida, quę diſtribuia per venas,tum vteri,tum habitus totius curporis,ubſtructiones,& in vtero,& in habitu corporis concitarunt, vnde & menſes ſuppreſsi ſunt,& febris accenſa: cōtinua quidem, quia materia in venis putreſcit:lenta autem, quia putreſcens materia ex multa parte pituitoſa & craſſa eſt. Factus autem eſt demum catarrhus ſalſus, qui primùm inſipidus erat,& calidior,qui erat prius frigidus,duplici de cauſa: primum quia pituita putreſcit ipſa in ſe: deinde quia illi ſeroſus & ſalſus humur commiſcetur. quòd verò putreſcat pituita, argumētu eſt febris putrida, cōtinens & lenta:quud etiam ſanguis ſeroſus ex luugu murbo, & febre gignatur, uemo eſt qui uon videre poſsit. an verò poſſit aliqua ſubeſſe ſuſpiciu,quùd febris hæc aliquando poſsit fieri hectica,nō puſſum determinare,cùm ex his quæ referuntur uihil potuerim tale cuuiectari. Hæc ergo quantum ad morborum naturam pertiuere puteſt, ſatis eſſe debent: uunc de præſagiu quædam dicamus. Non poſſum autem non credere, uegociū hoc fore difficile,& quud medici diligētiam,atq; peritiam uun mediucrem requirat,adeò,vt præterea rem non omniuu eſſe iu tuto exiſtimem,immò uun leui periculu obuoxiam,cùm iam ſalſus factus catarrbus,ad ſpiritus inſtrumenta labatur,quud tuſsis iudicat, & propè maius periculum minetur,vtpute quod aliquando & ad ſanguinis ſputum,& deteriurem etiam affectionem perduscre poſsit: vt febrem illam leutam prætaream, quæ ſi diu durauerit,figi facilè puterit in ſulidioribus membris. Sed vt vt ſit,rei tamen difficultas nū arguit,vt aiunt,impoſsibilitatem. Aggredienda ergu eſt curatio: in qua primùm catarrho attendeudum eſt,deinde febri,& ſuppreſsioni menſium: catarrhu autem quidem præ omnibus timendus eſt, occurrēdum io primis ratione victus, deinde aptis & congruis medicamentis, & forſitau tertio quoq; medicinali inſtrumentu, videlicet mauuali uperatioue. Victus ergo ratio talis, vt cibis vtatur quàm maximè bonis, & qui humiditatem quidem naturalem augeant,aſcititiam autem &excrementoſam nequaquàm:quales ſunt carnes optimæ gallinaceorum pullurum,hędorum, & vitulurum lactētium, ſuu etiam tempore, perdicum, turdorū, auicularū nemoralium,oua receutia,& ſurbilia. Vinū uon ſit potens,ſed leue,& cui nō ſit vis petēdi caput,vel ſi potētius fuerit,diluatur: uon ſit etiā acerbū, vel acidum,neq; dulce,ſed maturum, uun crudū; aut album,aut modici coloris:niſi enim vētriculu,& vtero

A timerē,mihi probaretur,vt eo omnino per aliquod tēpus careret,dum videlicet ſalſedo detraheretur à catarrho. prupter veutriculum ergo vini aliquid illi cuucedendū eſt. ſumnus ſit moderatus, meridianum ſumnum ſummopere fugiat: uiſi ſi quàdo vigilem uuctem duxerit. Vicem exercitatiouum ſuppleant frictiones,maximè verò iu brachiis, & cruribus:immo & balneæ aquæ calidæ, ſi ea lauētur itidem pedes,& brachia,tum auertēdo à capite vapo-
B res id replentes,tum verū temperautes ſalſuginem catarrhi,pruderunt. Cùm aūt morbi hi materiales ſint,multaq; ſubſit excremētoſa materia, quæ intēperaturas præter naturā fouet, non ſolùm ratione victus agerē,ſed & alia inſtrumēta medicinalis adhibenda,medicamēta uimirum,putarē,imò forſitā & mauualem uperatiouē. vnde in hac re ſequeter Gal. ſententiam,qui lib. 5. methodi medendi, catarrhus ſalſos & acres, purgatiuuib. vacuatiuuibusq; frequēter repetitis curare docuit. at verò quia multi-
C plex eſt vacuādi ratio,videlicet per medicamēta, & per ſauguinis detractiuuem: quatenus ad ſanguinis detractiouē pertinet, ſi vires admitterent, & habitus corporis non eſſet valde gracilis, & cunſumtus,putarem illam non inutilem,cùm & catarrhus in præſentia ſalſus & calidius ſit, atque etiam cum febre,tumq; mēſes ſint ſuppreſsi. mitterem autem è venis pedis prope malleolum,quam Arabes ſaffeuam vocaut,& ea copia, quam vires ſuiferreut, & qualitas exeuutis ſanguinis indicaret: quod ſi lan-
D guidiures vires viderentur, quàm puſsint parferre venæ ſectionem,egu ſaltem cruribus cucurbitulas affigerem,& ſubinde inciderem lucum,vt ſanguis, quantus pru viribus ſatis eſſe videretur, effluere puſſet. ſed & vt diximus,medicamentis agerē,tum purgautibus, tum excremeutoſam materiam concoqueotibus, & intemperamentum tam capitis, quàm vētrieuli tranſmutare valentibus, & ubſtructioues aperientibus: poſtremò autem & roborantibus viſcera,pręcipuè verū caput,& ventriculum.
E Vude ſi veuter,& communes viæ viderentur crudas multas materias continere, primùm luca illa purgarem facilibus medicameutis, & lenientibus, quemadmodum eſſet interior medulla caſsiæ noſtræ Aegyptiæ, ad ℥. 1. addita ʒ. 1. ſpecierum hieræ ſimpl. poſtea verū ſyrupis vterer eiuſmodi: Recipe ſyrupi de betunica, ſyrup. roſati recentis, violati ſimpl. ſingulurum ℥. s. aquarum capillorum veneris,cichoreæ, fumiterræ, ſingulorum ℥. 1. vel ſi pro aquis pararetur decuctum ex cichorio, & capillo
F veueris recēti,quo ſyrupus diluerctur, mihi id magis probaretur. deinde medicamentu hoc vel ſimili curpus purgarem: Recipe ſebeſt. iubarum, ſingulorum oumeru quinque : paſſularum ℥. iij. liquiritiæ raſæ ʒ. iiij. flurum boraginis,bugloſſæ,violarum ſingulurum ʒ 1. granurum bordei excurticatorum ℥. ij. ſenæ electæ ʒ. iiij. miſce, fiat decoctum in aquis betonicæ, & capill. veuer. ſecuudum artem. Deinde recipe rhabarbari electi ʒ. 1. agarici optimi ℈. iiij. ſquinanti grana quinque, ziugiberis ℈. s. omnia a-
G ſpergantur modicu viuo aromatico, & poſtea infuodantur iu ℥. iij. vel circiter ſupraſcripti decocti per noctem, deinde facta colatura cum expreſſioue, eu liquure diſſoluantur ſyrupi roſati ſulutiui ℥. iiij. vel circiter, & ufferatur manè de more uequa verò vnica purgatioue eſſem contentus, ſed pluribus repetitis agere vellem, & repetitis etiā

ſyrupis, quaten⁹ mihi videretur corpus pro ratio-
ne multitudinis vitioſorum humorũ eſſe expurga-
tũ. mox verò & caput vellẽ expurgare particulatim,
non quidem gargariſmatibus, vel maſticatoriis,
cùm ſponte materiam catarrhalem verſus pectus
decumbere oſtendat tuſsis, ſed potius caputpur-
giis, & eis ſatis domeſticis. ſicuti aqua hordei ex
ſaccharo, vel melle roſaceo, aut ſucco betæ, vel eti-
am decocto maioranæ, & violarum. Mox verò, &
poſt capitis vacuationem ad aliqua localia medica
menta exteriùs adhibenda me conuerterem, quæ
vim haberent & roborandi, & exſiccandi caput, vt
eſſet puluis eiuſmodi: recipe roſarum rubearum,
ſandalorum citrinorum, corallorum rubeorũ præ-
paratorũ, ſpicæ celticæ, ſandaracæ, ſeu vernicis ſin-
gulorum ℨ.s. miſ. fiat puluis aſpergendus loco ſutu
ræ corunalis, detonſis, vel deraſis prius capillis, &
loco inuncto oleo roſato, & maſtichino. ſi etiam la-
uaretur interdum caput lixiuio non admodum a-
cri, facto ex cineribus ſalicis, in quo bullirent folia
roſarum, chamæmeli, ſummitates rubi, folia ſenæ,
& ſimilia, mihi non videretur inutile. Interea verò
poſt corporis purgationes, aliquibus etiam confe-
ctionibus vterer, quibus & caput, & ventriculus,
nec non & vterus roboraretur, & illis potius tem-
peratis, quàm inſigniter calidis, vel frigidis, vt eſ-
ſet diarhodon Abbatis. vel ſi ita faceremus: accipe
ſpecierum diarhodon Abbatis, aromatici roſati,
diatrion ſandalorum, ſingulor. ℨ.i. ſachari optimi
℥.iij. miſ. & cum aqua capill. ven. fiat confectio in
rotulis: Vel hoc etiam modo parari poterit confe-
ctio: recipe ſacchari roſacei, pulpæ myrobalanorũ
chebularum, & emblicarum, conſeruæ betonicæ,
floris roris marini, ſingulorum ℥. i. miſ. & terantur
in mortario, addito ſyrupo roſaceo quantum opus
fuerit, vt habeat formam electuarij, quo vtatur ma-
nè è lecto ſurgens, & veſperi ſe ſomno traditura, ad
magnitudinem nucis iuglandis. De aquis therma-
rum non meminero. Nam & catarrho ſalſo, & fe-
bri, non equidem putarem vtilem fore earũ vſum:
quòd ſi deſineret ſalſus catarrhus, & iterum inſipi-
dus fieret, putarem illam poſſe vtiliter eas & bibe-
re, & in caput deducere. mihi tamen neque hoc ſi-
lentio eſſe prætereundum videtur, quòd ſi illa his,
aut ſimilibus remediis nõ curaretur, aut in ſtatum
longè meliorem deueniret, conſulerem vt in cruri-
bus, aut brachiis, duo inurerentur cauteria, quæ
diutius tenerentur aperta, vt natura per ea ſeiuſmo
di excrementa, quæ iugiter generantur in hoc cor-
pore, vacuare aſſueſceret.

CONSILIVM XLVII.

Catarrhus.

BASSIANVS.

ADoleſcens ſexdecim annorum patitur catar-
rhum ſalſum: item grauitatem ventriculi: po-
ſtremò dolorem pectoris. Ventriculus & ce
rebrum ſunt intemperata. nam à principiis vitæ v-
traque calida & humida fuere. Humidum cerebrũ
indicant capilli multi, molles & flaui, item actiones
animales, quia memoriâ non pollet: habetque ima
ginationes valde turbatas: humidum enim facilè
recipit formas impreſſas, & facilè amittit. Calidum
verò cerebrum indicat incrementum capillorum
ſubitum, flauities quoque eorundem: Item quòd

A pollet iudicio, licet careat memoria. Sed declinaſ-
ſe poſtea puto in qualitatibus actiuis ad frigidum:
in paſsiuis ad humidum. facilè enim læditur à fri-
gidis & humidis. ventriculum calidum & humidũ
naturâ fuiſſe, colligo ex bona concoctione, quã an-
tea faciebat: nunc autem malè concoquit, flatus &
ructus emittit, propter ventriculum frigidiorem
& humidiorem redditum. Non igitur mirum eſt, ſi
in cerebro propter frigiditatem & humiditatẽ ex-
B cellentem, generetur pituita, eò quòd non poſsit a-
limentũ ad ſe delatum concoquere, contraxit autẽ
ſalſedinem, non quidem in ipſo cerebro, ſed aliun-
de: quia deſtillat in aſperam arteriam & pulmones,
vbi putreſcens contrahit ſalſedinem, quia combu-
ritur: quod ſatis patet, eò quòd adoleſcens refert,
ſe ſentire tantùm pituitam illam ſalſam, quando
excreatur tuſsi: at tuſsis eſt propria paſsio ipſorum
pulmonum, vt 4. aphor. teſtatur Gal. accedit, quòd
pituita quæ eiicitur, craſſa eſt, nimirum propter vl-
C teriorem concoctionem: quæ verò à cerebro de-
ſtillat, inſipida eſt, vt narrat æger. Hæc igitur mate-
ria aggeſta in cerebro, ſua multitudine irritant ex-
pultricem facultatem, à qua expulſa primò decum-
bit, per gulam, ad ventriculum, & quia tenuis eſt,
imbibitur vẽtriculo, quia verò frigida, facultatem
illius concoctricem labefactat, ita vt non mirum
ſit, ſi cruditatem pariat & grauitatem. Nam cùm
hæc aut vitio conformationis, aut vitio cibi, aut in-
temperiei frigidæ naſcatur: hoc autem loco neque
D conformationis vitio fiat, quia illa facilè viſu depre-
henderetur: neq; etiam cibi, quia parcè comedit, &
optima quæque: relinquitur, ex qualitate frigida
dolorem hunc oriri, quæ eſt veluti cauſa antece-
dens. impediente enim hac bonam concoctionem,
naſcatur cruditas, oportet: vnde flatus generatur,
qui diſtendens ventriculum, dolorem tenſiuum ſi-
mul & grauatiuum facit. quia nõ eſt proportio in-
ter facultatem ſuſtentatricem & id quod ſuſtineri
debet: cuius rei eſt ſignum, quòd nõ ſtatim à cibo,
E ſed duabus horis poſtea ſentiat grauedinem illam,
ſcilicet quando fit concoctio: inde fit vt calore re-
uocato, ipſa membra frigeſcant: niſi fortè febricula
illa ſit: quod tamen vix credo. Sed materia hæc non
tantùm ad ventriculum, verùm etiam ad venas, ar-
terias & muſculos thoracis deſcendit, facitq; dolo-
rem, obtuſum tamen, quia materia eſt frigida. acce
dit, quòd facilè ab oleorum calidorum illinitione
iuuatur. Vereor autẽ ne aut in tabem incidat: quia
materia decumbit ad aſperam arteriam, vel etiam
F ad pulmonem: aut in chiragrã: quia habet collum
longum, pectusque coanguſtatum: adhæc agit de-
cimumſextum annum: at ab hoc anno vſque ad tri
ceſimumquintum formidat Galenus tabem: Aut
denique in podagram: quia plerunque pedes reci-
piunt materiam iſtam, ita vt ſæpius incidat in laſ-
ſitudinem. adde quòd eſt gracilis natura etiam pa-
ter illius: vnde timeo ne incidat in podagram pri-
us, poſtea in chiragram. Inſuper articuli valde ſunt
laxi & nodoſi: vnde facile poteſt fieri vt materia i-
G ſta recipiatur in ipſis. Totam curationis ſpem in
recta victus ratione conſtituo: eò quòd non tole-
rat iſte iuuenis medicamenta. Conſulerem ergo
primùm, vt aerem patrium repeteret, in quo præ-
terquam quòd eſt quædam proprietas, etiam acce-
dit, quòd eſt craſſus. nihil autem eſſe poteſt magis
inimicum catarrho, quàm aer ſubtilis: Inſuper con
ſule-

ſulerem,vt euitaret aerem frigidom, & calidom ex celléter:item & vaporaria ſua, oe repleretur caput. Caro ſit omnium animalium caſtratorum: auium cápeſtrium. Vitabit lacticinia, caſenm,&c. quæ generare poſſunt excrementa frigida & bumida: præcipoè autem piſces. Panis ſit benè fermentatua & mediocriter ſalitus. Parcior ſit cœna quá prandiũ, in qua intermitteret carnes,varietas eiborum vitãda,quæ plurimùm nocet,etiáſi ſint cibi boni ſucci: nam prupter inęqoalitatẽ concoctio impeditur. vinũ ſit clarũ,albuin, non acidum neq; adſtringens: vitabit muſtum & reliqua craſſa & turbida vina. vitabit ſumnum meridianũ. Exereeat corpos donec incaleſcat,citra ſudurem. nam exercitatio cum ſudore curpuribua gracilibua nun cunuenit. Molliatur aluus reſina laricina, vel terebinthioa Cypria, quę reſerat meatus ubſtructos,& eurroborat membra naturalia. (quod pro chiragra bonum eſt.) Affectus animi vitabit,qui plurimum aggerant excrementorum. Si biſce noo liberabitur,accederem ad medicamenta potiua corroburannia ventriculum ne reciperet:eerebrum ne amandaret,quale eſt ſaccharum roſaceum,qood ipſum multos à tabe liberauit:illud eum bolu armena propinarem ituru cobitum. laudarem myrobalanua chebulua conditos:item confectionem ex roſis,ſandalia citrinis,ligno alues & ſaccharo,& vellẽ vt ℥.ij. vteretur trib⁹ horis ante prãdium: eſt.n. leuiſsimum medicamentum. Foris materiã,quæ generat̃ in cerebro, extraherẽ,veluti accõmodato lixiuio ex cinerib⁹ ſalicis, populi,vel ſarmentorũ vitis : in quo roſæ vel agaricum inuolutũ linteo decoquerẽtur:quibus expreſſis eo lauaretur caput cũ ſapona vnguentariorũ. Si leuiſsima iſta roborãtia nõ prodeſſent, accederem ad media quædam inter leuiſsima & fortiſsima. (oam corpus eſt gracile valde & debile) quocirca poſſemus vacuare pituitoſam materiam prios concoctam cum ſyrupo de betonica(qui præcipuè cerebrum concernit)item de abſinthio vel de ſtęchade,cum ſyrupo de tuſsilagine,vel cichorea, &c. vacuarem inde leuioribus,veluti cum caſsia mixta agarico vel rhabarbaro, & iſta non tranſcenderem. vacuata materia, baberet quoddam medicamentum ſibi familiare:veluti:recipe aloes optimæ, caryophyllorum, nucis muſcatæ ana ℥.ſ.a. cum oxymelle fiant paſtilli, de quo ſumat ſingulis menſibus ℥.t.s.

FRISIMELICA.

Agitur vigeſimus oonua menſis,quòd incidit in catarrhum inſipidom, ex conſtitutione temporis quæ tum fuit, ab aeris inæqualitate. Dolet circa pectoa,ita vt anhelitum oon habeat liberum. Inſuper articuli laxi ſunt,& qoodammodo debiles. Incidit poſtea in catarrhum ſalſum. Catarrhus aotam & ex conſenſo ventriculi,& eſſentia capitis calidi & humidi generatus eſt,mea ſententia. Salſua deinde eſt factus,tum ex aduſtione à capite, tum à pulmonibus:oam ex diuturnitate, catarrhi materia putreſcens,ſalſa eſt reddita. Peccat igitur & materia, & mẽbra tam amandaotia quàm recipieotia. Roborandom ergo caput ſimul & ventriculua, ne mutuo aut recipiant,aot amandent. Sed qoia periculoſua eſt catarrhus ſalſus, vt 5. Meth. ait Gal,io primis vellem vt denoò euacuaretur per caſsiam cum biera:item laodarem ſyrupum de farfara,ſyrupum roſaceum cum cichoraceis & decoctis ſimili-

A bua,vt & ventriculus,& pulmones & caput reſpiciantur. Euacuato corpore (nam in habitu tam tenui venæ ſectionem prætereo) exſiccarẽ caput cũ lixiuio,in quo roſæ, camæmelum, betonica & alia eiuſmodi decocta ſint : item ſtillicidio aliquo arte parato,vt magis penetraret ad partes ꝓfundas. Inde ſint aliqua quæ roborẽt ventricolũ,modò ne calefaciãt iecur: veloti ſaccharũ roſaceũ cũ ſpeciebus diarhodonis aut triaſandalorũ. Roborato capite,
B ne trãſmittatur materia, pectua ipſum liberabitur: poſſemus tamẽ oleo aliquo inungere, reſoluẽte videlicet materiã impactã. laudo terebinthinã plurimum pro pectore & articolis eorroborãdis. Et hæc omnia agerẽ antequã ſuperueniret æſtus. In victus ratione ſpes præcipua eſt: vtator cibis minimè excremẽtoſis & facilibus concoctu. Vtatur ptiſana & alica frequenter. vina ſint debilia, ne euaporent ad caput,aut lædaot articolos. Optimum videretur, vt mutaret aerem:nam locus patrius nobis magis
C arridet. vellem tamen etiam vt vitaret aerem paluſtrem,quia ille eſt qui ſtillicidia facit, cùm ſit craſſus & nubiloſus. Antequã tamen eò proficiſcatur, prius curetur aliquo pacto:quia melius hîc curabitur,quàm à Medicis illis Germanis. Vtatur interdum pillulis de hiera cum rhabarbaro vel agarico per interualla.

TRINCAVELLIVS.

Symptomata cùm notiora nobis ſint,ideò per illa inquirimus cauſas:quæ hîc ſunt: tuſsis, difficul-
D tas reſpirãdi,dolor pectoris, vẽtriculi imbecillitas, & articulorũ laxitas. Tuſsis aliquãdo ab intẽperatura partiũ ſpiritaliũ, vel abſq; materia,vel cũ materia vel ibi genita,vel aliunde defluente. Cùm autem copioſè exſpuat,videtur non poſſe eſſe ibi genita:materia autem eſt pleruoque pituita vel inſipida vel dulcis. Verùm cùm vehemẽtius tuſsit,etiã ſalſa exſpuit. Inſipida frigida eſt : ſalſa calida, quæ contraxit calorẽ in capite & pulmonib. præcipoè, quia non niſi tuſsi potuit eiici. Fieri autem potuit
E in pulmonibus dupliciter:vel quia eò deſcendens putrefacta eſt : vel quia ſuperioribus diebus febrẽ laboraoit,quæ exuſsit materiã non tantùm in pulmonib. ſed in ambitu totius. Forſan & aliquis ſerò ſua humor reſudãs ex venis poteſt cõmiſceri catarrho. Habuit aũt cerebrũ valde excremẽtoſum tum ex ſua parte,tum,veluti per traducẽ. à parẽtib. prętereà & ex mutatione patrij aeris in huoc, qui eſt ſubtilis, item ex vẽtis auſtralib. qui ſuperiorib. menſibus ſpirarũt, factũ eſt, vt catarrhus fuerit auctus.
F Cùm aũt inſipidus ſit catarrh⁹,& ioſipiditas ſit ex frigore,credo caput eſſe intemperatũ redditum ſecũdum frigiditatem. Mediocris fuit vẽtriculus: ſed ex mala ratione victus primò læſus eſt, poſtea & à deſtillatione iſta:ita vt imbecillus reddit⁹, ipſe nũc etiam trãſmittat ad cerebrũ. Grauitas porrò pectoris non fit ex materiæ multitudine,quia tum maxima ſpirandi difficultas adeſt : ſed quia in muſculus decumbit,qui ab illa materia debilitantur, & ſuſtinere nequeũt,ita vt impediatur reſpiratio. Inſuper
G appetit ſatis bene propter frigiditatẽ materiæ delabẽtis:ſed q̃a humiditas eſt iũcta,idcircò vẽtriculus cibũ bene amplecti neqoit, & ideo grauedinẽ pcipit quandã. Delabit̃ itẽ ad articulos materia iſta,& imbecillos reddit. Magnos eſt receſſus & lapſus:ꝓcipuè cũ cõmodis remediis, & victu parco hacten⁹ nõ potuerit reſtitui Phthiſis oondũ adeſt:q̃a febris

nolla adeſt. A cibo partes exteriorea frigeſcũt propter calorem collectum: ſed qoia ventriculus laborat, & moltos vapores ciet, idcirco poſtea corpus ipſum vniuerſuiu incaleſcit: ſicuti apparet in iis, qoi niioio plus ingeruot. Pro curatione, vellem vt materia potius ad pedes deriuaretur: quia ſacilius erit curare podagram in illo, quàm tabẽ. vnde frictionibus & lotionibus ad pedes deducere materiam conarer. Huc facit & æſtas ſuccedens, quæ poteſt exſiccare corpus: timeo autem magis ipſum autumnum & hyemem. Victus ratio ſit cõtraria morbo, ſcilicet ad ſiccitatem maximè vergens: ita tamẽ, ne nimium pro ratione ętatis exſiccetur. quare pnrcinas, vitulinas, & alias humidiores carnes reprobo: laudo autem auium ſylueſtriũ, & potins toſtas moderatè quàm elixas, quia non ſunt adeò excrementoſæ. Potus parcus ſit: vinum non ſit acerbũ, (propter pectus) nõ potens, (propter caput) nou frigidum, (propter ventriculum:) ceruiſiam maximè caueat: vinum anim magis corroborat mẽbra. Purgandum autem eſt & corpus. Exercitatio ſuperinrum maximè cõueniet, ad liberandum pectus: fricentur autem ad reuellendam materiam: item balneis extrema imponantur. Mutet aerem, & iu illa reginne ſicciorem eligat: caliginoſos enim augct humiditatem capitis. Quod ad medicamenta attinet, cùm ſit gracilis & æſtatis tempus immineat, non nimium valentibus eoacuarem: ſed talibus potius, qoæ ventriculum, caput & pectus reſpicerent: veluti ſunt ſyrupos de betonica, de tuſſilagine, ſyr. roſ. &c. Ex borum numero duobus vel tribus datis, euacuatio per agaricum laudatur mihi cum hiera modica. Deinceps, facta hac euacoatione, illum ablegarem domum (nam æſtas hîc imminet, & calor ipſe magis nòccret) vt ibi reliquum perficeretur, dato modu procedendi in codicillis. poterit autem expurgari tum per pillulas maſtichinas, vel aſſaiaret cum agarico, quas valde laodat Auicenna. item reſinas, terebinthinam, laricinam. Interim darem ſaccharum roſaceum cũ conſerua betonicę, ſingulo mane bolum vuum. Poſtea ſyrupis prædictis & ſimilibos repetitis, lixiuia ex cineribus iam dictis præparentur, præcipuè iuniperi, qoi valde catarrhum ſiſtit. Poſtea & puluere aliquo exſiccante aſpergerem caput, item embrocbis ex roſis, ſandaracha, ſaluia, vernice, &c. ſpica etiam celtica vel Inda pro exſiccatione valde conduceret: vt & frictiones quoque extremarum partium.

CONSILIVM XLVIII.

Catarrhus ſeu deſtillatio capitis.

COnſtat Magnificum Gymnaſiarcham deſtillatione vexari: quam vt cõmodè & exquiſitè tollere poſsimus aut ſaltè leuare, ne plus atq; plus innaleſcat: cauſa à nobis inueſtiganda eſt, quoniá vt Gal. ſæpe teſtatur, medico neceſſarium eſt, in omni ratione curandi, euertere cauſas, quæ morbũ fnuent & continent. Deſtillatio igitur mnrbus eſt: ſed mnrbua eſt in aliqua parte corporis, quocirca, quia fluxio eſt, ideo eſt in cerebro. patitur autẽ fluxionem, aut per conſenſum aliarum partium, aut per ſuam eſſentiam & naturam. verùm enimuerò, ſi nos cauſam fluxionis inueniemos, facilè intelligemus an ſit morbus per eſſeotiam, an per conſen-

A ſum. Materia ergo omnis floxionis, aut eſt ſanguis, aut pituita, aut humor ſeroſus & aqooſus, aut flatus, aut bilis vtraque, ſcilicet flaua & atra. Efficiens eanſa eſt, aut quæ ſua ſponte tantùm fluit, aut impulſa fluit. Sponte fluit, aut qnia eſt copioſior, aut quia eſt colliquata, aut vehementer agitata: impulſa fluit, quia pars valida impellit & amãdat ad inualidam. quia, vt Hipp. inquit, ita cõparatum eſt à uatura, iu corpore humano, vt membra uobilia & ro-

B boſta materiã ſibi moleſtam aut ſua qnantitate, aut qualitate, expellant & arceantà ſe ad ignobilia & debilia. Sed cor in hoius ægri corpore materia deſtillationis decumbat & fluat in vnam partem procliuius qoàm in aliam, cauſa ſanè eſt, vt ego reor, uatura partis aut recipientis aut attrahẽtis. recipit, aut quæ eſt prona & ſubiecta parti mittẽti, aot quæ imbecilla eſt. prona & ſubiecta parti, aut quia habet vias latas & directas per quas floit materia ad partem recipientem, aut quæ eſt ſitu inferiore.

C nam materia grauis ſuapte poudere deorſum fertur, præterquam qoòd flatus, vapor, & tenoiſsima bilis quoquo verſos excurrit: imbecilla eſt, aut morbo, aut naturâ: morbo quidem, qooniam laborat aliqua intemperie, aut indecenti compoſitione, aut ſolotione continoi. naturâ verò, quia ſit mollis & laxa, cuiuſmodi ſunt inguina, adenes & aliæ partes molles, quæ ſunt ad recipiendam materiam fluentem & ad patiendas iniurias externas accommodæ. Cauſa ergo clara eſt fluxionis generalis & in v-

D niuerſum, nimirum materia & efficiẽs. Conſtat aotem efficientem eſſe partem expellentem à ſe, quicquid eſt ſibi infeſtum, aut mole, aut qualitate materie. poteſt autem eſſe infeſta materia ratione quantitatis, aot per congeſtionem, aot per defluxionẽ, per congeſtionem, cùm pars alimentum illapſum non poteſt conficere & concoquere præ ſoa imbecillitate, & ideo excrementa cougerit: per defluxionem, ant qnia eſt ſopra modum valida & propterea plus alimenti attrahit qoàm conficit, aut quia

E eſt denſior & cooſtrictior & anguſtior, vnde nequit excrementa deponere & diſsipare. Ex hiſce prædictis perſpecta naturâ tota fluxionis per ſuas cauſas & principia, nullo negotio pnteſt intelligi, quid cauſæ ſit, eur corpus viri huius Magnifici ſæpe tentetur deſtillatione capitis ad ventriculum, & ad alias partes, ex qua tuſſes & raucedines & grauedines item interdum ſunt moleſtæ. Etenim, ſi conſideremus & materiam, & cauſam efficientem, nemo eſt mediocriter verſatus in arte, qui nnn iudi-

F cet, materiam huius fluxionis eſſe pituitã & humorem aquoſum miſtum eum flatu & humore melancholicn: vt interim tamen pituitæ portin excellat, ſiquidem floit à cerebro, quod cùm ſit natum homidum, aptum eſt ad generandam pituitam. cauſa verò efficiens, eſt pars impellens excrementum: nimirum cerebrum, quod noo tolerat eius quaoritatem: coaceruat autem tuio per congeſtionem, tum etiam per defluxionem: per cõgeſtionem quidem, quaodo non poteſt alimentum concoquere. nam

G tunc congerit multa excrementa, quæ propellit ad ventricnſum. per defluxionem, quia attrahit plus quàm eoucoquit: receſsit enim à ſuo naturali temperamento, ad calidum & humidum. Huc etiam pertinet, quòd hepar eſt præter naturam calidius factom: vnde & ventriculo & cerebro incommodat: vẽtriculo quidem, quia impedit coucoctionẽ,

ſiqui-

ſiquidem diſsipat calorem natiuum illius & adipoſas partes, quæ foꝛent calorem concoquentem, colliquat. Cerebro aotem eſt infeſtum, quooiam moltos vapores tranſmittit: & propterea dicebat Galen. qui habent temperamentum calidius iuſto, eos tentari morbis capitis & ventriculi. eſt igitur hæc fluxio morbus tum per conſenſum partium & hepatis & vẽtriculi, qui poteſt dici συμπαθεία, tũ per eſſentiam, factus proprius propter tẽporis diuturnitatem. & ideo etiam dici poteſt δευτεροπαθεία vel ἰδιοπαθεία. cùm ergo primò eſſet vnus morbus ſimplex, progreſſu temporis geminatus eſt & factus duplex. & vt prior antea fuit parens poſterioris, ita nunc ſeſe viciſsim confouent, vt inſtar cuiuſdam chori, partes principes corporis malè affecti conſpirent ad fluxionem. Et propterea vt eſt morbus periculoſus, ita diligentem & exquiſitam rationem curandi poſtulat. periculoſus quidem eſt, quia principes partes laborant, nimirum cerebrũ, hepar & ventriculus. deinde & viæ, & ſitus periculoſum reddunt: viæ qoidem, quoniam amplæ & directæ ſunt ad pulmones, & ad alias partes corporis: ſitus verò, quia pulmones ſunt proni & ſubiecti cerebro amandanti excrementitiam materiam, quæ ſuapte natura grauis deorſum facilè excurrit. Diligentem curationẽ requirit, quoniam eſt curatu difficilis: tum quòd ventriculus & hepar cõtraria afficiũtur intemperie: vẽtriculus frigida, hepar calida: vnde difficile eſt inuenire remedium, quod vtriq; parti prodeſſe poſsit. quod enim calefaciẽdo prodeſt ventriculo, idem officiet hepati calido. Accedit quòd morbus hic quaſi hæreditarius eſt, quocũ certare, eſt, more Gigãtum, bellare cũ diis. Sed plurimam ſpem pono, partim in robore & viribus corporis. eſt enim admodum iuuenile, & nondum ætatem conſiſtentem attigit, quæ dicitur ætas florens: (nam vt Gal. inquit, maxima ineſt vis in mutatione ætatis, ſiquidem compertum longo vſu rerũ eſt, qoòd morbos magnos & periculoſos, vt eſt epilepſia & apoplexia, & ſimiliter graues ac valde formidabiles, ætatis mutatio ſolet extinguere:) partim in prudentia, qua plurimùm pollet. Poterit enim facilè rectam rationem viuendi, præſcriptam à medicis, ſeruare. nam qui aſſueuit intemperantiam & alios animi noſtri tyrannos ratione cohibere, is facilimè recta monenti obtemperat. Quapropter quoniam cauſæ interiores tum antecedentes tum continentes huius morbi, proritantur à cauſis externis atq; euidentibus: & nihil mali eſt, quod originem ab illis non ducat: idcirco modus atque vſus adhibendus eſt in cauſis euidentibus. earum enim moderatus vſus progreſſu temporis poterit (comitante etiam ætatis commutatione) aut prorſus morbum auferre, aut ſaltem leuare, ne in deteriorem prolabatur. Ergo aeris qualitas & conſtitutio eſt magnopere obſeruanda, quoniam afficit ſpiritus, ſuccos, excrementa & reliqua contenta, poſtquam inſpiratus eſt. aut enim intemperiem imprimit ſimplicem vel coniugatam, aut putrefacit contagione ſua, aut corrumpit totam ſubſtantiam, ſed præcipuè afficit partes patibiles, & procliues ad accipiendam cœli iniuriam, quale eſt cerebrum. & ideo cõſtitutio auſtralis, quæ eſt calida & humida, & aquilonia, quę eſt frigida & ſicca, vitãda eſt: quoniã vtraq; eſt irritamentũ fluxionis: illa quidẽ prẹterquã qoòd eſt peſtilẽs, relaxat, & vias cerebri patefacit atq; colliquat: hæc verò cõſtringendo & cõ-

A primendo, inſtar manus exprimẽtis ſpongiã, materiam pituitoſam turbat deorſum. verſandũ ergo eſt in aere temperato & limpido: vitãdus eſt tenuis & craſſus, & aliqua mala qualitate affect⁹. & ideo hypocauſta illa germanica non ſunt ſalubria propter aerem refertũ calidis vaporibus. ſed ſalubrius multò eſt conclaue benè obſtructũ hyeme & cõcalefactum luculento igne. ante ortum ſolis exire nõ expedit, nec poſt occaſum ſub dio eſſe & deambula-
B re, quia nõdum opera ſolis perpurgatus eſt. deligẽdus locus in quo aer ſit perflabilis: quia quieſcens & immobilis more ſtagnantis aquæ putreſcit. Cibus ſit facilis concoctionis & citæ diſtributionis, quales ſunt carnes auicularũ montanarũ, non paluſtriũ, caponum, faſianorũ, perdicum, attagenum, qui vulgo dicũtur francolini, anatum, anſerum, & cæterarum auium quæ in lacubus & paludibus degunt, ſunt craſsi & peſsimi alimẽti: coturnicũ quæ vulgo dicuntur qualeæ ſunt nimis humidæ & dif-
C ficiles concoctionis: tales ſunt etiam carnes animalium iuuenum & caſtratorum, vitulorũ, hœdorũ, cuniculorum & ſimilium, vt agnorum. bubula eſt craſsi & tenacis alimenti: leporum, damarum aliarumq; ferarũ, quæ venatione acquirũtur, caro probè concocta & condita, niſi ſuccum melancholicũ generaret, mihi nõ improbaretur, ſi modicè & tẽperatè ſumeretur. oua ſorbilia plenè & ꝓbè nutriũt, præcipuè vẽtriculo expurgato, alioqui ſubuertũt vẽtriculum inquit Gal. & vertuntur in eum humo-
D rem quẽ offendunt. omne genus lacticinij & leguminũ & caſei & paſtillorũ fugiendũ eſt. olerum genus omne vitandũ, præterquã cichoreũ & lactuca, quorũ vtrũq; coctum laudo idq; aceto & ſaccharo conditũ in acetario: placẽt capparũ & fructus & folia ſale macerata: ſed tunc magis quando aceto & vuis paſsis cũ modico oleo dulci, quale eſt ſabinũ, aut quale eſt amygdalarũ dulciũ recẽs expreſſum, cõdiuntur eondẽ vſum præſtabit oxyſaccharũ inſigniter acidum, quẽ pręſtare poteſt acetum acetũ
E malo ex ſoro vino generatũ, quàm ex tenui, quoniã minus refrigerat: & albũ, quàm nigrũ, quòd facili⁹ ꝓpter partes ſubtiliores, diſtribuit. omnia farcimina vitãda ſunt, vtpote cũ ſint difficilis cõcoctionis: itẽ omnia genera piſciũ cetaceorũ: ſaxatiles tñ ſucci ſunt melioris. omne gen⁹ ſalſamẽti fugiendũ eſt. Aromata omnia offendũt cerebrũ, quòd maximẽ diuaporãt. Panis ſit benè fermẽtatus & probè coctus azymus eſt praui ſucci & difficilimę cõcoctionis: poteſt tamẽ cõfici cum cimino aut aniſo, aut fœ-
F niculo dulci, aut alio ſemine tẽperatè calido, quod palato eſt gratius & iucundius, quale eſt Ammi ac licet hoc ſit calore perpotens, nihilominus propter tenuitatẽ ſuarum partiũ diuaporat para calidior, dum coquit᷑ panis, nec poteſt hepati officere. Tempus idoneũ ſumẽdi cibũ eſt, quãdo perfecta eſt tertia concoctio. cœna ſit parcior quàm prandiũ. quoniam cœna vberior magnoperè officit laborãtibus deſtillatione, & præcipuè illis qui ſtatim è cœna ſomnum repetũt: quoniã oppletur caput multis ex-
G crementis, quibus ſoboles ſunt innumerabiles morbi. Potus eſto vinũ nec forte: quoniã confertim diuaporãdo lædit cerebrũ & opplet vaporib. nec tenue & aquoſum: quoniã impedit vẽtriculi imbecillis cõcoctionem: ſed ſit mediocre, limpidũ, aromaticum, & grati ſaporis, non acidi, non acerbi & aſtringẽtis ſed potius ſubdulcis, coloris albi potius quã nigri, quod ſi nigrũ ſit, nullas habeat partes craſſas,

ſed tennes, & colore imitetur illam gemmam perſpicuam, quę vulgò lapis Rubinua vucatur. Sit etiã potus moderatus, & non intempaſtiuus: vt enim calx, affuſa radicibus arborom, fructus citò perducit ad maturitatem: ſic vinum largè epotum ſpiritus quidem excitat & mentia actiuues, ſed vitæ finem prępropero m accerſit & accèlerat. Somno indulgendum eſt, quantùm, & quandu opurtet adiuuari cöncoctiones: ſumnum intelligo nocturnũ, quia dlurnus nocet, ſiqnidem probibet excrementorum depulſiunem: niſi furtè noctem traduxerit inſumnem: tunc enim vtilè qnidem naturæ eſt, im pöſito capite ſupra rectum cubitum in ſella captare ſomnum. vigiliæ immuderatæ ſiccant qnidem, ſed ſpiritum & calorem exhauriunt. calore autem deficiente fit maximus prouentus cruditatum. itaque ſomnua & vigilia, vtraqua corpuris affectio, ſi modũ exceſſerint, malum eſt, vt inquit Hippocrates. Aluus ſi natura mollis non eſt, arte eſt deiicienda & mollienda, quùd ſuppreſsio excrementorum, quę ſuperſunt ab alimento, anget fluxionem. poterit ſine moleſtia deücere aluum duram, iuſculum pulli, in quu ſit incocta vua paſſa, cum ſaccharo ſumtum ante prádium, aut duabus, aut vna hora, vel in quo ſit incucta malua, beta, & mercurialis, vel pruna damaſcena pinguia, ant aliud huiuſmodi, quodcunque arit palato iucundius. Mutus volũtarius puteſt eſſe celer, aut tardus, aut robuſtus, aut debilis, ant vehemens, aut lenis. celer qualis aſt ludus pilæ & digladiatio: robuſtus, qualis eſt iactꝰ telurum, aut diſci, aut foſsio: vebemena eſt compoſitus ex celeri & rubuſtu, ſicut armorum pundere preſſum, inſilire equnm. Sed hæc genera mutus & exercitatiunis non puto fore ſalubria buic Magnificu Viro: quare, mihi probatur motus corporis tardus & leuis, qualis eſt equitatio, nauigatio, vectio, & lenis deambulatiu ſub vmbra, nun ſub ſule, vſqꝫ ad mutationem reſpirationis, donec corpus incaleſcat, & maatus aperiantur, per quus aut ſudor ex cutiatur, aut excreméta inutilia occultè diſſlentur & dinaporent. inſtituenda autem eſt hæc exercitatio corporis nunquam crudo ſtomacho aut pleno, ſed concocto allmento & ieiuno, ante prandium, & ante cœnam: deinde quieſcendum vna bora integra ab exercitatiune, antequam capiatur cibus conſuetus. Animi perturbationes omnea ſunt fugiendæ, metns, mœrur, ira, agonia, præterquã gaudium. illi enim affectus aut refrigerant, aut calefaciunt præter modum, præterqꝫ nsturam corpus, & immutant, primò ſpiritus per calurem, deinde ſuccos, poſtremù cætera cõtenta corporis, gaudiũ verò exhilarat & fonet ſpiritua. danda eſt etiam opera iucundia conſabulationibus à cibo ſumto, intereſſe iuuat canribus, & conuentibus, quin & cytbara, atque teſtudine ludendum. Mens enim triſtis, propter mirabilem ſympathiam ſiue conſenſum vniuerſi corpuris functiunes afficit & mutat. Hæc igitur tota victus ratio eſt, iu qua ideo plus operæ poſui, quoniam upinor id genus inſtrumenti etiam multò vtilins & efficacius ad prohibendam prorſus aut remittendam fluxiunem, quàm cæreta inſtrumenta, nempe, pharmaca & manus upera. Sed vt Magnificus vir præſeruetur promtiùs ab incumbente fluxione, & intermittante graniorē morbum, ſnadeo, vt bis iu annu purgetur, nimirum vere & autumno: Vera quidem boc modo: Recipe

A floris caſsiæ nouiter tract. ℥.ı. bieræ Gal. ſimpl. ʒ.ij. miſce & fiat bolus cum ſaccharo. Deinde capiat ſubſcriptos ſyrupos ſeptem. Recipe ſyr. de ſtæch. ℥.ı. ſyrup. de eichoriu ſimp. ℥. s. decocti ex cichorea & betonica ℥. iiij. Puſtremò accipiat hoc medicamẽtum purgans ſubſcribendum. Recipe ſyrup. viol. ſoluti. ℥. iiij. electuarij roſ. Meſuę ʒ.ij. Fiat pötiu cum aqua endiuiæ & meliſſæ. ſumatur in surõra cum cuſtodia. Autumnu verò repetat, ſed pri-
B mùm accipiat hoc leniens & ſubducens medicamentum: Recipe mannæ electæ ℥. iij. cum iurè pulli fiat potio. Deinde repetat euſdem ſyrupos. Poſtremò accipiat ſubſcriptum medicamentum purgana: Recipe confectionis hamech ʒ.iij. ſyr. roſ. ſolutiui ℥. ij. ſyr. roſ. recentia ℥.ı. cum aq. meliſſæ fiat putio. Huc interim tẽporis interuallo ſuadeu, vt habeat has pillulas familiares, quarũ quindecim dieb. tranſactis qnibuſqꝫ capiat ʒ.ı.ß. aloes optimę ʒ.ij. myrrhę electę, croci ana ℈.ij. rhabarb. elect. ʒ.ı.
C diarhod. Abbatis ʒ. ı.s. cãphoræ gr. ij. ſpicæ gr. iij. miſce & fiat magdaleon ſine paſtillus cum aq. roſacea. Chebuli myrobalani conditæ mihi valde probautur ſumtæ ieiuno ſtomacho manè, corroburãt cerebrum, hepar & ventriculum. Amila ſacchsro condita & incroſtata ſumta ante cibum pituitam craſſam attenuant, reſidentem in ventriculo & flatus diſcutiunt, qui generantur à calore, viam ſuam exerente in pituitam craſſam frigidam & tenacem. Caput ablui volo lixiuio ex cinere dulcium ligno-
D rum, vt ſarmentor. vitis, aut ſalicis, in quo incoquatur myrtus, verbena: roſæ ſiccæ, betonica & agaricus pannu lineo innolutus. hoc lixinio cum ſapone odorifero abluatur ſæpe espnt.

CONSILIVM XLIX.

Catarrhus.

BELLOCATVS.

IVuenis proponitur vigintiquinque annorum,
E qui duodecim annos circiter in catarrhum incidit, cùm laboraſſet tertiana notha: à quo ſemper moleſtatus fuit, præcipuè iam per duos aunus: vnde poſtea in ventriculum catarrhus deſcendit, per ſentitqꝫ aliquando dolurem capitis. Tempus autẽ erat adoleſceutiæ quandu incidebat in catarrhum: qui nunc in iuuentute augetur. Oportet igitur adfuiſſe canſam fortem admudum, cùm nun ſit ętatis affectio propria. Dicit autem materiam eſſe inſipidam. Cunqueritur de ventriculo tardè concuquẽ-
F te, etiamſi ſatis bene appetat. Vnde colligi puteſt materiam catarrhi generari in vẽtriculu, quæ aſcendens, poſtea denuò relabitur in ventriculum, ita vt imbacillior fiat. Quòd non defluat in thoracem, ſatis cunſtat, quia tuſsia nulla adeſt. ventricnlus igitur refrigeratus malè concuquit, adeò, vt etiã corpus valde ſit emaciatum. Cur autem hoc biennio auctus ſit, inde fit, quia maxima pertulit incommoda itinerum, ita, vt puſtea in febrim inciderit, à qua curatus quidem eſt, ſed tamen membra imbecillio-
G ra derelicta. Catarrhi inueterati difficilea ſunt curatu, quia membra valde ſunt debilitata. quud ſi etiã ætatis vires, veluti ſenectutis, labaſcant, tum eſt deploratus. nunc tamen cùm in iuuene ſit, puterit curari, ſed maxima adbibita diligentia. Eſt autem intemperies frigida, cum aduẽtitia humiditate (quia breues habet ſomnos, quiqꝫ facilè interrumpuntur:

A tur:quod arguit ſiccitatem naturalem capitis, teſta Gal.1.de ſympt.cauſ.circa finé) cauſa catarrhi, quæ curari debet. Curari etiam debet vẽtriculi imbecillitas, quã ſequitur mala cõcoctio & cruditas. Vtriq; verò viſceri calida auxilia cõueniunt, quibus eorũ frigiditas emendetur: exſiccentur quoq;, ſed moderatè: quia ventriculus iam aliquo pacto exſiccatus videtur. leniatur aluus. inde cum hiera expurgatur ventriculus, ſimul & caput. poſt ſyrupis abſtergentibus & exſiccantibus materia præparetur. præparatam materiam expurgarem per cochias, aut agaricum, quæ & vẽtriculum & caput expurgare poſſunt. His factis, aquas thermarũ Aponenſium præberem, quæ euacuant, & roborãt ventriculum: ſumeretq; per duodecim aut quindecim dies. induerem etiam aquam iſtam capiti, vt calefiat & exſiccetur. Inde ſi exſiccatus ventriculus indigeat refectione, lac porrigerem, iuſcula, pullos, oua ſorbilia, &c. Vinum hoc tẽpore ſit ὀλιγόφορον. Si his non corrigatur catarrhus, ad cauteria deuenirem in brachiis, cùm catarrhus profluat à capite, vt diuerſio fiat. Et quia etiam à vẽtriculo materia venit, etiam cruribus cauteria admouerem. Temporibus frigidioribus diapipereon, aromaticum roſatum, & mithridatium, pro confortando ventriculo poſſunt exhiberi.

FRANCANZANVS.

Excrementa oſtendunt illum pati catarrhum. qui cùm fiat vel propter intemperiem, vel ratione plenitudinis à capite deſcendentis, vidẽdum eſt quænam huius catarrhi ſit cauſa. Credo autem ſemper illum temperaturã fuiſſe frigida & ſicca: quia venæ exiles valde, corpus glabrum, & gracile. Anno ætatis decimotertio incapit laborare catarrho, cùm præceſsiſſet febris: ſed non illum moleſtauit, niſi abhinc duobus circiter annis cùm equitaſſet in ſole, aere frigido, &c. Credo præterea, quòd intemperies capitis adſit frigida & ſicca (nam pallidus eſt, glabrus, & veluti ſenex quadraginta annorum videtur.) præcipuè ex breui ſomno: quam auxit febris ipſa. cumque catarrhus frigidus ſit, & inſipidus, oſtendit diſpoſitionem capitis. Prima igitur cauſa eſt intemperies cerebri, ſecunda ventriculi imbecillitas, tarda concoctio & flatus multi: idq; ex caliditate debili. Sed dubium eſt, an ſit humiditas iuncta, an ſiccitas. verùm cùm intenſam frigiditatem ſoleat ſequi ſiccitas, & verò hic exſpuat ſatis, appetat etiam ſaos benè humida, eaq; cõcoquat facilius: idcirco humidior eſſe videtur. Atq; ita vẽtriculus cerebro, cerebrum vẽtriculo tranſmittit materiam. Sed præter ventriculum, etiam ab vniuerſo corpore ratione malæ concoctionis aliquid ad caput poteſt tranſmitti. adhęc aluum habet valde adſtrictam, nec agerit niſi medicamentis adiutus. videtur igitur & hepar eſſe affectum. At heri vidi lotia pallida & craſſa: feces molliores. Vnde colligo non adeſſe caliditatem iecoris. nam id ſi eſſet, feces duriores euaderent. idcirco potius dixerim, adſtrictionem alui eſſe ex mala cõſuetudine, quia ſępius, vrgentibus fecibus, tardauit eiicere. Sed nec pituita cauſa valida eſt, vt ſua viſciditate poſsit feces retinere. Quod curationem attinet, caput calefaciendum eſt & humectandum: ventriculus calefaciendus & exſiccandus. At intemperies iſta cùm iam ſit firmata, difficulter remouebitur. nec video quomodo caput iam veluti ſenile poſsimus alterare. Hiera omninò eſt euacuandus, quia adeſt pituita, &c. Facta euacuatione, alterãda membra ne generẽt: aut certè euacuanda materia paulatim, & aliò deriuanda. Aquæ thermarum conueniunt. Embrochas ex illis tenerem, quia ratione ſiccitatis poſſent obeſſe. itaq; admouerem, veluti oleum chamæmelinum, maſtichinum, &c. Quòd ſi his non remoueatur, euacuetur per interualla terebinthinã, etiam quan-

B doque per aloen, quæ etſi exſiccet, tamen ſua corpulentia non penetrat ad caput. in æſtate permiſcerem hieram cum caſsia: nam quòd intemperies ex toto remoueri poſsit, non credo. Cauteria probo. Catarrhus tamen non eſt periculoſus, ſed ſalubris, quia nec acris eſt, nec exulcerat, nec ad thoracem aſcendit. Idcirco poterit inſuere in ſua ſenili conſtitutione iuuenis iſte, & contentus eſſe euacuantibus per interualla, vt potius prohibeatur auctio catarrhi, quàm vt ex toto remoueatur. Interim vta-

C tur bona victus ratione, & præcipuè ab vxore abſtineat: res enim venerea vẽtriculo maximè officit.

FRISIMELICA.

Totius temperies frigida & ſicca: ſicut & caput, quod idcirco eſt obnoxiũ repletionibus, quia eo concoctio fieri bona nequit. Ventriculus frigidiſsimus eſt omnium membrorum, & ſiccus, forſan nonc aduentitia humiditate refertus. A capite & ventriculo mali origo eſt. iecur etiam frigidum & ſiccum

D crediderim, item & muſculos, ita vt ab vniuerſo corpore etiam ad caput vapores tranſmittantur: nam teſta Gal.3.de ſympt. cauſ. caput eſt veluti caminus corporis. Ratione ergo intemperiei capitis, ventriculi & membrorum reliquorum generatus eſt, catarrhus frigidus, eò quòd abſque acredine & ſapore eſt, defluitq; tantùm ad ventriculum. Non ſola autem intemperies in cauſa eſt, ſed etiam, quia degit in locis frigidioribus & humidioribus prope lacum quendam Apennini, inde equitauit in æſtu,

E &c. duxit vxorem: quæ res corporibus iſtis valde nocet, febris quoque auxit imbecillitatem membrorum. Temperandum igitur eſt totum corpus per calefacientia, & leuiter exſiccantia. verùm ventriculi intemperies difficulter corrigitur, vt 7. ad Glauc. Leniatur aluus, mundetur corpus, præparetur materia, euacuetur cochiis, &c. reficiatur vẽtriculus intrinſecùs electuariis, aromatico roſato, diatrion pipereon, &c. item exteriùs fomentis, oleis, &c. Aquas thermarum darem: licet enim ventri-

F culus ſit ſiccus, item & iecur: tamen tantùm eſt congeſtum de materia pituitoſa, vt facilè poſsit perferre. Stillicidium etiam capiti ex iiſdem pararem: quia cùm fiat per interualla, vt ſcilicet primò abluatur, poſtea inungatur, inde poſt duos dies repetatur: non poterit tantùm exſiccari caput, quantum percipiet commodi ex calefactione. Cæteris in rebus vobis conſentio.

TRINCAVALLIVS.

G Vir fuit ſatis promtus & expeditus, manes & pedes in negotiis etiam bellicis: ſatis animi fortis, & ingenij boni: vrina erat rubra & craſſa, & in ſuperiori parte nebula ſupernatabat, quæ colliquationem denotat: pulſus febrilis videbatur. Dubitaui ego de temperatura naturali: nam frigidum & ſiccum omninò fuiſſe corpus vix credo, cùm fuerit

E

booo ingenio & alacri. frigiditas auté pigros facit.
tuuoc qoidem lineos eolor frigidiorem temperatu-
ram ſubeſſe ſignificat. Quod præterea vrina ex leui
inambulatione rubuerit, renes calidi ſignificâtur:
quód item fuerit ſatis animoſua, corda fuit calido,
&c. Ex his ergo conſtat totum corpus nô fuiſſe fri-
gidum: qnamuis difficile núc ſit, in corpore lungo
s deo tempore conſcctu à morbo, tempcraturá co-
gnoſcete. Porrò catarrhi frigida & humida eſt ma-
teria, per quam cerebri têperies indicantur eſſe fri-
gida. an verò ſit ſimul humida, perplexum eſt. & li-
cet illius ſit temperaturæ, modicè tamen erit, quia
ſomni fierent longiores. quare credo potius incli-
nare ad ſiccitatem, quàm ad humiditatem: humi-
dum tamen aliqoo modo eſſe caput, aer in quo ver
ſatua eſt, argumeoto forſan erit, ab aerc aotem tem
peraturam maximè mutari nemo eſt qui ignoret.
Cùmq; febris exoluerit calorem naturalem & aer
humectarit, fieri potuit, vt caput frigidius & humi
dius ſit factum. Sed & id oſtêdunt ſputa crebra pi-
tuitoſa. Vode & id ſtatim ſequitur, iotêperiem hãc
cû materia eſſe. Cæterùm, hæc ſi ita ſa babeât, non
immeritó quis dubitare poſsit de cauſa vigiliarû,
vnde nam eæ ſint: ſed facilè ſic obiicient reſponde
ri poteſt: vode ergo vigiliæ prodeunt? Nam cùm
materia non retineatur io capite, ſed ſimulac aſcen
derit, concreta delabatur: ſomnom profundum in-
ducere non poteſt, ſicuti in lethargo fit, vbi materia
io capite côſtipata eſt. Caput ergo ſiccum eſt pro-
pter priuationem humidi naturalis: humidum au-
tem propter adoentitiam humiditatem excremen-
torum. ventriculus ſiccus eſt propter conſumtio-
nem humiditatis naturalis: frigidus autem à mate-
ria frigida & humida aduentitia. Quod ægrom at-
tinet, tristis eſt mœſtus, ſumnia habet turbulêta, &c.
ioſuper flatus & rogitus inteſtinorum. itaq; vereor
na aliquâdo poſsit eſſe ioitium hypochondriacæ af
fectionis. quæ præcipuè pêdet ex obſtructione me-
ſaraicarum. Difficolter curari poſſe credo iouetera
tam adeó intemperiem: præcipuè cùm patiens in-
obedientior eſſe videatur. accedit, quód noper du-
xit vxorem, quæ res plurimum debilitat ventrico-
lum. Calefacientia, incidentiaq; conuenient, & cæ-
tera omoia à cæteris propoſita. Cooducere puta-
rim Aponêſes aquas propter humiditatem multã
aſcititiá, quæ relaxari poteſt & expelli. Abſtinerem
à balneis, qnia timerem ne ventriculus nimis exſic
caretur. Cauteria probarê oon tantùm in brachiis
& cruribos, ſed etiam in capite, quib. in iſtis regio-
nib. vti ſolent ſcilicet Piſauri, Vrbini, &c. nam cùm
cæteri non timeant exſiccationê ab aquis therma-
rum: neq; ego exſiccationem, quæ à cauteriis iſtis
fieri poſſet formidarem: nam ſuperficiem tantùm
exſiccare poſſont, non ad interiora capitis penetra
re. In noſtratibus quidem hominibus cauteriis in
capite vti vererer: ſed cùm illic vbi ille habitat, cô-
ſueti ſint iis vti, mea quidem ſententia non pote-
ruot obeſſe.

CONSILIVM L.

Catarrhus.

PRoponitur caſus illuſtriſsimi Comitis, qui eſt
calidi & ſicci, tum iecoris tum cordis: calidi ve
rò & humidi cerebri atq; in præſentia frigidi, item
& humidi ventricoli: habitos nec admodum pin-
guis oec admodum macilenti. agit ætatis ſuæ annû

A vigeſimum quartum. Occaſio sût, per quem in ſym
ptomata quædá incidit, hęc fuit: Menſe Martio an-
ni præteriti in illis hypocauſtis ſaltando immodi-
ceq; ſe excrcêdo, cùm ſudaret illico ex illis vapora
riis exiuit, ſeq; frigidiori aeri expoſuit, deinde ali-
od ingreſſus eſt hypocaultû, io quo pariter ſudor
nouus prôuocabatur, atq; ſecuodó rurſus frigido
acri ſe commiſit. Ex hoc ergo frequêti exitu & in-
greſſu hypocauſtorum deſtillatione quadam cor-
B reptus eſt, quam côſequuta ſuot, capitis grauitas,
raucedo, ſpirandi difficultas, tuſsis, ſenſus quidam
frigidus crurum & præcipuè poſt vehementê cor-
poris motum: præterea nimia cibi appetentia, quæ
facultati concoctrici non reſpondet: ſiquidã multa
appetit, ægrè autem concoquit. quó fit vt flatos &
rugitus prorumpant. Conqueritur quioetiã de do
lore quodam & interdum tumore circa abdomê,
in regione ilium verſus pubem: pariter de calore
eum pulſu quodam circa tempora: item de puſtu-
C lis exiguis, linguam interdum, nô citra acrimoniã
ſenſum veluti piperis præ ſe ferentem, depaſceoti-
bus: deoiq; côqueritur quód qoamprimum opus
aliquod aggreditur, repeote quodam extremarum
partium frigore, ſeu tremore occupatur, qui tamen
ſtatim euaneſcit, & deinde rem peragit & ad finem
deducit. Hæc igitur ſunt inter præcipua de quib. il-
luſtriſ. Comes côqueritur. Cæterùm ne temerè tot
malorum curationem aggredi videamur, omnium
cauſas breuiter proponerè liceat. Neminem latere
D arbitror, propoſita ſymptomata maiori ex parte à
deſtillatiune occaſionem nanciſci. Cùm autem de-
ſtillatio vitium ſit ex fluxione côſiſtens, atq; exigat
recipientem partem, vias, materiam, & mandans
membrum: de his etiam aliqnid prius dicendum
eſt. Recipientes ergo partes plures ſunt, vt dictum
eſt: ſicut & viæ per quas mandatur materia. ete-
nim per palatum pellitur ad fauces, & hinc rauce-
do excitatur. Tranſmittitur etiam ad tracheam ar-
teriã, & hinc difficilis ſpiritus oritur. Inde verú etiã
E ad pulmones, atq; non ſolum ad bronchos, verùm
etiã ad pulmonû poros, vnde & tuſses & pectoris
grauitas moleſtât interdum: præterea per gulá ad
vêtriculum, vnde vêtriculus affligitur interdû: per
renes quoq; ad crura præcipueq; vbi ob validiora
exercitia materia magis attenuatur cômoueturq;,
atq; ad hinc ad crura, exercitij occaſione calefacta
ſituq; ipſo ad recipiendû proua profluit: quò fit vt
ſenſus ille frigidus percipiatur. Materia aût quæ ad
has partes per prædictas vias tranſmittitur, eſt ma-
F xima ex parte pituita inſipida, dulcê excedês. vnde
materia eſt à prædominio frigida & humida ratio-
ne pituitæ inſipidæ excedêtis. Etenim ſaporê per-
cipit ſæpe inſipidû, interdum dulcê, ounquam aût
ſalſum: fortè aût eſt admixta portio bilis, cùm circa
têpora caliditatê illam percipiat. Quin & puſtula-
rum in lingua forſitan materia erit diuerſa è mate-
ria deſtillationum propoſita. Neq; enim deſcendit
vel ad pectus, vel ad vêtricolum, vel ad crura, ſiqui-
dê ſenſus caliditatis, nô frigiditatis percipitur. Pal-
G litur autem talis materia & præcipuè pituitoſa, ve-
luti à membro mandante, à cerebro tum calido
tum humido. Quod verò cerebrum tum calidum
tum humidum ſit membrum mandans, vt intelli-
gatur, animu concipere oportet, materiam pituito-
ſam in cerebro partim gigni, partim aliunde tranſ-
mitti & deriuari. Generatur quidê in cerebro quo-

niſm ob caliditatem alimẽtum copioſius iuſto at-
trahit. vnde cùm illud uon poſsit ab eius conco-
ctrice facultate regulari, plurimę cruditates gignũ-
tur. ac proinde fit, vt ſomni profundiores, capitiſ-
que grauedinas comitentur: altera verò materia a-
liunde deſluit, nempe ex ventriculo: quippe qui
cùm imbecillis ſit frigidos & humidus, cauſa eſt
plurimarum ſoperfluitatum, quæ deiude ad cere-
brum valut ad caminum euaporantes, hincque ad
prædictas partes deſcendantes, ſymptomata illa
machinautur. Atque ex his ſaquitur, caput & ven-
triculum membra eſſe tum recipientia, tum man-
dantia, circulumque in hoc paruo mundo, ſicut &
iu magno, obſeruari. Nam ſimili modo, vt de cere-
bro antea dictum eſt: ventriculi qooq; frigiditas &
humiditas omnium malorum origo eſt, vude occa
ſionem habuit. Siue autam vitium capitis præceſſe
rit, ſiue ſit ſubſequutum, non ex alia cauſa quàm ex
peſsima viuendi ratione germinauit: quandoqui-
dem comes illuſtris erronea viuenda regula, in ſex
rebus non uaturalibus abuti coactus fuit, cùm &
ſummas aeris mutationes confeſtim expertus fue
rit, & in cibis, potionibus, animi accidẽtibus, ac re-
liquis, pręcipueq; exercitiis deliquerit: quoniã per
equos diſpoſitos non exigoam mundi partem cele
riter percurrit. Quo enam accidit, vt in ventre infe
riore dolores illum quidam cum tumoribus, flati-
bus refertis, moleſtant. Deuique quód, vbi opus
aliquod eſt perficiẽdum, exiguo illo frigore vel ſe-
mitremore occopatur, in cauſa eſt caloris rapẽtina
concẽtratio: quod inde apparet, quouiam cùm ſta-
tim calor validior effectus ad extra erompit, actio-
nes firmæ & ſtrenuæ celebrantur. Hæ igitur ſunt
cauſæ omuium illorum ſymptomatum, quibus il-
luſtris Comes obnoxius eſt, à quibus vt liberetor,
atq; à ſæuioribus præſeruetur: Primùm animũ ad
ventriculum, tanquã ad omnium malorum fontẽ,
dirigere oportat: nec non etiam ad cerebrum. vnde
oritur indicatio tum roborandi ventriculum, tum
refrigerandi & exſiccãdi cerebrũ. At quoniã mem-
brum roborare non licet, vbi repletum fuerit, niſi
prius vacuetur: ob id tum ventricolom, tum caput
euacuare expediet. Caput præterea com euacuari
nequest, niſi totum à repletione liberetur: ideo to-
tum purgandum prius, & conſequenter præparan
da materia, &, ſi licet, minuenda. atq; primum com
munes ſuperfluitates expiandę. Quibus indicatio-
nibus vbi ſatisfecerimus ita deſtillationem ſuſtule
rimus, vt nõ ſolum præſeus deſtillatio remoueat;
verũ futura quoq; prohibeatur. Quod ſi fortè adeò
rebellis fuerit intẽperies tum cerebri tum vẽtricu-
li, vt nouæ materię generationẽ inhibere nou eſſet
poſsibile, tunc duplex aduerteretur indicatio: pri-
mò, materiã, quæ gignitur, per vices vacuãdi, dein-
de, eandem materiã ad alias partes ignobiliores di-
uertẽdi. Cæterùm vt de prognoſtico ſermonẽ ha-
beamus, ad has poſtremas indicatioues confugere
opus uon eſt, quãdo tum capitis tum vẽtriculi diſ-
craſiã eradicare poſsibile ſit, multoq; magis reliqs
indicationib. ſatisfacere. Si anim aliqua iu præſen-
ti curatione eſt difficultas, ea in vẽtriculi & capitis
corroboratione conſiſtit. Proinde illuſtriſſ. Comes
ab hiſce liberabit malis, à periculoſioribusq; præ-
ſeruabitur: non tameu admodum facilè. Siquidem
inter cætera, tonum præcipuis viſceribus, nempe
cerebro & vẽtriculo, reſtituere neceſſa eſt. Reſtitui-

A tur tamẽ tonus, quia extremus nõ eſt lapſus. Subie
ctum præterea, ex parte habitus, ætatis, & reliquo-
rum, ad auxilia citra noxã admittenda idoneũ ha-
bemus, dummodo illuſtriſſ. comes præceptis iam
proponẽdis facilibus parere voluerit. Secus (quia
licet magis noxas futuras præfari, quàm homiues
in has ꝓlabi permittere) in grauiſsima vitia, vtpo-
te aſthmata, pulmonom vlcera, comitiales attoni-
toſq; morbos, iiſq; ſimiles incurrere poſsit, à quib.
B Deus ipſum arceat. Quãtum igitur ad remedia ꝓ-
poſita, etſi quantum ad temperaturam iecoris cali-
dioris ſimiliterq; cordis ſanguinis miſsio nõ vide-
retur ſuperuacanea: tamen, quia deſtillatio neq; ſal
ſa eſt, neq; magnom minatur incommodum, omit
tamus illam, præſertim cùm aliis auxiliis ſupplere
poſsimus. Quantum ad pharmaciam leniẽtem: ſit
caſsia cum ſpeciebus hieræ: quantum ad præparã-
tem: ſyr. ſit de betonica, mel. roſ. de cichorea ſimpl.
decoctum ex betonica, paſſulis, & boragine, & ci-
C chor. vt vnà etiam thoraci conſulamus. Purgãs ſit
agar. trochiſ. rhabar. in minori copia, &, ſi admittat
medicamentũ in bolo, dare poterimus cum caſsia:
ſi in potione, cum ſyr. roſ. ſolut. Quoniã verò vnica
non ſufficiet purgatio, ſed opus erit bis, vel etiã ter
purgare: ob id ſecunda, vel tertia purgatione aſcẽ-
dere poterimus ad pillulas cochias, additis aureis
in minori copia & maſtichinis. Conſulentes au-
tem vautriculi imbecillitati, poſt deuoratas, pillu-
las, vt faciliùs eliqueutur, dilutum aliquod propi-
D nemus. Quantum ad pharmaciam purgantem par
tes determinatas, & primùm caput: Cauendum à
caputpurgautibus per ſe, quoniam materiã ad fau
ces & pulmones attraherent. Sed ergo erit & ſalu-
bre, ad ea, quæ naribus adhibentur, accedere: vtpo-
te ad ſuccum bliti, cyclaminis, ſampſuci & ſimili-
um. Abſtinendum à calidioribus. Pro purgatione
autem thoracis vti poterimus ſyr. de liquiritia, de
farfara, oxymell. ſimpl. penidiis, loch. de pino, de
pulmone vulpis: quo vnà pulmonẽ purgabimus
E & roborabimus. vbi autem ſimul materia à capite
ad pulmoues deflueret, & defluxa eſſet: Diacodio
ne com mella vti licebit, vt eodem tempore flu-
xum materiam euacoemus, & fluorem cohibea-
mus. Præterea verò vt faciliùs purgatio polmonũ
celebretur, thoracem dilatare expedit, inungendo
pectus cum butyro recenti in maluæ decocto, cum
ol. amygdal. dulcium, chamęmelino, &c. Quantum
ad roborationem, & primó quidem ventriculi, ple
raq; habemus, nimirum aromat. roſ. conſer. ex flo-
F re betonicæ, roriſmarini, diacyminũ, diaſpolet. tere
binthinam in decocto betonicę lotam, & alia qui-
bus vti poterimus, habita ratione temporis, &c.
Cæterùm pro validiore & integra ventriculi robo-
ratione neceſſarium eſt ad aquas thermarum con-
fugere. Ex his namq; ita calefiet & ſiccabitur ven-
triculus, vt proprium legitimumq; torum adipiſca
tur: ſiquidem huiuſmodi ſulphureæ aquæ non ſo-
lùm calefaciaut & ſiccant: verumetiam, quod reſi-
duum eſt materiæ in vantriculo, tum item & reli-
G quis corporis partibus, id totum eradicãt, parteſq;
roborant. Cùm autem in agro hoc Patauino pota-
bilium aquarum copiã ſit, tum Apouenſium, tum
S. Petri: quouiam Aponenſes maiorem copiam ſul
phuris recipiunt & conſequenter calidiores ſunt,
& hanc ob cauſam, tum etiam quia ratione ætatis
& temperamenti præcipuè tum calidioris iecoris

tum cordis plus æquo calor corporis accendi poſſat: non erit præter rationem, veluti tuto magis auxilio, vti aquis S. Petri, neq; ſuſpicandum frigiditatem vẽtriculi adeo intẽſam tolli non poſſe. ſiquidẽ magis ab his, quod voluerimus, cõſequemur, ſi pluribus vicib. aſſumãtur, quàm ab Aponenſib. Quantum ad corroborationẽ capitis calidioris & humidioris attinet, à ſtillicidio aquarũ ferrearum abſtinendum. quãdoquidem præter id, quod nimirum refrigerant, ita etiam aſtringerent, vt hinc vapores ad caput aſcendentes diſſlari nõ poſſent. Quale autem nocumentum vapores detenti inferaut, nemo eſt qui ignoret. Quapropter ad refrigerandum & magis ſiccandum cerebrum, embrochas potius laudamus, quę ex lixiuio conficientur, tum mediocri, tum recipiente roſas, chamæmalum, betonicã, cupreſſum, myrtillos, ſandala, &c. A ſtillicidio etiam aquarum Aponenſium, ne caput incaleſcat, abſtinendum eſſe cenſemus. fortè autem ad ſiccandum caput, per aliquot vices, ſtillicidio aquarũ S. Petri vti poſſemus. Quãuis tutius ſit in embrochis iam dictis inſiſtere per vndecim vel duodecim dies, bis, vel ſaltem ſemel in die. Neq; etiam capitales pulueres abeſſe poſſunt, vtpote roſarũ, betonicæ, chamæmeli, myrtillorum, ſandalorum, & ſimilium. Deinde ad roboranda crura ſint aquæ Aponẽſes, quibus crura lauentur, nequaquam corpus vniuerſum, ne cor atque iecur calefaciamus. hæc de roborantibus. Poſtremò quod ad diætam: caueat ab inæquali aere præcipueque craſsiore, humidiore, nocturno atque impuro. Caueat pro viribus à ciborum potuumq́ue copia & multa qualitate, & vtatur cibariis laudatis quæ nota ſunt. Cibaria condiantur aceto, paſſulis, ſaccharo & cinnamomo, atque pipere. Interdum vrgente aliqua anhelitus diſficultate poterit vti panatella cum butyro recenti, vel oleo amygd. dulcium: ſecus minimè, ne ventriculus reddatur laxus. vtrum autem ſint eligendæ carnes vel elixæ vel aſſæ, crediderim aliqua ex parte eſſe appetitui cõdonandum: magis tamen elixis quàm aſsis inſiſtendum, præcipuè purgationis tẽpore. Siquidem elixæ molliores ſunt, & idcirco faciliùs concoquũtur. vnde dicebat Hippocr. facilius eſt impleri potu quàm cibo, hoc eſt, alimento molliori quàm duriori. Potus ſit vinum non vinoſum, & quamuis rubrum ventriculum magis firmaret, attamen propter conſuetudinem & thoracem, album concedere poſſumus. Præterea alui beneficium ſingulis diebus habeat, non multum vigilet. Potiſsimum autem circa motum & quietem ſe bene gerat. Quandoquidem ſi circa hæc malè ſe habuerit, & præcipuè, vt conſueuit, equitando, pericula plurima impendent.

CONSILIVM LI.

Catarrhus & ſputum ſanguinis.

N.

IVlius Veronẽſis, vir natus annos quadraginta, ab annis quinq; aut ſex, quoq; anno ter & quater cõſueuit incidere in deſtillationẽ, quæ intermiſſa erat in primis, ſecundò erat cũ tuſsi, cũ inappetentia, quãdoq; ſalſa, quãdoq; amara, aut inſipida, nõnunquã tenuis, nonnunquã craſſa, quãdoq; cũ febre, aliquando ſine febre. Tandem ex longiori paroxyſmo in ſputũ ſanguinis incidit: à quo perrefactus, quærit nũc quid ſibi ſit agẽdum. Exordiar igitur ab eo, quod magis vrget, videlicet à deſtillatione, quia eſt cauſa aliorum omnium. Exſpuit autẽ pituitam ad octo aut decẽ libras vno die, duratq; id interdum menſem vnũ aut vnum cum dimidio. eius deſtillationis duæ cauſæ ſunt: externæ, vt mala victus ratio, & errores in ſex rebus non naturalibus. Nam aere vtitur frigido, & tenui ſatis, qui in profundum penetrat: comedit multa cibaria & varia, ideo multa excrementa congeſta in totius ambitu. Noctu vagatus eſt cum galea. deinde ex calore & exercitio ſtatim exuit eam, calfactamq; ſæpè repoſuit in caput. vnde potuit mala in capite intẽperies generari, à qua humores tales oriuntur. Præterea immoderata venere vſus eſt, à qua totum corpus priuatur calore innato & ſpiritibus. generanturq; excrementa pituitoſa. Dimiſit etiam exercitia, cùm antea conſueuiſſet ſe exercere. Vnde excrementa non ſunt euacuata. Internæ cauſæ ſunt temperamentum innatum. Nam quòd ſtaturam habet non longam & altam, ſed breuem: totũ corpus glabrum, niſi in mento & capite. Capillos item nec nigros nec rubros, ſed paucos & flauos potius. Color præterea eius eſt albiſsimus, mollis caro, &c. colligo, declinare eius corpus à temperato ad humiditatem & caliditatem: ita tamẽ, vt non excedat in caliditate, vt in humiditate, quod apparet ex corpore pingui, non carnoſo, ſed quaſi orbiculari. Scribitur etiam hepar talis eſſe temperaturæ, cùm venas non multùm latas, ſed exiles & non apparentes habeat. De thorace affirmat eſſe ſatis latum. Igitur cùm altitudo ſit à calido, latitudo ab humido: declinat is magis ad humidum, quàm calidum. De capite ait, quòd ſit excrementoſum, album, breue non craſſum, item quòd emungit nares ſæpè cum plurima humiditate. Vnde ſtatuere poſſum⁹ quòd caput ſit multum humidum, parũ autem calidum. De ventriculo non eſt conqueſtus, niſi poſtquam incidit in deſtillationem eſt tamen eiuſdem temperaturæ. Non mirum igitur redundare in tali corpore pituitam multam. Defluit autem ea ad cætera membra, quia multùm coiuit, qua ratione ventriculus labefactatus eſt. Tum & alios errores externos commiſit, à quibus vt antea, diximus cerebrum quoque perduci ad malam intemperiem potuit: Itaque dicerem nunc inclinare ad frigidam & humidam intemperiem vẽtriculum & totum corpus: adeoq; ratione capitis & ventriculi defluxum generatũ eſſe, quia fiunt malæ coctiones & euaporationes ad caput, quod cùm ſit imbecillum facit defluxus, vt fit in generatione meteororũ nonnullorum, grandinis, nebulæ, &c. Porrò credo deſtillationem iſtam eſſe primò per eſſentiam, mox etiam per conſenſum: Nam primarium eſſe capiti, oſtendit, quia ſanus ſemper exſpuit, ſæpè emungit nares, præterea odoratus ſublatus eſt, item, ſibilum aurium patitur. Generat igitur caput humorem, & dimittit, quia ab eo moleſtatur, & opprimitur. Generat autem, quia eſt mala intemperie affectũ, frigidum & humidum nimirũ, aut ſaltẽ calidũ & humidum: vel quia factũ eſt imbecille propter coitum, vſum galeæ, omiſſum exercitiũ. Contingit enim cerebro in aere frigido, quod ſpongiæ aqua imbutæ, ſi vt exprimatur aqua. At per cõſenſum fieri quoq; hanc deſtillationẽ, arguunt à vẽtriculo & à toto corpore aſcendentes vapores, qui cùm crudi ſint & multi, non conficiuntur, ſed congelantur & deſtil-

deſtillaot,cũq; feruntur ad oares tollunt odoratũ.
Quoties enim patiens reiicit excrementa narium,
redüt odor,ſed nũc non rediit. Totus aũt ſublatus
eſt à mala intemperie frigida nempe & humide ca-
tarrhi. Sibilus verò in aurib. fit, quia humiditates
cùm prohibẽtur euaporare,in vapores conuertun
tur. Ab eadem materia quoq; inappetentia fit,cùm
ea ed ventriculnm deſtillat. Eadem cùm in thoracẽ
defluit,tuſsim facit:quod ſi etiam aliquid ad thora
cem & pulmonem vlcus facit,& corroſionem, vn-
de poſtea ſanguinem exſpuit.eſtq; in hoc caſu tan-
quam filamenta quædam,& vt guttulæ interdum.
fortè autem taotùm in trachea artẽria eſt cauſa,vn
de pmaoat ſaguis: quia ſi in pulmone eſſet, plus ſan
guinis exſpueretur. Quòd demum qnãdoq; habet
febrẽ coniunctam,quãdoq; non,ideo fit,quia cùm
homor colligitur & nondũ putrefactus eſt, non ge
nerat febrẽ. Deſtillatio quoq; per interualla, inſtar
paroxyſmi repetit,quia fit etiam per cõſenſum, nõ
ſolùm per eſſeoóam. nam ſubinde colliguntur ex-
crementa plurima. His expoſitis de natura deſtil-
lationis iſtius, nonc ad curationem accedemus,
de que perſuaſum habeo,qnòd obtineri poſsit: ſed
cum difficultate. Neq; tantum me deterret,quòd
durauit quinque vel ſex annos, quaotnm me con-
ſolatur,qudd cum interuallo eſt & cum ſputo ſan-
guinis. Ordiamur autem à deſtillatione, quæ ma-
gis vrget,vtpote cùm dependeat à pituita ſalſa,quę
fit quãdo capnt ſupercaleſit. Eſt interdum emara,
quia miſcetur cum bile. Cæterùm pituite, cùm ſit
in ambitu totius, non per conſeuſum, tum eóam
in membris,remoueatur prius à toto, & totum cor
pus exporgetur. (Indicationes ſumuntur ab hu-
more, qui peccat in qnanto, quali & motu.) le-
nita ab initio aluo ceſsia eut manna, aut lenitioo.
Ad præſeruationem vtatur terebinthina Cypria.
Quia autem ventriculus imbecillis eſt, miſceatur
aliquid bieræ cum caſsia. Sang. miſsio cùm facte
iam ſit,ea nunc repetende non eſt. Tollendus eſt
dein motus,qui deſcendit ad fauces. Si ſalſus eſt &
tenuis, conuenit confectio diacodion. ſyr. viol. ex
farfara vel iuiubis, Diatragacanthum album, vel ru
brum. Coouenìunt & frictiones, lotiones, nexus
circa bumeros,crura, item cucurbitulæ. Deriuant
enim à fancibus ad alia. Quantum ad qualitatem
eius viſcidam crudam, opus erit concoquentibus,
extergentibus, moderannbus ſalſedinem per em-
plaſticam vim: idque fiet aut per victus rationem,
aut per pharmacon. Sed de victus ranone prio-
re loco dicemos,poſteriore,de medicamentis. Aer
igitur Veronenſis cùm frigidus ſit, & denſus, ea-
que ratione incommodus,ſi fieri poteſt, mutetur.
Cibo & potu vtatur,qui temperẽt, & concoqnant
humorem. Si pituita craſſa, & lenta eſt,vtatur in-
terdum acetariis, præſertim cùm non eſt in paro-
xyſmo, vt capparibus,cichorea. Item ptiſana hor-
deacea, oryza, præſertim cùm exſpuit ſanguinem,
carnes ſint optimi ſucci vt bonus ſanguis fiat: pul-
li, bœdi, ſuis temporibus columbarũ ſyluestrium,
turdorum. In paruxyſmo à vino abſtineat, bibat a-
quam cum cinnamomo vel ſaccharo vel ſyr. viola-
ceo, pro vt eſt ratio catarrhi. Poſt paroxyſmum vi-
oum ſit oligophorum rubeũ: roborat enim caput
& ventriculum, nec excitat fluxum. Si catarrhus
inſipidus fuerit, uec ſalſus oec amarus, conueni-
unt, ſyrup. de ſtæchade, de dusbus radicibus, ace-

A toſus, vbi craſſus fuerit oxymel ſimpl. Item ſyrup.
viol. de farfara, de liquiritia, cùm ratione catarrhi,
tum thoracis. Itam ſyrup. de iuiubis. Decocta e-
runt ex endiuia, tuſsilagine, acetoſa, quæ exhiben-
da ſunt, donec humores ad porgationem fuerint
præperati. Vacuandum leuioribus, qnia membra
ſunt imbecilla, vt agarico, pillnlis de agar. pillulis
ex hiera cum agarico. Cochiæ, aureæ fœtidæ viten-
tur, ſi fieri poteſt: vtatur potius caſsia & agarico.
B Poſt vacuatiooem corroborentur ventriculus, tho
rax, caput. Caput ſi prius euacuemus & exſicce-
mus, euacnabitur per os, per nares. errhina fiant ex
ol. amyg. dulc. anar. & aqua mellis, aqua hordei. Ma
ſticatoria tutiora ſunt gargariſmatis, quæ calida
ſunt, quia cient homores ad os. Fiant autem illa ex
cera, radice capparum, pipere, &c. Corroborãdum
cum lixiuio & fomẽtis. lixiuiũ fieri poteſt cum cha
mæmelo, betonica, ſtæchade, ſampſucho, & aliis
ſiccis. Vtendum eſt etiam exſiccatione ſmegmatis
C ſeu ſaponis: ſit igitur ex nuce muſcata ex caryo-
phyllis, agarico. Thorax corroboretur cum ſyrup.
viol. ſimpl. comp. linimento ex oleo chamæm. vel
amygd. dulc. pro ratione catarrhi: ventriculus hie-
râ diatrion pipereon, cum aromatico roſato: To-
tum corpus cum mithridatica confectione. exſic-
cat enim & roborat. Prò præſeruatione, ſi ſputum
& deſtillatio eſt inſipida, vt ſæpiſsimè eſſe ſolet, a-
quæ potus commodiſsimus eſt, præſertim Apo-
oenſium: vt etiam ſtillicidium, ſi deſtillatio ſit inſi-
D pida: nequaqnã autem, ſi ſalſa. exſiccat enim & ro-
borat calorem natiuom. Cauteria neceſſaria oon
ſunt, cùm affectio ſit intermittens. Sed tamen cùm
viderimus, quòd catarrhus faciet periculum, ne
pulmo exedatur, & fiat vlcus, malos erit periculũ,
ſi omittantur. Fiat ergo caoteriom potentiale in ſu
tura coronali. Hoc tempore quo aquarum vſus nõ
eſt, fiant decoctiones ex pulegio, betonica, chamæ
melo, cum ſulphure. Rubificantia etſi non faciunt
vulnera, quia tamen reſoluunt calorem, qui entea
E à victu & coitu reſolutos quoque eſt, non placent.
Quæ præſeruẽt cauteria fieri poſſunt ſuper hume-
ris, brachiis, crure. circa brachia mala non eſſent,
quia propinquæ loco affecto, à quo diuerterẽt ma-
teriam: nec mala circa crura, quia minus moleſta.
Quæ ſi iuuareot poſſemus conſolidare toſtura, &
in crure retinere.

FRISIMELICA.

Deſtillatio eſt haud dubiè cauſa ſputi iſtius ſan-
guinei, & ſanguis ex arteria trachea eſt, non ex pul
F mone: quia ſi eſſet ex venis pulmonis, aut eius ſub-
ſtantia incidiſſet in phthiſin, aut peſsimũ vlcus, nec
eſſet febris lenis, vt nunc eſt. cauſa materialis fonẽs
catarrhô eſt intẽperies ægri, quia tali temperamen-
to præditi maximè ſunt excremẽtoſi. Acceſſerũt &
externę cauſæ, aer maximè, vſus galeæ, animi acci-
dentis, iniuriæ, cogitationes terribiles, vindictæ cu
piditates, &c. Etſi aũt cor præcipuè hæc efficit: tñ
cõcurrit etiam calor naturalis, qui hac ratione fuit
lęſus. Materiam deſtillationis dixerim eſſe miſcellã
G humoris tenuis & craſsi, calidi & frigidi. Credo tñ
abũdere frigidũ, qoia interdũ inſipidus eſt, qui tẽ-
pato frigidior eſt. Adeſt etiã ſubtilis & aquoſa ma-
gis materia, qa mẽbra ſunt prębumida Cæterũ de-
ſtillatio iſta eſt per cõſenſum vt plurimũ, qa omnia
inferiora dicunt eſſe affecta. Poteſt tamẽ fieri, vt ali
que ex perte etiam ſit per eſſentiam, quiã à pueritia

fuit obnoxius ferè deſtillationi, & excrenit per nares plorima. verũ enimoerò qoia morbi per eſſentiam ſunt continui: hîc aotem contirious non eſt: idcirco negaoerim eſſe per eſſenoiam. Sed neque boc obſtat, qnis ſenſitoria quædam ſiot læſa. Sæpe enim læſa ſunt non læſo cerebro: & ſæpa cerebrum affectũ eſt, ipſis illæſis. Sputom ſanguinis non eſt ex eroſione venarum: quia non diu viueret, nec ex ruptura, quia eſſet eum maximo fluxu & tuſsi: credo igitur eſſe in tracheæ arteriç vanulis. Porrò non exiſtimo adbuc hecticum eſſa, qnia rubicondus eſt, nec valde extanuat⁹. De curatione ſentio, quòd noo ſit expectanda, quia eſſet mutaoda temperatura. at hæc mutari in ipſo, hac ætate, non poteſt. sd- hæc impreſſa iam eſt affectio. Faciendum tamen eſt, quod monet Galenus 9. metbodi: minnamus catarrbum, ne ad nobilıora mambra decombat: diuertamus ad brachia & crura, quantum fieri poteſt: euacnemus per interualla. Ratio victus etiam ſit commoda, non excramantoſa, ſed aliquaotiſper attenuans, pro diuerſione catarrhi. Si ſalſus ſit, viteotur atteonantia, eorumq; loco tamparatus cibus offeratur. Caueat moleſta animi accidentia & multa exercitia. Sectio venç omnino conueniebat, quia totum corpos iam calidum erat. Leniamus ventrem frequeoter cum caſsia & hiara, non lenitino. Concoquatur materia cum atteuuantibus, vt ſyrup. de betonica, melle roſato. Euacuetur pill. cochiis, de sgarico, vel ſumat cochias Galeni 5. methodi 4. item pillulas de agarico Meſuæ, idq; faciat ſingulo menſe. Caoterium non laudo, quia video caput malè affectum ex cogitatione, victu, galea. vnda redderemus imbecillius. Aeſtate ſi vellemus vti, facerem ego io brachiis & cruribus, vt natura aſſueſceret humorem aliò tranſmittere. vacuato corpore laudarem tberiacam & mithridetium, maximè frigidis temporibus.

TRINCAVELLIVS.

Accipio tanquam conſtituta ea, in qoibns excellentiſsimi DD. conſenſere, quòd eſt circa ætaiis. conſiſtentia finem, temperaturæ calidæ aliqnantiſpar & multòm humidæ, quæ non vincator à calido. Credo autem catarrhum inter ioitia fuiſſe ex primario affectu, quia iuuenis cùm eſſet & non deditus ocio, tamen plurimum ſputum raddebat. At cùm hoc duas ob cauſas proueniat, primò à deſtillatione ex capite, ſecũdò ex humiditate ventriculi: is verò antea ſatis integrum habuerit vẽtriculum, non poſſumus in hunc culpam referre huius mali. vnde credo materiam iſtam deſcendere ad ventriculum & thoracem, quæ labefactet temperaturam ventriculi, vt non ſolùm hæc membra per conſenſum laborent, ſed iam habeant propriam eſſentiã, ac foueatur iſte circulus à ventriculo, & toto corpore, & à ſpiritualibus membris, quæ refrigerata iam ſunt. Ventriculus namq; maximum conſenſum habet cum iecore, iecur cum toto corpore. vnde uoo credo illud iam eſſe temperamento calido & humido: catarrhus autem factus aſt præcipuè ob intemperiem frigidam in cerebro. Nam cùm refrigeratio augetur, augetur & catarrbus: frequentius verò moleſtatur, quia ratio periodorum ſequitur congeſtionem materiæ in loco. Paulatim congeritur materia in cerebro, & tandem inſurgit natura com grauatur. Sibilus vel ſonitus aorium eſt primùm à deſtillatiooe, qoæ cùm defartur ad na-

A res, afficitur à calore, oon admodum forti, ac conuertitur in flatum: Deinde etiam à vaporibus aſcẽdenobos. Eodem modo cùm ſit deſtillatio ad ventriculum, deiicitur appetitus. Sunt eutem homores deſtillantes, pituitoſus & melancholicus, qui oon ſolùm eppetitum, ſed & vires deiiciont: vnde oriuntur ea incommoda, quibns affligitur. Curationem quod attinet, non quidem perfectè liberabitur, ita vt nulla parta afficiatur, quia intempera-
B tura iam ferè ad habitum eſt perducta: ſad poterit tamen ad maliorem ſtatum dedoci, ne deterior fiat morbus. Sputum autem ſanguiuis maximè torquet hominem. Cæterùm vnde id ſit, iotelligi poteſt ex ſputi forma. nam cùm ſit, vt audio, tanquam punctum crueotum, aliqnando etiam vt filamenta, necaſſe eſt, vt nec ſputum illud, nec ſanguis per longiorem viam deducatur: quia filamẽta longa & integra non manſiſſent, ſi à pulmone eiicarentur, nec puncta etiem permixta eſſent. Similiter &
C ſauguis uon eſt à magna vena, quia ſaoguis cum ſputo referret eius venæ modum & qnantitatem, & aſſet copioſior. Reliquum eſt igitur, vt credam, quòd ex vena parua aliqua & ſubtili ſit, & qoæ ſit in loco ſatis viciuo, quia interdum etiam parum ſangoinem egerit. Sed ueqne per eroſionam aperta eſt vena, quia non exſpuit ſanguinem, quando deſtillatio fuit ſalſa & amara, quæ erodere potuiſſet, ſed nuuc quando aſt inſipida, qnæ nullam vim erodendi habet: adde, quòd in priori caſu oon po-
D tuiſſet ſiſti. Credo igitur, quòd aperta ſit ex oſcolorum biatu, propter duas cauſas, efficiantem & materialem. Efficiens eſt tuſsis, quæ coocuſsione & motu potuit aperire. Materialis eſt homiditas, qoæ præparare potoit venas, vt facilè aperirentur, reddeodo nimirum venas laxiores, teneriores & molliores. Non iudico periculum magni momenti eſſe, nec tamen etiam contemnendus eſt talis catarrhus, quia ex frequenti caſu ad rupturam, vel eroſionem venarum deducera poſſet. Poſſet etiam ve-
E nas paulatim emolleſcere, vt ex qnauis tuſsi facilimè aperirẽtur. Nam temperatura acquiſita ex longa conſuetudine facta eſt ferè naturalis. Dimitto iam cauſas euumeratas. Aer enim maximam vim habet, quod patet, quia mulieres à partu, aut cùm per menſes purgaotur, à frigido aere maximè læduntur, ſiquidem tunc totum corpus babent apertum. Cæterùm curationis, quæ per interualla inſtituenda eſt, fundamentum erit victus ratio, quæ ſit exſiccans, & moderatè calfaciens: exercitiũ ſit mo-
F deratum, maximè inambulatio. Laudarem etiam mutationem aeris: Saltam bis in enno vere & autumno purgetur, ſiua ſint pillulæ cochię, ſiua lenitiuum. Intermediis temporibus vtatur, quæ ſemper leniter prohibeant materiæ congeſtionem: aliquando pillulis & maximè hyeme, æſtate facilioribus, vt caſsia cum agarico, ſyr. de betonica, ſyr. de ſtæcb. ſimp. coofectiones eſſe poſſunt (ſi iis vtendũ erit) aromat. roſ. aut ſimiles. Mithridatium poſt totius corporis euacuationem laudo. Ac tum deue-
G oiendum eſt ad exſiccãtia, vt ſnot lotiones. ſæpius lauetur caput, & abſtergatur agarico. dumq; abluitur caput, cadat aqua ex altiori loco, & ſimul rationem habeat ſtillicidij. vere vel æſtata ſi catarrhi materia iu ſalſediuem mutaretur, laudo vt bibat aquam. nam etſi non refriguit valde, eſt tamen humidum corpus: vnde exſiccaret aqua vẽtriculum.

Et

Et non multùm corpus calefaceret. fontanellas laudo in brachiis: ſont enim præſentiſsimum remediũ in inueteratis catarrhis. Gal. in præſeruatione vult in ramotiſsimis fieri tales reuolſiones. De cauterio in ſutura coronali dubito. Violenta eſt enim & ſubita euacuatio, cumq; abundat caput ſemper materia humida, poſſet cauſa eſſe maioris fluxionis.

CONSILIVM LII.

Catarrhus.

NObiliſsimus & excellentiſsimus vir in conſiſtente ætate conſtitutus, aliàs toto corpore moderatè ſe habente, per totum ferme vitæ ſuæ tempus deſtillationi obnoxius fuit. Proinde euenit, vt dentes partim extracti ſint, partim contaminati permanſerint. Hinc etiam frequenti exſpuitione moleſtatus eſt, atque denuo tuſsis moleſta ſatis inuaſit eaque copioſa tenuis & nullius ſaporis. Nec non dolores quidam exigui & ſpontè facileq; euaneſcentes partes circa articulos aggredi cœperunt. Prudens ergo & excellens vir proſpiciens, vitia hęc deteriora reddi poſſe, conſilium noſtrum expetit, vt mala hæc mitiora reddamus, & ſi poſsibile ſit, illum penitus liberemus. Hoc ergo vt quàm commodiſsimè fiat, ne fine ſuo fruſtretur: primùm tanquam notum ſupponimus, virum hũc excellentem laborare deſtillatione, hancq; prius ad gingiuas, & dentium radices decubuiſſe, in præſentia verò etiam ad pulmonem, propterea, prius plerique dentes extracti ſunt, & qui remanſerunt, imbecilles exiſtunt. Deinde verò & tuſsis inuaſit. Præterea, ſi vlterius rem perpendamus, inquit, deſtillantem materiam eſſe pituitam tenuem & inſipidam, eamque ſimul frigidam. Vnde accidit vt ob eius tenuitatem interdum ad articulos propellatur, in exigua tamen copia, hincq; in flatus degeneret, atque tandem dolores illos ſponte euaneſcentes exuſcitet. Sed vnde hæc materia proueniat iam inquirendum eſt. Dubium autem nõ eſt, quin fons illius ſit cerebrum, hocque frigidius & humidius: quod tale effectum eſt, tum ex mala viuendi ratione, tũ quoque ex frigidiori aere, per nares pręcipuè ad cerebrum perueniente. Ad hæc etiam accidit natiua imbecillitas in vtero contracta: ſiquidem ex matre podagrica natus eſt. ſed nec minus fomentum habuit ex ventriculo frigidiore & humidiore, pituitam multiplicante. ſemper enim ventriculus fuit imbecillis, quamuis ex deprauato victu imbecillior euaſerit. Hinc liquet, ſi velimus nobilem virum adiuuare, opus eſſe, infirmas partes roborare, proindeque tum cerebrum, tum ventriculum calefacere & ſiccare, materiamque nocuam euacuare. ob idq; & caput, & prius vniuerſum corpus expurgare: atque prius materiam ad inanitionem idoneam reddere: inque primis communes vias expedire. Denique quoniam in propoſitis partibus nõ leuem credimus eſſe diſcraſiam, vt huiuſmodi rurſus materia gignatur, propterea per interualla hanc expurgare oportebit, atque ad viliores partes reuellere. Quibus indicationibus nos ita ſatisfacere poſſe arbitramur, vt tametſi natiuam illam cerebri imbecillitatem extirpare ſit impoſsibile nihilominus ita minuatur, vt à podagra, aliaqua leuiore malo præſeruari poſsit: & præſertim cùm auxilia iam iam proponenda æquo animo admit-

A tet. Primùm ergo leniatur aluus cum electuario lenitiuo & ſpeciebus hieræ, deinde præparetur materia cum ſyrup. de betonica, melle roſ. & modico ſyr. de cichorea ſimpl. cum decocto betonicæ, borag. & cichorij. Materia ſic præparata purgetur cũ illo lenitiuo agarico, diaphænicone & modico rhabarb. Deinde rurſus accipiat ſimiles ſyrupos: addatur tamen ſyr. de ſtœchade, pòſt purgetur pillulis cochiis & maſtichinis. ſed nec pill. de hiera cum a-

B gar. obeſſe poterunt. poſtea bibat aquas Aponẽſes per decem aut duodecim dies, easque etiam intra nares attrahat: item cum his lauetur caput: fiat etiam ſtillicidium in ſutura coronali, atque denique in his aquis vniuerſum corpus infundatur. Poſt vſum harum aquarum pro roboratione viſcerum vtatur conſerua parata ex betonica, floribus roris marini, corticis citri conditi & myrobalanis conditis & emblicis & chebulis. Interdum etiam lauet caput cum lixiuio alterato cum betonica, ſaluia;

C ſampſucho, ſtœchade: præcipuè verò lixiulum ex iuniperi cinere paretur. Ineunte autumno ad ſimilia auxilia confugiat. Quibus adminiſtratis, ſi malũ admodũ pertinax fuerit parũ auxiliis cedens, cõfugiendũ erit ad cauteria. quæ tũ in brachiis tũ in crurib. fiunt: in brachiis quidẽ vbi dolores pedes magis petere videntur: ſi min⁹ in crurib. Deinde verò in hyeme iiſdem roborantib. vti poterimus, addita etiã mythridatica cõpoſitione. Iam & capitis lotiones valentiores ſint, nempè magis calfacientes. ſed

D & per interualla quibuſdam vacuantibus vti poterimus, veluti ſunt pillolæ de hiera ſimpl. pil. maſtichinæ. pill. de hiera cum agar. Hiſce igitur vtatur præcipuis pharmacis, & vt magis atque magis cõferre poſsint, incolpatã adhibeat victus rationem. Quare quoſcunque aeris exceſſus vitet, præcipuéque humidiorem flatulentamq; conſtitutionem, pariterque nocturnum aerem. Cibis etiam vtatur laudatis, ſibi notis, nempè facilis concoctionis, & diſtributionis, boni ſucci & paucarum ſuperfluita-

E tum, veluti ſunt carnes hœdinæ, vitulinæ, caſtratorum, gallinarum, pullorum gallinaceorum, auicularum pinguium, columborum turrialium, perdicum, phaſianorum, turturum, turdorum, merularum, & ſimilium. vnde à carnibus illis bubulis caueat, suillis & cæteris cibariis craſsioribus & excrementitiis, & conſequenter ab his. quæ ex lacte & paſta parantur. A piſcib. (niſi ſaxatilibus interdum vtatur) ab oleribus etiam & leguminibus caueat, licet pro acetario vti poterit endiuia, cichorea,

F & floribus boraginis & bugloſsi: Interdum etiam capparibus. Caueat item à fructibus & præcipuè frigidis & humidis, quamuis interdum non ſint denegandæ caricæ, ficus, fiſtici, vuæ maturæ montanæ, mediocriter ſiccatæ. Cæterum quoniam hæc viro prudenti ſatis aperta ſunt, propterea finem imponere poſſumus, id ſolum addentes, opus etiã eſſe, vt moderatè ſe gerat circa ſomnũ & vigiliam, inanitionem & repletionem, motum & quietem, & animi paſsiones. Propterea vigilias fugiat immodi-

G cas, ſimiliterque ſomnum & præcipuè diurnum: Præterea ſingulis vel alternis diebus exoneretur aluus, vel ſpontè vel clyſtere aut ſuppoſitorio. Caueat etiam ab excedente exercitio, & præſertim à cibo, neque etiam omnifariam quieſcat: ſed ante cibum mediocriter deambulet. Quinetiam vitet omnes animi perturbationes, ſperetque ſe bonum

habitum adepturum, eoq́ue per longum tempus fruiturum.

CONSILIVM LIII.

Deſtillatio capitis, vertigo, Polypus.

FALLOPIVS.

HAec genera affectuũ patitur: vertiginis quædam præludia, coryzam, polypum in vtraq; narium parte, deſtillationem ad thoracem, dolores colicos, ſurditatem leuem. Hi affectus vnde oriantur, nunc dicendum, ac primò de vertiginis initio, quæ fit ab aſcẽdentibus ſpiritibus in gyrum agitatis. Surditatẽ non poſſum non in leuem obſtructionem referre. Deſtillatio eſt catarrhalis vt plurimum inſipida, generata in cerebro, ſumentum etiam habens inferioribus. magis tamen in ipſo capite generatur, cũ & noctu & interdiu quouis tempore deſtillet & iam aliquot annis perdurauerit. Habitus totius parum excedit in caliditate & humiditate vt etiã caput, vnde excrementoſum. Tandem in humiditatem maiorem inclinauit & frigiditatem, non tamen inſignem. Materia ergo aſcẽdens reſoluta, tuſsim illam excitat, alia coryzam & obſtructionem excitat, & polypum adauget. Materiam illam adauget ventriculi imbecillitas, quæ otio contracta auctaque eſt. Frigiditatem autẽ ipſius oſtendit flatuum & ructuum copia, quæ leuam fouetur à deſtillante materia. Dolores colici non ſunt ab intemperie nuda, quia non continui. Materia autem illorum eſt ventoſa, ortum habens à leui calore, & partim in vẽtriculo generata, partim à capite tranſmiſſa eſt. Cùm ergo morbi antiquati ſint, curationis difficultatem præ ſe ferunt. Licet polypos ſine manu curari poſſe confidam. Medicamenta conſiſtunt in immutatione & euacuatione partium. Lenienda ergo aluus caſsiã & hiera, ratione ventriculi & inteſtinorum. venam non ſecarem, cùm à quauis cauſa facilimè reſtigeretur, nec vlla ſanguinis adſit abundãtia. Syrupi de betonica, melle roſ. decoctum hyſſopi, decoct. ſtœchados & cichorij. Vacuarem non primas venas ſolùm, ſed etiam caput, cochiis. pòſt iterum præpararem, ſi modò indigeat. Particularia ſunt, caput vacuantia, at non per nares, ſed per palatum, licet id quoque ſuſpectum ſit, propter motum tuſsis & aſthma. Quare apophlegmatiſmis potius vterer inunctis gingiuis, vel palato, vt pyrethro cum oxymelle aut melle roſato. ventriculum alterarem atque exſiccarem aquis Aponenſibus vel Aquarianis. Nam hæ in affectibus vertiginoſis plurimam vim habent. Si calores vrgerent, darem potius Aquarianes. Caput roborarem ſtillicidiu. (nam calidioribus nũquam vſus eſt, vt eſſet Aponitanum vel diuç Helenæ) ablutionibus etiam. Interea vterer puluere in ſutura coronali & ſagittali cõfecto. ex betonica, ſaluia, ſtœchade, roſis, mithridatio. Pòſt polypi exſiccationẽ tentarem, medicamento ex tribus granatis Galeni, pòſt ardentibus, vt trochiſcis Paſionis aluminis vſti. Vltimò proprio forcipe ſecarem, vel filo multis nodis referto.

BELLOCATVS.

Vertigo per eſſentiam eſt in capite: nam quouis tempore, nulla præbita occaſione à victus ratione, excitatur, vt etiam ſurditas. Deſtillatio ortum habet ab intemperie frigida & humide cerebri. plurimum enim læditur à frigiditate, mutata prima cerebri intemperatura. huic autem atteſtantur excrementa. Polyporum cauſa eſt materia perpetuò deſtillans, quæ membranis adhæſit, vnde caro mollior ſuccreuit. Habitus totius temperatus eſt in actiuis, in paſsiuis leuiter declinans ad humiditatẽ. Quod ad curationem: aeris mutatio præcipuum locum habet. Polypi non admodum curatu faciles ſunt, neque tuta manuum operatio. primo calfaciendum caput & ventriculus, & materierum prohibendus defluxus. Vacuetur autem hierà ſimpl. cum caſsia, vel electuar. lenitiuo, exhibendo geminos ſyrup. & ſyr. de betonica, oxymel. de ſtœchadẽ. Quod ſi cochias non perferret: Recipe rhabarb. & agarici portiũculam cum hiera factis pillulis. Pòſt bibat Aponenſes, vel S. Petri calidiores, vel Aquarianas: quibus per quatriduum aſſumtis recipiat ſtillicidium. Tandem vtatur lotionibus capitis, oleis, & aliis: vt mithridatio, dianthos, conſerua betonicæ, calamo aromatico crodito vel radice acori. Item myrubalanis conditis chebulis: nam multum in roborendis ſenſibus valent. Aurea quoque Alexandrina, diamoſcho, diambra, ſacharo roſato cum diarhodone Abbatis vel aromatico roſato. Cibi ſint laudatiſsimi. Vinum ſit mediocre. Exſiccato capite in polypis laudo iam dictum medicamentum de tribus generibus granatorum.

FRANCANZANVS.

Symptomata omnia in intemperiem capitis & ventriculi referenda ſunt. Polypi ad quandam fuſcedinem, & rubedinem tendunt. Vnde hepatis aliquam caliditatem colligimus. De medicamentis mihi cum aliis cõuenit: ſed de tempore dubito, ꝓpter vicinitatem caniculæ. quare in aliud tempus, vel autumnum differrem. Venam forſan ſecarem, cùm pulſus ſit maximus, & copia plurimi ſanguinis generetur. Laudo ſyrupum de ſtœchade. A medicamentis valentiorib. abſtinerem, cùm à cochiis ſemper vehementer offenſus ſit. ſed vterer rhabarbaro & agarico. Facerem cauterium etiam in alio brachio. Laudo conſeruas minores. In myrobalanis parum confido, cùm plurimum adulterentur.

TRINCAVELLIVS.

Radix omnium affectuum eſt cerebrũ calidum à principio & humidum & excrementitium, maximè cùm ab eiuſmodi parentibus ortus ſit, qui deſtillationi fuerunt obnoxij. Accedit aeris intemperies, & victus ratio excrementitia, & otium ex quo torpeſcit calor natiuus. Facit huc etiam intentio luſus poſt cibum. Adde quód valetudinari[9] vxorem duxit. Intemperię calida ergo in frigidam, ſicca in humidam mutata, excrementorum genita eſt copia, quæ ad ventriculum deſcendens noctu illum ſæpè angit: & ad exſpuitionem excitat. Geminata ergo occaſione, vehementioribus affectibus vexatus eſt, vt vertigine, quę verè à capite ortum habet, fomentum verò à ventriculo: cùm pulſent tempora, dum dolore iſto affligi incipit. Permutatio autẽ cerebri facta eſt præcipuè circa partes anteriores: idq́ue maximè ab aere: præterea partes, quæ inde ortum habent, læſæ ſunt, vt nares, &c. læſis tantùm facultatibus exterioribus, & ventribus anteriorib. qui potius excrementis deſtinati ſunt. Dolorem

renalem fuiſſe, non colicum, oſtendit curatio &
pituitoſorum per vrinam excretio. Polypus à
ſangnine pituitoſo genitus eſt, à quo membranæ
alendæ infarctæ erant, non autem à melancholi-
co. Cruditatum in vrina cauſa, vniuerſa cruditas
in toto genita corpore. Curatio exquiſita erit dif-
ficilis, cùm iam ætas aliquo modo inclinet & anti-
quatus ſit morbus alioqui hæreditarius. In melio-
rem tamen ſtatum reduci poterit. Calefacientibus
& exſiccantibus affectus hi curandi ſunt, cum at-
tennatione & inciſione, vt agarico, hiera ſimplici,
diaphœnicone & fortè cochiis cum aliis, vt ℨ. s. co-
chiarum & tantundem maſticis: vel tribus cum
rhabarbaro: nam plurimùm ab illis adiutus eſt.
Poſſemus etiam vti aliqua portione hieræ diacolo-
cynth. quæ etiam roborandi vim habet. Vacuarem
ergo exquiſitè corpus: licet ante vigintiquatuor
dies purgatus ſit, nam multum exſpuit. Niſi enim
exquiſitè expurgetur ante guttiam, fiet potius agi-
tatio, quàm euacuatio. Quare aquam in caput non
deducerem, niſi probè purgato capite. Vidi enim
deſcendente materia ad inferiores partes, multa
induxiſſe ſymptomata grauiſsima. Maſticatoriis
ergo prius vterer. Nam cùm vigil eſt, nulla tuſsis
excitatur, ſed noctu tantùm. Laudo autem aquas
Aponenſes, cùm ab aliis adiutus non ſit, in potu
& in guttia. Nunc tamen non darem propter aeris
humiditatem præſentem, & caliditatem futuram.
Idcirco Porretanis, iſtis temporibus vti poteſt, quę
eandem facultatem habent cum Patauinis. Vſus
autem illo tempora eſt, quòd locis frigidioribus
ſitæ ſunt. Polypi ſatis commodè exſiccari poſſunt,
quia corpus molle eſt, & ex ratione corporis indu-
catio curationis affectuum ſumitur. probantur illi
trochiſci de tribus: quibus aliqua addi poſſunt pro
ratione effectus.

CONSILIVM LIIII.

*Catarrhus ſalſus: Sputum ſan-
guinis.*

BALLOCATVS.

EXimius Iureconſultus triginta quatuor anno-
rũ laborauit deſtillatione: plurima exſpuit, cũ
antea planè nihil exſpueret. Anno aũt trigeſimo ę-
tatis ſuę in doloré coxendicũ incidit, quo pluribus
menſibus laborauit, vt inceſſus inhiberetur, pertin
gente dolure a femore ad calcem. Inde in febrem
ordinatam incidit, pòſt vagam & erraticam, in qua
cùm multa egiſſet, nihil tamen profecit, niſi Vene-
tias profectus, cùm genio indulſiſſet nonquam ta-
men remittẽte catarrho. Anno autem elapſo, catar-
rho epidemico & febri laborauit, & hæc quidé per
quindecim dies: catarrhus verò per plures dies du-
rauit, effluente materia per nares & fauces. adhæc
alter ſalſus erat, alter inſipidus. Salſus eſt, qui vt
aut emungitur, aut è pectore educitur. Tandem v-
xorem ducens, menſe Nouembri præterito, cùm
nec veneris vſui, nec ſocietati nocturnæ aſſuetus
eſſet, treſque ferè menſes inſomnes duxiſſet, tripu-
diaſſet, ac in aliis deliquiſſet: excreuit ℥. i. ſangui-
nis, qui erat ſpumoſus, floridus ac lucidus. Ab hinc
tertio die ſanguis eſt miſſus ex dextro, tandem ſini-
ſtro brachio, pòſt, data ſanguinem ſiſtentia & in-
craſſantia. Vnde à ſanguinis ſputo immunis fuit,

A vſque ad menſem Maij; niſi quòd ſanguinem è na-
ribus emiſit, per viginti dies continuos. Tandem
iterum cum tuſsi exſpuit: decimonono Iunij rur-
ſum, ſed parum exſpuit, magis tamen cum excrea-
tione, quàm tuſsi. Ante exſpuitionem autem, aut
ſanguinis emiſsionem, capitis quandam grauita-
tem percepit. Ante deſtillationem verò quandam
grauitatem circa pectus percepit & anguſtiam
poſt cibum, à qua leuabatur, ſputo vno aut altero
B reiecto. Enſiformis cartilago intra pectus depreſ-
ſa videtur. Circa membra naturalia videtur eſſe
leuis quædam tenſio, quæ tamen eſt in muſculo
obliquo deſcendente. Ventriculi ſatis boni eſt, ſed
multos tamen flatus percipit. His expoſitis, vide-
tur nunc cauſa catarrhi inueſtiganda, vt etiam ſan-
guinis: ſed prius conſiderata ipſius conſtitutione
naturali, & quòd à primordiis generationis catar-
rhoſus fuit, ſicut & frater germanus, qui duobus
ab hinc annis defluente catarrho, & tandem indu-
C cta tabe, mortuus eſt. Temperamenti autem fuit
calidi & aliquo modo ſicci: ſatis enim carnoſus fuit.
Cordis etiam ſatis fuit calidi non ſicci tamen. Ce-
rebri calidi & humidi. promtiſsimus enim in actio-
nibus. Catarrhoſus autem factus eſt propter in-
commoda, in itineribus & ſeruitute perpeſſa, quæ
corpus diſtemperare potuerunt. Accedit praua
ratio ex ſtudiis, vigiliis, ac coitu inſueto. Huc quo-
que facit, quòd calidi ſit hepatis, vnde multiplica-
tur materia. Eodem modo ventriculus frigidus ad
D augendam cruditatem facere potuit. Porrò catar-
rhus primò Iſchiadem, pòſt febrem excitauit. San-
guine verò ſpumoſo exiſtente, alij putarunt ex
pulmonibus, alij ex venis pectoris illum exſpui.
Ego ex capite deſcendiſſe exiſtimo. Nam ante ſpu-
tum ſanguinis viſus eſt grauari capite, præterea
præceſsit profluuium ſanguinis narium. adde,
quòd ſanguis ſputo non valde commixtus eſt. Ex-
ſpuitur autem cum tuſsi, quia ſanguis prius deflu-
xit ad pectus. Nunc per fauces non deſcendit, quo-
E niam per nares effluit. Floridus autem, & ſpumo-
ſus fuit ex mora in pectore, & admixtione pituitæ.
In curatione ergo non tam ſputi ſanguinis, quàm
catarrhi ſalſi habenda ratio. Euacuati ſanguinis
cauſa eſt ex mutata vitæ conſuetudine, relicta bo-
na victus ratione, cælibatu & ſomno conſueto.
Cùm autem aliquid etiam in ventriculum deſcen-
dat, quod concoctionem impediat, fit vt ſalſus e-
uadat. Ex quo patet ſanguinem effluxiſſe ex aper-
tione venarum ratione catarrhi ſalſi. Febre, meo
F iudicio, non laborat: frequentior enim pulſus eſt
ratione ipſius temperamenti, vel etiam ob depreſ-
ſionem venarum & arteriarum à materia phlegma
tica, vnde aucta neceſsitate frequentior fit pulſus.
Cartilaginis enſiformis depreſsionem iudico, à
principiis generationis fuiſſe. Quod ad curatio-
nem: credo ad meliorem ſtatum redigi poſſe, non
tamen, vt penitus excrementis careat. Alteran-
dus autem eſt catarrhus, ne noxam aliquando in-
ducat. Sputum ſanguinis tolletur, ſublato catar-
G rho: vnde & melior corporis nutritio fiet. Materia
ergo ex capite & inferioribus tranſmiſſa auferen-
da, membra roboranda & alteranda, genitaq́; alid
deriuanda. Expurgarem autem illam caſsiâ cum
hiera. concoquerem ſyrupo roſato, melle roſ. de
cichorea, de betonica. Vacuarem rhab. caſsia cum
ſyrup. roſ. ſol. facta decoctione ex pectoralibus, vt

liqniritia, farfara. Pòſt capot alterarē ſtillicidio ex roſis, betonica, cichor. vitis foliis, vel aquis S. Philippi. Errhinis etiam vterer ex aqua hordei, cum ol. amygd. Pòſt ſucco betæ, tandem cyclamine. Poſtremò roborarem ventriculum aquis thermalibns nō admodum calidis, vt auferātur obſtrnctiones. Accommodatæ sutem eſſent aquæ Aqoarianæ, aot S. Petri. Cauterium apertū teneatur ad moltos menſes. ſingulis menſibus vtatur pillulis de hiera, cnm agarico, maſtichinia, de alne. item cerebrum exſiccantibus, vt facto pomo ex roſis, coriandro, oigella. Vtatur aliquando caſsia & maona propter pectus. Temporibua calldioribua cum ſem. aniſorū, vel disrhód. Abbat. frigidinribus cum hiera. Fiant & eclegmata ex manna, ex diatragacātho, ex ſyrup. de farfara, de liqniritia, qua frequentiſsimè vtatnr, nam eiūs vſu educetur molta materia ex pectore. vtator etiam frequenter ℥. iij. terebinthinæ com ſacbaro boraginsto. Pro ventriculo fiat ſacculus ex abſiotbio, roſis, menta, pulegio, caryophyllis. Aeris omnea euitct iniurias. Soionum procuret nocturnum. Cibi optimi ſiot alimēti dımiſsis lacuſtribus & lacticiniis. In ferculis placet ptiſsna interdū integra, quod ſi timeremus ventriculum, incöquatur fœniculum vel petroſelinum. Morbi ratione, vino interdiceremus. verùm cùm morb⁹ diuturnua ſit, & ventriculus imbecillis, vtatur tenoiori. A cibo vtator aut cytoniis aut pyris. In exercitiis moderat⁹ ſit, nec manè ſtudeat. Venus nō penitus interdicēda, cùm iuocnis ſit & aſſuetus, parcè tamen vtatnr. Aluus ſemper ſit libera aut aſſumta caſsia, aot pillols, auf manna, & fiat à capite diuerſio. Cùm quater ſanguinem miſerit, hoc tempore nō mitterem, ſed differrem vſque ad autumni tempus, vbi ex cobito dextro ſanguinem detraherem refrigerandi hepatis, & diuerſionis à capite, cauſſa. Interim hoc tempore calido ſingulis decem dicbus vterer caſsia vel manna vel ſyrup. roſ. ſolutiuo.

FRANCANZANVS.

Temperaturæ caliditatem & aliquam ſiccitatem oſtendunt pilorum freqoentia, pulſus magni & celeres, cnm actionom promtitodine. Pulmones à catarrho ſalſo non ſemper erodontur, cùm eo multis annis laborauerit. Sputū ſanguinis nulliua eſt momenti, cùm non febriat, nec tandiu deſtillatio ad pectua facta, pulmones exulcerarit: Pro remouenda deſtillatione caput temperandum, ventricolus & membra roboraoda. Alterare namq; poterimus iſtam deſtillationem: non penitna tamen anferre. Secarem etiam venam: præpararē dictis ſyrupis & de farfara. Vaeuarem agarico, rhabarb. tribus cum agsr. cochiis, atq; etiam cochiis cum elleboro, item hiera cū agarico, vt ſubinde euacuetur & renntriatur. Aquas calidas in embrocha non reciperem, quia ex Galeni mente calefaciont. Facerem ergo lixiuiū ex iam dictia addita camomilla, ſandalis, raſura cupreſai. Laodarem etiam baloeū aquæ dolcis. Licet enim caput repleant, tamen ſalſedinem iſtam corrigent. Odoramentis etiam vterer addita camphora & ſandalia. Caſaia autem freqūeotēr vtatur, vel ſyr. roſ. vel violaceo. Cauterio iñ brachio contentua eſſem, oeque illo in capite vterer.

TRINCAVELLIVS.

Ego tantùm rerum capita perſequar. Accipio autem pro conſtituto, temperaturam fuiſſe iuſigniter calidam, in paſsiuia tamen non moltum receſsiſſe à temperato, fuit enim habitus corporis ſatis caroosos. At calor etiam scrior factna eſt, in idcm conſpirantibua viſceribus interioribua, corde & hepate, & non innoxio omninò ventre. Capot qooque proculdubio fuit calidom: cùm in ætate iuuenili nihil excreuerit. Quod ſi dicamus, excremētoſum eſſe circa partes exteriores, reſpondemus, quòd excrements illa genita ſuot ab exbalationibos, mutatā temperatura ex immoderato ſtudio. Hnmidum autem non fuiſſe exiſtimo, oiſi qood nunc tale euaſit ex prana victns ratione. Deſtillatio partim ſalſa eſt, partim ioſipida: ac ills quidem à capite: hæc verò à ventriculo pronenit. Vnde non innoxinm eſſe ventriculum coniicimus. Emaciatio iſta à deſtillatione ſalſa oritur, inductā noxa facoltati concoctrici à delapſu materię in ventriculnm maximè noctn: Et vt ad ventriculum non deſcendat, tamen ratione conſenſus membrorum naturalium læditor. Accedit metns & febria, continuæ & frequētes euacnationes, ſanguinis miſsio & purgatio. Phithiſis nulla video initia. nam à paucis diebus corpua cœpit refici, cùm illi contrà qnotidie extenuentur. Ortum aotem habet deſtillatio à toto, & capite dilapſo à ſua temperie. Refertur enim illum vſum fuiße cibis & potioribus calidis, quæ plorimoa vaporea ad caput tranſmittunt. Catarrhus Epidemicus diuturnior fuit, quod maior facta eſt in hoc corpore ebullitio: aut quòd caput iam antea ad repletionem inclinatum erat. Accedunt ſtudia & seris mutatio: Item error poſt vxorem ductam, cùm contra conſuetudinem & immodicè coiret. Atqne hinc vaporea acriores facti ſont abſumta humiditste natorali. Cùm enim inereſcit calor, nitroſus humor redditur acrior. Quod ergo ad deſtillationem, conſentio mainrem illius rationem habendām eſſe, ne ad eroſionem aliquam perueniat, cùm nstura imbecillitas circa partes thoracis contracta fuerit: Nam ſemper grauitatem ibidem percipit: accedit mala tboracis conformatio. Coſta enim ex ſua fignra deducta eſt, citra tamen aliquam cauſam procatarcticam. Cùm ergo ita natora aberrauerit, certum eſt, naturā ibi fuiſſe imbecilliorem. De ſputo ſanguinis puto, à capite prouenire, licet multæ ſint coniecturæ, quæ diuerſum, probare poſſint, nimirum partis illi⁹ debilitaa, & ſanguis pulmonum ſpumoſus. præterea quòd ſuſpicio eſt, ab ortu eam imbecillitatē fuiſſe contractam: verùm in priorem opinionem magis propendeo, eùm ſimul exſpuerit & emunxerit, imó frequentiųs emūxerit quàm exſpoerit. Deinde quód ſangnis Idcirco ſpumoſus eſt, qnid multæ ſaliuæ permixtos eſt. Si enim ſanguis à pulmonibus prodiret, illi eroſi eſſent. Facilè porró ſanguis à naribus profluit, quia tenuis eſt, & orificia venarnm aperit. Videbatur etiam ſanguis filo ſimilis: quod ſigoom eſt illom à vena emanaſſe. De curatione non dubito, qoio obtineri poſsit, ſed cum difficultate & diligentia. Deſtillationis enim ſalſæ & inueteratæ difficillimè curātur. In pręſentia igitur tantùm agendum eſt, ne in deterius Incidat, optimè inſtituta victuaratione, cauendo à caput replentibus. Vtatur autem contemperantibus homorem, vt ſuot carnea pullorum hędorum, arietum, ptiſanæ farina, panieum. Acetum & aromata dimitterem. In exercitiis ſit modus, oe inualeſcat

laſcat, à vento & ſole caueat. Aliquando vtatur me-
dicamento his temporibus accómodato. Cùm au-
tem duos habeamus ſcopos pectus & caput, vterer
ſyr. roſ. cum manna, aut manna cum ſyr. viol. vterer
etiam ſero. Contemperantia erunt decocta ex bo-
ragine, viol. tuſsilagine, pulmonaria, betonica. Ali-
quando maximè probarem diatragacãthum cum
bolo, quia catarrhum exſiccat & contemperat. Imò
aliquando his calidioribus temporibus diacodio v-
tatur cũ ſacharo. Interdum vtatur ſyr. ex iuiubis.
Aduentante autumno euacuaré liberalius vt Gal.
5. meth. caſsia cum agar. quo non eſt præſtantius:
reſpicit enim vniuerſum corpus. vnde in illo medi-
camento eſſem frequens. Tempore frigidiori pill.
dictis vterer. Sanguinem non mitterem, niſi corp⁹
melius nutriatur, aut copioſum aliquod profluuiũ
ſanguinis moueatur, exemplo Gal. in illa muliere,
ac licet ipſe ea diæta vſus nõ ſit: tamen quater, pau-
ca menſura, ſanguiné detraxit, &c. Poſt euacuatio-
né vterer omnib. iam dictis, & maximè aquis dulci-
bus: etiam ante concoctionem, exemplo Gal. cùm
in cæteris omnib. deſtillationibus ab illis abſtineat.
In his tamen ſolis nó conſideré, ſed localib. etiã vte-
rer, vt Dutia artificiali, quia illę naturales omnes fe-
rè calidę ſunt. Si quib. tamen vtendũ eſſet, laudo a-
quas de villa. Nam ventriculũ nõ debilitant, vt ex-
perientia cognouimus. Maius aũt eſt cómodum ex
contéperatione, q̃ noxa ex refrigeratione: quia illæ
aquæ téperatæ ſunt. A calidiorib. omnib. abſtineré,
cùm Gal. in omni deſtillatione calida ſuſpecta ſint.

CONSILIVM LV.

Catarrhus.

BELLOCATVS.

VIr quadraginta annorum conqueritur de ca-
tarrho, qui ad fauces, aliquando ad pectus de-
fluẽs, tuſsim & raucedinem excitet, quique à
primordiis generationis illi familiaris fuit, ſed his ca
duob. annis inualuit. Natus eſt Brixiæ, in qua ciui-
tate frequentes eſſe ſolent frigidus eſt ſiccus & te-
nuis. Dehinc mutato aere in craſsiorẽ & humidio-
rem Teruiſanum, in feb. incidit, à qua conualeſcés,
curru iactatus, denuo febricitare cępit. Febris fuit
lenta & nullius ordinis. A qua tñ liberat⁹ eſt, aucto
plurimũ catarrho deſtillante in pectus & fauces, tuſ
ſimq; excitãte, præſertim manè. Hinc etiã raucedo
inducta eſt. Cępit aũt tempore verno, (quamuis ab
eodem etiã moleſtatus ſit æſtate præterita, & hye-
me, ſed minùs) vbi ſanguis primùm ex narib. pro-
fluxit, tãdem in pectus delapſus eſt. Vnde ſputum
ſanguinis, & motus ſanguinis ex ſpiritalib. exeũtis,
contigerũt. Sed hoc vere copioſius exſpuere cępit:
aliquandiu febris iuncta eſt, quæ fixæ ſuſpicionem
præbuit. Cæterùm deſtillationis iſtius cognoſcen-
da pars mandans & recipiens. Ac de recipiente nul
lum eſt dubiũ, quin ſit pectus & pulmones. Sed de
parte mandante nõ ita eſt manifeſtũ. Vtut verò ſit,
ego ſanguiné iſtũ à capite primum emanaſſe exiſti-
mo. Nã quod ex ſpiritalib. multa tuſsi rubicundus
& ſpumoſus ſit excretus, talis euaſit ex ſanguinis p
nares profluuio & capitis grauitate, vtpote cũ non
magna eius copia exiuerit, & præterea facilè ſop-
preſſus ſit, quod in pulmonũ arteriis non facilè fie-
ret. Adhæc ſanguis ex pulmonib. oriũdus facilè ad
phthiſim perducit, ſiquidé febrẽ ſemper habet an-
nexã. qua tñ hũc ęgrũ carere deprehendimus. Prę-
terea cũ tandiu perſeuerauit, ſi pulmonum ratione

A eiiceretur, omnino purulentũ ſputum eſſet, quod
tamen purum ac tenue eſt. Cæterũ catarrhus me-
diocris eſt ſubſtantiæ, omnis ſaporis expers. Quòd
verò à primordiis generationis catarrhoſus fuerit,
id capiti tribuendũ. vnde in actiuis nõ multũ exce-
dere credo, in paſsiuis aũt humiditaté vincere. Ne-
que huic obſtare poteſt, quod ſomni fuit breuioris.
Nã hoc factũ eſt ob curas & negocia. Tum etiã non
multũ dormiunt, qui cerebri humidi ſunt, ſed qui
B frigidioris. Ventriculus probè ſuo fungitur mune-
re. Hepar calidius eſſe exiſtimo, vt magnitudo cor-
poris & venarũ latitudo oſtendũt. Cor itidẽ calidi⁹
eſt: audax. n. eſt, prõtus in irã. Caput ergo catarrhi
cauſa eſt per incoctioné, quia non adeo craſſus eſt,
vt fit in téperie calida: eſt. n. hic quaſi lucidus. Pro
curatione primo cerebri intẽperies corrigenda, vt
non multiplicet materiã. ſecũdo inhibẽda materia,
tertiò educenda, quæ in pectus defluxit. His inten-
tionibus ſatisfieri, proindeq; curari poſſe exiſtimo,
C aut ſalté ad melioré ſtatũ reduci. Auxiliis aũt & in-
ſtrumẽtis hoc perficitur exſiccãtib. & roborantib⁹
leniterq; calfacientib. Ante exſiccationé verò neceſ
ſaria eſt euacuatio: ſed quoniã pręſentes calores ad-
uerſant̃, in aliud tépus reſeruetur. Nihilominus tñ,
quia exſiccatio corporis eſt potius priuatiuè indu-
cta, leniat̃ aluus caſsia cũ biera. Coquatur materia
ſyr. de bet. de ſtœch. mel. roſ. purgetur caſsia & agar.
addito etiã rhab. poſtea caput expurgetur errhinis,
nõ maſticatoriis. errhina ſint beta, iris, & cyclamen.
D Dehinc vtatur ſtillicidio ex aquis tẽperatè calidis.
Aponẽſes nimis calidæ ſunt, vel ſi admittẽdæ ſunt,
adhibeãtur minùs frequẽter, aut ex minùs alto lo-
co deducantur. Quod verò ex ſtillicidio artificiali
raucedo aucta eſt primis dieb. nõ refert. Nã primis
dieb. mouere ſolẽt, vt etiã cætera medicamẽta om-
nia. Deinde illud ſtillicidiũ vim habuit potiùs com
mouẽdi quàm exſiccãdi. Poſthæc vterer puluere,
quia deſtillatio penit⁹ nõ auferetur. fiant etiã lotio-
nes ex bet. ſtœch. viride, roſis puluis fiat ex caryo-
E phyllis, ſandaraca, ſarcocolla, roſis. Poſt fiat catar-
rhi per nares deductio ſternutatoriis. Pect⁹ expur-
getur lãbitiuis, vt ſyr. de farfara, de liqoir. puluere
butrydis, iridis, itẽ looch ſano & experto, item de
pulmone vulpis. Vtatur cãcris fluuiatilib⁹ non in
molta copia, nec cũ ſale. Incoquat̃ aũt ptiſana cau-
dæ & chelæ. ſed & in frequẽti vſu habeat pil. de hie-
ra, de trib. maſtichinas: ſumatq; vnã aut duas ante
ingreſſum lecti. Item aliquid agarici. Inter cætera,
ſit & victus ratio attenuans, optimarum carnium,
F dimittendo lacticinia, & piſces. vtatur ouis ſor-
bilibus, dimittat olera & fructus. Vinum ſit pauci-
ferum, nõ fumoſum, rubeum, non acerbum. Quod
ſi illo emiſſario, in brachio, catarrhus non ſiſtere-
tur, facerem etiam cauterium, in ſutura coronali.

TRINCAVELLIVS.

Temperatura calida & ſicca: iecoris calidi & ſicci;
cordis calidi, & cerebri etiã, plus tñ humidi. De vẽ-
triculo etſi nõ cõqueratur, cùm tñ colore ſit liuido,
non cõmodi videtur eſſe ventriculi: pręſertim cùm
G materia quotidie deſtillet: adhæc in aere craſſo &
humido verſatus ſit, qui corp⁹ vniuerſum & partes
trãſmutare poteſt. Caput aũt hinc etiã factũ vide-
tur calidi⁹, qđ ab illis guttis offenſus, raucediné p-
cepit. Tẽtata nãq; expulſione illi⁹ materiei facta eſt
deſtillatio. Caliditaté quoq; auxit hepatis intẽpera-
tura, ſanguinẽ calidũ generans. Sanguinem porrò
à capite deſtillaſſe exiſtimo. Videtur p̃terea vir iſte

aliquid humoris melancholici congerere, ſiue ex curis, ſiue negotiis. Atque hinc fit vt fortè parciùs dormiat, effumante humore melancholico. Fomẽtum ergo habet catarrhos à cerebro, tum etiam vẽtriculo, qui ex ſtudiis & curis debilitatus gignit cruditates. Quod curationem ſpectat, cùm morbus verè naturalis ſit, & vir iſte negotioſus, difficulter illum curari poſſe exiſtimo. Hoc autem tempore nihil aggrederer maioris momenti: poteſt tamen vti ſyrup. roſ. ſol. & maſtich. etiam, vt ℈. i. præſertim cum apozemate, & duobus aut trib⁹ cochlearibus ſyrup. roſ. ſolut. Interdum vtatur aliquo exſiccante facili & moderato vt conſerua betonicæ cum ſach. roſ. ante ingreſſum lecti, vel cùm à ſomno excitatur. Caput lauetur (nam ſtillicidium valentius eſt, & nimis exuperat) exſiccantibus non calfacientibus vt roſis, ſandalis, cupreſsis, betonica, in lixivio dulci decoctis. Fricentur extrema manè, quod hoc tempore etiam commodè fieri poteſt. Caueat ab humidis alimentis, à fructibus, oleribus, vt etiam acribus. Exercitatio ſit moderata. Refrigerato aeris efficacius corpus euacuarem: vt caſsia cum agarico, cochlis ad ℥. ſ. cum maſtich. hiera & agaric. Apophlegmatiſ. etiam vterer. Tandem aquam in caput deducerem, vel ſuam vel noſtram. Hæ enim aquæ, tenuiorum ſunt partium & faciliùs agent: fortè non damnantur etiam Mutinenſes. Cauterium laudo in extremo.

CONSILIVM LVI.

Catarrhus ſalſus.

CAPO DI VACCA.

Ante annos tres laborauit catarrho ſalſo, tametſi antè etiam laborârat: qui deſcendit nõ ſolùm ad partes inferiores, ſed & thoracis, titillationemq́ue excitat exortis puſtulis circa fauces, & dolorem ventris. A quarto autem ab hinc menſe quotidiana laborauit, vnde catarrhus auct⁹ eſt. Nec tamen ſiti nunc moleſtatur, cùm antea vel maximè. Temperamentum notum eſt & credo calidum potius quàm frigidum, ſiquidem & actiones & excretia conſiderentur. Vergit autem magis ad humidum, quia corpore ſatis eſt procero, quod etiam vrina indicat. Eſt etiam ſanguinis potius craſsi & nigri. Iecur calidum eſt & humidum teſtante loco. Item hypochondria, quę minus ſunt piloſa. Cor ſatis calidum, ſed nõ ea humiditas, quæ in ventre inferiore. Caput ipſum ſatis calidum eſt atque humidum. nam catarrhis eſt obnoxium, & frequẽter ſpuit: item profundi ſomni. Ventriculus frigidus eſt & humidus. Ructus enim inſipidi & multi ſunt. Præterea eſurit, neque ſitit, licet catarrhus ſit ſalſus. Pulmones tabi eò magis ſunt obnoxij, quòd morbus illi ſit hæreditarius. Hinc pulmonum arguitur imbecillitas. Huic ſuccedit inordinata victus ratio, quæ cruditates & copiam pituitæ generauit, quæ ab hepatis caliditate deaſſata atque ad cerebrum tranſmiſſa catarrhum ſalſum excitauit. Vnde etiam doloris mordicantis ſenſus circa ventrem inferiorem, qui etiam linguam & palatum corroſit. Deſcendit & ad pulmones, quæ tuſsi reiicitur. His autem affectibus magis affligitur hyeme, quòd illo tempore magis colligitur pituita. Pro curatione materia deſtillans eradicanda eſt, auertenda que à prædictis partibus: quod fiet ablatis cauſis. Purgandum igitur corpus vniuerſum, & roborandæ partes. materiæ per vices regeneratæ ſubinde vacuentur. Nam neque adeò exquiſitè euacuari poteſt, neque partes corroborari, quin ſubinde aliquid regeneretur. Sanguis ergo mittendus eſt indicantibus viribus & vrina, ſed parciùs, quòd bis ſebricitanti detractus eſt, & ſpontè è naribus ad libram vnam effluxit. Cauteria mihi vidẽ-

B tur conuenire ratione diuerſionis, quibus tamen neque hoc tempore, neque aliis, niſi cõferentibus, vterer. Fiant autem in cruribus, quia diuertũt materiam à ventriculo, quæ capiti deinceps tranſmittitur. Leniens fuit caſsia ℥. xj. hieræ ſpec ℈ ij. quia alui eſt ſtipticæ. Clyſteres fuerunt mediocres. Syrupi ſint de beton. viol. (ſed minori copia) de farfara & cichorea ſimp. Decocta de beton. borag. bugloſſa, paſſulis, endiuia, &c. Purgabis cum agarico & rhab. addito ſyr. roſ. ſolut. ratione hepatis. Capi-

C tis purgatio fiat per errhina, ne maior ad arteriam fiat attractio. pulmones purgentur pectoralibus, ſyr. de liquir. de farfara, diacodio cũ ſacharo. Roborabitur interiùs & exteriùs, vt ſach. roſ. cum cõſerua de betonica, vel aromatico roſ. vel conſer. diarrhodon. Item looch de pulmone vulpis. Quod ad exhibitionem aquarum, darem S. Petri, ne nimis hepar & caput incaleſcerent. Capiti conueniret ſtillicidium refrigerans, corpore vniuerſo perpurgato. Ventriculus inungatur ol. maſticis, menthæ, abſinthij. Victus

D ratio optima ſit. Exceſſus aeris vitentur. Cibus ſit non nutriens ſolùm, ſed moderans diſcraſiam. vnde ordinarem ptiſanam in iure & panatellam cum carnibus laudatis. Potus eſt aqua alterata cum carne pulli, alterata cum paſſulis & boragine. Quod ſi catarrhi ſalſedo remittat, vinum ſit oligophoron.

FRISIMALICA.

Catarrhus ſalſus fit ratione capitis calidi, & propter errata in ſex rebus non naturalibus. Vn-

E de frequenter repleto capite & materia excalfacta catarrhus iſte genitus eſt. Accedunt alia membra mandantia, quæ partim talia ſunt natura, partim inordinata victus ratione. Inteſtinorum dolores à capite pituitæ dependent, quam generat ventriculus frigidior & humidior. Cum. Ventriculi & hepatis intemperies corrigenda, adigendus catarrhus à pulmonibus: temperãdum caput. Sed quia morbus hæreditarius eſt, non ita facilè curabitur, præſeruabitur tamen, ne ruat in deterius. Va-

F cuetur igitur corpus vniuerſum, mittatur ſanguis omnibus conſentientibus. Secetur autem communis vel baſilica, cum antè iam aluus ſit lenita. Concoquerem temperatis, vt cichor. ſyru. de betonica. vacuarem ſyr. roſ. ſolut. diaphœn. neque enim ad vehementiora deuenirem, obſtante imbecillitate ventriculi. Victus ſit temperatus & boni nutrimẽti. vino non priuarem penitus. Ptiſanam concedo. In contemperatione ventriculi laudo iam dicta, & probo mithridatium cum ſacharo roſato. Aquæ

G placent vel S. Petri, vel Porretanæ. Caput tum temperarẽ moderatè frigidis, vt roſis, chamomilla, nucibus cupreſsi, & ſimilibus. Stillicidium etiam fieri poteſt artificioſum, quia timendus eſt humorum motus vacuato bene corpore & capite. Darem etiam pill. de hiera cum agaric. maſtichinas & ſimilia. Aere vtatur patrio ſi fieri poteſt.

TRINCA-

TRINCAVELLIVS.

Vir hic in ætate conſiſtentiæ, temperaturæ eſt calidiſsimę, in actiuis: hepatis calidiſsimi, quod vrinę demonſtrant rubicundæ, & faciei color. eſt enim verè citrinus, vt hepaticorum eſſe ſolet. in paſsiuis videtur temperatus. cerebrum calidum eſt, quod actiones demonſtrant. cor calidum eſt. nam thoracis eſt ampli & hirſuti, non immodicè tamen: vnde non admodum calidum, quod etiam ex pulſu comperimus. Ventriculum ſatis commodum natura fuiſſe exiſtimo, quod præter alia inferioris ventris commodiſsima conſtructio indicat. Sed cùm multi pręceſſerint errores, mutatum illius têperamentum eſt. Cæterum partes ſpirituales non eſſe imbecillas ratione hæreditatis, ex conſtructione thoracis ampla lata & modicè hirſuta colligo. Præterea ætas refragatur: nam pulmonum morbis obnoxia eſt illa magis, quæ ab adoleſcentia vergit ad conſiſtentiam. Quo etiam cum ipſius parentibus non acciderit, exiſtimo ipſam affectionem fuiſſe magis ex delictis in victu, quàm hæreditaria ratione. Duo autem ſunt morbi, de quibus conqueritur ſcilicet catarrhus & affectio inteſtinalis: his accedit hepatis & venarum ſumma caliditas. Intemperies verò iſta eſt etiam cum materia, videlicet pituita & ſanguine. Inteſtinorũ dolores à cauſa frigida dependent, quod contrariis curatus eſt, vt iure galli decrepiti. Acris etiam eſſe potuit, indicante vrina materiam bilioſam. Deſtillatio proximè à capite ꝓuenit, multa pituita ibidem collecta, ratione leuis humiditatis aliqua ex parte per conſenſum ventriculi tranſmiſſa. Salſedo partim à capite calido, magis tamen ab hepate calido dependet, generato ibi plurimo humore nitroſo & ſeroſo. Deſtillat autem maximè ad fauces, quòd palatum exulceratum eſt, parũ ad pulmones: quia neque difficultate anhelitus, neq; tuſsi, niſi poſt mediam noctem, infeſtatur. Curationem quod attinet, ab hoc incômodo liberari poſſe exiſtimo, modò obtemperare velit. Miſsio ſanguinis placet, tum vrina ſic ſuadente, tum etiá catarrho ſalſo. Mitterem autem ſanguinem copioſiorem, cùm natura ipſa magna copia euacuarit, idq; vere proximo. Pòſt, lenita aluo, præpararem materiam, quæ indicatio ſumitur ab eſſentia ipſius morbi. Refrigerandum igitur moderatè, vt ſyrup. roſ. viol. nam præterquam quòd refrigerat, naturâ ſua ſalſedinem iſtam temperat, addi poteſt aliquid ſyr. de betonica. Caſsia item repeti poteſt cum agarico. nam adiuta ab agarico ad pectus penetrare poteſt. Caſsiæ ſit ℥.i. agarici ℈.iiij. vel ʒ.i.s. Poſt temperatâ hepatis caliditatem vterer pill. quæ etiam ab antiquis probantur, vt ſunt noſtræ illæ conſuetæ. Caput lauet̃ roſis, chamæmelo, ſantalo, rubi ſummitatibus. Aquas in catarrho ſalſo Aponenſes non exhiberem, quòd ſalem participant, vt etiam Aquarianæ, ſed potius temperatas, vt de villa noua, quibus etiam in vrinę ardore vtimur: tametſi curatum iri ſperem, antequam ver accedat. Fontanellas in cruribus maximè probo. Quod ad præcautionem, vtatur optima victus ratione. caput repletia deuitet & cereuiſias etiam, quòd non minus inebriant. Vitentur ſalſa omnia & fructus, & exercitium poſt cibum. Per interualla. præcautionis genera probo prædicta. Purgetur ſingulo vere corpus.

CONSILIVM LVII.

Catarrhus & menſtrua alba, interdum citrina.

BELLOCATVS.

MVlier agens annũ trigeſimum, temperamento calido & humido: cerebri quidẽ calidi atque ſicci, ventriculi frigidi atq; ſicci, cordis calidi, hepatis calidi & ſicci, quę ratione medicamẽtorũ accepimus: habitat locũ frigidũ atq; humidũ, vnde illa incômoda contraxit, huc acceſsit victus ratio. Symptomata aût hęc ſunt: anno abhinc quarto deſtillatione laborare cępit, nunc ad vterũ, nunc ad dentes, ceruicem, & omnes ferè corporis partes. dum geſtabat vterum, moleſtabatur grauiter circa vterum, itẽ quibuſdam ſuffocationib. ventric. paſſionib. & capitis dolorib. viſum aliquid moueri ex vna parte ad aliam, atq; tandem aliquid aſcendere ad caput mentẽ perturbans. Item caput flatu frigido repletum videbatur. lędebatur maximè à frigore, interdum à calorib. vt comburi videretur, vnde flatu ventorum leuabatur. ſomni fuerunt interrupti, ſomnia grauia, vulatus & ſimilia. leuabatur impoſitione manuum in aquam frigidam: vnde tamẽ plurima ſunt ſecuta ſymptomata. Cùm nupſiſſet, primo menſe concepit, ſed abortum fecit, magna moleſtia. Menſes interdum copioſè, interdum interruptè, interdum albi & citrini, excernitq́; per narea ſæpius citrina lucida tamẽ. Patitur ſupercalefactionem circa faciem, item furunculos ſeu veriùs eſcharas, qui ſedabantur potu aquæ hordei. Cùm igitur decimumquartum annum agens nô probè purgaretur, ſecta fuit vena. vnde bene habuit. Defluxionũ cauſa eſt caput frigidum & humidum, puſtularũ, hepatis caliditas. Curatio mihi videtur nô impoſsibilis quidem, difficilis tamen, affectis membris principalibus. & morbi iam contracto habitu. Curationis indicatio ſumitur ab ipſis partibus, primò corrigendo cerebrum, quod fiet emendato vẽtriculo, & hepate, item vtero. Quoniam tamen in humiditate non admodum excedere videtur: illa excrementa ratione aliarum partium influere dicuntur. Primùm purgetur non quidem valentioribus, cùm ventriculus ſit imbecillis, ſed hiera, quę & vtero cõducet, neq; ad hepar pertrãſit. Hinc admiſi hepatis hepatis cauſa, caſsiæ vel ſacchar. violar. vel tamarind ʒ.vj. pulpæ tamarind. vel caſsiæ ʒ.vj, hieræ ʒ.ij. cich. cum ſyr. de beton. ℥.i. aſſorini ℥.s. cũ decocto betonicæ, meliſſæ & cichoreæ. Purgetur hieræ & rhab. ʒ.i. non in potione tamen, niſi amarorem illum perferat, augerem aût potiꝰ rhab. doſim quàm alia medicamẽta admitterem. Agaricũ tamẽ admitterem correctum cum ſacharo. Pro humore melancholico adderẽ aliquid ſyr. de epithymo, & puluere ſenę ℈.ij. vel ʒ.i. diacalamenthi propter vterũ, addendo aliquid ſandalorũ ad ʒ.i. cõficiẽdo orbulus, quib. vteret̃ ſępiꝰ. Capiti ſacerẽ ſtillicidiũ ex calament. puleg. dictamno Cretẽſi, ſaluia, rore marino, caryph. nuce moſchata, aut lauetur calidioribꝰ. vtero cõſulerem ſuffumigiis atq; vnguẽtis, vt liliaceo, de ruta, nardino. fiãt ſuffumigia ex ipſo ſtillicidio. Menſib. non fluentib. laudo calament. diptamnum, &c. Hepati ſupercalfacto cõſulerem cũ ſucco endiuię, ſemperuiui, actu frigidâ aut tepida. Laudo etiam cauteria in cruribus. Ventriculo foris calida & adſtringẽtia applicari poſſunt. In victus ratione

totum uegotium conſiſtit,& ſi quid ſpei in boc cōſiſtit,carues ſint optimæ. Vinum bibat ratione ventriculi,babita tamen conſuetudinls ratione,& vini, id eſt,lymphetur aqua cocta & alterata cum cinnamomo. Lætetur & leuiter exerceatur.

FRISIMELICA.

Catarrho laborauit: qualis autem fuerit neſcio: cùm tamen caput excrementoſum ſit,iudico frigidum, licet decimoquarto anno illam primò occupauerit. Ventriculus aut capiti cōſentiens malè cōcoquit,aut ex cauſis primiriuis,nimirum domo frigida & humida,& mala victus ratione. Paſſa eſt dolores vniuerſi corporis,vētriculi,& vteri. Catarrho inualeſcante, & deſceudente ad vniuerſas partes, facti ſuut dolores reliquarum partium & vantriculi. Nam menſib. aliquando ſuppreſsis, & mutatis, quod non aliuude prouenit,quàm ex imbecillitate vētriculi, hepatis calidi,& cerebri intemperie: vtero itē aliquādo debilitato, factum eſt, vt illa excrementa non ſemper excerneret. Vnde poſtes vtero ſuffocarioues factę ſunt retenta materia vitioſa. habet enim vterus cōſenſum cum vniuerſo corpore. Vterus autem ab initio fuit temperatus. nam ſexies concepit: diſtemperatus verò redditus eſt,aliquando ex catarrho,aliquando ex victu. Eſt enim catarrhus multarum ægritudinum cauſa. Quara nō mirum,ſi ad tam varia ſymptomata deuenerit. Tinnitus aurium ex catarrho ortum habet. Frigiditatis ſumma cauſa eſt copia pituitæ. Aliquādo facies rubicunda facta eſt ex iecoris vehementi caliditate, bile ibi generata copioſiore. Huc accedit cordis caliditas & promtitudo ad iracuudiam. Exeuntium mutatorum ratio & retentio,iecoris caliditati accepta referenda. Curaturo primò corrigēda ſunt mēbra,ſed aute omnia caput. Nā catarrhus qui ex cauſa frigida & humida erat, temperandus eſt contrariis,quod tamen futurum eſt difficile. Pòſt ventriculus,& vterus,tādem ipſum iocur. Difficultatem autem iſtam primò oſtēdit diſcraſia partium: deinde & morbi diuturnitas: nihilominus cùm ſit in ætate iuuenili,& corpore ſatis robuſto,in optimā ſpē venio. Victus igitur ſit attenuās inprimis, propter materias craſſas & pituitoſas: vt eſt caro laudabilis auium montanarum. Vinum concedo temparatum, ratione ventriculi & vteri aliorumq́ue membrorum. Aqua corrigatur bordeo & cinnamomo: De venæ ſectione ambigo. Nam corpus ſatis excrementoſum eſt,ſi tamen corpus validum eſt, & vrina rubra, ſecarem. Ventrem lenirem hiera. Caliditatem hepatis & cordis corrigerem cum caſsia. Pòſt concoquarem materias viſcidas & craſſas cum attenuantibus, vt melle roſato. Vacuarem cum hiera & caſsia, admiſcendo, prò pituita aut melancholia, ſeuam & epithymum vel confectionem hamech. Dehinc repeterem ſyrupos, propter excrementoſum corpus. Acetoſi ſyrup. corrigi poſſunt cum melle roſat. Poſt hæc ſuperiora vacuantia repeti poſſunt & rhabarbar. Pillul. ſint aggregatiuæ, ut hiera cum agarico, alephanginæ, maſtichinæ, quibus vtatur per interualla. Vacuato corpore, temperarem membra cum antidotis magnis, vt theriaca & mithridatio, addendo aliquid ſachar. roſ. aut boraginati. ſin illa eſſent calidiora, darem diarhodon, aromaticum roſ. vel diagalangam. Topica erunt: vel ol. maſticb. quod temperatum eſt,

A addendo nardinum pro ventriculo, fomēta ſiut ex roborantibus & adſtringentibus, vt roſis, & ſimilibus. Pòſt iecoris caliditati conſulerem epithematibus ex aquis endiuiæ, ſpeciebus diarhod. Abbat. diatriaſant. Elect. cordiali, vt lætificante Almanſoris, cum cōſerua boragin. Vterum temperarem lotionibus, balnais vſque ad vmbilicum. Inungerem pect⁹ oleo lilior. albor. cum vino maluatico, ol. nardino. Si maior eſſet caliditas, adderem aliquid olei
B roſati, quibus tamen, temporibus calidis nō vterer. Caput temperarem ſternutatoriis, maſticatoriis, pararē ſtillicidia ex leniter calefacientib. vt chamęmelo, bet. roſis, &c. Sed quia eſt humidius, adderem betonicam, & quædam metallica, & cinerē vitium. Quod ſi ſtillicidia recuſet, vtat̃ lotionib. ex calidiorib. vt ſaluia, pulegio. Pulueres etiā aſpergi poſſunt, ſed q̃a nō ſumtis & admotis tātum ſit alteratio, ſed etiā aere, aer ſit tēperatus. vitētur omnia accidētia.

TRINCAVELLIVS.

C Quia ea quæ exponeuda ſunt, propè expoſita ſunt: de boc maximè dubito, an videlicet vniuerſa horum morborum ratio à capite dependeat. Nam deſcriptio hiſtoriæ dicit tēperaturę fuiſſe calidæ & humidæ, ſed capitis calidi & ſicci. Quod mibi quidam videtur falſum. Nam cùm adeo excrementitium fuerit caput ab ipſis incunabulis, potiùs ſuapte natura humidum fuiſſe exiſtimo. Neq; hoc referendū in malum aerem. Quia aer Cretēſis ſuapte uatura ſiccus eſt & regio ſaxoſa. Nec vapores maris
D ad humectationē faciunt, imò potius exſiccāt. Eodē modo de primis qualitatibus aliter ſentio Nam cùm tantam ſentiat frigiditatē, frigidū eſſe omninò exiſtimo. licet antè calidi⁹ fuerit, quum ingenij ſit prōti & dextri. Ventriculum etiam ab initio aliquo modo imbecillum fuiſſe exiſtimo. nam in capite generata multa pituita. & deſtillans ventriculi naturā debilitat. iecoris tēperatura ſine dubio calida eſt, vt patet ex abundante multa bile, & ortis eryſipelatis, & eſchara, itē cùm facies interdum ferueat, vnde
E iecur priſtinā ſuam naturam videtur ſeruare. Cordis calidi & ſicci eſt, vt iracundia indicat. Vter⁹ tēperatus comicitur ex multitudiue fætuū. Nā quòd primò abortierit, id factū videtur magis ex frequētia & copia, q̃ imbecillitate vteri: accedit, quòd clyſteria calida & acria abortū nō prouocarūt. Quare cùm iam labefactatus ſit, id magis ratione conſenſus factū eſt. Cæterùm origo & principiū omnium morborum videtur caput. nā ab adoleſcentia ſemper de capitis dolore cōqueſta eſt, & deſtillationib.
F laborauit. Vnda patet qđ etiā illi primi articulorū dolores à capite ortū habuerint. Materia aūt frigida eſt & craſſa, ſed deducta á bilis permiſtione, quæ humores colliquauit. Nam quia nupta viro, in victu aberrauit, & animi motib. malorū omniū præludia, & catarrhi adaucti ſunt. Quare cauſa non in illum aerē reücienda. Nam licet Aquiloni ſit expoſitus, tamē tam rigidus nō eſt, nec humidus & frigidus. Nihilominus ſtantibus illis ventis, corpore pleno, facta eſt expreſsio & deſtillatio. Acceſsit ani-
G mi cōſternatio ex morbo, capillorū euulſio, & capitis alliſio, quæ catarrhū augere potuerūt. Eſcharārū cauſam etſi in iecur referre poſſum⁹: tñ etiā calfaciētib. aſſumtis & admotis imputari poteſt. Licet enim oleorū calidorū infuſionem nō ſentiret: tamē vicinarū partiū calor auct⁹ eſt, vt hepatis. Mēſtruorū ſuppreſsionis cauſa fuit materia craſſa & viſcida,

affluen-

sffluente bile & ſanguine acri, atqı nunc hic ounc
illa abnndare videbantur. Cnrationem difficilem
fore iudico propter diſcraſiam, & excrementornm
copiá.& quod ſuo modo bibere cõſueuit, & In vſu
fructuũ eſt intẽperans, quę maximè caput replent.
Permntare autem victns rationem ram diu conſne
tam eſt difficile, cũ amplam adminiſtret familiam.
Accedit quód oon habet Medicos admodum ex-
cellentes, vt ex adminiſtratis colligitur. Verùm dif-
ficultas impoſsibilitatem non arguit. Nam quin ex
illis, quæ dicta ſunt, sliqnid proficere poſsit, non
dubito. Vnũm igitur, quantum ſstis eſt, diluatur
aqua etiam cruda, quæ optima eſt. Victus ſit opti-
mus, qui ibi hsbetur. Hoc cõſtitnto, vscuarem cor-
pus. Cruditates enim adeſſe ex pulſu imbecillio-
re & vrina cruda colligitur. Quod ſi coutra iu re-
gione cslida & ætate iuueuili conſtituts eſſet, mit-
terem ſanguinem. Vacuarem autem caſsia cnm
hiera, quo madicamento nihil exquiſitius excogi-
tari poteſt. Concoquerem diligentiſsimè, quia ma-
teriæ crudæ ſnnt, quæ ex anrè actis colliguntur.
nam purgato ſcammonio, moneri non potuit, coo
turbatis hnmoribus craſsis. Præparatiu verò fiat
ex betonica, quæ omnibus psrtibus confert, nec ha
par calfacit: item cichorio: eſt enim à lenioribus in-
cipiendum. progrediente tempore ſyrupus de ſtę-
chade commodus videretnr. Oxymel propter vte
rum nõ timerem, idqı autore Gal. vt nec ſyrupum
etiam aceroſum, modó non ex multo aceto ſit con-
fectus. Non fluente aluo clyſteriis interdum adde-
rein hieram colocyth. Poſt vscuarem iam dictis, &
agarico, qui vtero plnrimùm cõfert, addendo rhab.
idqı frequenter. facerem autam decoctum ex ſena,
in quo infunderem rhab. & agar. atqne in paſtillos
redigerem, addeudo aliquid terebinthinæ. Vterer
interdum & caſsia, illa cum hiera & diaphœnicone
& aliis. Probè autem & exquiſitè euacuarem & im-
mutarem temperamentum, idqı pluriea repetitis
medicamẽtis. Poſt contemperarẽ particulas vt ca-
pnt, etiá particulatim, vt apophlegmatiſmis, pulue-
ribꝰ, ſtillicidiis, &c. Ceratis in viris vti poſſemus, in
mulierib. non poſſumus. Lauetur caput dictis, di-
ctamoo & cinere iuniperi, qui mirificá vim habet.
itẽ agar. vterer loco ſapouis, vel ſaponi admixto. Pe
des etiá lauarẽ ſupradictis. Reſina iuniperi cõtrita,
mirificè prodeſt impoſita linteo raro, addẽdo cin-
namom. ſpicá celticam, betonicá, &c. quæ noctu &
interdiu geſtari poſſunt. Nsm ex his ego magnum
effectum vidi. De ventriculo roborando conſerua
roſar. & roris marini poſt cibum, aſſeutior. admit-
to etiam antidota illa maiora. Nam non adeo mul-
tum calefaciunt, frigidis tamen temporibus magis
probo. Calidioribus autem addantur myrobalani
chebuli. Balneæ, qnæ facultatem ſuam retinant
longiùs aſportatæ, conſerre poſſunt in potu & ſtil-
licidio, vt ſunt Aquarianæ. Laudo etism metallica.

CONSILIVM LVIII.

Catarrhus.

FRANCANZANVS.

OCcurrit uobis caſus uobiliſsimi iuuenis vi-
ginti quatnor annorũ, qúi sd preſentem vſ-
que dié muleſtatus fuit febribus bilioſis ter-
tiauis: nunc verò per aliquod tẽpus ſeuſit rigores
aliquos in byeme. vnde euacustus cũ pil. aſſaiaret,

A cũ agarico, anreis, in æſtate. Sed dein rurſus ſuper-
uenerũt ſymptomata quædsm. Nam anno elapſo,
in venatione, ſenſit aliquam grauedinem in capite,
& circa pectus, cũm eſſet ſupercalfactus, & exſpue-
bat multum. ſed cùm ſentiret maximá grauedinẽ,
conſuluit medicos: à quibus cùm eſſet optimè pur
gatus, vena illi ſecta fuit abhiuc aliquot menſes ite-
rum euacuarunt medicamentis & ſectione venæ,
& applicauerũt cerata capiti. Tandem deueneruut
B ad balnea Chalderians, quæ quidem illi ſatis pro-
fuerunt. At nunc iterùm moleſtatur aliquib. ſym-
ptomatibus, catarrho videlicet grauatiuo, dolore,
pruritu, & ſcabie quadá circa exierna. Ab his ſym-
ptomstibꝰ vt eo melius illum liberemus, prius ns-
turalem temperaturam & cauſas dictorum ſym-
ptomatum perpendemus. Eſt autem iuuenis, mea
ſeutentia, cslidæ & ſiccæ temperaturæ, ſiquidem
promtus ad actioues, & ſatis robuſtus, cõſuetus
verò inordinatè viuere in omnibus rebus nõ na-
C tnralibus, præſertim tamen io aere & motu: aerẽ
quidem calido & frigido. Quod ad naturam catar-
rhi cognoſcẽdam attinet, putiſsimũ is deferebatur
ad os, ſed & ad alias partes, putoque illum rigoris
cauſam fuiſſe, qui erat ſine febre, qusutum ex debi-
litate partium poſteriorum conijci potuit. Meá aũt
ſentẽtia videtur eſſe antiquus, ac cùm primò fuerit
scris, mordax, ſalſus, & ex cõſequenti calidus: nune
redditus eſt acidus & inſipidus interdnm, eaque ra-
tione frigidus quoque. Porrò iudico ego iſtum ca-
D tarrhum, partim ob affectum capitis, videlicet intẽ-
periẽ frigidá & hnmidá, partim ob cõſenſum aliarũ
partium, ortũ eſſe, ſed iu primis ex vitio veutriculi,
ob inordinatam victus ratlonem: licet non adſint
ſigna euidentia, qnia non cóqueritur de grauitata
ventriculi vel mordscitate & nsuſea. Secundum
ſymptoma eſt grauitas pectoris, & credo eandem
materism id cauſare, quę prius erat calida. facit aũt
dolorem grauatiuum, non aũt vel tuſsim, vel diffi-
cultatem. Tertium ſymptoma eſt caliditas intenſa
E hypochõdrij dextri, quod eſt ſignum manifeſtum
calidi hepatis. adeſt etiam quædam ibidem tenſio.
Quartum ſcabies eſt quæ prouenit à materia ſalſá.
ſentit etiá crura qnaſi alligata, quod ex eadem ma-
teria deſcendente illi prouenire crederem. Habe-
mus ergo vẽtriculum debilem, & iecur obſtructũ,
vnde reliqua ſequuntur ſymptomata, quæ ſi curs-
re velimus, roborandus ventriculus, & iecoris ob-
ſtructio remuuenda, ſimul intemperies etiam capi-
tis humida & parum calida corrigenda. verùm ob
F illa membra diſtemperata, curatio erit difficilis: ali-
quid tamen conandum. Igitur cùm anno præteri-
to bis ſit ſecta vena, & præſenti anno ſemel, poterit
ea omitti, aut parum detrahi ſanguinis, licet maxi-
mè proſit in obſtructione hepatis. Lenirem aluum
cum caſsia & pauco hieræ: concoquerẽ materiam
eum melle roſ. & ſyr. de betonica & cichorea, cum
decoctis earũdem herbarum. Euacuarem cũ agar.
& rhab. vel electuario de ſucco roſarum Meſuę, vel
diaphœnicone, vel pillulis cochiis, vel aureis. Pro
G deriuatione materię vellẽ vt per nares etiá extrahe
ret. Pro inũctione heparis laudarẽ ol. chamæmel.
cũ pauco maſtichino. Ad aquas Aponẽſes poſſent
embrocationes fieri, neque S. Petri ſnaderem, ſed
alias: Eodem modo ventricnlus & iecnr inungao-
tur. Aquss Chalderianas, cùm ſint frigidæ, non ex-
hiberẽ. Cauteria in brachio maximè placerẽt mihi,

poſt reliqua omoia adbibita. Vnde enim proſunt
ad diuerſionem. Vtatur auté optima vict⁹ ratiooe.

FRISIMELICA.

Ventriculos, mao iudicio, io hoc iuuane, eſt fri-
gidus, caput verò calidum. Quare per intépariem
iſtam totius corporis non miror incidiſſe in calida
ſymptomata. Rigores verò ortos credo ob materiá
iſtam pitoitoſam, quæ deſcendit in illas partes: Ca-
tarrhum autem ob ımmoderatum victus regiman.
Sed potiſsimum à capite ad pectus defluxit, licet
ventriculus etiam in cauſa eſſe poſsit, qoẽ debilita-
oit ratio ioordinati regiminis, & qd' verſatus eſt io
frigore & ioordioato motu, ob quæ generátur cru-
ditates, vnde caput repletur vaporib. & naſcitur ca-
tarrhos. Quinetiam calfactum eſt ſupra modõ ie-
cur, ex tali inordinato regimine & motu, & aliis cau
ſis. Non enim eſt mirum, cùm ſit egregius venator,
quòd ex immoderato motu, & aere frigido, caput
ſit repletũ, & geoitus ille catarrhus. Et cùm à prin-
cipio laborauit catarrho calido & ſalſo, is quidẽ nũc
mutatus eſt in frigidũ: quia ex aciditate & ioſipidi-
tate ſputi percipitur, id quod factõ eſt potu aqua-
rum Chalderianarum, quę nimis refrigerarunt cor
pus, & vẽtriculum præcipuè. Quod ſeotit crorum
quaſi ligatoram, cauſa eſt idẽ catarrhus, qoi ad va-
rias partes poteſt defluere. Ob eaodem materiam
frigidam percipit grauitatem in pectore, quod leui
moinento læditur á frigore: ſicuti hic factum eſt,
ex aquæ potu. Scabiem ortá eſſe credo ex materia,
adoſta à iecore, quod qoia fuit calidum ſupra mo-
dum, non potuit refrigerari ex aquę poto. Curatu-
rus catarrhom, lenita aluo, contemperarem ſyrup.
de bet. de farfara, qui vidatur mihi mirum io modũ
conferre pectori. Poſſemus addere aliquid ſyr. roſ.
decocti farfarę & cichorcę. itẽ ſyr. de cich. Ad fortio-
ra vacoantia non venirẽ, vt eſt diaphœnicõ, vel ba-
mech, & pil. cochiæ, ſed inſiſterẽ cum rhab & agar.
quem darem com caſsia, vltra nõ progrederer, quia
priùs ſatis eſt debilitatus ex euacuatiooe. Pro alte-
ratione capitis, ego nõ ſuaderem dictas aqoas, ſed,
cùm ſit euacuatus ſatis, potius darem pro robora-
tione ventriculi diarhod. abbat. item aromaticum
roſatum & ſacharũ boraginatum, qood valdè con-
ducit pectori. Iomergerem qooq; eum io aqua de-
coctionis betonicę & ſarfaræ. vantricolum inunge-
rem cum oleo maſtichino & ſimilibus: Iecor verò
oleo myrtioo & roſaceo. facerem etiam ſtillicidium
pro capite, ex origano, ſtœcbade, betooica & dicta-
mo. Laudarem admoduio vt bona vteretur victus
ratione. Vtatur interdum hordeo in cibis, & inter-
dom purgetur caſsia. Ad cauteria, ſi omnia iam di-
cta nihil conferrent, deuenirem, ſed aliàs ooo, cùm
corpus ſit euacoatum & debilitatum.

TRINCAVELLIVS.

Catarrhũ credo deſcendiſſe ad dorſum, & exci-
taſſe tales rigores, vt narrauit ipſe. Calidiſsimum
hepar eſſe, oſtendit corpus valde emaciatum. Ca-
tarrhus porrò cùm à principio fuerit calidus, ape-
ruit vias propter acrimoniam & ſalſedinem, ſed po
ſtea acceſsit refrigeratio. Defluxit autem ad muſcu
los pectoris & ad diaphragma. Senſit enim à prin-
cipio magnam difficultatem anhelitus, quæ non a-
liunde accidit, quàm quòd diaphragma oppreſſe-
rit. Præterea credo à principio tenuem fuiſſe, ab
exercitio deiode immodico iocraſſatũ eſſe. Sed vt

A dicam ſummatim, ſentio, ab iſto catarrho orta eſſe
omnia dicta ſymptomata. Quod ſentit igitur graoi
tatem, crado, eam nõ accidere à catarrho craſſo, ſed
tenui, & muſculos eſſe admodũ debilitatos. Vnde,
mea ſententia, magna debebatur adhiberi cautio,
oe corpos vlteriùs euacuaretur. Nam vidi ego, ex
contactu pectoris & ventris inferioris, maximam
ſiccitatem fuiſſe ortam. Caput exiſtimo eſſe frigi-
dum & humidum. Curatiooem quod attinet etſi
B nemini dubium ſit, qoòd inueterati morbi ſint dif-
ficiles curatu: attameo cùm is ſit prudens iuuenis,
& in floreote ętate, credo curari poſſe: pręcipuè ta-
men booo regimine victus. Vterer ergo vitellis o-
uorum, carnibus pullorum, vituli lactentis, & hœ-
di, & ſimiliam. vinom ſit moderatum in ſapore &
colore. Ante cibum, cùm plurimo ſit conſuetus ex-
ercitio, illud coocederem: poſt cibum etiam lenis
ambulatio nõ noceret (vt Gal. teſtatur) pro catar-
rho. Ab animi paſsionib. velim caueat. & agat cum
C lætis amicis. Item lenes frictiones poſt cibum non
nocent. Venam ego non ſecarem. pro euacuatione
etiam maximè cauerẽ valida & fortia medicamẽta.
Laudo ergo caſsiã cũ hiera, ratione ventriculi. Cæ-
tera omnia quæ dicta ſunt approbo. Syrup⁹ de be-
tonica mihi maximopere placet, miſcerem tamen
cum ſyr. roſ & de endiuia decoctum boraginis, en-
diuiæ, cichorij & parũ abſinthij. probaretur etiam
dacoctũ ex ſebeſten, paſſulis, boragine, & bugloſſa.
in quo infunderetur rhabarb. & ſic ſemper inſiſterẽ
D lenibus. Sacharũ boraginatum, aut roſaceom, pro
roboratione vẽtriculi probatur admodum. Baloeũ
oeqoaq̃ ſuaderem: lac qoidẽ probarẽ valde. Capue
etiã alterarem cum embrochis. Nõ etiã ſpernerem
aromaticũ, roſatũ & diarhod. abbatis. Immergerem
qooq; ipſom in balneo tẽperato, decoctis in aqua
chamæmelo & betonica, & ſimilibus. Cauteria oõ
probarem, niſi cæteris omnibus nihil proficientib.

CONSILIVM LIX.

E *Catarrhus cum febre quotidiana & fi-
ſtula ani.*

BELLOCATVS.

ADoleſcens iſte à duobus annis febri & catar-
rho laborauit, qui quidem tuſsim excitauit,
vnde hecticæ metus fuit. Et licet hactenus ſi-
ſtẽdo catarrho operam dederim, vt qui febris eſſet
cauſa: tamen ſubinde oobis hecticæ notæ apparue
F ruot, donec tandẽ adhibitis medicamentis & febris
& catarrhus remittere cœperuot. Sed oihilomiooa
ex mutato aere & victus ratione in peregrinationi-
bus, denuò in febrẽ incidit, quæ, multas materias
ad aoũ tranſmittens, inflammationẽ excitauit, quę
cùm non ſedaretur, verſa eſt ad ſphinctẽrẽ, & tandẽ
per cutim erupit: vnde à febre conualuit, quandiu
quidem materia flueret. Verùm vlcere cooſtricto
ac conſolidato, denoò catarrhos ad pectus fluxit,
tandemq;, accedente ioordinata victus ratione, &
G oeglecto vlcere, diarrhæam paſſus eſt, vt nunc et-
iam. vnde ſtudui catarrhum concoquere & mem-
bra alterare ac roborare, remittendo calorem, quo
afficiebatur poſt cibum, & circa noctem, iudicans
febrem continuam ex pituita: Suppoſita hiſtoria
de ætate & temperameoto. quod videtur humidũ
cum leui frigiditate. Ac caput quidem eſſe humi-
dum

dum indicant catarrhi, & pituitæ copia: Cæterùm
cùm duo ipſius fratres taba perierint, illi etiam me-
tuo, cùm catarrhus perpetuó fluat, & tuſsis perſi-
ſtat. Materia veró iſta non caret putredine, vt ex o-
ris inſpectione animaduertitur, quod ratione ma-
teriæ in pectore moram trahentis potius, quàm
ventriculo, euenire videtur. Licet autem his die-
bus inualuerit & poſtea remiſerit, tamen nunc im-
munis non videtur, quod ratione vacuationis per
vlcus factum fuiſſe exiſtimo. His ita expoſitis: cùm
nimirū & catarrho & leui inflammatione laboret,
& febri continua ſeu fixa: non poſſumus illum à
tabe liberum pronunciare: attamen quia morbus
non adeó radices egit, non omnino deſperandum,
pręſertim cū in prima ſpecie adhuc conſiſtat. Qua-
re, vt methodicè curatio inſtituatur, catarrho im-
primis inſiſtendū, non neglecta tamen ſebre. Is au-
tem quia partim in pectore conſiſtit, partim à ca-
pite defluit, huic ab initio occurrendum videtur.
verùm quoniā capitis purgationē impedit ventri-
culi facultas labefactata, hui⁹ ante omnia ratio ha-
benda. Sumat ergo quotidie aliquid ſachari roſati,
quod ab Auicenna commendatur. Vt firmato alui
profluuio pillulas exhibere poſsimus: in eandem
rationem ſyr. roſatum, ſyr. de betonica & farfara ex-
hiberem. Quæ ſi profuerint, cochias darem. Exhi-
beremetiam ptiſanā hordeaceam, quamprimum
alui profluuium ſedaretur: aut illi cytonia admiſca
rem. Vacuarem deinde caput eum rhabarbaro & a-
garico. præmiſsis vniuerſalibus applicarem diner-
tentia, vt veſicatoria in ſutura cornuali, ad aures, &
nucha. Item diatragacanthum, cum & ſine bolo, &
ſyr. de liquiritia cum tragacantho offerrem. Diner-
ſionis cauſa, vlcus ani ſeu fiſtulam non conſolida-
rem. Facerem etiam cauteria circa brachia. Victus
ratio optima ſit, vt caro vitulina, pullorum: vitet
craſſa & viſcida. Vinum ſit ſubdulce. Atque ſic, fe-
bre intermittēte, pgrederer, aliàs ad lac peruenirē.

TRINCAVELLIVS.

Etſi videatur negocium hoc ſatis exquiſitè tra-
ctatum, adeò, vt iis ferè ſubſcribam, quę dicta ſunt:
tamen ſi in quibuſdam diſcrepauero, non accuſa-
bor. Videtur autem res tota à tribus pendere, ac
primo quidem à temperatura, quæ calida & humi-
da eſt, ſi ætatem conſideramus. Nam pulſus huic
temperaturæ ſubſcribit: ſi autem præſentem ſta-
tum perpendamus, calida & ſicca. Quod ad ſecun-
dum, corpus valde excrementoſum eſt, ob diuer-
ſarum partium intemperaturam. habet enim ven-
triculum ſatis frigidum & hepar calidiſsimum: ca-
put autem calidum & humidum. Morbi autem
præſentes alij ſunt manifeſti, alij dubij: manifeſti
ſunt, febris, quæ acceſsiones veſperi habet quoti-
die, & quamuis aperto vlcere inclinarint, tamen
prius habuit ſudores copioſos. Vnde patet febrem
putridam eſſe, cùm intermiſsiones habeat. Natu-
ram autem habet pituitæ, ſiue præſens tempus, ſi-
ue victus rationem antecedentem ſpectemus: ſi æ-
tatē, aliquid etiā bilis, quod ex vrinæ calore & ſub-
ſtantia colligitur. porrò putreſcit ea materia in
membris naturalibus potiùs, quàm ſpiritualibus,
propterea, quód cum fluxione alui eſt, vt teſtatur
Galenus: hæc enim loca cum naturalibus conſpi-
rant magis, quàm cum ſpiritualibus. Quód por-
rò patitur deſtillationem, & paſſus eſt etiam mi-

A norem, nec multa tuſsi vexatur, ſignum eſt, aliò
declinante materia, pectus & pulmones factos eſ-
ſe liberiores. Nam ſi multa eſſet materia, quæ de-
flueret, eſſet maior tuſsis & ſputum frequentius;
item difficilior anhelitus. Sed nec putridam mate-
riā illam exiguā in pectore eſſe, exiſtimo, licet ani-
ma ſit fœtida, vtpote cùm nullus fœtor ex ſputo
percipiatur, & materia tenuis ſit. Vnde pulmones
immunes adhuc eſſe iudico, præſertim cùm pulſus
B neque phthiſici neque hectici ſit, aut languidus,
ſed valid⁹ & magnus. Excitaretur enim vt dictū eſt
maior tuſsis & maior corporis conſumtio, cùm iam
duob⁹ annis laborarit. Nec etiā fixæ febris ſignum
video, vt pulſum languidum & imbecillem. Etſi e-
nim talis in remiſsione ſentitur: putridæ tamen in-
dicium eſt. Accedit quód nulla caliditas percipia-
tur. vnde manifeſtum eſt febrem non eſſe fixam;
ſed quód poſt cibum affligat, ratio eſt ordinariæ
acceſsionis. Nam ſi non ita eſſet, ſemper poſt ci-
C bum accideret: verùm cùm non ſemper, & tantùm
poſt cœnam, fixa nō eſt. Porrò ex calfactionis iſtius
cauſa eſt primó ex motu materiæ. Vnde etiam fit,
vt in prandio nō appetat, in cęna maximè. Accedit
qualitas excrementorum, quæ cruditates & cor-
ruptiones arguit. Vnde illius putredine exhalante
augetur calfactio. Sed iam ad tertium accedendum
eſt, à quo tota curatio dependet. Nam dextrum
præcordium tenſum manifeſtè apparet, cum ſen-
ſu doloris. vnde iecoris obſtructionem eſſe iudico;
D quæ febris cauſa exiſtit, in quam etiam fluxus co-
pioſior ſuperioribus diebus referendus eſt. Nam
viis præcluſis chylus refluit, & ſic corrupt⁹ defluit.
Hęc igitur ſunt, ex quibus conijcio morbum iſtum
longum, nimirum ob ventriculi imbecillitatem &
diſcraſiam viſcerum, non incurabilem tamen. Præ-
cipuum autem curationis momentum in hoc erit,
vt auferatur inprimis obſtructio iis, quę dicta ſunt;
vt ſyr. de cichor. ſimpl. & compoſ. qui rhabarb. ali-
quid reciperet, ſyr. de betonica, melle roſ. vel ſyr. ro-
E ſato, ſi adeſſet aliqua calefactio, cum decoctionibus
conuenientibus. deiactiones etiam procurarē tam
per aluum, quàm per vleus. Ventriculum illinirem
oleo abſinth. anethino. Quod ſi fluxus nō fieret va-
lidior, adderem ſyr. illis maiorē rhab. copiam. Aper-
tis obſtructionibus, catarrho proſpiciendum non
apophlegmatiſmis, ſed pulueribus in ſutura coro-
nali illitis oleo maſticbino, vel de ſpica: prius tamen
reſtitutis membris naturalib. vlcus etiam apertum
ſeruarē ad commodiora tempora. poſt non impro-
F barem cauteria in brachio: quia tamen materię im-
petus deorſum fertur, in cruribus fortè tutius fie-
rēt. Victus ſit parciſsimus in cœna. Nā in acceſsio-
nib. abſtinere oportet à ſaturitate, quare exhiberē
aliquid iuris poſt paroxyſmū. ptiſanā probarem in
cinnam. potius, ꝙ pipere. nā etiā obſtructioni con-
feret. Vinū ſit paucis. nō dulce, ſed modici ſaporis.

CONSILIVM LX.

Catarrhus ſalſus cum tuſsi.

G CAſus qui nobis occurrit eſt viri nobiliſsimi;
deſtillatione ſalſa correpti. Qui, dum angu-
ſtias ſuas exponeret, aſſeruit, iam tertium agi
annum, quód ſalſa exſpuit, tum per ſimplicem ex-
ſpuitionem, tum quoque per tuſsim: additque le-
oi quodam pectoris dolore ſeu titillatione tentari:
nec non puſtulis quibuſdam tum palatum, tum

gingiuas, tum linguam occupantibus: addidit quoque deſtillationem hiſce quatuor nouiſsimis menſibus moleſtam magis euaſiſſe: atque in præſentia magis atque magis affligere. Ac quamuis ante quatuor menſes, dum febri per duos menſes detentus eſſet, à Rouerentanis Medicis, exquiſitè ſatis purgatus fuerit: quo etiam tépore, grauiore inteſtinorum dolores ipſum auxere: qui fortè colici fuêre: ob idque à medicis illis opa turis Galli extirpati: tamen interdum adhuc dolores quidam, non citra punctionis ſenſum affligunt. Proinde vir nobilis his præcipuè vitiis nobis propoſitis, ſe ab his tum leuari, tum à ſimilibus deſtillationib. præſeruari mirum in modum optat, atq; idcirco tum morborum naturam, tum corporis temperamentum à nobis explorari petiit. Quapropter vt honeſtæ eius petitioni ſatisfaciamus, primum totius téperamentum calidum conſtituemus. Quod facilè tum reliqua, tum corporis vaſtitas, & eiuſdem color patefaciunt, humidum verò eſt magis quàm ſiccum: ſiquidem non eſt gracilis habitus, ſed carnei: neque tamen humiditas admodum excedit, cùm quadratum ſit corpus, non obeſum. Quo deniqne fit, vt corpus vniuerſum ſit calidum quidem & humidum, magis tamen calidum quàm humidum. Quantum verò ad partium temperamétum: iecoris eſt inſigniter calidi, vnde lotium ſatis coloratũ & igneum exiſtit: color etiam corporis hepaticus. vt inde talo temperamentum, quaſi locum morbi, ſibi vendicare valeat. Hæc autẽ iecoris caliditas admixtũ potius habet humiditatẽ, nõ tamen admodum excedentem, quàm ſiccitatem, cuius ſignum, quòd hypochondria non ita hirſuta ſunt, ſicuti in bilioſis corporibus. Lotium præterea ſanguinis potius dominium, quàm bilis, declarant. Cor & ipſum calidum eſt. vnde thorax amplus & hirſutus: non intenſiſsima tamen eſt caliditas, quàdo pulſus nec frequentiores nec velociores edantur. Pectus etiam quamuis eſt piloſum, non multis tamen pilis eſt refertum: vnde & in humidum magis vergere, quamuis remiſſum, quàm in ſiccum arbitramur. eóque magis cum bonorum, benignorumque ſit morum. præterea verò & ipſum cerebrum calidum eſt, vnde pili nigriores ſunt: muniáque ad animales facultates attinentia validè obit. humiditas autem ſiccitatem vincit, vnde & ſomno ſatis longo detinetur: & ſuperfluitatibus, præcipueque verò copioſa exſpuitione abundat. Attamen humidum temperamentum neque adeò inſigne eſt. Quoniá functiones animales non ſegnes, ſed vegetes potius conſpiciuntur. Cæterum quod ad pulmones attinet in dubium vertitur, vtrum à natiuitatis primordio, nempe ex parentum ſemine imbecillitatem aliquam contraxerint: ſiquidem cum thorace perbellè efformato donatus ſit, thorax autem partium internarum & conſequenter pulmonum ſignificet diſpoſitionem, arguere merito poſſumus, pulmones optimos eſſe. cui rationi hoc quoque aſtipulatur fundamentum, nimirum phthiſin homines vſque ad conſiſtentiam inuadere. Quare cùm nobilis vir, iam ad conſiſtentis ætatis finem peruenit, neque adhuc aliquod ſit phthiſis initium, pulmonum eſſe validorum coniiciendum eſt. Verùm forſitan ſi altera ex parte viri nobilis tum parentem, tum auum phthiſi obiiſſe aduerterimus, pulmones non eſſe penitus validos iudi-

A care licebit: horumque imbecillitatem non ex forma ſeu figura pendere, cùm thoracis ſit, vt dictum eſt, ampli atque inculpati, ſed ex nimium laxis tenuibusque tum pulmonibus, tum ipſorum vaſis. Quòd ſi adhuc phthiſi detentus non ſit, illud eſt ea ratione factum, quoniam corpus cùm ſit quadratum, virium eſt validarum, ob morboſas occaſiones haud facilè ſuccumbétium: eoque magis cùm thoracis amplitudo ſit annexa: cuius beneficio pul-B mones vitioſam materiam, quæ corrodere poſsit, nõ admittunt, ſed protinus per tuſsim propellunt. At vtcunque ſeſe res habeat, huiuſmodi hæreditariam imbecillitatem, neque tanti facere oportet, cũ eius anteceſſores, ad ętatem in Germania, vt audio, decrepitam deuenerint. Quandoquidem eius genitor ſexagenarius obierit, auus præterea illam ætatem excellerit. Poſtremò quo ad vétriculum ſpectat, quamquam fortè antea ventriculi laudabilis extiterit: ſiquidem actiones cunctæ inculpatè ede-C bantur: nihilominus in præſentia ſatis frigidi atq; humidi eſt ventriculi. Cuius ſignum, quòd quamuis catarrho ſalſo moleſtetur, nihilominus non ſitit, multum autem eſurit. Multiplicantur præterea inſipidi ructus, neque facilè celebratur concoctio. His ſic conſtitutis leuiori negotio dictorum malorum cauſas proponere poſſumus. Dicimus igitur virum nobilem deſtillatione ſalſa moleſtari: materiamq; deſtillantem pituitam eſſe partim craſſam, maiori verò ex parte tenuem: ſemper tamẽ ſalſuginoſum ſaporẽ prę ſe ferétem. Quippe quæ pituita, D cùm ad pulmones per trachæam arteriam deſcendat, in cauſa eſt tum tuſsis, tum leuioris pectoris doloris ſeu titillationis cuiuſdam, tum interdum difficultatis ſpirandi. Vnde tuſsis occaſione interim intercipitur ſomnus, qui alioquin ſuauis eſſet; præterea verò materia hæc pituitoſa fauces non pertranſit, ſed antequam deſcendat, per ſimplicem exſpuitionem eiicitur. Quo fit vt non modò quod per tuſsim expellitur ſalſum ſit: verùm etiam quod E ſimpliciter exſpuitur. Proinde quoq; ſequitur, qđ materiá hęc per linguam, palatum & gingiuas prolabente, in illis partibus tum pruritum, tum puſtulas quaſdã excitet. Cùm verò ſuperiorib. dieb materia pituitoſa per gulam ad ventriculum & inteſtina deflueret, ob id vir nobiliſsim⁹ ſiti angebatur, nauſea, doloribus etiá cum punctionis ſenſu. Quamuis in præſentia ad ventriculum non deſluat cum nec ſiti moleſtetur, ſed potius eſuriat, nec nauſea prematur Quod ſi ventris inferioris ſcilicet inteſtino-F rum dolores mordicantes cruciant, pendent poti⁹ vel à pituita, à iecoris caliditate ſalſa reddita, vel magis à flatibus, inter tunicam & tunicam vi detentis, qui dum exitum tétant, punctionis ſenſum machinantur. Cæterùm cùm vlterius pergere liceat, vnde nam materia illa catarrhalis pendeat inquirere oportet. Itaque cùm ſit pituita ſalſa, ſalſaq; reddi poſsit tum ex putredine, tum ex admixtione ſalſæ ſeroſæq; humiditatis, vtroque modo ſalſa eſt effecta. ex putredine quidem quando proximè ex G cerebro calidiore pendeat, quippe quod cùm alimentum attractũ vincere nequeat, pituitoſæ multiplicantur ſuperfluitates, quæ deinde putreſcentes ſalſedinem acquirunt: vtq; cùm & per ſimplicem exſpuitionem & per tuſsim expellantur, hinc putridæ febres non oriuntur. Ex admiſtione ſalſæ ſeroſæ humiditatis originem quoque naciſcitur,

quando

quãdo hepatis ſit calidioris, quod aqueas ſeu ichoroſas ſuperfluitates ſalſuginoſas reddere valet. prę-
terea verò hoc excrementum pituitoſum non ſolùm in cerebro gignitur, verùm etiam ex frigidiore
ventriculo fomentum habet: eoq; magis concurrentibus tum cerebro calidiore attrahente, tum iecore pariter calidiore pituitę euaporationẽ tribuẽte. Cauſam autẽ ob quam hæa membra ita diſcreta ſunt reddita, non eſt difficile aſsignare. Quoniã quantùm attinet ad ecrebrum, tale à principio generationis, deſtillationibus obnoxium, fuit. Nam quamuis in Italia præcipuè de deſtillatione conqueſtus ſit: nihilominus & in Germania primitiæ quædam effloreſcebant. Quo ad vẽtriculum tametſi prius laudabilis fuerit, ex peſsima tamẽ viuendi rationa imbecillitatem contraxit. Quo ad iecur, & ipſum calidius ex aromatibus & aliis id genus euaſit. Cùm ergo hæc ſint vitia nobilem virum affligentia, à propoſitis peudentia cauſis, & noſtrum ſit ipſum ab hiſce liberare, & intenſioribus præſeruare: hæc autem aſſequi impoſsibile ſit, niſi deſtillantem materiam vacuemus, & deſtillaturam inhibeamus: ob id merito deſtillantis materiæ, oritur indicatio, ipſam vacuandi: merito autem deſtillaturæ, vt pulmones, ne recipiant, roboremus: pariter vt membra, ne amplius nouam gignãt materiam, roborẽtur. Quod ſi aliqua portio multiplicabitur, vt hæc tum ad ignobiliores partes diuertatur, tum per interualla expurgetur. Verùm quantum attinet ad membrorum robur reſtituendum, ſeu ipſorum imbecillitatem tollendam, cùm hæc varia ſit, ſiquidem cerebrum calidius ſit, iecur paritar calidius, ventriculus autem frigidior & humidus: idcirco tum cerebrum tum iecur refrigerare oportet: atq; cum cerebrũ ad humidum magis vergeat quàm iecur, cerebrum aliquantiſper exſiccandum. Ventriculum verò calefacere, & exſiccare expedit. Cùm autem membra repleta, prius ſint vacuanda: particulare autem membrum vacuari commodè nequeat, niſi prius vniuerſum purgetur: ob id primum vniuerſum purgandum, & conſequenter de toto prouidentia habenda. Quibus indicationibus non ita ſatisfactoros fore arbitramur, vt inde vir nobilis ad ſenilem ætatem feliciter peruenire valeat. Quamuis quædam indicationes nec leui negotio, nec ex toto abſolui poſsint: nempe capitis, ventriculi atque præcipuè iecoris roboratio. Etenim quantumuis hæ partes alterentur, ſemper tamen ſuperfluitates gignentur. non tamen in ea copia, vt vir nobilis lædatur: dummodo has per interualla expurgare atque ad ignobiles partes reuellere permittat. proinde fit vt non modò curatione, ſed præſeruatione quoque egeat. Quo ad curationem: (admixta tamen aliquo modo præſeruatione.) hanc chirurgia pro parte abſoluemus: nempe miſsione ſanguinis & cauteriis. Miſsione quidem ſanguinis, cùm morbus ſit magnus, maximusq; immineat, ætas annuat, vires valentes cõcedant. Imò ex his non ſolùm ſanguinem mitti poſſe aſſerimus, ſed etiam in mediocri quantitate. eoq; magis, cùm ſit anni tempus præſens, in quo ſanguis multiplicatur. educatur itaq; ſanguis vſque ad ℥. viij. ſcindaturq;, vt capiti & iecori proſpiciamus, medicina illa, quam communem vocant, dextri cubiti vena. multum etiam cauteriis, quæ fontanellas dicunt, iuuabimus. Quandoquidem nullum poſsit præ-

A ſtantius reperiri auxilium, quod materiam, na ad pulmones defluat, prohibeat præter cauteria, eaq; cruribus adminiſtrata. ad quæ ſi tutiùs incedere volumus, in fine præſentis veris confugiẽdum. Quod ſi per annum differre voluerimus, neque fortẽ admodum abſonum erit. Quo ad pharmaciam, leniens ſit caſsia in bona copia, cui modicum ſpecierum hieræ addere poſſumus. Præparans ſit ſyrupus ex betonica, roſatus recens, violatus, ex cicho-
B rea. Decocta ex betonica, boragine paſſulis, hordeo, endiuia. Purgans totum ſit caſsia cum agarico, rhabarbarum, ſyrupus roſatus ſolutiuus, violatus ſolutiuus, electuarium de dactylis, pill. cochię ſed recẽtes, maſtichinis vel de hiera adiuixtis. Purgantia partem & præcipuè caput, ſint quæ intra nares adminiſtrantur, veluti, ſuccus bliti, aqua hordei, oleum violaceum, amygdalarum dulcium, ſuccus ciclaminis. A purgantibus par os, ne materia magis ad pulmones deſtillet, cauendum. Prò
C purgatione thoracis, non ſunt multa proponendã, ſiquidem materia, quę deſtillat, non diu detinetur: ſed per ſputum cum tuſsi expellitur, cuius ſignũ eſt, quoniam difficultas ſpirandi non angit. Non erit tamen forſan præter rationem, ad tuſsim faciliorem moliendam, ſi thoracem vel butyro recenti, vel amygdalino iunxerimus: atque eclegmata quædam leuiora adminiſtraoerimus, vtpote confecta, ex ſyrupo de farfara, acetoſo ſimpl. violato, ſaccharo candi, viol. loch: de pulmone vulpis. Ad
D intercipiendam autem deſtillantem materiam diacodion in forma ſolida conducit. Pro corroboratione autem ſit ſaccharum roſaceum frequenter exhibitum, cum quo interdum mithridaticam cõfectionem miſcere poterimus. Præterea verò vti poterimus conſerua ex betonica, ex violis & bugloſſo, aromatico roſato, interdum diarhodone Abbatis. nequaquam etiam, dicant alij quidquid velint, pulmonem vulpis pulueriſatum cum ſaccharo roſaceo omitterem. Sed quid de aquis ther-
E marum? Quamuis aquæ de villa temperatæ prodeſſe poſsint: attaman neque S. Petri diſplicent. Cùm enim multum par calidum excedant, iecori haud nocebunt: neque nitri ſalſedo ita verenda: dummodo iam deſtillatione ſalſa abolita pro præſeruatione ad huiuſmodi aquas confugiamus: extrinſecus etiam roboretur iecur cum vnguento ſandalicio & cum roſato Meſuæ. Ventriculus autem reſtituatur cum oleo de abſinthio, de ſpica, chamæmelino, maſtichino: additis pulueribus maſti-
F cis, betonicis, ſpicæ, cinnamomi & ſimilium, ex quibus & inunctiones & ſtillicidia ſunt adminiſtranda. Atque etiam fomenta pròderunt, ſi rectè adminiſtrabuntur ſpongiis ſcilicet primùm infuſis, mox apprimè expreſsis. Caput denique roboretur cum lotione atque ſtillicidio compoſito ex lixiuio ex roſis præcipuè, nec non chamæmelo, betonica, ſoliis ſalicis, ſandalis, nucibus cupreſsi, myrtillis & ſimilibus. Quantum ad viuendi rationem, aer ſit temperatus, fugiatq; ſolares radios, præſer-
G tim verò flatulẽntum nocturnumq; aerem. Cibus ſit ptiſana in iure cum carnibus laudabilioribus, ſatis notis. Potus ſit ius pulli, aqua alterata cum paſſulis, hordeo, boragine, ficubus & ſimilibus. Interdum etiam vinum admittatur, ſed pauciferum & lymphatum. Caueat ab immodicis exercitiis, à ſuperfluo, & pręcipuè diurno ſomno: saltem alternis

diebus feces vel ſpontè, vel mollibus clyſteribus
expurgentur. Curas denique & mœrores fugiat.
Pro præſeruatione autem & vere & Autumno pur
gatione vtatur: præcipueque io vere mittatur ſan-
guis: ſaltem proximis aliquot annis. Quia proce-
dente ætate ſanguis vt theſaurus erit ſeruandus.
Purgatio autẽ ſit qualis iu præſentia, vel paulò le-
uior admioiſtretur, præterea per interualla vtatur
pill. maſtichiuis, de biera ſimpl. de biera cum agari-
co, aſariaret cum agarico, de tribus: Caſsia cum
hiera & aliis leuioribus. Potiſsimum autem opti-
ma vti viuendi ratione nitatur. uempe vitioſum ae
rem euitando: pariter cibaria praua, nimirum quæ
conficiuntur ex paſta, ex lacte, legumina, piſces, fru
ctus tum humidiores tum craſsiores, præcipuè au-
tem abuſus intempeſtiuus aromatum officiet, ſi-
quidem caput tentant. Qua etiam de cauſſa à vino
potenti ad caput euaporante caueat, pariter & à
Tria ſont in primis conſideranda, natura morbi quo affligitur,magnitudo, & cura. Calidam & ſiccam intemperiem arguunt gracilitas, & tenoitas & macies,item rubeus colus faciei, & ad omnes actionas velocitas,item iracundia in quam facila incidit. Sanguis eſt tenuis & bilioſus, & valdè mobilis. Hepar etiam calidum & ſiccum,ſed tamen non inſigniter, idq́. ex facili eius commotiune colligo. Credo etiam materiã illam, quæ nõ potuit expelli per locum remotũ,poſt illam ſanatioẽ ſcropholorum,nunc excitaſſe talia ſymptomata. vẽtriculum etiã nonnihil eſſe frigidom vltra debitum.Nam cõqueritur ſe malè cõcoqoere. Quod uculus attinet, credu omninò principiũ eſſe ſuffuſionis, ſeu catarrhactam.Conſiſtit aũt ſuffuſio in albugineo. Cauſam aſsigno,nimiam venerem,& magnum exercitium in ſcribendo, & legendo. vidi enim ex nimio exercitio fieri podagram. Nam illo multũ debilitãtur particulæ,& natura etiã ſemper ſoler ad partes imbecillas propellere ſuperfluitates. Quòd ſtatim à cibo rubet facies,in ceuſa eſt debilitas ventriculi, & ſanguinis feruor atq; tenuitas. vude fit quod cibum non poſsit bene concoquere. Quantum ad curationẽ,dico quòd oculus præſertim ſiniſter nõ puſsit reſtitui.nam teſte Gal.de comp.loc.rarò reſtituuntur affectus oculorũ. Sed tamen opera denda eſt,vt ſi non poſsit ſanari,id efficiatur,ne affect⁹ augeator, de quo non dubito, quin fieri poſeit,cũ ſit adhuc robuſtus, & in florida ætate. Euacuatio præſertim per venæ ſectionem, apud me admodũ eſt anceps,propter corpus graeile, & alia accidentia,quæ ſuadent illam omittendã eſſe.Pillulas probu cochias,lucis,maſticbines, de tribus cum rhab. incip.à leuiorib.vt hiera cum caſsia. valde probatur etiã hic agaricus. Capot quoq; com caputporgiis,maſticatoriis,& gargariſmis porgarem,vbi cõvenirẽt & aquæ thermales. Sed & caput roborarẽ antidotis & cõſectiunib.dutiis item tẽpurib.quidẽ frigidioribus: calidioribus verò aromatico roſato, & puluere roris mariui cũ ſaccharo, conueniuut. itẽ cauteria per quæ fiat reuulſio à capite & oculis.

CONSILIVM LXIX.

Viſus diminutus ab humore pituitoſo cornea imbibito.

BELLOCATVS.

IVuenis iſte nobilis.à viginti quinq; diebus cæpit pati circa oculum, nulla præcedente occaſiune,quaſi pruritũ eot puluiſculũ ſentire: puſt ſex diee viſa eſt pupilla quaſi filu ſecari, pòſt difficulter cernebat,turbulenta reddita pupilla ec iride etiam Inde factum eſt, vt quaſi per nebulam cernaret,nec de rebus diſcernere puſlet. Nullus aũt præceſsit dolor,neq. vacuatio retenta, neq; ambolatio in aere nocturnu.vocatus ergo iudicaui ſubeſſe materiã,ideoq; bierã, mel roſ.cuchias etiã,& maſticatoria exhibui. At videtur nunc conſiderãdum, qui ſit affectus,& quę cauſa,qoibnsq́; auxiliis tollatur. Quoniã igitur facultas viſoria,cõſiſtit in cryſtallino,& hic multas habet partea ſibi inſeruientes,vt vitreũ & albugineũ humoree, etq; etiem tunices:

A affectũ hunc nõ eſſe ad facultatẽ deperditã referendam,certũ eſt.nam etſi humores perturbati ſint: tamen cernit,licet iudiſtinctè. eodem modo neq; in cornea vitiũ vllum eſt,ſiquidẽ neq; ioflãmata neq; corrugata exiſtit. Quare humorẽ albugineũ omninò perturbatũ exiſtimo.Id quod fieri poteſt ex diuerſie cauſis Gal.teſte in locis affectie.Sed bie,quia eſt per eſſentiã,qood oſtenditur,quia in vno tantũ oculo conſiſtit,& diu durat, neq; rerũ naturalium

B vſu iuuatur,vel læditur. cauſa eſt,tranſmiſſa à cerebru materia pituitoſa, tenuis ad humorem albugineũ,quæ illum obſcuriorẽ reddit. Illam aũt treusmiſsiunem non habeo in quam eauſam referã,niſi ſortior pars ad debiliorẽ trãſmiſerit. De affectus nomine iudico,dicendũ eſſe non ſuffuſionẽ ſed initiũ ſuffuſionis. Curationi locũ eſſe,in bonã ſpẽ adducor,quia materia videt̃ ponus eſſe vapor,quã meteria craſſa. Sed corabitor tamen difficiliùs,ratione ipſius loci affecti,qui validiora medicamente requi-

C rens.nou tolerat. vtẽdum aũt remediis diſcuſſoriis & digerentib.denuo corpus & caput expurgãdo. Sanguinis miſsionẽ, ſiquidem ſuadent ætae, anni tempus.&c.venam cõmunem ſecarẽ. pòſt porgarẽ per maſticatoria ſed minimè per errhina,ne fiat attractio propter vicinitatẽ partiũ. Auxilia digerẽtia eadem erũt quæ ſuperius, vt aquæ cbelidoniæ,ſaxifragiæ,fæniculi,ſyrupus de betonica,mel.roſatũ. Topica erunt diſcuſſoria, incipiẽdo à decocto fænugræci,cũ collyrio anagallidis.pòſt,fortiora vſor-

D parem, vt ſella gallinæ,vituli,miſcendo cum collyrio anagallidis,vel fæniculi ſylueſt. Capitis autem in primis habẽda eſt ratio,rarefaciendo illud lotionibus ex fęnic.&c. & pectendo in poſteriorẽ partẽ. Apponat cucurbitulas in occipitio ſine & cum ſcarificatione. In victu diligẽtiſsimus ſit,vitãdo fumãtia ad caput,vt vinum putens,aromata, legumina.

TRINCAVELLIVS.

Corpos calidum & ſiecum eſt, caput taman aliquanto humidius, & oculi naturã imbecilliores;

E quáuis credam aliquid etiã contuliſſe victum ꝓmiſcuú. viſio aũt primò corrupta erat, nũc penit⁹ ablata. De cauſis procatarcticis ſermonẽ non habeo, quòd aſſectos eognitus ſit. Læſio ergo eſt cornea vniuerſam denſo humure obfuſcans: qui affectue primarius eſt, & cum materia. nam video materiã craſſam albam,oecupantem oculum, ita vt cornea liberã perſpiratiunẽ non habeat. Pitoitoſam aũt iudico. De cui⁹ humoris loco mihi videtur, quòd ſit abſumt⁹ in cornea,dum reuoluit oculũ,quia in ſu-

F prema parte uculi apparet. Ac vt in *vagiſt* vbi reſoloit̃ ſanguis tenuis,remanet craſſos humor: Ita etiã in ſuffuſione albugo quædã ſeu nebula relinquit̃, cũ cicatrix obdeniat corneã. Sed non mirandũ eſt, quumodo intra tunicã tam dẽſam abſorberi poſsit humor craſſus,ſiquidẽ tenuiores partes admixtas habet, quæ ſont quaſi vehiculom. Tales autẽ illis cõmixtas fuiſſe,indicator quòd veloni morſum, & aſperitatẽ primò percepit,nulla eeuſe præcedente. Quod etiã argumẽto mihi eſt, humurẽ iſtũ ſtatim

G defluxiſſe ad curneã.nam in oculo ſenſue nõeſt,ſed in cornea. Nou negauerim tñ,quin proximi humores etiã buius ſint capaces. nihilominus magis ſentio in parte eſſe exteriore,& in ipſa eornea ad quã p venas faciliùs ſanguis defluit. Quare meteria eſt pituitoſa delata per venas ad oculos, licet primò ſuſa & cum materia ecri. Appellabitur aũt nõ cataracta,

quæ

quæ oon niſi circa popillam ſentitur.cùm bie tota
cornea occupetur,& magis ln parte inferiore. Hæc
mibi de eſſentia morbi viſa ſunt. Quæ de remediis
dicta ſunt non poſſum non probare. Sed cùm mate
ria craſſa ſit, præſertim in parte inferiore, & caput
humidum ſit itemq́; tempus: humor aût ab bis ao-
geatur. idcirco denuò exquiſitè vacuandum exiſti-
mo: nam licet ab oculo non ſtatim educatur mate-
ria, tamen ſubducitur fomentũ. Laudo igitur præ-
ter dictos etiam ſyr. de ſtæch. cuchiis, adderem ſine
quibus, & lucis. licet enim materia craſſa ſit: tameo
fieri nõ poteſt, quin ſimol etiã pituitoſa. Pôſt ad ma
ſticatoria perucuirē, quæ omnium minimè motũ
concitât, inde etiam ad gargariſmata. Maſticatoria
ſiut ex maſtiche primùm, pôſt pyretbro, ſtapbide
agria. Veſicatoria ego feliciter vſurpo, vel ex flam-
mula Iouis vel pede coruino, interdum & câthari-
dib. Seruetur aût locos veſicarum, quâdiu fieri po-
teſt, butyro & braſsica apertus. Localibus etiã ab
initio vterer leoiorib. vnde fęniculum maſticarem,
pôſt exſofflarē in oculoin. vel lingua delingat ocu-
lum puellus. Probatur etiam fænugræci decoctũ,
quia omnibus intentionibus ſansfacit, non lauâdo
tantùm oculum, ſed accipiẽdo etiam fumom. Poſt
vterer illo collyriu Gal. vt ℞. ſarcucollæ, ſacchari
candi vel roſ. ſpumæ maris, id eſt, alcyonij diſſolua
tur io decocto fænu græci, & fiat collyrium, iuicia-
tur in oculum. Laudo etiam cullyrium ex anagalli-
de. Quod ſi oculus adeo euidẽtis ſit ſenſus, accipio
butyrum & decoquo iu aliquo illorum collyriorũ,
fortiora ſunt ex ſucco fænic. in vaſe æneo. De cura-
tione uò diffido, ſed longiore tempore abſoluetur.
nam necaſſe eſt euaporationem illius humoris om
oioo fieri per tunicam: tametſi calidiora tempora
quæ nunc inſtant curâ abbreuiare poſsint. Caueat
à dictis, maxime à lactuca & aliis cumm uuentibus
corpus. Vinum nõ admodum probo. quare vtatur
aqua fæniculi. ſed interim dum ad meliorē ſtatum
redigitur, vbi ab influxione tutus erit, vinom illi re
medio eſſe poſſe exiſtimo iuxta Hippoc. oculo do-
lores meri potus, &c. ſoluit. Laudo etiam pectina-
tiooes & frictiones. Lotionē item ſed non niſi pro-
bè ſit purgatus, ſtet autem rectus. Sanguinis miſ-
ſiooem laudo non admodom copioſam, vt minor
fiat affluxio.

CONSILIVM LXX.

Eroſio & abſceſſus palpebrarum; Il- lacrymatio.

QVia negotium nobilis & Magnifici viri, co-
gnitu uò eſt admodom difficile. ideo iu no-
ſtra explananda ſentẽtia non ero admodum
longus: erit enim ſatis, ſi ea, quæ proximè rem hâc
ſpectant, explicaueru, poſthabitis communiorib.
& remotiorib. diſquiſitionibus. Ponamus ergu pri
mùm illos affectus, qui nobili viro moleſti ſunt, ad
oculus, vel potius ad oculorum palpebras pertine-
re: quamuis & illi umnino careant aliqua lâbe, ſi il-
lacrymatiu in murbis oculorum ſit punẽda, vt po-
nere viſi ſuot antiqui. Nam quando exacerbatur, &
irritatur palpebrarum affectio, effluunt ab oculis
copioſæ lacrymæ, & ſalſedinis inſignis participes:
palpebræ verò præſertim iuteriores rubent cum
quodam ardore, & morſu, & ſubinde ab acri humo
re eò confluente eroduntur, & vlcerantur: quæ af-
A fectiones, & turpitudinem, & moleſtiam noo par-
oam afferunt, à quibos vir magnificus maximope-
re liberari cupit. Præterea etiã tubercula qoædam
in ipſis palpebris extant, rubro colore infecta, & du
ra, quæ, tandem ſuppurata in abſceſſus deſinont, è
quibus ruptis effluit purulẽta quędam materia ſu-
perlutea, & non parum lenta. Hæc itaq; omnia in
conſiderationē deducẽda ſunt, vt cognitis eorũ na
tura & cauſis, rationē curationis ex arte, & metho-
B du poſsimus faciliùs inſtituere. Porrò hæ affectio-
nes cùm uon perpetuò affligant, ſed per quaſdam
quaſi periodus exacerbentur, ſi in ratione victus ſit
aliquis commiſſus errur, vt in cibo, potuq́;, & aliis
rebus nou naturalibus: neceſſe eſt fateamur eas ha
bere urtum à fluxioue excrementitij humoris ad i-
pſos oculos, vel ad palpebras, qoi humor mixtus
eſt ex partibos diuerſæ & contrariæ natoræ. Nam
cùm rubeant palpebrę, & tubercula, oſtendoot vi-
tioſum & excrementitium ſanguinem ad eas con-
C fluere, qoi quidē ſit inſignis acrimoniæ particeps:
alioquin euim neque palpebras morderet, neque
abraderet, & vlceraret: ſed hæc acrimonia poteſt &
ex propria eius natura talis eſſe. Nam cùm iam à uo
bis è ſiguis deſcriptis, ſit acceptum tanqoam con-
ſtitutum, nobilem virum eſſe calidi, & ſicci tempe-
ramenti, quatenus ad vniuerſum corpus: calidi et-
iam particulatim ſecuodum iecor, & caput, quam-
uis iu hac temperie non conſentiat ventriculus.
(naio ea referuntur, quæ ventriculom frigidom
D eſſe, atqoe etiam humidum demonſtrant,) calor
autem cùm ſiccitate acrior ſit, non mirum videri
debet, quòd bilioſus ſanguis tum ratione calidio-
ris capitis, tum vel maximè ratione iecoris, moltus
in hoc corpore gignatur, qui ad oculos à capite ꝓ-
pulſus, illis negotium faceſſat, idq́; eò magis, quia
oculi, & partes ad illos pertinentes videntor ita à
natura fuiſſe conformatæ, vt faciles ſint ad admit-
tẽda excremẽta à cerebro cui ſuppoſitæ ſunt. Nam
cùm prominentes oculi ſint, & venas latas, & patẽ-
E tes habeant, laxitatem iſtarum partium & prętere a
caliditatem oſtendunt. Vnde & factum eſt, vt im-
becilliores euaſerint, quàm vt poſsint repellerē in-
fluentia excrementa, quæ à cerebro amandaotor:
nunc autem mixta, vt antè inſinuabamus, ex ſao-
guine bilioſo, & pituita ſalſa: qoi quidem humo-
rẽs non ſunt vudequaque ex omni parte ſibi ſimi-
les. Nam partim tauues ſunt, qood oſtẽdunt palpe
bræ non admodom tumidæ etiã tunc, qoâdo mot
bus exacerbatur, niſi quandu tubercula expullu-
F lant: item qoòd nulla abraſio, vel eroſio ad profun-
diores partes pertingit, ſed ſolùm per ſummas par
tes ſerpit. eſt autem talis humor tenuis ſanguis, &
pituita ſalſa, vt colligere ex lacrymis copioſis poſ-
ſumus. Sed & adſunt aliquæ vtriuſq; humoris craſ
ſiores partes, non expertes lentoris: quod uſtendit
durities tuberculorum, & renitentia ad ſuppura-
tionem, difficultasq́;: quibos accedit & ratiu puru-
lentæ materiæ, quæ rupto abſceſſu effluit: craſſa e-
tium & lenta eſt. tubercula verò illa mihi ad id ge-
G nus tumorum pertinere videntur, qui græcè κριθαί,
hurdeola vero à Latinis dicũtur. Quamuis autem
humores, qui ad palpebras cunfluunt, pruximè à
cerebro defluant, non tamē vniuerſam occaſionē,
& origīnē à cerebro habent. Nam præter id, qoòd
in capite ex imbecilliori reddiio cerebro genera-
tur (videtur enim à ſua prima temperatura calida

res repellere accedente inſuper praua victus ratione, uon poſſuot uou quotidiè generari excrementa in boc corpore, quę ad oculos poſtea conſluuut: ideò procurandum eſt, vt ſi non poſſumus eorum ortū peoitus prohibere, ſaltem eorū motum & propenſionem inde auertamus, & iu alium minus noxiom locom couuertamus, reuellamusq́ue, aut deriuemus. Sed præter hæc de quibos aotè egimus, præſertim quod ad tertium inſtrumeutum, quod in maouum operatione cooſiſtit, sttinet, non iuutile, imò ſommè neceſſarium furet, aliquid ſanguinis detrahere affixis & ineiſis ſcslpello cucurbitulis, poſtremò hirudinibus applicatis ſecundom aures. cæterùm in hoc inueterato affectu, etſi reuellentia hæc remedia poteotia, & valida ſiut, potentiora tamen eſſent, ſi aliqua moliremur, quæ lougiori tempore reuellere poſſeot, & aſſuefacere naturam aliò amandare hæc excrementa, quę congeſta in capite contioenter ad oculos feruutur. Nam diotius illa ſeruata, ſuo fungentia officio, humores in eam partē inclināt vbi fuère admioiſtrata: talia verù eſſent caoteria retrò inuſta: ſed variè ſolent hæc, & variis io locis fieri. Nam præter id, quòd multis in locis iouri candente ferro ſolet ſinciput io ſutura coronali (quæ inuſtio plurimùm valet ad exſiccandum & roborandum cerebrum imbecillius & humidi⁹) in puſteriori etiā ceruice cōſueuit fieri cauterium, quud longo tempore, traiecto funiculo ex ſetis equinis apertum ſeruant. nā funiculus impedimento eſt, quominus cōſolideſcat inuſtus locus: fit aōt hoc ferè modo: furpicibus planis, & perſoratis poſteriorem ceruicis cutem cum ſubiectis partib. apprehēdunt, caudeutem verò craſsiorem acum habent, cui ſunicolus appenſus eſt, & illam per foramen forpicis traüciunt, & funiculum in eo relinquout: interdum verò vt minorem moleſtiam āfferant, cauteria imprimūtur brachiis pauló infrs humeros, aot tibiis ſub genu, ſiuotq; aut Ignito ferro, aut cauſtico medicamēto, quod vim vrētē, aut putrefaciētem habest: vbi poſtquam cruſta fuerit remota, imponuot globulum cereum, aut argenteū, & poſtea faſciā deligant, vt ſeruetur locus diu apertus, & nun conſolldetur. aliquando item veſicante vtimur medicamento, & reciſa veſica, ablataq́, cute grauo ciceris vtimur, ſuperappoſito paruo puluiuari ex liuteo cōfecto, poſteaq; faſcia deligam⁹, paulatim ſemper cooſtriugendo, dooec ciceriuſixus forameu faciat, quod itidem ſeruandum erit apertum. Sed poſt hæc omnia particolatim localibus remediis ſsctus morbus curandus erit, illis nempe io oculum iniectis, quæ deſiccant, cum aliqua aſtrictioue, neq; tameo ioſigniter calefaciunt. ſont aūt huic rei apta collyria, quorum quædam humida & ſlueotia ſunt, quæ hygrocollyris dicuntur à gręcis: alia verò xirocollyria, quaſi arida collyria dicas. Commodiora autem ſuot bumida, qoorum quædam ſimpliciaſuut, quædam compoſita. ſimplicia ſont corallio a lapia tritus & parat⁹ ex roſacea aqua, item tutia ſiue ſit cadmia, ſiue pompholix, quandoque & margaritis eodem modo paratis vtiliter vſus ſum: optimum etiam medicamētum eſt aloe lots, vel cum aqua roſacea, vel ſucco roſarum. modus autem vtendi ſacilior eſt, vt illis deligatis in lioteolo raro fiat globulus, & illo ex aqua roſacea macerato, inſtilletur, quod ex ipſo expreſſo effluit: poſtea verò ſi ex decocto fænugræci maceretur, cū in-

A cumbeodum magis digeſtioni erit, quàm repolſioni, melius erit. compoſita collyria vtilia erūt, qood à Tutis, quam copioſiorē aceipit, uoocopationem habuit, & illud, quod fit ex plumbo vſto: ſed cùm morbus pertinacior & malignior ſit, illud, quod ab Arabib. Sieph, Elyſir dicitur cæteris, erit valentius.

CONSILIVM LXXI.

Vlcus diuturnum in inferiori palpebra.

B RES, quam mihi, mi Volchere, diſquirendam proponis, quò magis eam conſidero, eo difficilior cùm coguitu, tum curstu videtur: præſertim cùm de eo affectu ſit mihi ſermo habendus; in quo noo parum refert, an ex aliis aodias, vel ipſe aſpiciendo, & ſciſcitando tibi ſatisfacias. uam etſi omuia ſint diligeutiſsimè & exqoiſitiſsimè oarrata, quæ poſſunt huc pertioere: ſemper tamen, certior aure arbiter eſt oeulus. Eſt ergo vleus diuturnom io inferiori palpebra, com rubore, & ioſigni C tumore. an verò adſit etiam durities, qoæ diuturnis vlceribus ſæpe aſsidere ſolet, ſicut nihil de eo relatum eſt, ita nihil adeſſe tanquam poſitum accipism, quodq́ue ortum hæc omnia habuerint à fluxione variorum humorum tum calidorum, tum vel maximè frigidorum, itter initia quidem ex cerebro, quod ſuapte natura excrementoſum non parum fuiſſe arbitror; in præſentia verò fooeri non modò à cerebro putarem, verùm & vniuerſo corpore, & ab ipſis viſceribus, nempe iecore, ven-D triculo, atque etiam liene, cùm maximè fuerInt ſiniſtri ocoli palpebræ ab eiuſmudi fluxione correptæ. per directum enim facilius fiunt floxioues ad particulas. Porrò mixta videtur eſſe materia, quæ eò confluit. nā eùm eroſerit, & robeat, uéceſſe eſt, vt fateamur immixtos eſſe homores calidos, partim biliuſos, partim ſanguineos. ſed cùm eroſio non ſit admodum prufunda, nequit eſſe ſanguis craſſus; ſed potius teouis, & biIioſus. At cùm ſatis pro ratione iſtius particulæ tumear, neceſſe eſt, vt admix-E tus ſit etiam pituitoſus aliquantiſper craſsior, qui priorum homorum ſuapte natura acriorum, deliuit & hebetat acrimoniam & calorem, ſicut ex illis elicio, quæ ſuot literis tradita, cùm non videantur eſſe querelæ multæ neque caloris, neque doloris vehementis. poteſt autem, vt puto, ooo modica eſſe in ea particula contracta imbecIlIitas, & id qoidem multiplici de cauſa. primùm fortaſſe ex mala humorum fluentium natura: deinde ex irritatione & exaſperatione loci affecti, facta ab iniuria tot F violentorum medicamentorum, quibus vſi ſunt Medici, qui præter omnem methodom hanc artem exercent. Suſpicor præterea in hoc vlcere latere occultam quandam malignitatem, ita vt non modò euaſerit dyſepulotū, ſed potius cacoethe. cuius rei iſtud mibi fidem facit, qoòd leuioribus facilioribusq́ue medicamentis nequaquam cedere videtur, ab acrioribus verò exacerbatur irritaturq́. Neque verebor his omnibus præterea & illud addere, quòd adhuc iu hoc corpore aliquæ radices lateant G labia illius, quam contraxiſſe iu prima pueritia à nutrice expoſitum tuis literis legi, à qua nuoquam explicari potuit, uiſi bis epoto guaiaci ligni decocto: qoæ quidem radices irritatæ à vi illorum medicamentorum ab Empiticis, quorum curæ fuit commiſſus, quaſi reuiruerunt, repollularontq́; ita vt hauc iſtios vlseris malignitatē foueāt, & fortaſſe

ſiot bona pars difficultatis iſtius curationis. His in hunc modum expoſitis, inſtituamus rationem & methodum, quâ putamus curandum eſſe hunc affectum. Et quia in omni rectè inſtituta methodo oportet ea præcedere, quæ communiora, & generaliora ſunt, & illis mox ſuccedere, quæ priuatim reſpiciunt tum affectum, tum etiam particulam affectam: ideò primùm eſſet procurandum, vt corp⁹ commodè inaniretur à multis malisque illis excrementis, vnde ſubminiſtrari fomentum vlceri poteſt. neque de hoc particulatim ſum aliqua verba B habiturus, quia à præſentibus medicis hæc exquiſitius, & accommodatius præſtari poterunt, cùm illis ſit vel experientia ipſa magis perſpecta & natura iſtius corporis, & ſtatus, & vires, & cætera, quę ſolent à Medicis in ſimilibus conſiderari. Illud tamen non prætereo ſilentio, quòd exiſtimo inter præcipua eſſe in hoc affectu cenſendum, & ad vniuerſi corporis procurationem, ni fallor, imprimis pertinet, nempe quòd, ſicuti in pueritia nunquam C ad integram ſanitatem reſtitui potuit, niſi per potū decocti guaiaci, quod fuit bis etiam repetitum, ita ſi mihi eſſet hoc negotium commiſſum, putarem maximè ex re futurum, ſi aliquo ſimili medicamento mala illa qualitas, vnde malignum factum eſt hoc vlcus, ſuperaretur, tollereturq;. & quia fortaſſe malignitas illa ab aliqua calidiori intemperatura fouetur, vel illius loci, vel illorum excrementorum, quæ eò confluunt, ideo mihi maximè probaretur decoctum ſalſæ parillæ, vtpote quæ non D perinde calefacit, vt guaiacum. & ſi vlcus hoc ſaperet aliquid illius infectionis, præ aliis omnibus illud medicamentum conferre valde poſſet. neque in hoc experimento video, quid periculi aut incommodi poſsit euenire, quod diſſuadere hoc genus remedij nobis poſsit. neq; plurimi etiam facerem, ſi nollet eam exquiſitiſsimam victus rationem ſeruare, quam ferunt, qui de eo morbo certi ſunt, dūmodò tamen illa modeſta ſit. quatenus ergo ad generaliora remedia pertinet, hæc velim mihi eſſe in E præſentia ſatis. Ad ea deinde tranſeamus, quæ rem hanc particulatim reſpiciunt. Putarem ergo multam præterea eſſe capitis curam habendam, cum à cerebro præcipuè & proximè ad oculum mihi videatur ea profluere materia, quamuis non parum ab inferioribus partibus fomenti accipiat. Vellem autem, vt quo exquiſitius poteſt, caput expurgaretur inaniretúrque facta euulſione deriuationéque illius materiæ, quæ inde ad oculum iam diu ſolet ferè continenter defluere. vbi præter vſum apo- F phlegmatiſmatum, quę māſa, vel gargarizata pituitam detrahunt (nam vſus errhinorum, ob nimiam viciniam cum loco affecto, aliquantiſper eſſet ſuſpectus) mihi probaretur præterea, vt vtrinq; poſt aures affixis hirudinibus vel ſanguiſugis, fieret tū vacuatio, tum deriuatio. nam de vena ſecanda nihil in præſentia dixero, cùm ſæpius audiam fuiſſe miſſum ſanguinem, neque inſpicere poſsim & obſeruare, quatenus plenum ſit corpus vniuerſum, & caput. quare operæprecium me facturum exi- G ſtimo, ſi rem hanc præſentibus medicis definiendam reliquero. Præter hæc autem omnia vtrique ſcapulæ emplaſtrum veſicans apponerem ex fermento, acri aceto, & cantharidibus: hæ enim mihi potentius attrahere videntur, quàm multa alia, quibus ſolemus ad hanc rē vti. & vellem, vt locum

A ſatis amplum complecteretur, cuius diameter tres tranſuerſos digitos occuparet. Sed localibus quoque ego vterer, quæ iam diu in difficilibus oculorum malignisque vlceribus fuere conſueta, quęq; & alij multi celebres Medici in multo vſu habuere: nempe interdum ſouerem affectas partes decocto facto ex ſeminibus fænugræci mundatis ab omni ſorde puluereue: in quo vis eſt digerendi coquendique cum aliqua aſtrictione, qua poteſt particulæ B aliquod robur addere. poſtea verò aliquo vterer collyrio ex illis quæ ſolita ſunt prioribus Medicis aſſe in vſu ad curanda oculorum vlcera. in quibus mihi quidem maximè probaretur id, quod à Raſa deſcriptū ſic de plumbo dicitur, cuius acciperem ℈.i. illiq; ℈. s. adderem ſic ex thure. in priori enim maior facultas eſt carnem aggenerandi & ad conſolidationem deducendi, in altero verò maior coquendi: hæc autem diluta ex aquis tū roſacea tum fæniculi, in oculum & palpebram malè affectam C infunderem. & cum his fuiſſem aliquanto tempore vſus, neque illis morbus cederet, tunc ad alia tranſirem, quæ aliquantiſper valentiora eſſent, quemadmodum illud eſt, cuius idem Raſis eodem libro meminit, & ab illo ſic helixir nuncupatur, plurimúmque valere ad maligna oculorum vlcera ſum expertus.

De vitiis Narium.

Nota.

Hæmorrhagia narium, vide lib. 3. titul. de Febribus, Conſil. 19.

Corroſio narium ab acrifluxu, vide titul. Paralyſis, Conſil. 11.

Polypus, vide titul. Catarrhi, Conſil. 55.

De vitiis Auditus.

CONSILIVM LXXII.

Grauis auditus & catarrhus.

FALLOPIVS.

IVuenis iſte conqueritur de duobus affectibus, quorum vnus circa aures, alter circa nares conſiſtit. Nam ſurdaſter eſt aure dextra, nō intensè tamen. Cœpit autem morbus ex nulla manifeſta cauſa, niſi fortè poſt febrem acutam. Ab annis ab hinc quatuor diminutè audire cœpit etiam ſini- F ſtra. Nares à deſcendente catarrho ita obſtruūtur, vt hyeme non niſi aperto ore dormire poſsit. Vterque autē affectus videtur ortum habere ab eadem cauſa. Cùm enim nullus adſit ſonitus, colligo adeſſe aliquam obſtructionem à materia craſſa, non copioſa tamen, quia quæcunque emunguntur, craſſa ſunt. Porrò materia iſta originem habet à partibus ſupernis, cùm caput humidum ſit & aliquo modo calidum, quia fortè à frigore lęditur ob expreſsionem. Capitis humiditatem arguit ſomni longitu- G do & profunditas. Non credo autem capiti ſubiecta viſcera conſentire, cùm probè concoquat & lotia habeat laudata. Curatio erit fortè facilior cùm ſurditas ſenſim & ſenſim ſoblata ſit. Agendum autem localibus calidioribus attrahentibus, ſed priùs vacuandum corpus præcipuè agarico: ad colocynthidem non venirem. Poſt ſiccarem caput ſine calfacto-

factione', vt puluēribus ablutionibus,& ſtillicidiis. A
Sed tamen ſtillicidium ſæpiſsimè facerem vel natu
rale vel artificiale, vt ex lixiuio dulci, in quo extio-
ctos ſit chalibs & incocta, roſę, betonica, chamęme-
lum, ſandala, folia ſalicis & vitis. Naturale ſtillicidiō
non quidem calidum ſit balneum, Corſenę, in He-
truria ſexageſies accipiendo, vel fiat ex aquis S. Pe-
tri. Pòſt infunderem auribus attennaus vt oleum
amygdal. pòſt caſtoreum & capita allij concoque-
rem. Vterer item pane calido, cui incocta eſſet ſena, B
anethum, fœniculum, cuminū: vtatur etiá napbta
vel oleo petroleo, vel oleo ſuccini. Circa nares vte-
rer aperientibus: non tamen bis calidiſsimis tempo
ribus, ſed meoſe Augusto.

BELLOCATVS.

Surditatis cauſa eſt vel tympanum vitiatum, vel
neruus auditorius: ſed cùm adhuc aliquantiſper
audiat, & nulla cauſa excitans catarrhum præceſſe-
rit, ſaluum eſt tympanum. Quare affectus eſt in via, C
ſeu neruo leuis videlicet obſtructio ab humore te-
nuiore. Si enim eſſet humor craſſus, integram ſur-
ditatem induceret: ſiquidem illa loca tam anguſta
ſunt, vt materia craſſa in ipſis imbibi non poſsit.
Craſsior autem pars illius pituitæ ad nares delabi-
tur. Vnde patet quòd materia hęc diuerſarum par-
tium ſit. craſsiorum quidem, quæ per nares efflu-
unt, & tenuiorum quæ ad aures. quem defluxum
credo iam deſiiſſe. Si enim materia perpetuò de-
flueret ad neruos auditorios, iam penitus obſtru- D
cti eſſent. Porrò aurium affectus antiquati difficil-
limi, quia nerui illi in imo caluariæ repoſiti ſunt,
nec medicamenta niſi refracta eo pertingere poſ-
ſunt: quia tamen ſiniſtra auris tam diu integra fuit,
non penitus deſperandum. Sumta ergo indicatio-
ne à natura affectus, qui eſt obſtructio, (ſuppoſita
naturali temperie vniuerſi, & capitis) neceſſe eſt
aperire obſtructionem. vnde in primis tollenda
materia antecedens & coniuncta, exactiſsima cor-
poris & capitis euacuatione. Alioqnin topica, com- E
mota materia, maiorem obſtructionem efficerent.
Purgabitur autem corpus hiera cum caſsia, aut
leoitino. Attenuabitur verò materia pituitoſa ſy-
rupis de betonica, melle roſato & oxymelle, deco-
cto betonicæ, fœniculi. Pòſt vacuabitur cochiis
cum belleboro, aut hiera diacolocynthidos. De-
hinc maſticatoriis agendum & errhinis, quia nul-
lum eſt vlcus, aut inflammatio in naribus. Vnde
cōmodè per illas vacuabitur. Sternutatoriis etiam
vterer. Errhina autem ſint aqua hordei cum ſucco F
betæ, dein iridis, tandem ellebori. Pòſt cerebrum
exſiccarem ſine calfactione. qua in re magna erit
difficultas, quòd exſiccantia plerunq; calida ſunt.
Fiant ergo decocta ex alumine, betonica, maiorana,
roſis. Pulueres quoque ſuturæ coronali inſpergan-
tur. Aurib. conueniunt diſcutientia & exſiccantia,
vt medicamenta ex ſucco cæpe vel alliorum, & o-
leo amygdalarum amararum. Conueniunt etiam
embota, vt origani, calamenthi, pulegij, cumini: vel
arida cineribus inſpergantur. Vtimur feliciſsimè G
oleo picis, quod lana colligitur, dum pix coquitur,
cum oleo amygdalarum amararum vel roſaceo.
Medicamentum etiam ex pane duro, à proprietate
commendatur. Item ærugo clauorum ex nauibus.
Pòſt vtatur aquis iam dictis exquiſitè purgato
corpore.

TRINCAVELLIVS.

Dicam & ego ſententiam meam, quamuis ex-
quiſitiſsimè negotium hoc tractatum ſit. Prius au-
tem de tēperamento dicam, quod videtur calidum
& ſiccum. Cùm verò præcipui ſit momenti caput.
indico illud calidum & humidum. humiditatis in-
ditia ſunt pilorū multitudo, caliditatis oculorum
mobilitas & calor faciei ſubrufus & ſubobſcurus.
Caput ergo tale, præſertim aere humidiore, pluri-
ma excrementa generare potuit. Eſt enim aer An-
glicus frigidus & humidus. Copia autem materiæ
videtur etiam foueri à ventriculo, cùm multa &
craſſa adſit pituita, licet de concoctione nihil con-
queratur, quòd ſæpè videmus tranſmitti ad inte-
ſtina materiam. Surditas porrò illa & coriza depen
dent proximè à cerebro, quòd duo inſtrumenta
læſa ſunt. quotieſcunque enim huiuſmodi affectus
in pluribus partibus fiunt, neceſſe eſt, vt à cerebro
dependeant. Accedit quòd ſenſu percipiebat de-
ſtillantem materiam. Quod ad aurem ſiniſtram at-
tinet, paulatim confluit materia. quod etiam in vi-
ſus inſtrumentis accidit. vno enim oculo laboran-
te, affectus alteri communicatur. In parte verò dex-
tra habem⁹ obſtructionem à materia quaſi per ab-
ſceſſum eò tranſmiſſa. vtpote cùm non fuerit diſ-
cuſſa, & præterea fluxio iam octo annos perdura-
uerit, quibus non ſolùm circa neruum laborauit,
ſed etiam circa inſtrumentum, inducta aliqua intē-
perie frigida & humida. Quod ad nares: facta eſt
obſtructio in externis partibus, alioqnin non olfa-
ceret aut reſpiraret. Curatio difficilis fore videtur
præſertim auris ſiniſtræ. Probatur tamē methodus
propoſita, vt nimirum expurgetur corp⁹ & caput,
& quidem exquiſitiſsimè, ne commota materia de-
fluat ad partes imbecilles: poſtea errhina & garga-
riſmata vt & maſticatoria tentarem. Vacuarem igi-
tur hoc tēpore cum caſsia & hiera propter pituitæ
copiam: pòſt etiam ad agaricum aſcenderem, aut
cum caſsia aut ſyrupo roſato ſolutiuo aut electua-
rio lenitiuo. Si curatio differatur, fortiora non me-
tuerem, vt eſt confectio hamech, diaphęnicon, hie-
ra diacolocynthidos, concoquatur ſyropia dictis,
&c. In vacuationibus particularibus à leuioribus
inciperem, vt à maſticatoriis, ex maſtice cum pipe-
re, cum zingibere. Pòſt lotionibus dictis vterer, ad-
dita etiam ſaluia, ſummitatibus rubi, ſena, agarico.
Exin probatur ſtillicidiū ex S. Petri, paulatim aſcē-
dendo ad fortiora: quibus omninò opus erit, vt ca-
put exſiccetur ſine calefactione. Pòſt hæc proban-
tur medicamenta particularia iam dicta. Imponerē
etiá moſchō odoratum: & iſtà laná conchiliorū de-
limatorū, quæ etiá ratione ſalſedinis aquæ condu-
cunt: Itē pinguedinē ex aſſata anguilla. Pòſt vterer
oleo rutaceo, & ærugine & veratro, & ol. petroleo, &
ex pice. Poſt curationē verſet̃ in aere calido & ſicco.

CONSILIVM LXXIII.

Loquendi & audiendi difficultas.

APPELLATVS.

PVerulus trium annorum poſt diuturnam fe-
brem iam ſedecim menſes correptus fuit im-
potentia loquendi & audiendi, & obambulan-
di. Reſtituta verò potentia ambulandi, nunc reſtat
impotentia loquendi & audiendi. A quibus ſym-
ptomatib. vt poſsit liberari, inueſtiganda cauſa eſt:

Cauſę aotem ſoot morbi.ab iis eoim pendent ſymptomata. Morbus verò is non eſt ſóloтa vnitas, ſed intemperies frigida com materia. Cuius ſignom eſt, qoòd is plurima exſpuit, & pituitoſa. Eſt & morbus in mala compoſitione, adeoqoe in figura non decenti, oon ex ſitu, ſed in meatibus, hoc eſt, in neruis, qui obſtructi ſunt, vt nequeant ſpiritus diſtribui ad tutum corpos. Obſtructio iſta pendet, vt teſtantur exeuntis, à materia pituitoſa aggregata in capite, & colliquata à forti medicamento, diſtributaq; ad principia neruorum, & ſpinalis medullæ originem, præcipuè ad linguæ neruos, & aoriom. Cauſam verò & originé bumoris credo eſſe victus rationé inordinatam, nec non, qoòd moliercola capiti adhibebat pollum diſſectum. Caoſæ internæ ſunt ætas & temperatura. Eſt enim totom corpos, vt ex gracilitate apparet calidum & ſiccum, præcipuè iecur. Vnde ventriculus plerunqoe ſolet fieri frigidior. Capot eſſe frigidum & humidum arguũt multa excrementa genita ratione multæ euaporationis, ob habitum corporis calidiorem, & caput frigidius. Cooſentit & ętas humida, redondans excrementis plurimis. Adde, qoòd aodio parentes natora eſſa imbecilliores: item quòd correptus fuit longa febri, quæ ſolet eſſe cauſa frigidarum ægritudinum, reſoluto calore naturali. Laborauit & vermibus. quæ omnia atteſtantur de ægritudine frigida. Vermes enim proueoiunt ex cruditate, easque augent, & vapores ad caput mittunt, & malorum morborum cauſæ ſunt. Hæ ergo ſunt cauſæ, imprimis verò humor neruorũ initiis impactos: præſertim verò hoc tépore neruorum ſurium & linguæ. Poſſe aoté curari poto, & ratione ætatis, & ratione temperaturæ calidioris, nec non, qois incipit aliqoo modo conoaleſcere. Rectam igitur moliti ſomos curatiooem com iis, quæ pituitam in ambitu corporis primò eoacoant, vt ſunt agaricus, hiera, in doſi, quæ ætati hoic ſit conoeniens. Vterer & caſsiá & electuario lenitiuo. Aliæ rationes euacoádi non conueniunt, vt inediá & miſsio ſanguinis. Vtrumqoe enim hæc ætas noo fert. Reſtat ergo victus ratio, & præparatio ac vacoatio humoris peccantis. Aer ſit calidior & ſiccior. Ratio ciborum ſit talis, vt veſcatur elixis ratione ætatis, ſed conditis cum aromatis. Carnes eligantur bonæ, paniś bene fermentatus, optimeque paratus cum ſeminibus. Aquam bibat cum ſacharo & ſimilibus coctam. Si à vino non poſsit abſtinere, fiat id cum foliis ſaluię & betonicæ. In aliis ſimiliter optimè ſe gerat, vt ſomno, motu ante cibum, frictionibus extremitatum leuibus, in excretione alui, iraſcatur leuiter. In pharmacia primó ſint alterantia: ſyrupus de betonica. calfacit enim, attenuat & concoquit. ſyrup. de ſtœchade, oxymel ſimplex ex aceto dilutiori, mel roſatum, decocta ex betonica, ſtœchade, cinoamomo, ſalnia & ſimilibus capitalibus. Euacuantiá verò per ſedem eruot hiera, agaricus, turbith, pillulæ aureæ, cochiæ & ſimiles in doſi iuſta. mallem tamé conſiſtere in victus ratione. Eoacuarem & per vrinam com ſyrupis de duabos radicibus & ſimilibos. Vomitnm timeo, ne fiat maior euaporatio ad caput, & maior fluxio. Particulariter verò capot euacuabunt, non quæ ad oares trahant ob loci vicinitatem, ſed potius qoæ per palatnm com gargariſmatibus ex decocto calamenthi, betonicæ: Cũ maſticatoriis ex ſatoreia, maſtice, & ſimilibus. Poſ-

A ſumos & exterius admouere toti corpori, frictiones & lotiones ex aqois ſalſis & naturalibos: ne tamen detineatur ibi diu ob facilem reſolorionem. Locis affectis poſſomus applicare aliqua, ſed minori cum fructu, ob ſitus profunditaté, & vicinitatem oculorum. Cauteria facerem non in collo, ſed in brachiis, aot in cruribos ob diuerſionem. Stillicidium naturale ſolphoreum & ſalſom conoeniret in parte poſteriori, & ceruice, aot etiam in anterio-
B re parte, cùm iam ceſſarit difficoltas ambulandi. Pro roborando capite lixiuia fiant ex calamentho, polegio, roſis & ſimilibus. Fiat etiam ſapo ex cinnamomo & agarico. Per os darem, aliquando Mithridatium & theriacam, aut diatrion pipereon in parua doſi: vt & diamoſchum, diambram, diarbodon Abbatis & confectionem com ſacharo & floribus roris marini & ſaloiæ.

IVNIVS CRASSVS PATAVINVS.

In caſo propoſitu ægritudo ſatis magna ratione
C ætatis, hæſitatio, vel careouia loqoelæ & difficultas aoditus. Quorum ſymptomatum cauſam, vt inueſtigemos, ſuppnnamus ex relatis babitum eſſe bilioſom, excepto capite pituitoſo, vt excrementa oſteodunt, & pilorum planities. Caoſas ergo puto primariò in capite fuiſſe, ſed ortum habuiſſe ab inferioribos à ventriculo frigidiore. & hepate ferueutiore. Iſta enim duo viſcera ſic affecta euaporationum continuarum caoſę ſunt. Vnde capot frigidiꝰ excipit materias, & denſat, quæ per circnitum rur-
D ſus deſcenduot. Et prout petunt dioerſa membra in deſcenſu illo circulari, ita varia etiam ægritudinum genera io corpore conſtitount. Deſcendens enim materia ad neruos pedum, facit impotétiam ambulandi: ad neruos verò auditorios, ibi obſtructione facta, peperit auditus difficoltatem. Impediuit etiam motom linguæ lapſa ad neruos eios. Factis enim talibos obſtructionibos tranſitos ſpirituom impeditor. Copia verò boius materiæ pendet ex cauſis exterioribos, & aere humidiore, qoo
E vſus fuit in illo loco, præterea inordinatè viuit ætas iſta, & nutrices indulgendo ipſis peccant. Paſſos aotem eſt & febrem longam, quæ calorem reſoloit, ac facultatem coctricem debilitat. Vermes ſimiliter peſsimè afficiunt, ad caput continuos emittendo vapores putridos. Iſtæ ergo ſunt cauſæ & ſymptomata, à quibus impotentia etiam loqoendi poſsit pendere, qoòd ſurditas adeſt teſte Ariſtotele. Atqunniam ea non eſt naturalis, nam iam incœpit melius habere, ea cauſa valeat, vt & illa, qoòd
F lingua poſsit eſſe ligata: nam ſic nõ loqueretur vnquam, niſi vinculo ſoluto. Sed dictas cauſas puto eſſe principales, ex quibus corarionem cómodam nos inueniemus. Eas enim nobis tollendas céſeo, aliàs non curabitur puer tam tener, aut certè com maxima difficultate. Notum enim eſt, nos indigere medicamentis fortiſsimis ratione morbi tam magni, qoæ ætas tam iofirma non ſuſtinet. Baſis tamé curationis mihi videtur, quòd progreſſu ætatis & excrementis ſiccatis poſsit curari. Tales enim ægri
G tudines, ætatis permutatione, calor vegetior & ſiccior redditus, ſponte ſæpenumero ſolet curare. Eſt & ſpei aliqua ratio, quòd hæc ægritudo huic ætati eſt affinis. Pro hoc ergo conſequendo imprimis ratio victus inſtituatur. Verſetur in aere temperato tendente ad ſiccius, aut arte ſic parato. Cibi & potus ſint temperati, ratione ętatis, ſed tamen oon ita

homi-

hnmidi, vt ætas poſtulabat, carnes ſint optimæ, panis bonus, iuſcula cum herbis diureticis condita. Caueat à fructibus, ambulet ante cibum, à cibo contineatur domi: nec currat: dormiat, quantum ſat eſt pro coctione. Si placet vt aliquando iraſcatur, id non erit malum. Venter quotidiè reſpondeat. In vſu medicamentorum difficultas eſt in expurgando. Pueri enim non tolerant medicamenta, nec etiam aſſumunt facilè, niſi decipiantur. detur ergo infuſio rhabarbari vel agarici, aut cum ſacharo, aut marcepane. Et hęc pro materiis in primis venis. Vlteriùs procedendo humores præparentur cum iis, quæ ſunt dicta, vt ſyrupo de ſtœchade & melle roſato, & pauco oxymelite aquoſiure, vt Galenus docet, vel cum modico ſyrupi acetoſi, ne nerui teneri & debilas lædantur: aut decoquantur in iuſculis herbæ dictæ, addendo parum de ſyrupis. Habebit enim id & cibi rationem, eritque ſuauius, & citiùs penetrabit. corpus deinde purgetur, cum antedictis in maiori copia, vt corpus bene mundatur. Particulatim autem corpus euacuabimus cum apophlegmatiſmis dictis. ex quibus omnibus grana maſticis mihi placent. nam puero ſic gratiora erunt. ſi enim aliquid ex illo deuorabit, id ventriculo gratum erit. A calidioribus illis abſtinerem ob tenellas illas partes oris. Poſſumus in aures infundere leuia pro detractione materiæ, vt aquam hordei cum ſacharo. Antidota verò illa non auſim ego exhibere, ductus autoritate Galeni ad Piſonem, vbi ait theriacam pueris non conuenire, cùm ſit medicamentum validum. Probo compoſitionem ex pipere, ex flore roris marini, diacalamenthum, ſed in paruo doſi. Cauteria an conueniant dubium eſt, egoque ſi velim iis vti magis probarem veſicatoria, quam alios modna: vterer folio ranunculi, non quidem iuxta aures. Corpus enim tale non poterit exquiſitè purgari: ſed in brachio vel cruribus. Præterea lucis affectis, hoc eſt auribus, iniicerem aliqua ex iis, quæ vulgò laudat Galenus, qui facit ſuffumigium ex decocto abſinthij per canalem, ex olla in aures. Remedium eſt ſatis placidum, & reſoluit & aperit. Laudauit & mirificè ſemen naſturtij cum carna ficuum, ſi fiat quaſi glandula, quæ auribus immittatur. Laudant & ſuccum ſaluiæ, cum melle vel vino. Iſtis leuioribus ſi res non ſuccederet, ſellibus vterer. Pro lingua decoquerem ſaluiam, pulegium, artemiſiam, & ſimilia calefacientia, & digerentia. Caput abluat decocto artemiſiæ, pulegij, calamenthi, &c. Ieiuno ventre ſtillicidium mihi videtur eſſe valentius, niſi moderatè fiat. Corpus & crura debilia abluantur cum aquis nō ſulphureis, vel bituminoſis, tales enim emolliunt: ſed cum ſalſis & nitroſis, idq́ue fiat leuiter vſque ad ruborem. Poſſent etiam fieri balnea ante cibum ex decocto herbarum dictarum. & inūgantur deinde oleo maſtichino & ſimilibus non excellentis caliditatis.

TRINCAVELLIVS.

Ex hiſtoria ad nos delata cognoſcimus, puerum iſtum longa febre laboraſſe, quam ſecuta eſt ſeries iſtorum ſymptomatum. Adeoq́ue ex vermibus videtur mihi omnis pendere ratio, cùm ex eorum præſentia ventriculus inſigniter læſus fuerit. Vtque breuiter de iis aliquid interſeram, notum eſt, ex modo & ratione lædendi, petendum eſſe negotium rei ſeu morbi propoſiti. Vt inflāmatio in mē-

A bro exteriori dicitur intemperatura, nam per eam ſolùm leditur: at ſi ſit in parte interiori ponitur in genere morborum, qui ſunt in via. lædit enim prohibēdo tranſitum alicuius rei. Similiter pituita putreſcēs exterius lædit ratione intēperaturæ: ſi obſtruat inteſtina, lædit & ratione obſtructionis. Forma ergo morbi & læſio. Sed ex modo læſionis, qualis ſit ea læſio, hoc eſt, qualis ſit morbus, erit petendū. In præſentia ergo vermes nō lędunt ratione ſo-

B lutionis cōtinui: ſunt enim potiꝰ cauſa quàm morbi, non etiā excedūt in numero: nec enim ſunt numerus partiū ad corpus pertinentium, etſi lædunt quidem magis & minus ratione numeri. Relinquitur ergo, quòd ratione obſtructionis fiat illa læſio: inprimis tamen ratione malignę qualitatis. ſed hęc obiter dicta ſint. Porrò vermes ſunt ex materia putrida in vētre inferiore genita, ob errorē in ratione victus, præſertim cum nutricib. ſit familiare pueris indulgere. Sed credo & naturalē fuiſſe in hoc cor-

C pore intemperiem, quæ ab erroribus illis fouebatur. Vermes ergo ſequuta eſt febris lōga ob multas obſtructiones, ex materia craſſa & lenta, continuò in hoc corpore genita: cui aſtipulator & capitis diſpoſitio, quod eſt excrementitium ſuapte natura, vt pilorū color albus & flauus indicat. Quia verò deinde febris longa repleuit caput inſigniter ſæpè ipſi ſuccedit ſomnus profundus ex multis vaporib. elatis ad caput, paratū ſuapte natura. Hinc capite exiſtēte pleno, cū id nequeat expurgari, in tali ætate, fa-

D ctum eſt, vt appoſito pollo ſecto materia laxaretur & profunderetur in capite pleno: vt ſolet accidere in corpore pleno ex balnei vſu. ea ergo fuit ratio qđ in corpore diſpoſitiſsimo factæ ſunt obſtructiones, primo circa originē neruorū, qui ad crura diſſeminātur, nō in principio nuchę. manus enim erāt liberæ, erat & humiditas in vētre anteriore: deinde partim ad aures, partim ad linguę neruos perueniebat, quib. reſolutis aliquo modo nō poteſt formare vocē, niſi debiliter & imperfectè. Amota aūt eſt po-

E ſtea hinc reſolutio ad crura, proceſſu tēporis calore validiore effectu, vt ſępè fit in his ęgritudinibus. Curā nō adeò difficilē puto. Calor enim in pueris viget, ita, vt ſæpè epilepſiā ſanet paruo negotio. Itē iam incepit melius loqui. Adeſt & tēpus nobis conueniēs. Vnde poterit natura ſuperare morbū, cùm antea in tempore frigidiſsimo & humidiſsimo incęperit curare morbū, hoc eſt impotentiā ambulādi. Puto aūt in primis eſſe conſiſtendū, in victus ratione attenuāte, vt rectè dictū eſt. A vino per duos ab-

F ſtinerē menſes & ætatis ratione & morbi, bibat aquā coctā cum ſacharo & aceti modico. ne vermes regenerentur & ob craſsitiē materiæ cibi condiant folus bet. cum cinnam. fœniculo, & ſimilib. ſiccantibus nō inſigniter. Carnes ſint elixę, vel toſtę, ſed in parciori vſu. Ex medicamentis poſſumus vti ſyrup. de bet. & melle roſ. infundendo cū cochleari, idq; per interualla. In acetariis darē cappares. nā optimè exſiccāt. In euacuando vitarē valde purgantia, nā pueri habent inſitā euacuationē, vt alia inſigni

G non egeant, vt Gal ait. Darem ergo aliquid de pillulis maſticinis, de trib. aliquid agarici, vt ℈ 1. cū melle roſ. vel oxymellite. ſed ego in primis conſiſterē in ratione victꝰ, ac p interualla expurgarē, ſed parciſſimè. A caputpurgiis abſtinerē, ſiquidē pueri ſunt impatiētes. Exteriꝰ etiā aliqua adminiſtrarē, in primis lixiuiū ex cineribus, ex altiori loco. decoquerē

roſas &betonicam, vt ſiccatio fiat modeſta. Aut fiat lixiuium ex iunipero: Id enim plurimùm proderit. Lauet &pedes cum iis, quæ capiti conſentiant: valdè & inde reuellent. Si eſſet euacuandum & puer non admitteret, vterer clyſteri acriori paululum, pro reuulſione à capite, vt Galenus ſuadet in ſputo ſanguinis in matrona illa. His ſic peractis poſſumus & dare diaturbith in rotulis, ad rotulā vnam: Moderatè euacuat & ſatis eſt gratum. Auribus primo infunderem oleum amygdalarum amararum: Poſtea miſcerem aliquid oxymelitis. aures enim & fortia perferunt: aut vterer fortiori oleo.

Nota.

¶ Aurium tinnitus ab intemperie frigida & humida cerebri, vide titul. Cephalalgiæ, Conſil. 3. & 5. Item lib. 3. titul. Veſicæ affectus, Conſil. 83.

Aurium tinnitus ab affectu vteri, vide lib. 3. titul. Menſtruorum ſymptom. Conſil. 77.

De vitiis linguæ.

Nota.

¶ Loquendi difficultas, vide titul. de vitiis Auditus, Conſil. 73.

De dolore dentium.

Nota.

¶ Vide titulum Cephalalgiæ, Conſilium 1.

De ſputo ſanguinis.

CONSILIVM LXXIIII.

Sputum ſanguinis.

FRANCANZANVS.

NObiliſsimus hic & magnificus patritius ætate triginta quatuor annorum fuit, in pueritia temperaturæ calidæ & humidæ, habitus boni, corpulenti, pinguis, bene coloratus. Mutatus autem nunc eſt ad temperaturam calidam & ſiccam, idq́ue multis de cauſis. Nam plurimus ei ſanguis è naribus effluxit, & nunc ad ætatem, cui huiuſcemodi temperamentum peculiare eſt, deuenit: Præterea vſus eſt victus ratione, quæ potuit eum deducere ad eam temperaturam, multis ſalſamentis, ſalitis piſcibus, vinis fortibus & vinoſis: habuit item lites, excanduit, (quod plurimum facit ad calfactionem ſanguinis) vſus eſt vehementiſsimis exercitiis, venationibus aſsiduis à pueritia, curſu, ambulationibus fortibus, paleſtra, equitatione. Laborauit autem prius morbo melancholico, à quo nunc planè liberatus eſt, accepto in manu vulnere multo inde effluente ſanguine. Poſtea incidit in ſputū ſanguinis, quod accidit ſemper, poſt aliquā manifeſtam calefactionem ipſius capitis. Nam primùm quidem poſt piſcationem, excalfactus eſt ad ignem copioſum: deinde bis à ſole & exercitio: tandem cùm Iuntarum domus conflagraret, clamore ſe multum defatigauit & calfecit, vnde poſtea ſanguinem exſpuit: non tamen multum, & ſine tuſsi: interdum etiam ſine ſputo effluxit, & cum leui raſcatione. vnde crediderim, quòd neque à thorace

A neque à capite ſit. Si enim ab iſtis partibus thoracis deueniret, non eiiceretur ſine tuſsi, & quidem magna: nunc autem leuis tantum motus eſt & raſcatio: nec à trachea arteria, quia non ad nares, & palati ſuperiora aſcenderet. atteſtatur hoc, quòd ſemper exſpuitionem præceſsit calfactio capitis manifeſtis ex cauſis: tum quòd prius ſenſit grauitatem & moleſtiam in capite: Sanguine deinde euacuato per ſputum, melius ſe habuit. Mea quidem B ergo ſententia prouenit ex venis & arteriis, quia interdum pars quædam flauior & ſubtilior apparet, quæ ex arteriis, interdum quædam rubicūdior & craſsior. quę ex venis eſt. Credo autem effluxum illum fieri ratione caliditatis ſanguinis & acrimonię ipſius. Si enim venæ vel arteriæ corroſæ eſſent: fuiſſet longior & copioſior effluxus. Aperuit igitur ſanguis ſua acredine vaſorum oſcula. Quod ad præſagium: credo periculum non eſſe magnum: nec tamen negligendum eſſe exiſtimo hunc affe- C ctum. poſſet enim temporis progreſſu ad thoracē defluere, vel in ventriculum, & in grumum concreſcere. pręterea Hippocrates dicit, ſanguis à ſuperioribus vndecunque malum. Venæ ſectionem propter hyemem differendam eſſe exiſtimo vſque ad ver proximum. cùm iam pars euacuata ſit per ſputum, & inceperit etiam fluere per hæmorrhoidas. Aluum ergo lenirem caſsia cum pulpa tamarind, habet enim vim reſtinguendi ſanguinem fluētem. Placeret mihi maximè vſus rhabarbari. plurimum D enim valet ad conſtringendum ſanguinem, vndecunque fluat. Poſſemus autem maſticis ℈. 1. addere caſsię, ſi timeremus caſsiæ caliditatem. Poſtea euacuarem ipſum, & ad lenientia reuerterer, atq; ſubinde purgarem lenientibus, præmiſſa tamē præparatione humorum per ſyrupum roſaceum, de endiuia & alios. Victu vtatur refrigerante & humectante. Abſtineat à vinis potentibus, ab iracundia præſertim. & ab omnibus, quæ corpus calfacere poſſunt & caput. Relinquat ſalſamenta, vehemen- E tis exercitia. Caueat à pannis rubeis, qui plurimū faciunt ad agitationem ſanguinis. Demum ad ea, quæ corpus & caput refrigerant, perueniendum.

FRISIMELICA.

Sanguis iſte nec à pulmonibus nec à thorace effluere poteſt, cùm iam diu perdurarit. hinc enim factum fuiſſet vlcus aut eroſio in thorace vel pulmonibus. Vnde credo ſanguinem ex venis & arteriis affluere: quia pars flauior eſt, pars craſsior. Eſt F tamen etiam aliquid de trachea arteria, non quidē vlcerata, aut affecta, ſed quod defluxit ad eam è ſuperioribus partibus capitis, & diutius aliquantiſper moram traxit in capite arteriæ. vnde cum raſcatione facilè reiicitur. Et inde eſt, quòd punctula nigra ſanguinis inſunt ſputo. Nec eſt à venulis narium, ſed ſuperioribus; quia aliàs non delaberetur etiam ſanguis ad palatum & fauces. Venæ ſectio ad vernum tempus differenda, ſanguisq́ue detrahendus à baſilica petendo ipſum fontem ca- G loris, videlicet iecur. Lenientibus omnino vterer, caſsia vel electuario, impoſita manna. Mihi placet, vt ſingulis menſibus acciperet parum caſsiæ vel ſolæ, vel cum aliis, ne ſuperflui humores aggregentur. Localia caput refrigentia leuia ſint. Cauteria non facerem, ne debilitaretur caput, nimis iam antea moleſtatum apertione vanarum.

TRINCA-

TRINCAVELLIVS.

Sanguinem nõ tantùm qualitate peccare exiſti-
mo.ſed etiam quantitate & copia,quia copiam ſan-
guinis & humorum propriè ſequitur grauitas,idq;
teſtatur alleuiatio,quę ſequitur poſt reiectum ſan-
guinẽ per ſputum. Antea enim ſentit grauitatem.
præterea ſanguis in toto corpore abundat. Nun tõ
neganerim etiã acrimonia peccare,quia ait,ſe nunc
quandam ſalſedinẽ percipere in ſputo. Addam tñ
vnum,quod faciet etiam ad curationẽ.vecta eſt a-
liquando nani ex villa in domum ſuam & vſua eſt
tenuior interdum particula illius materiæ, quæ à
capite deſtillat, ad hunc articulum defluens, illi in-
commodo eſt. De tuſsi, quæ Illuſtriſsimo Cardina-
li infeſta eſt, non eſt cur multa dicamus. nam ſatis
euidens eſt, quód ex fluxione materiæ pituitoſæ à
capite ad fauces & aſperam arteriam deſtillantis E
ortum habet. Diuturna autem hæc moleſtia, quæ
illum tot annos exercet, duplicem habet occaſio-
nem, ſicut omnes ferè morbi à fluxione concitati
habere ſolent: alteram ab ea particula, quæ conge-
ſtam materiam à ſe expellens, aliò amandat & im-
pellit, alteram verò ab illa, quæ impulſam materiā
ſuſcipit. prioris autem occaſionis cauſa eſt multi-
tudo, aut mala natura materiæ in ea parte conge-
ſtę: vnde ad expellendom noxiam materiam expul
trix facultas excitatur. Sed in Illuſtriſsimo Cardi- F
nali multa potius quàm mala materia in cerebro
collecta eſt. nam nihil in ea eſt quod malignitatem
referat: quamuis interdum, ſed raró ſubſalſa videa-
tur: Cæterùm copioſa iſtius materiæ congeries or-
tum habet à cerebro ſuapte natura humido cali-
doque. Hæc enim temperies caput ſcatens excre-
mentia reddit: fomentum verò cùm à ventriculo
infirmiori & crudiori habet, tum etiam ab vniuer-
ſo corpore item calido & humido, & copioſis ſuc-
cia referto. Impulſam autem & deſtillantem à ca- G
pite materiam facilè reſpirationi inſeruientes par-
tes recipiunt: vtpote cùm factæ ſint imbecillæ poſt
pleuritim in abſceſſum conuerſam, & eo rupto, in
ſuppurationem. nam licet à natura valida adiutus
conualuerit ab illa, ſemper tamen poſtea tuſsi fuit
obnoxius. Poſteaquàm ratio horum affectuum in

A hunc modum ſe habet, ſi de illis ſit liberè proferen
da ſententia, non poſſum non dicere, eos eſſe cura-
tu perquàm difficiles: nam ab omnibus quidem
affectibus, qui ſuapte natura diuturni eſſe ſolent;
ſenes non facilè poſſunt ſe explicare: ſed præcipuè
hi difficiliores in ſenib. ab Hippocrate habiti ſunt,
nimirum deſtillationes, & renum veſicæq; vitia. ſi
tamen aliquid auxilij à Medici peritia, ſolertia, &
diligentia expectandum eſt, in Illuſtriſsimi huius
B D. affectibus id expectare poſſumus, cùm illi adſit
Medicus, mea quidem ſententia, In re medica abſo
lutiſsimus. Vnde quatenus ad tuſsim pertinet, pu-
tarem poſſe illam ope excellentiſsimi præſtantiſsi-
mique medici, & prudentia Illuſtriſsimi D. mitio-
rem reddi: omnino verò curari nequaquam: cùm
& corpus ſenile ſit, & illa plurimū inueterata. Dor-
ſi autem, & renis affectus, cùm nonnihil antea fue-
rit medicis auxilijs ſuperatus: putarem ſperādum
eſſe nunc etiam curatum iri: quamuis nō ſine diffi-
C cultate, cùm ſemper recidiuæ horum malorum lo-
cum infirmiorē & difficiliorem ſoleant efficere cu-
rationem. Sed cùm iam cōſtitutum ſit, omnes hos
affectus ortum, & fomentum habere à copia ex-
crementitiorum ſuccorum, qui indies tum in ca-
pite, tum verò in vniuerſo corpore congeruntur:
poſt rectam victus rationem inſtitutā, de qua pau-
lò pòſt ſermonē ſumus habituri, ſtatim ab vniuerſi
corporis inanitione purgationéue curationis ſu-
mendum erit initium, vt deinde factus morbus, vel
D intemperatura, qua ſupradictæ particulæ laborāt,
faciliùs corrigi & contemperari poſsit, & præterea
illis robur reddi. In qua quidem re peragenda, pri-
ſtinā illam conſuetudinem, quā hactenus ſeruauit,
ſecutusq; eſt peritiſsimus atq; doctiſsimus Medi-
cus, retinendam eſſe cenſerē, nempe vt quater, per
quatuor anni tēpeſtates, corpus ab excremētia ex-
piaretur per ea medicamēta, quibus iam aſſueuit,
quæq; illi iam familiaria facta ſunt: atq; interdum
etiā per intermedia interualla, ſi corpus, præſertim
E verò dorſum plenius ac grauius fieri viſum ſit, &
dolor videatur ingraueſcere, facili aliquo & illi con
ſueto medicamento citetur aluus, ſicuti & elapſis
tēporibus cum vtilitate factum eſt: nempe aſſumto
interiori liquore caſsiæ, cui aliquid immiſceatur,
quo correctior fieret, vtpote cùm his, qui leuia &
imbecillia inteſtina habent, non parum ſit mole-
ſtus: corrigerem verò addito ℥. ß. illius, ℈. i. vel ℈. i. ß,
rhabarbari contriti & in puluerem redacti: inter-
dum calentioribus temporibus pro rhabarbaro v-
F terer pulueribus diarhodon Abbatis: neque mihi
improbandum videretur, ſi pro iſtis venirent in v-
ſum pillulæ aliquæ faciliores. nam in diuturniori-
bus affectibus ratio ſuadet, quandoque modum
medicamentorum mutandum eſſe: mihi verò ma-
ſtichinæ probantur, vel quæ ex tribus cum rha-
barbaro ſolent appellari. & cùm aluum facilem, &
lubricum ſponte ſua habeat Illuſtriſsimus D. for-
taſsè vna ſola, quæ ℈. i. penderet, poſſet videri ſatis:
mihiq; pręterea ſatis vtile, & cōmodum videretur,
G ſi nō quotidie, ſed interdū, pręcipuè aūt poſt expur
gatum corpus aliquāto ſaccharo roſaceo vteretur
manè ieiunus, & eo optimo, & nō veteri, ſed eiuſdē
anni, quo laxiores & calidiores particulę, & aliquā-
tiſper tēperari, & roborari poſſent. Poſt lenitā aluū
caſsia illis eſſet vtendum, quæ & corpus fluidum
promtumq; ad vacuationē redderent, & humores

pararent concoquerentque, quo pacto ſolent ex-
crementitij ſucci concoqui à medicis. Nam de ſan
guinis miſsione, ne verbum quidem faciundum
exiſtimo in morbis diuturnis, qui præſertim à cru-
ditatibus multis fouentur, & in ſecundo ſenio, niſi
interdum ſi mariſcæ, dum purgaretur, ſponte intu
meſcerent, aut aperirentur. Galeno namque in af-
fectibus renum mirificè probatur ſanguis è mari
ſcis fluens: alioquin autem neque laudarem, ſi ten-
taretur ſanguinis detractio. In vſu verò horum me-
dicamentorum hæc in primis eſſe ſpectanda puta-
rem, vt craſsi & lenti ſucci, qui magnam partem i-
ſtius negotij Illuſtriſsimo Domino faceſſunt, atte-
nuentur, deterganturq; : hoc enim requirit tuſsis,
hoc etiam materiæ, quæ in renes confluunt: non ta
men calefiat corpus, ſed potius quantum ad renes
pertinet, refrigeretur: qui præterea ſunt mũdi red-
dendi, & ab illis humorib. præſertim craſsis, à qui-
bus obſidentur, expiandi: atque tertio, ſi aliquos
contineant concretos calculos, illi atterãtur & ex-
cernantur: poſtremò & robur renibus, ventriculo-
que, & capiti addatur. Vnde ſi ſyrupis vti oporteat,
hi mihi vtiles videntur, in primis qui ex ſucco be-
tonicæ conficitur & ſimplex nuncupatur: quia be-
tonica non eſt inſignis alicuius caloris, vim autem
detergendi & attenuandi citra moleſtiam habet.
vnde mirum in modum tuſsientibus ex craſſa &
pituitoſa materia vtilis eſt, præterea renes mũdos,
ſi Galerio credimus, à flatu, à craſsiori pituita, ab a-
renulis reddit, lapillos poteſt atterere, lotia prori-
tat: imò eouſque progreſſus eſt autor libri de The-
riaca ad Piſonem, vt illi prærogatiuam præ aliis o-
mnibus ſimplicibus medicamẽtis in malè affectis
renibus tribuerit: ſed modeſta etiam ſua aſtrictio-
ne roborare & firmare renes potis eſt, vẽtriculum-
que & caput: huic verò adderem ſyrupum roſaceũ
recentem, aut illum, quem geleniabin ex ſaccharo
Arabes appellant, cõfectum ex roſarum ſucco: ne-
que hyeme mel roſaceum improbarem, atq; oxy-
mel: acciperem autem ſingulorum ℥.s. deinde ve-
rò decoctum aliquod pararem, quo diluerentur hi
ſyrupi, quale eſſet hoc: acciperem folia, aut radices,
boraginis, cichorei, atque oxalidis, his adderem
portiunculam radicis dulcis, & aliquid paſſularũ,
nonnihil etiam hordei decorticati: ſed ſi aliquo gra
na citrij mali cortice detracto adiicerẽtur, mihi vi-
deretur non inutile. ex horum ergo decocto ex a-
qua communi vel ſtillatitia aliqua, ſyrupos dilue-
rem: qui eatenus eſſent ſumendi, quatenus corpus
& humores parati ad purgationem viderentur: ad
quam purgationem ſimili aliquo vterer medica-
mento: acciperem pruna quatuor, myxa, vel ſebe-
ſten ſex: paſſularum ʒ iij. dulcis radicis ʒ.ij. ſeminũ
citrij decorticatorum ʒ.i. florũ boraginis, bugloſ-
ſi, fumiterræ, violarum, ſingulorum ʒ. i. atque om-
nia decoqui vellem ex aqua betonicæ, cichorij, ca-
pillorũ veneris ſecundum artẽ, mox illius decocti
℥.iij. vel iiij. acciperẽ, quibus infuſum rhabarbarũ
ad ℈.iiij. prius tñ pauco aromatico vino aſperſum,
maceraretur, addito ſchænanti ℈. i. & mihi ſanè nõ
videretur ab hoc negotio alienum, ſi aliquid agari-
ci adiiceretur, puta ℈.ij. aut ʒ.i. cum modico zingi-
bere, macerarentur autem per noctem, mox facta
diligenti colatura cum expreſsione, ex eo diluto
diſſoluerem ſyrupi roſacei ſolutiui ℥. iij. & electæ
mannæ ℥.i. Commodè expurgato corpore, putarẽ

A plurimùm profuturum, ſi Illuſtriſsimus Cardina-
lis aſſumeret per aliquos dies decoctum radicis
ſarſæ parillæ, quod decoctum accommodatius fu-
turum exiſtimarem, quàm ligni guaiaci, quia hoc
magis quidem quàm illud calefacit, ſed mihi ſarſa
vim maiorem habere videtur attenuandi & dige-
rendi, atque modeſtè deſiccandi: quare poterit
primùm ſuperuacaneum illum pituitoſum humo
rem, qui tum in thoracem, tum etiam ad renes de-
B fluit, attenuare digerereque, & aliqua ex parte ab-
ſumere: præterea ſi duros, & quaſi tophoſos tumo
res in internodiis articulorum concretos digerere
& quaſi atterere poteſt, vt poſſe quotidie videmus,
non video cur non poſsit etiam diſſoluere & atte-
rere trophos, ſi qui in renibus cõcreuerint: cumq;
in multis cieat vrinam, poterit ea ratione facere ad
eorum, arenularumque excretionem, citra tamen
calefactionem aliquam renum, quæ alioquin timẽ-
da ſit. ſed cùm in aliquibus vim ſatis inſignem de-
C monſtret ſudorem copioſum prouocandi, poterit
etiam fungi officio reuulſorij remedij, tam à reni-
bus, quàm etiam à partibus reſpirationi deſeruien-
tibus. In aſſumendo autem hoc decocto, naturæ, &
conſuetudinis Illuſtriſsimi D. non parua ratio eſ-
ſet habenda. Nam cùm, vt fuit ſtatim ab initio ex-
poſitum, humidum ſit corpus ſuapte natura, quod
etiam fuerit aſſuetum humidæ victus rationi, huic
naturali temperaturæ atque conſuetudini non pa
rum condonandum putarem: & proinde neq; ad-
D eò tenuem victum, neque adeò deſiccantem eſſe
inſtituẽdum exiſtimo. Vnde quatenus ad copiam
cibi & potus pertinet, mihi ſatis eſſet, ſi primis die-
bus ab eo, quod illi in more eſt, detraheretur tertia
pars, quæ detractio paulatim deinde augeretur vſ-
que ad dimidium: nequa vlterius ad maiorẽ iſtius
corporis attenuationem progrederer: atque hoc
etiam prudentiſsimo Medico, an videlicet vſque
ad ſubtractionem dimidij alimẽti ſit accedendum,
conſiderandum relinquo. quatenus verò ad quali-
E tatem cibi & potus pertinet, equidem illi & carnes,
& vinum in hac ætate, potius liberaliter, quàm par
cè comedere & bibere indulgerem: dummodo ex
decocto iſtius radicis diluatur vinum: paſſis verò
ille ſit, quo ſolet vti. Ratio autem parandi decocti
mihi hæc commoda videretur, vt acciperentur ℥.
iij. radicis inciſæ, vt ſolet, & ex duodecim aquæ
communis libris, addito foliorum betonicæ & bo-
raginis paruo pugillo, fieret decoctio ad aquæ me-
dietatẽ: hac enim ratione vellem experiri, quomo-
F do ad illud ſe haberet Illuſtriſsimus D. nam ſi faci-
lè ferret, paulatim ad vſq; ℥. iiij. aſcenderem, ſecus
verò, tres viderentur eſſe ſatis: Eo autem potu ita
vterer, vt cyathum ſummo mane biberet, quaſi ſy-
rupum per horas quatuor ante cibum: ſed (vt di-
ximus) in cœna & prandio diluat vinum decocto:
veſpertinis autem horis illo careat, etſi alij ante cœ
nam accipere ſolent. Vinum autem aliquanto plus
diluat, quàm nunc ſolet. Poſtquàm acceperit hoc
decoctum, quod per quindecim dies ſubinde ſu-
G mendum putarem, conſiderandum Medico præ-
ſenti relinquerem deliberandumque, an vltra vige
ſimum diem ſit prorogandus potus: quod quidem
mihi ex eo æſtimandum videtur, num decocti illi-
us vſum bene ferat vel ſecus. His ritè & rectè con-
tinuatis vſque ad ver futurum, Illuſtriſsimum &
Reuerendiſsimum Dominum, hortarer vt quieti
ſa

ſe traderet, vt tamẽ verſus finem veris iterum purgat⁹, quàm maximè mihi ſit probandum, ſi aliquas thermarum aquas biberet, ea ſeruata ratione bibẽdi, quæ ſolet ſeruari: illæ verò eligerentur, quę poſſent quidem renes modeſtè contamperara refrigerareq́; , præterea verò & illos ab arenulis & excrementis mundiores reddere, moxq́; illis robur addere: dummodo ventriculo non ſint incommodæ. Sed illis omnibus perpenſis, quæ commodæ huic negotio, & opportunæ poſſa eſſe viderentur, communi noſtrum omnium conſenſu magis probatæ ſunt Luceuſes, quæ à villa nuncupantur.

NOTA.

¶ Tuſſis cum raucedine, vide libro primo, titulum Catarrhi, Conſilium 41.

De Aſthmate.

CONSILIVM III.

Aſthma.

ASthmatis, quo iuuenis laborat, cauſa eſt materia frigida & humida, nempe pituita craſſa & lenta, quæ in cerebro genita, ob malam tẽperaturã ex aere nocturno contractã, & ex aliis erroribus in ratione victus admiſsis, deſtillans ad pulmonẽ & pectus, vias ſpiritus obſtruẽs, excitat vehementẽ illam anhelitus difficultatẽ: forſitan aũt qđ D à ventriculo nõ probè cõcoquente aliquod etiam habet fomentũ, ex vaporibus ab eo ad caput elatis, & cerebrũ replentib. Quo its conſtituto, ratio vniuerſa curationis iſtius morbi mihi videtur quàm maximè cõſtituenda primũ in victus ratione diligenti: deinde verò in medicamentis. Victus aũt inſtruẽdus attenuans, vt videlicet ab omnibus abſtineat, quæ humores craſſos & lẽtos generãt, vt ſunt caſeus, & cætera, quæ ex lacte parãtur: à craſsis car E nibus, vt ſunt bubulę, ſuillæ, caſtrati, auium, quæ in locis paluſtribus & aquis degunt, præterea & à leguminib. panis ſit rectè coctus, & bene fermẽtatus quòd ſi condiretur aliquãto ſale & ſemine fœniculi, aut aniſorum, aut modico cumino, neq; id ab re eſſet, ſalſamẽta etiam aliqua, quia vim habent incidendi, & detergendi, in vſum poſſunt venire in prima menſa: oua ſorbilia cibus illi ſatis accõmodatus erunt. in vniuerſum aũt quàm maximè crapula, nimius videlicet cibus & potus illi maximè nocuus erit. ſit ergo in his modeſtus, à vinis autem poten F tiorib. & reliquis potibus, quæ inebriant, plurimũ abſtineat, ſicut & ab exercitatione & labore poſt cibum nam nihil magis caput replet: ab aere itẽ nocturno, à locis frigidis & humidis, à multa venere, maximè poſt cibum, ab accipiẽdo cibo antequàm prior cõcoctus de ventriculo deſcenderit. Victu in hunc modum inſtituto, ad medicamenta deueniẽdum, quorũ triplex poteſt eſſe differentia: nam aliqua vim habent vacuandi, alia concoquendi pręparãdiq́; humores ad faciliorẽ euacuationem, alia ve G rò membra corroborãdi ita, vt materiã huiuſmodi amplius non generẽt. In his aũt eiuſmodi ordo ſeruandus eſt, vt videlicet primùm inaniatur vẽtriculus à cõmunibus excremẽtis obſidentibus primas & cõmunes vias, hoc medicamẽto, vt accipiantur pulpæ interioris caſsiæ ʒ.x. ſpecierũ hierę ſimplicis

A ℈.iiij. & omnia mixta in bolum redigantur, qui deuorandus exhibeatur per horã ante prandium. ſequẽti die is ſyrup⁹ ſuccedat ſummo mane accipiẽdus: ℞. ſyrupi de betonica ſimp. ℥.i. oxymellitis ſimplicis ℥.s. decocti infraſcripti ℥.iij. miſ. & manè per quinq; dies bibatur. Decoctum aũt eiuſmodi ſit: Accipe foliorum betonicæ, boraginis, paſſularum mundatarum, ſingul. M.i. coquentur ex aqua ſecũdum artem, & deinde colentur. Acceptis ſyrupis, B corpus iterum euacuandum erit hoc medicamento: Accipe ſebeſten N.x. liquiritiæ raſæ ʒ.iiij. paſſularum ℥.s. folia betonicæ quatuor, vel quinq;: omnia ex aqua coquãtur, & deinde percolẽtur, cui⁹ decocti colati & expreſsi accipe ℥.iiij. & in his infunde agarici electiſsimi ʒ.i.s. zingiberis ℈.s. vini albi aromatici parum: maceratione facta per noctam mox colatur, & in humore illo diſſoluantur electuarij diaphœniconis ʒ.iiij. mannæ electæ ʒ.i. & medicamentum ita paratum exhibeatur per horas quinq; C ante cibum. quòd ſi corpus non viſum fuerit exquiſitè hoc medicamento purgatum, iterum iidem ſyrupi repetãtur, ac mox eiuſmodi pillulæ exhibeantur ſummo mane. Recipe pillularum cochiarum ℈.ij ex agarico Meſuę ℈.i. & fiant pillulæ tres accipiẽdæ poſt primum ſomnum. expurgato corpore, caput, & vniuerſum corpus hoc modo roborandũ erit, vt accipiam⁹ ſacchari roſacei ℥.i.s. cõſeruæ florum roris marini, conſeruæ betonicæ, corticum citri conditorum ana ℥.i. omnis ſimul trita cõmiſce D antur. quòd ſi ℥.s. addideris zingiberis cõditi, neq; id inutile fuerit: addas autem & ſyrupi ex corticibus citri parati quantum ſatis ſit ad hæc omnia redigenda in formam electuarij, quo vtatur manè è lecto ſurgens, acceptis ex eo ʒ.iij. & itidem poſt cœnam, cum ſe ſomno traditurus eſt. deinde verò frigidioribus temporibus, ſi bis ſaltẽ in hebdomada acceperit optimæ aut Theriacæ, aut Mithridatiæ antidoti ʒ i. ſummo mane, vtiliter id faciet: præter hæc aũt, nonnulla ſunt, quæ exterius adminiſtrata E conferre plurimùm poterunt, vt lotiones, & pulueres. Lixiuium fiat ex cinere iuniperi, in quo bulliant folis roſarum aridarum, betonicæ, ſenæ, ſtœchadis, maioranæ, ſingulorum M.i. quo caput deinde abluendum erit. capiti verò iſte puluis in ſutura vel commiſſura coronali aſpergatur, vt videlicet accipiãtur, gummi iuniperi, maſtiches, folia roſarum, malicorij, ſandalorum rubeorum & citrinorum, caryophyllorum, maioranæ, ſingulorum ʒ i. quæ omnia contundantur, donec fiat puluis ſubti F liſsimus, vti diximus aſpergendus.

CONSILIVM IIII.

Aſthma.

PIſtor cùm exercetur interdiu, noctu difficultas adeſt reſpirandi maxima, cum tuſsi, atq; etiam orthopnœa. præterea ſi veſcatur acribus, vel acidis, maximè infeſtatur, ſi interdiu non laboret; noctu nihil percipit, veſtes perferre nequit: nam in G aſthmate cùm non poſsit vẽtilatio cordis fieri debita, etiam à leuiſsima cauſa calefaciente augetur. Adſunt tria in hoc corpore. A ſtomacho ſurſum ferũtur vapores, caput humidum recipit, denuo deſcẽdit ad pectus & pulmones, thermæ Teparitanæ in potu, & ſtillicidium S. Helenæ, quod non ita eſt calidum.

CONSILIVM V.

Aſthma.

CAPOVACCIVS.

Hic multis ſymptomatibus affectus eſt poſt morbum gallicum, & bubonum, à quibus liber euaſit, & per annus quatuor nullum percepit incommodum. Poſthæc cùm noctu caput ſuper lapidem inclinaſſet ad fimum equinum, capitis dolor atque eriſypelas conſequutum eſt: ſubſequuta eſt etiam febris, quæ per quinquaginta dies perdurauit. Tandem cùm armatus per loca calidiora iter faceret, ſenſit catarrhum ſalſum ad fauces deſcendere, vnde vocis grauitas accidit. Ab eo tempore licet pleriſq; vſus ſit remediis, tamen adhuc perſeuerat difficultas anhelitus, & vocis grauitas. Vnde etiam venulæ laxatio ſubſequuta eſt. Interdum adeò anhelitus difficultate premitur, vt neque decumbere etiam aliquando poſsit. Temperamenti fuit calidi ad ſiccum vergentis. talis enim fuit iecoris, & fortè non admodum ſicci cordis, quia facilè in iram concitatur. Caput fuit calidum & ſiccum, quod ex actionum facultatibus coniicimus: præterea capitis non fuit excrementitij, neq; ſomni erat tum diuturni, vt nũc eſt. Ventriculum credo fuiſſe temperatum, quòd nunquam de eo conqueſtus eſt. Nuns caput credo eſſe calidum, & humidum: quòd autem redditum ſit calidius, conſtat: nam facilè vaporibus tentatur: accedunt calefacientes: præterea licet ingens ſit humiditatis copia, tamen à nimio calore adaſſatur, vt teſtatur deſtillatio ſalſa. Mutationem iſtam probamus ex ſomni longitudine: prætcrea cùm nihil per os antea effluxerit, nunc noctu deſtillat materia ad os, quæ etiam extra os effluit, nunc inſipida, nunc ſalſa. Ventriculus in præſentia eſt frigidior atque humidior, quia non ita commodè concoquit, vnde ſæpe flatibus moleſtatur: etſi hæc imbecillitas non admodum inſignis ſit, cùm dolores non patiatur: quia optimè in victu ſe gerit: præterea imbecillitas ex lotio diſcolorato deprehenditur, propter cruditatem ventriculi, quæ à iecore calidiori corrigi non poteſt. Cauſæ ſymptomatum ſunt primò difficultas anhelitus, quæ dependet ex intemperie frigida, conſiſtente in trachea arteria: quia quoties calida apponuntur pectori, iuuatur: prætcrea feruẽs ſpiritus non efflatur. hæc intemperies iuncta eſt materiæ craſſæ & viſcidæ, quia adeſt etiam ſtertor, & grauitas thoracis. Materia autem aliunde influxit, non in magna tamen copia, nimirum à capite, quia eo die, quo ſub ſole erat, materiam deſtillantem percepit. Hinc ergo cauſata eſt raucedo & vuæ relaxatio. Materia porrò erat pituitoſa tenuis, aliquo modo craſſa: nunc ſalſa, nunc inſipida, quæ adhuc mixta eſt, licet à quindecim diebus nihil ſaporis ſalſi perceperit, cùm partes tenuiores reſolutæ ſint, craſſæ autem adeò impactæ, vt expelli nequeant. Attracta autem fuit materia ratione calidi cerebri & ſolis, pòſt fuſa deſcendit ad partes proposnas licet tunc aliquando eſſe potuerit cerebri humiditas, quæ eiuſmodi materiam generaret. Nunc duplex eſt eius fomentum, iecur tranſmittens calidus vapores, & ventriculus crudus & pituitoſus. Quod ad morbũ gallicum: illum iam abeſſe exiſtimo, neque ab eo tempore quicquam mali perpeſſus eſt. Nam curatis bubonibus, & expur-

A gato corpore commodè vixit. Pro curatione roborandæ partes thoracis, & tollenda refrigeratio, prius remotis cauſis, quæ fomentum habent à capite calido & humido, quæ corrigatur purgato vniuerſo, & capite: prohibendo ne poſtmodum redeat. Curatio erit admodum difficilis, quia magnus eſt lapſus & morbus diuturnus. nam annum alterum, & eo plus durauit: præterea materia craſſa eſt, & fomẽtum habet à capite calidiore, & humidiore, qui

B lapſus etiam ſatis diuturnus. Raucedinem autẽ penitus reſtitui poſſe non credo. Cæterùm Galenus 5. methodi in catarrhis ſalſis ſanguinem mittebat, ſi nihil impedit: at in hoc caſu cùm iecur ſit calidius, & generetur magna copia pituitæ, vt apparet ex lotio: non video ſanguinem ſubtrahendum: licet correctis humoribus, detrahi poſsit in parua copia, quia corpus ſatis emaciatum eſt. Lenienda aluus caſsia, & hiera groſſo modo contuſa, ne ad venas penetret. Præparandum ſyrupis de liquiri-

C tia, de betonica, oxymelite ſimpli. de farfara. placet etiã ſyr. de fumaria. vacuetur pillulis cochiis cum veratro, purgetur per nares. pectus purgetur oxymelite ſimpl. compoſ. ſcyllitico. Botryde Dioſcorid. Roborandæ partes, & pectus oleo amygd. dulcium, chamæmelino, irino, reſina, ſulphure, ne materia nimis craſſeſcat. Aquas exhiberẽ S. Petri propter ventriculi malam diſpoſitionem, & quod roborant, atque etiam vim habent aperiendi, & attenuandi: vnde facilior fiet reſpiratio: præterea tho-

D racis partes calefaciũt, licet iecur ſit calidius Aquæ enim illæ non adeò calidæ ſunt, nec tamdiu immorantur, vt impreſsionem aliquam facere poſsint. Ratione etiam humidi capitis proderunt, licet obſtet caliditas, præſertim in catarrho ſalſo Sed cùm catarrhus in præſentia ſalſus non ſit, neque intra quindecim dies perceptus ſit: inſignis haud dubie eſt humiditas, qua ratione conuenirent. Lixiuia ſint ex ſandalis, roſis, foliis ſalicis. Quod ad corroborationem & confortationem fortiora conueni-

E ent: repetita purgatione autumni temporẽ. Caput non nimis tegatur.

FRANCANZANVS.

Aſthmaticum hunc eſſe nulli dubium eſt, quòd exacerbationes habet, continuè tamen anhelitus difficultatem. cauſa cognuſcitur ex ſonitu, & modu generationis, cùm conſertim fiat, & factum ſit. Materia ergo præter viſciditatem craſſa eſt: præterea poſt exſpuitionem ſubleuatur. vnde tuberculum non eſt. Prouenit autem materia à capite in-

F ducta intẽperie in ipſis pulmonibus; quæ aliquid generare potuit: Caput redditum eſt calidum, & humidum, quia ſomni longiſsimi: Item manifeſtã caliditatem percipit, ventriculi calor licet reſolutus ſit aliquo modo à vigiliis: non tamen lotium ventriculi frigidi ſignum eſt, ſed hepatis & venarum. Tota ergo res ſita eſt in capite, quæ ratione intemperiei calidæ tranſmittitur. Ratione materiæ factæ conuenit expurgatio: ratione verò fiendæ præſeruatio. Cùm autem morbus ſit remiſsior, de

G curatione ego bene ſpero. Lenirem aluum caſsia addita vel hiera, vel ſeminibus, quia vrinam non prouocant cum minori copia, & vnica tantum vice exhibeatur. Hiera conteri poteſt, nam aluum potius prouocat, quàm vrinam. Eſt enim alia ratio, quàm in diaſpolito, in quo nihil eſt præter ea, quæ vrinam prouocant. Hiera autem abſtergit ratione cali-

calldorum ſemlnum admixtorum. Nam non attrahit à remotis partibus, neque video quomodo hæmorrhoides prouocet. Venam in corpore emsciato non ſecarem. Nam quod Galenus ſecat, alias habuit indicationes. Præpararem ſyrupo de hyſſopo, cum violaceo decocto liquiritiæ, tuſsilaginis. vacuarem educentibus craſsiores humores: vt de agarico. Mihi placet etiam confectio hamech. In potu ergo agaricum & hamech dabimus. In pilul. de agarico Meſuę. Euacuato capite errhinis, caput roborabimus lotionibus refrigerantibus, & exſiccantibus, vt chamomilla, betonica, roſis, cupreſsi foliis & rameutis, ſantalis, folus ſalicis, frequentiſsimè repetitis Pòſt fiant pulueres ex ſantalis, roſis, thura: pulmones expurgarem vehementibus, vt ſulphure exhibito cum ouis ſorbilibus, quo plurimos ſanatos vidimus. Placet etiam ſcylla commixta cum melle eclegmatis modo. Itē porcelli ſub hydriis inuenti, cum melle. Item pulmo vulpis, quæ omnia commiſta cum melle ſummo mane tantum exhiberem. Suffimigia præſtantiſsima, ſunt per embotum recepta, vt ſtyrace, beniono, thure, myrrha factis pilulis, quo ſuffimigio plurib. diebus vteretur. Quod ſi his res non ſuccederet, placent cauteria in brachio. Vina ſint aliquo modo dulcia: ſiut cibi abſtergeutes, vt cępe, faba inuerſa.

TRINCAVALLIVS.

Tauquam couſtitutum accipio ætatem adhuc eſſe in vigore, nam 42 aunū agit. temperamētum etiam calidum, cùm valde læſus fuerit à salidis: cordis item calidi & aliquo modo ſicci. nam hirſutus eſt, quamuis pili non admodum ſiut aſperi, qui nō intenſam illam caliditatem indicant. Purrò incidit in vocis & reſpirationis læſionem, ab esdem cauſa, impreſsione primum circa fauces exiſtente, pòſt circa pectus, quæ pendet à materia, cùm per periodus inuadat. accedit tuſsis humida: nam viſcida & leuta axſpuit. Materia autem ortum habuit à fluxioue facta ex cerebro, quod modus fluxiouis indicat, fluēte primò materia ad fauces, pòſt ad pectus. Sed cūmota fuit illa materia à ſolis ardore. Si enim corpus plenum ſit, fit attractio ab vniuerſo, & caput repletur, & eò facilius, quo caput eſt calidius, & promtius colliquat materiam. Corporis autem totius repletio ex mala victus ratione facta eſt. nā caſsia ſequutus eſt, vigilauit, &c. Credo tamen materiam etiam fomentum habere ex vētriculo, quia tauta copia in capite generari non poſſet: licet da ventriculo non conqueratur, propter facultatem expultricem validam, & raptum hepatis. Sed & cruditatem venarum adeſſe ſignificant vrinæ, niſi fortè multa adſit obſtructio. Sed cùm nullum videamus illius ſignum ſtatuendum, cruditatem in venis exiſtere, quæ digeſta vriuam crudam producit. Cùm enim inſignis ſit in corpore caliditas, rapitur illa à venis. vnde credendum, foueri materiam in capite à tutu ambitu: quud patet ex diuerſitate materiæ, ſiquidem aliquaudo inſipida exſpuit, aliquādu ſalſa. alioqui enim ſi vniuerſa materia generaretur in cerebro, vniformis eſſet, aut ſalſa aut inſipida. Salſedo autem ab exuſtioue hepatis eſt: qua cùm perfunditur aſperſa arteria, raucedo accidit. Sed præter hæc & à nimia humiditate vuula intumeſcit, vt fit in morbo Gallico, de quo iam nihil loquur. cùm poſt bubones & vlcera penis nullum amplius veſtigium apparuerit, expur-

A gato videlicet tempeſtiuè corpore, retantis illis partibus apertis per ſex meuſes. Curatio difficilis videtur fore, quia iam ingreditur primum ſenium, & quod ſuà natura ex Auicennæ ſenteutia difficilis morbus eſt: præterea quòd pulmonea vitiati ſunt & alterati. Venam nō ſecarem propter cruditatem & extenuatiunem, ne magis incrudeſcat ſanguis. Corpus vniuerſum ergo euacuandum, cùm inde fumentū habeat caput. Leuirem caſsia & hyſ-
B ſopu, vel biera, trita tenuiſsimè, quia ſi iecur nō pertranſit, non attrahit ad ventriculum, vt videmus in mulſa nō multum diluta. In hiera etſi ponātur diuretica, tñ quantitas aloes multis numeris ſuperat, vt affectū inſigucm imprimere nō poſsint. vnde antequam vrinam ſoluere poſsit, aluum iam emolliuit. Coucoquerem materiam (nam caput tanquā mandans reſpicit & pectus) ſyrupo de betonica, de hyſſopo, cum ſyr. de farfara aut violaceo, cū decocto liquiritiæ, paſſularū. Vacuarē caſsia & agari-
C co, vel cōfectione hamech. ſunt enim mixtę materiæ. Pòſt probatur oxymel ſcyllliticū, & medicamētum ex ſcylla, prius paratis viis: quod medicamentum Gal. in cōſilio pru puero epileptico plurimùm laudauit. Quod ſi metuatur exſiccatio, contēperetur decoctiona liquiritię vel ſyrupo, pòſt vterer pilulis de sgarico Meſuę. nam in mixta materia plurimùm valent. Caput particulariter euacuarem, non tamen maſticatoriis aut gargariſmis. Roborarem mithridatio cum ſaccharo boraginis aut violarum
D propter morbi autiquitatem. Pòſt vterer cauteriia in cruribus aut brachiis. Nam cùm corpus admodum factum ſit intemperatum, & perpetuò excrementa generētur, maximè deriuatiouē probarem. Caput exſiccandum cum refrigerantibus, digerentibus, & leuiter calefaciētibus, vt dictum eſt. Quod interim à catarrho ſalſo liberaretur, aquas darem, niſi ab omnib. calefacientibus læderetur. Sed neq; frigidas temerè exhiberem, quia materiam magia impingereut. Quare ſi quædam exhibendæ eſſent;
E deutur magnà cautelà.

CONSILIVM VI.

Aſthma.

BASSIANVS.

VIr conſtitutus ſub primo ſenio natus in regione frigida ſeptentrionali Vieuneuſis eſt induſtrius nō ociuſus. Mercaturam enim exercet iam nouem annis elapſis. Caſu læſus in humero ſiniſtro, ad difficultatē reſpirandi deuenit. Secta ve-
F na dextri & ſiniſtri brachij curatus eſt ſpacio bidui. Mox ſex annis cōtinuis, mercaturam repetiit, ſanus vixit, ſed in huiuſmodi ſpacio propter neceſsitatem faciēdi itinera, per regioues & conſtitutiones frigidas, rurſus incidit in ſpirandi difficultatem · à qua vt denuò liberaretur, Italiam petiit, & Italicos Medicos conſuluit. Inter quos cùm & ego ſim adhibitus in conſilium, meam ſententiam explicabo. Itaq; cùm nemini dubiū ſit, quin reſpirandi actio naturalis perficiatur multis inſtrumentis,
G q̄ reſpiratoria dicuntur, vt eſt pulmo, diaphragma: ad vehemētem aūt & præternaturalē muſculi quoque thoracis cōcurrant: opinor ego læſionē hāc in primis in pulmonibus eſſe per conſenſum in ſepto trāſuerſo & muſculis. Adeoq; principalis læſio erit in pulmonib. & gibba illorū parte poſteriori, quia videlicet decumbūt in cauitatē thoracis ad primā,

ſecundá & tertiá coſtam & mediaſtinũ: Quod oſtẽ-
dit dolor iu hac parte ſedẽ habens. Nec enim eſt iu
membrana. dolor namq; eſſet tenſiuus, qui mẽbra-
nis patientib. cõuenit, teſta Gal. ergo arit in ſubſtã-
tia pulmonis læſio, vt ex dolore grauatiuo patet.
Cæterũ læſio iſta proficiſcit̃, á cauſa aliqua imme-
diata, quá nos Medici putam⁹ eſſe morbũ. Dicit.n.
Gal. morbũ eſſe affectionẽ corporis humani pręter
naturã, lædentẽ actionẽ partis. Cùm igitur ſit mor-
bus, aut eſt intẽperies ſola, aut cũ materia Non eſſa
intẽperiem ſolam, arguit grauitatis pceptio. Relin-
quit̃ ergò vt ſit cũ materia. Materia aũt illa eſt craſ-
ſa multa, & frigida, quod indicat̃ ex grauitate, quæ
ſit & pẽdet à multitudine & craſſitie. Ait.n patiens
ſe ſentire, quaſi ſaxũ quoddam deprimẽs ipſum pe-
ctus. Conſequit̃ ea grauitas ad repletionẽ pulmo-
nis. Is, cùm nequeat attolli & deprimi ſeu cõſtringi
ob repletionẽ, efficit, vt videatur grauiter deprimi.
Eſſe verò materiã frigidã patet, quia refrigerat par-
tes vicinas. Retulit etiam ſe ex aeris cõſtitutione &
potu frigido plurimũ lædi. Adhæc iudico & ex de-
ſcenſu materiæ eſſe læſum. Nam cùm in eam partẽ
decũbit, vt cùm deſcẽdit ſentit̃. Tenuis verò ſi dela
beret̃ ad partẽ eam nõ ſentiretur. Rurſum materia
hæc aut per cõſenſum, aut eſſentiá in pulmonib. ge
nita eſt. Non per eſſentiã, quoniam non intermitta
eet huiuſmodi ſpirãdi difficultas. Niſi quis opinet̃,
quòd pars huius materię reſoluatur: deinde altera
die da nouo generetur. Sed ego opinor eſſe in pul-
monib. per cõſenſum, cum ipſo cerebro & toto am
bitu. Ab hoc enim efferũtur vapores, à quibus pul
mo repletur. facta repletione ſequitur hæc affectio.
Ideo princeps prima primi dicebat pulmones eſſa
humidiores hepate, humiditate excramantitia ge-
nita, ex vaporib. eò delatis: Hepar verò eſſe humi-
diuſ propria & naturali humiditata. vnde pulmo-
nes potius madidos appellat: hepar aũt humidum,
reſpiciens ad differentiá illam internã, dolorem &
humectationem. Præterea per totum ſexennium,
in hypochondriis illius ſa abdidit, vbi ſudabat, &
poſtea ad ſua, & alia negotia progrediebatur. Dixit
autem Hippocrates, quòd, quando aeris cõſtitutio
frigida inuenit poros cutis corporis apertos, duo
affert incommoda, comprimit partes repletas, ex-
primit excrementa in alias partes. Præterea frigi-
ditas ſolet lædere membra neruoſa & membrano-
ſa. Inde Hippocrat. dicebat frigus eſſa neruis inimi-
cum & mordax. Ex hoc ergo regimine cerebrum
declinauit ad frigidum & humidum. At teſte Hip-
pocrat. & Galeno quando à temperato, naturali,
declinant membra ad præternaturalem, non con-
coquunt ad ſe delatum nutrimentum, colliguntq;
axcrementa. Sic itaque cùm in cerebro eſſent col-
lecta excremẽta plurima, depulſa ſunt ad inferiora,
præcipuè ad pulmones, per aſperam arteriã, vanaa
& oeccultos meatus. Hoc enim à natura eſt cõpara-
tum ipſis membris humani corporis, vt quæ ſunt
fortiora & nobiliora amandent, recrementa ad i-
gnobiliora & imbecilliora. His cauſis cõſtitutis ap-
paret quid prædicandum & agendum. Prædicao-
dum puto morbum fore difficilem curatu, ratione
loci, temporis, & materiæ. Ratione loci. Nam pul-
mooes ſunt intus reconditi & in eis ſunt multi ao
fractus longi, per quos medicamẽta deduci debẽt.
Situs enim hic, quẽadmodum teſtatur Gal. primo
ad Glauconẽ morbos taddit curatu difficiles. Dein

A de pulmones perpetuó mouẽtur, & agitãtur. Nam
& Ariſtot. ait: vita cõtinua reſpiratio cõtinua. Et ad
hanc rationẽ inquit Gal. vltrà, pulmones ſunt cu-
ratu difficiles. Medicamẽta.n. non poſſunt cõmodè
adbiberi. Ratione materiæ aũt morbus difficilis e-
eit, quia craſſa & frigida & multa eget multo tẽpo-
ee, vt ſuperetur & excernatur. Ratione demũ tem-
poris. nam trienniũ iam patit̃. vnde cõiicitur, mor-
bum eſſe inueteratũ. Non eſt tñ impoſsibile, vt cu-
B retur. Nam ſpes nõ deeſt ratione ætatis: eſt enim in
medio, vel in primo ſenio: eſt robuſtus, & paret Ma
dicorũ cõſiliis: cuius rei ſignũ eſt, quòd relicta mer
catura toto triennio conſuluit Medicus. Poſtremò
quòd etſi remediis adbibitis nõ omnino liberatus
eſt, ſaltem eſt ſubleuatus. Quid agendũ aũt ſit, lo-
cus indicat, nimirũ vt corroboretur, quo prohibea
tur ne mãdantia mãdent, & ne recipiẽtia recipiãt.
Materia indicat, vt euacuatur. ſunt ergo duo ſcopi,
partis corroboratio & materiæ euacuatio. Sed ex
C loco affecto vna indicatio ſumitur: ex materia duę.
Cùm ergo ſe offerant multę indicationes, teſte Ga
leno, altera ipſarum magis vrget, aut talis eſt, vt ne-
ceſſario ipſi ſatisfaciamus. Eſt autem indicatio il-
la, quæ á materia ſumitur, quam ideirco oportet
primum euacuare & diuertere. ſed prius tamẽ præ
parari. Pòſt per ductus conuenientes educi debet,
lenita aluo cum caſsia, vel ſimilibus: digeratur ma-
teria cum alterantibus, & ſiccantibus, cum ſyrupo
de ſtæchade, de farfara, oxymalita ſimplici, cum a-
D quis bugloſſæ, calendulæ, &c. Apparentib. ſignis
concoctionis euacuandi ſunt humores craſsi, idq;
cum medicamentis inciſiuis, vt cum agarico, cum
aloe, rhabarbaro, diacatholico, vel diaphænicone.
Ab agarico non diſcederem. nam euacuat materias
craſſas & inter medicinas benedictas connumera-
tur. laudarem & hieram ex colocynthide, quæ miri
ficè in his affectibus cõfert. vnde admodum, ab an-
tiquis Medicis, Rufo, Galeno & aliis fuit commen
data. Auerterẽ verò materiã à loco cum localib. re-
E mediis, errhinis, maſticatoriis, cum frictionib. cru-
ribus adhibitis, vt vapores pulmonẽ petẽtes diuer
tantur, quos inter cauſas huius affectionis retuli-
mus. Errhina eſſent: quale, quod recipit blitũ, ſam-
pſuchum. Validius agerent, melanthij ſuccus, cy-
claminus. Maſticatoria verò eſſent ex pyrethro, di-
ctamno, maſtiche cum cera, ex his formatis trochi-
ſcis, quorum vnum mandat tribus horis ante pran
dium. A gargariſmatis abſtineat, ne materia attra-
hatur ad locum affectum. Sed his auxiliis ſit con-
F tentus pro euacuanda materia & euacuando cere-
bro Materiã auerſa, reſtat vltima indicatio, vt cor-
roboremus membra, & in his primò cerebrum,
cum conditis myrobalanis recentibus. probarem
& vſum theriacę, & mythridatij cum ſaccharo ro-
ſato. Interim vtatur aliquo linctu, vel looch, qua-
le eſt, quod ab antiquis deſcribitur, ex pulmone
vulpis, & ratione proprietatis mirificè cõfert. Aut
ex hyſſopo cum melle & aliis, de quibus apud vi-
ros doctos verba facere eſſet ſuperfluum. Sed quia
G res noſtra non ita facilè poteſt aſſequi finem ſu-
um, oportet vt & alia ratione ſuccurratur. Nec e-
nim materia poteſt ita exquiſitè euacuari, quin
à fortioribus membris tranſmittatur, & à debi-
lioribus recipiatur. Itaque ne materia magis flu-
at, laudarem bolum armanum, terram ſinopi-
cam, à Græcis tantopere laudatam, qua vtatur
ante

ante ſomnum, cum ſaccharo, vel ſyrup. violato, aut alio grato liquore. Daniqúe vt fluxio ſiſtatur, probaram etiam diacodion Galeui, quod habet eandem facultatem, euudemque vſum. Vt quia multa excrementa aceumulantur quotidie in corpore, etiamſi adhibeat Medieus magnam diligentiam, commendarem illi aliqua lenientia medicamenta, quibus ſiugulis ſeptimanis vteretur: velut eſſet rhabarbarum cum aloe, aere frigidiore: qui ſi calidior fuerit, cum caſsia ſubducatur aluus. laudarem, quod præſertim ab omnibus antiquioribus commeudatur, & à me ipſo experientia iu his affectibus ſæpè comprobatum eſt: ſi ſumatur meditullij elenij, ſeu enulæ uoſtræ ℥. s. & coquatur iu ſcutella iuria pulli, vſque ad conſomtiouem duarum partium, & addita ℥. s. ſaccbari, tribus horis aute prandium propinetur. Ex boe enim ſentiet magnam vtilitatem. Si morbus vſque adeò eſſet contumax, & remediis his nou cederet, ſupereſſent duo extrema remedia: alterum mihi dubium, alterum, iu quo magnam ſpem pouerem, ſore certum: primum autem eſt potus thermarum, quas ſiccare, omuibns manifeſtum eſt, cùm iu ipſia, aut ferrum, aut ſulphur dominetur, quorum vtrumque ſiccat. Sed iſtarum aliquæ refrigerant, vt quibus ferrum dominatur, veluti ſunt Calderianæ, quas hie non requirimus: ſed potiua ſulphureas, quales ſuut uoſtræ Aponeuſes. Quærimos enim calefactionem, & exſiccatiouem, qua ratione omuino conueniunt. Sed tamen cùm ex alia parte ob mixturam aluminis, non careát vi adſtringendi, metus eſſet, ue materia impingeretur loco affecto ac pectori, & ita deterins haberet, vt & experientia videtur uobia ſcrupulum iniicere. Vir enim hic nobilis ſumſit thermas Germauicas, & ligni decoctum, ex quibus tamen nihil iuuamenti, ſe ſeoſiſſe arbitratur, imò in deterius ſe lapſum affirmat, ex ſacultate videlicet adſtringente, quæ mea ſeutentia uon ſulùm eſt iu thermis illis, ſed & in ligni decocto. percipitur enim in ligno non ſolùm amaror, ſed ſapor acerbus, ſeu adſtringens etiam, vt in abſinthio. Vnum ergo eſt nouiſſe, quòd aſtriuguut hæc duo. Alterum medium eſt multo certius, vt fiant cauteria in vtroque crure, in parte externa. Duo enim inde conſequentur commoda. Nam & materia diuertetur à loco affecto: & à capite euacuabitur, ue decidat ad pulmoues.

TRINCAVALLIVS.

Sumus acturi de difficultate ſpirandi, qui affectua poteſt ad dyſpnœā, ſeu aſthma ſiue affectum ſuſpirioſum referri. Inuadit autem per periodoa ſtatim & repentè, uon paulatim, vnde conſtat à fluxu materiæ à partibua ſuperioribus, ad partes ſubiectas accidere: ſiquidem nec ex tuberculo in illis partibua anhelitus, ueque ex intemperie, neque ex ſebre cuntingit, vt in ſolam intempericm nequaquam poſsit referri. Hac enim ratione Galenus probare ſolitus eſt, quòd morbus ex materia defluente pendeat, vt Apoplexia & Epilepſia, quod ſubitò vterque inuadit. Membrum verò, in quod defluit, ſunt pulmones, etſi etiam pars tenuior huiuſcę materiæ ad muſculos exteriores pectoris fundatur, atque ad ſeptum quoque tranſuerſum. Sed potius ad pulmones pertinet hæc difficultas anhelitus, cùm ſentiat pondus graue intra

A pactus, quòd fit ex materia graui exiſtenta in pectore. Suut autem multæ partes in quibus recipi poteſt hæc materia: ſubſtantia videlieet pulmonum rara & ſpungioſa, vena arterialls, vel arteria veualis, aut bronchia ipſius viſceris. Verùm grauitas illa, de qua vir eximius couqueritur, mihi magnam fidem facit, quòd in ſubſtantia pulmonia ſit recepta materia. Nam & peripneumonia, & alius quiſpiam tumor hoc pacto diſtinguitur, an ſit

B ín muſculia, vel ſepto, vel pulmone. In muſculo enim ſi ſit, dolur percipitur. In pulmoue non dolor ſentitur, ſed grauitas & pondus. Præterea non eſt in bronchiis, quoniam cùm excernit materiam hanc, non ſubleuatur: quod fieret, ſi materia educeretur ex bronchiis. Nec etiam pulſus indicat hanc materiam eſſe in veuis. Eſt ergo in ſubſtantia pulmonis. Et hoc ita conſtituendum eſt quoad locum affectum. Materia verò iſta non generatur iu pulmone: quemadmodum & epilepſia,

C & Apoplexia (cùm ſubitò contingant tales morbi) nou prius fit, niſi materia genita fuerit in aliia cerebri partibus, & repentè ad cerebri ventricul. coufluat. Si enim iu ventrieulis cerebri generaretur, non repètè ſed paulatim fieri deberei, tale ſymptoma. Et hanc cauſam refert Gal. in lib. da febrib. qudd in febribus materia expellitur repentè ad muſculos in aliis partibus geuita, ac tremorem ae motum illum facit. Materia ergo iſta iu capite generata, deinde ad partas ſubiectas trauſmittitur.

D Neque tamen negauerim, quòd pulmones contraxerint imbecillitatem, ex coutiuuo hoc & diutino defluxu materiæ à capite, ratioue cuius ibidem generentur excremeuta, à quibus huiuſmodi affectus ſouestur. Sed priucipaliter à capite materia defluit. Facilis euim prolapſus à cerebro ad pulmones ob ſitum ipſum & aptitudiuem vaſorum. Sed & iudehoc cognoſcitur: Nam principio quando correptus eſt hoc ſymptomate, inflammationem vuulæ paſſus eſt, ex materia defluente ad ſauces.

E Oſtendit ergo & hoc originem huius materiæ, à quo loco eam nunc fluere opinor. Quamuis euim liberatus fuerit per gargariſmata ab ea inflammatione, tamè remauſit deſtillatio uon ita grauis, quæ ad pulmones deſcendit. Eſt ergo materia partim in pulmonibus: partim à cerebro tranſmittitur. Sed cùm à cerebro deſcendat materia hæc, quæſtio exſurgit, generetórue vitio ipſius, an alibi? Crediderim aūt ego cerebrum iſtud eſſe calidum, & humidum. Tale verò caput præter id quod per ſe eſt om

F niuò excrementoſum, atiam facile recipit ab aliis membris ſuperflua ob vias latiores potentioresq́ ad recipiendum excrementa: quæ etiam ſua caliditate attrahuntur à partibus ſubiectis. Ab aliis ergo partibus principium eſſe petendum crediderim: in primis tamen à ventriculo, nou obſtaute eo, quòd is, vt nobis relatum eſt, bene operetur & bene concoquat cibos. Nám materia hæc eſt frigida & craſſa pituitoſa: cuius ratio omuis in ventriculum eſt referenda. quamuis omne excrementū, quod in quo

G cuuq; membro noſtri corporis crudum gignitur, pituita dici poſsit. Loquor enim de ea, quæ præter naturales eſt. Cùm ergo videam hoc caput eſſe nō ita intemperatum: nequeo adduci, vt aſſeuerem, pituitam hanc in ſolo capite eſſe generatá, ſed partem etiam ad ventriculum refero, idq́; val ex errore in ratione victus, vel ex mala intemperie ipſius

vt non benè cibos conficiat. At audio ipſum rectè ſe geſsiſſe in victus ratione. Multi enim ſunt qui cũ nihil da eo, quod conquerantnr, babent: tamen ſunt ventriculi imbecillis: multum exſpuunt & alia mulia patiuntur, qoæ eius viſceria imbecillitatem arguunt. Verùm cùm hebetem ſenſum in ipſo habeant, ideo nocumentum non facilè ſentiont. Cùm ergo ventriculns non bene cócoquat cibos, & ea ratione in ipſo cruditatea genitæ ad caput ferantur, alioqui paratum ad recipiẽdum, foueantq́ affectum iſtum: à mala intemperie frigida & humida contracta in ventriculo: quæ potuit contingere propter caſum illum ex curru, quem incuſat: potuit non ſolùm pectus imbecillum reddi, ſed & ventriculus & caput, reſoluto naturali calore ipſius cerebri ex incommodo victu, ex longo itinere, ex longa nanigatione ob mercatnram, tam æſtate quàm hyeme: prætetea ex contentis in capite diutios exctémentis. His ita conſtitutia, de curatione non negauerim, eam eſſe poſsibilem, ſed benè videó eſſe difficilem. Eſt enim ſententia Auicennæ, quód aſthma eſt difficile cnratu in iuuene, mnltò ergo magis in ſene, qualia hic eſt, conſtitutus ſaltem in primo ſenio. Et cùm ex adhibitia remediis non fuerit curatua, cumq́ue magis procedat ætas ad ſenium, & materia ſit frigida & craſſa iſtius ægritudinis, ideoq́ue longa & difficilis. Præterea cùm morbus iam ſit inueteratus: credo ego eum ex toto oon poſſe liberari ab boc ſymptomate, ita vt aliqnando non ſit teditnrum, etſi poterit eoadere à paroxyſmo iſto qno nunc laborat. Totum autem negotium duobus comprebenditur capipitibus. Alio enim modo eſt agendum, cùm præſens ſymptoma curare volnmus, alio, cùm præcauere ſtudemus, ne rurſua ſuperueniat. Si ergo verum eſt, qnód materia, quæ defluxit, ad pulmones deſcendit, educenda ea erit. Nec enim videmus eam alio modo euacuari, niſi miraculosè aliqnando per vrinam aut alunm. vt ergo excernatur per tam longum tractum, admodum difficile eſt. Antequam verò tentetur enacuatio, præparanda eſt materia cum alterantibus, incidentibus & abſtergentibus, vt eſt mel violaceum, oxymel, ſyrupns de betonica, de farfara. Eſſet & optimum parare ſyrupom de pulmonaria. Parantur & decocta ex bia, cùm res vlterins proceſſerit. Probatur ſyrup. de hyſſopo, eſt enim bonua deterſor, vt ait Meſuea. Demum ad oxymel ſquilliticum denenirem. Parator enim ex ſquilla rubra, quæ nimis eſt actis. Pararem quoq; eclegma ex pineia, madefaciendo eaa in aqua farfaræ vel betonicæ, & ſuperfundendo ſaccharum, aut extrahatur lac & addito melle violaceo, vel ſaccharo candi, miſtis omnibus fiat Looch optiinum & delicatnm. Hæc ergo eſt ratio curandi iſtum affectnm. Verùm vt & periodum remooeamoa, oportet caput roborare, remouendo malam ipſiua temperaturam. Cùm itaq; caput ſit plenum, id omnino exporgetur, antequã ingruat periodna, Idq́; eſt præcipuum in cuſtodia. Aliàa enim fouebitur illa mala intemperatura. Lenito ergo ventre, caput expurgetur cnm cochiia, cũ hiera diacolocynth præparata prius materia cum ſyr. de bet. melle roſ. Dein de expurgandum, ita, vt ſemper à leoiorib. incipiamus, & ad fortiora ꝓgrediamur, ne inſidem deueniamus, in quod deoenêre priores Medici: qui cùm ſtatim fortiorib. remediis vterétur

A materiam exagitarũt, & nihil effecerunt. In hoc ergo aſſeotior reliquis D. D. vt accipiat aqnaa thermarum Aponenſium. Nam qnòd non contulerũt, imò nocuerũt aquæ, in quaa prius immerſns fuit, inde accidiſſe dico, quòd, corpore non expurgato, conſtringendo aquæ illæ prohibuerunt tranſpirationem, & diſcuſsionem materiæ. Nam ſi rectè percepi, cùm bibiſſet aliquos ſyrupos, illia non conferentib. ſine vlla purgatione, ſtatim eſt dimiſſua ad
B balnea. Non ergo eſt mirũ ſi in deterina fuerit prolapſua. Errarũt & Medici quos priua adiit. Inſtitntis enim ſyr. non conſerentib. ad thermas eum ablegarunt, cùm materiam omnẽ debuiſſent prius expurgare. vnde ferè accidit vt ſuffocatus fuiſſet. Capnt enim non erat euacuatum, nec materiæ potuerunt exſiccari. Cumq́; pectus magis repleretnr cõſtrictis arteriis & infrà propulſis, peins habnit. Nos verò inſtituemus priua expurgationẽ, & capite optimè euacuato demũ in potu exhibebimꝰ aquas
C thermales. Sic enim vniuerſum corpus enacuabit̃. Reddetor etiã capnt apertius, vt guttã ſuſcipiat, ex qua ipſum maximè rohorabitur, & excreméta omnia expnrgabũtnr, & ſiccabũtnr. Snnt enim in hac aqua guttæ facultates duę, quę omnib. medicamẽtis, quæ membris mollibus adhibẽtur, cõueniunt, vt Gal. de ocularib. refert: altera eſt diſcuſſoria & attenuatoria, altera verò adſtringens. Cùm.n. partea materiæ tenues fuerint diſcuſſę, vis adſtrictoria ſuccedit, quę maximè cõſert pro roborãda parte. Ineſt
D magna copia ſalia, vnde & diſcutiẽdi facultas pendet, nec non caleſaciẽdi. Ineſt & ſulphnr eadem vi præditum. Quod ſi accedit quid aluminis, habet id quo ſatisfacere poteſt ſecũ do modo videlicet temperaturæ ipſius membri cõſeruandæ: quod cùm laxius eſt redditum, cooſtringitur, ne recipiat materias. Quibus peractis eſſem eios quoq; ſentẽtiæ, vt fierẽt cauteria præcipnè in crurib. vidi .n. quod ex hoc ſolo remedio bene habnerint aſthmatici, quãuis in ratione victus antea parũ delinquerent. Su-
E pereſt problema ſoluendum: Cnr iſte, cùm dormit bene ſe habeat, nihil moleſti ſentiat, cùm verò ſurgit è lecto impediatur anhelitus & peiua ſe habeat: ſecus atq; accidit in aſthmaticis veris. illi enim deterius afficiuntur noctu cùm ſol coouertitnr, cùm verò is accedit melius ſe babẽt, & quietiorea ſunt. Cauſa huius rei hæc reddi poteſt: cùm dormit, calor naturalia intrò recõditur, qui facilius diſcutere poteſt magnam partem earum materierũ, qnæ colliguntor. At in vigiliis extrà redieos, deſtituit inte-
F riora, quæ ideo fiunt frigidiora, & materia angetur, cũ nõ diſcutiatur, ideoq; magis aggrauat. Præterea cùm ſurgit percepit quoddam pondus, quia pẽdulæ partes pulmonum repletæ ex iſta materia diſtẽduntur. Poſtremò in vigilia materia mouetor. Dicit verò Gal. de cauſia ſymptomat. quòd cauſa morbifica dum mouetur, magis moleſta eſt, minua verò dum quieta eſt. Cùm igitur moueator caput & pectus & omnia moueantur, quæ in ipſis ſunt, bis motis, morbns difficilior videtur.

G STEPHANELLVS PATAVINVS.

Adeo res ſunt ab excellentiſsimis iſtia viris clarè expoſitæ, vt aliud à me non ſit dicendum: vt tamen officio meo ſatisfaciam, breuiter dicam ſentẽtiam meam, ſoppoſita hiſtoria, & quód vir iſte in primo ſit ſenio, qnód intemperiea cios naturalis ſit calida in activis, & quód ſit inæqualis per

sali-

calidum enim & ſiccum lapſum eſt cor, quod co-
gnoſcitur ex via, ex inclinatione ad mercaturam,
illamqoe maximam. Tales enim debent eſſa ao-
dantes, promti ad viam & prudentes. Præterea ie-
cur aſſe tale, oſtendit, qoód multum ſanguinem gi
gnit, eſt ſatis proceræ ſtaturæ, & amplarum vena-
rum: cerebrum veró calidum, & homidum arguit,
qoód ab Intrinſecis cauſis calidis læditur, teſte Ga-
leuo in arte. At quoniam corpura in tali latitudi-
ne particularium ſont diſpoſitionum, parata ſunt
variis moltisque ægritudinibus. Eſt ventriculi fri-
gidi & imbecillis. Multum enim appetit, & pa-
rum digerit, cruditates multiplicat. Talem ao-
tem eſſe credo partim ab ortu, partim immuta-
tum ex mala ratione victns, in intemperiam frigi-
dam & humidam. Suppoſita ergo tali tempera-
lis circa iecur, & viſcera ferueos & æſtuans, vehe-
mentem illam flammam in internis partibus con-
citauit: quò deinde confugiente ſanguine, & ſpiri-
C tu, derelictis ferè externis, & extremis partibus, ſi-
mul & interius ardere videbatur, & exterius frige-
re, præcipuè verò ſecundum pedes & crura: tum
neque id fuit mirum, ſi æſtuantibus circa ventricu-
lum, hepar, & reliqua pręcordia, vitioſis illis humo
ribus, inde calidiores vapores elati, ad caput, ac il-
lud replentes, & confundentes, iuuenem attoni-
tum quaſi reddiderint. Iidem verò vapores in cau-
ſa fuerunt, vt facies rubicũdior ſit: ſed & cùm acres
ſint, & mordaces, ideò eorum facti etiam participes
D oculi, quaſi morderi videbantur. Sed quia humo-
res hi nunquam computruere, ideò nulla deinde
contigit febris. Et quia iuuenile corpus eſt, & alio-
quin robuſtum, natura à multa, & praua materia
irritata, illam, quæ prius fuerat mota, expulit. vnde
copioſum illud variorum humorum profluuium,
interdum etiam nigrorum: quibus partim vacua-
tis ope naturæ, partim verò quieſcentibus, paula-
tim ſedato eorum motu, ea omnia ſymptomata,
aut ſedata, aut minora facta ſunt: præterquá quòd
E inter initia mẽſis Iunij videntur omnia ferè ad ven
triculum eſſe translata. Nam & illum, dum cibum
concoquit, flatus copioſus, & veluti ardor quidam
affligit: quod quidem in primis ab humore melan-
cholico adusto habere exiſtimo. Etenim calidiori-
bus, & tenuioribus humoribus partim vacuatis,
partim verò digeſtis, craſsiores, qui veluti fæx ſunt
aliorum & ad vacuationem, & digeſtionem diffici-
liores, confluunt ad imbecillum ventriculum, mo-
uenturque dum cibus ingeritur, & cum illo mixti,
F ad os ventriculi aſſcendunt, cumq; ſint aduſtionis
participes, tum pungẽdo, & abradendo vellicant:
& ardorem vel dolorem concitant, tum verò in fla
tum aliqua ex parte conuerſi, extendendo ventri-
culum concoctioni impedimento ſunt. His verò
ita expoſitis, quantum ad curationis rationem per-
tinet, cenſerem his æſtuoſis, & canicolaribus tem-
poribus magna ex parte quieſcendum, vt interim
natura exagitata, & afflicta à tot incommodis, poſ-
ſit aliquantiſper vires ſuas per quietem reſumere:
G incumberem autem imprimis optimæ victus ra-
tioni, qualis fuit iampridem inſtituta: & cùm aluus
ſemper antehac fuerit non parum fluida, totusque
naturę conatus fuerit per eam partem, itidem ego
per illam viam, ſi quando nó copioſas haberet de-
iectiones ſpontaneas, illam adiuuarem: præſertim
verò clyſteribus interdum communibus, & leuio-
ribus,

ribus,interdum verò acrioribus, nẽpe quibus ad-
deretur aliquando biera illa, qua in clyſteribus v-
timut ad ℥.i.aliquando electuarium lenitiuum ad
℥.i.s.nonnunquam etiam mel roſaceum ad ℥.iij. &
totidem at[illegible] olei chamæmelini: ſed neq; præter
rationem videretur,ſi aliquando,præſertim quan-
do ſuperueniente pluuia, refrigeſceret aliquandiu
aer,acciperet tres pilulas maſtichinas,quæ ʒ.i.pen-
derent:quib. aſſumtis,abſorberet tria cochlearia ſy
rupi roſacei ſolutiui:cùm enim quotidie multa ge-
nerentur excrementa,expediret ſanè illa etiam ſub
inde vacuari,ne congeſta maiori copia, maius etiã
negotium faceſſant:& ita æſtatem trãſigerem:poſt
autem medium Auguſtum iterum expurgarem,&
diligentius rurſumque eandem aquam experiri
vellem, ita tamen, vt ſaltem paulatim ad duode-
cim, vel quatuordecim cyathos aſſcenderet. Nam
ſi rectè paretur corpus,vt illa penetrare, & tranſire
per venas poſsit,nõ dubitarem, quin ſit quàm ma-
ximè vtilis futurus eius potus.

CONSILIVM XV.

Cordis palpitatio: Menſium ſuppreſsio.

CVm nobiliſsima domina vexetur duobus
ſymptomatibus præter naturam: vnum ma-
gnifaciendum, alterum non negligendum.
Magnifacienda quidem eſt palpitatio cordis. nam
propter nobilitatem membri, & vitæ principium,
quod in eo ſitum eſt,ſemper eius ægritudines ma-
gnum diſcrimẽ adferunt. Alterũ quod neq; ipſum
negligendum eſt, primùm fuit menſium diuturna
& inordinata effuſio: nunc integra ſuppreſsio. Vt
autem ab his moleſtis ſymptomatib. liberetur, eo-
rum cauſas prius indagabimus,quę morbi ſunt:ſe-
cundò,hi morbi vnde dependeant,cõſiderabimus:
demum qua ratione tollendi ſint, diligenter expla-
nabimus Cùm igitur palpitatio ſit motus quidam
dilatatiuus,ſiue cum dilatatione factus, præter na-
turam:aut dilatatio quędam & compreſsio præter
naturam, repente oriens & ſtatim deſinens, nullo
intermittente motu voluntario,vt docet Galenus:
ipſam quoq; à ſolo morbo fieri, nulla naturali vir-
tute adiuuãte,neceſſe eſt. Sed quí nam ſit iſte mor-
bus,& quonã in membro,videamus: vtrum videli
cet cor primariò afficiatur, an ab aliis membris per
conſenſum patiatur. Quòd verò per cõſenſum, &
nõ primariò,cor afficiatur,illud indicat, quòd non
aſsiduè, ſed per interualla palpitationẽ patitur, ac
præſertim cùm ſcalas aſſcẽdit, aut celerius etiã per
plana loca ingreditur. Nam ſi primario affectu læ-
deretur,ſemper ferè aut frequentiſsimè hac mole-
ſtia vexaretur. Verùm non eſt,credo, negandum, i-
pſum etiam cor aliquam intẽperiem cõtraxiſſe ob
mœrorẽ & animi graues curas, quas ex mariti ſui
acerba morte percepit. Huiuſmodi enim animi per
turbationum ſubiectum & receptaculum eſſe cor
nemo ignorat. Quapropter cùm ex retractione &
conculcatione ſpirituũ vitalium, quemadmodum
fieri ſolet in triſtitia, facta fuerit quædam inflamma
tio & adoſtio,& poſtea refrigeratio quædam calo-
ris innati,& quædam velut ſuffocatio,atq; inde cor
dis debilitatio:& propterea proprij alimenti cõco-
ctio non bene celebrata ſit : veriſimile eſt incómo-
da quædam excremẽta redundare,& ab aliis mem
bris expulſas reliquias,ob imbecillitatem,cor ſuſci
pere:cùm ſemper debilius membrum fortiorũ pur

A gamenta recipiat. At quæ ſint membra mittẽtia, &
quænam ſit materia ad cor miſſa, palpitationem-
que efficiens,conſideremus. Suprà diximus,in hac
nobiliſsima domina menſes cæpiſſe à ſecundo par
tu fieri maligniores,pauciores & inordinatas.dein
de prorſus fuiſſe ſuppreſſas. Quocirca multas inu-
tiles humiditates, quæ per vterum à toto corpore
ſecerni conſueuerant, retentas fuiſſe neceſſe eſt.
Quales autẽ hæ ſint humiditates, haud difficulter
B coniici poteſt ex eius corporis temperamẽto & æta
te.relatum eſt enim hanc dominam calidæ & ſiccæ
tẽperaturæ, calidi & ſicci iecoris, & cordis,annos
natam viginti. Ex quibus omnib. euidenter patet,
in ipſa generari ſuccos bilioſos & exuſtos. Verùm
quia plerunq; ita fit,vt cum calido iecore coniun-
gatur frigidus vẽtriculus:cùm ab eximio calore he
patis extenuetur pinguedo,& muſculi fouẽtes ven
tricolũ:& ita exhalet ac diſsipetur calor eius inna-
tus:credimus & in nobiliſsima domina ventriculũ
C ad frigidã temperaturã vergere, præcipuè cùm na-
turaliter gracile ſit eius abdomen & carne priua-
tum.Ex quo fit,vt prima concoctione non vſq; ad-
eò probè facta, pituitoſi nõnihil procreetur. adde;
quòd in cibo, & potu ſumẽdo, & in reliquis rebus
non naturalibus,credamus, ipſam nõ mediocriter
deliquiſſe,cùm aulico ritu viuere cõſueuerit. quã-
obrem humores quoq; craſſos & crudos in corpo-
re collectos fuiſſe veriſimile eſt. Itaq; cùm id genus
humores acres,bilioſi,exuſti, ratione feruidi ieco-
D ris genitl:& crudi,craſsi,pituitoſi à ventriculo fri-
gido procreati,ſuppreſsis menſibus euacuari non
poſsint:in corpore,intra venas,concluſi malignio-
res fiant atque magis corrumpuntur, & in flatuo-
ſos vapores conuerſi per venas atque arterias,ab v-
tero ad cor pertinentes,tranſeunt,ipſumq; palpita
tionia motum exagitant. Neceſſe eſt enim, cauſam
palpitationis effectricem eſſe acrẽ quandam & va-
poroſam ſubſtantiam, non corpulentam & ſucci-
dam: cùm celeriter fiat & diſſoluatur palpitatio;
E nullus autem ſuccus tam citò influere poſsit & di-
labi. Huiuſmodi porrò vapor ſi tenuis paucuſ-
que ſit, facilè diſsipatur & exhalat è corpore, ne-
que vllam palpitationem creat: at ſi craſſus ſit, &
caliginoſus, & multus, locum in quo eſt dilatat, at-
tollit atque inflat, quoad impellens atque vim fa-
ciens erumpat atq; exhalet. Hæ ſunt igitur palpi-
tationis cauſæ in illuſtriſsima hac domina. Sed cur
menſes non ferantur, & interdum inordinatè ferã-
tur,cauſam eſſe ſuſpicor multudinem & craſsitiem
F ſuccorum veneris vteri meatus obſtruentiũ: ideó-
que primò diminutè ferebantur,dũ adhuc obſtru-
ctiones perfectæ non eſſent,modò citiùs,modò ſe-
riùs,prout materia modò tenuior erat, modò craſ-
ſior.neq; enim prorſus æquabili & ſibi ſimili ſub-
ſtantia conſtat:cùm miſcellanea quædam ſit ex di-
uerſis conflata humoribus. demum plenè obſtru-
ctis humorum infarctu meatibus, menſtruæ purga
tiones omninò ſunt ablatæ. Verùm cùm hæc pal-
pitatio, antequam ſecundum ederet partum no-
G biliſsima matrona,etiam initium accepiſſet,nõ po-
tuit aliud eſſe in cauſa,quã excremẽta illa,q̃ tempo
re geſtationis in vtero erãt collecta,& ſunt mẽſtrui
ſanguinis pars deterrima:cùm ex optima fœtus ala-
tur.indicium eſt, quòd ſtatim à partu conuenien-
ter purgato vtero,vt relatũ nobis fuit, ab hoc ſym-
ptomate leuata eſt : etſi non ex toto liberaretur,

Poſtea iterum ſymptoma hoc reuerſum eſt, cùm
prauæ humiditates iterum colligerentur; neq; ex-
cerni poſſent ob earum craſsitiem & lentorem, ob
viarum anguſtiam, & fòrſitan ob vteri facultatem
expultricem debilem, cùm à prioribus puerperiis
vexatus eſſet, & ex improba victus ratione imbecil
lus factus. Quòd acerbetur autem hoc ſymptoma,
cùm ipſa ſe commouet, ardua ſcandens, aut in pla-
no feſtinantius ambulans, nulli mirum eſſe de-
bet. quandoquidem humores, qui prius quieſce-
bant, exagitantur, & ex motu vnà cum corpore ex-
caleſcũt, atq; inde elati vapores ſuperiora petũt, &
præcipuè cor iam affectum & debile. Reliquum eſt
vt curationem aggrediamur. quam tamen neq; li-
berè moliri poſſumus, cùm ipſa domina ſe prægnã-
tem eſſe ſuſpicetur: neq; eſt prorſus contemnenda
ſuſpicio, cùm fœcunda ſit. nam per biennium, quo
nupta eſt, bis concepit, & peperit. Et licet ſemel, ex
quo vterum geſtare ſuſpicatur, menſes fluxerint,
cùm curru vecta eſſet: hoc tamen nihil obſtat, quin
poſsit eſſe grauida. Nonnullæ enim ſunt, quibus
ſemper, quoad vterum gerunt, menſes ferri ſolent:
& nonnullæ, quibus modò ſiſti, modò ferri, ſed par
cè & ſine certo ordine, quemadmodum & ipſi ac-
cidiſſe relatum eſt. Neque verò periculoſæ ſunt
ægritudines ſuprà memoratæ: vt obſtructiones
vteri & intemperies, nec etiam iecoris caliditas,
& ventriculi (vt putamus) frigiditas: neque tam
formidabilis erit cordis palpitatio, propterea et-
iam leuiora remedia adhibebuntur. Cognita mor-
bi & ſymptomatis cauſa: præſagium aliud nõ pro-
ponam, niſi illud quod dixit Galenus 5. de locis af-
fect. quòd nullus palpitationem cordis patiens ad
ſenectutem perueniat, niſi citò liberetur: vtque di-
xit Auicennas, palpitationem ſequitur ſyncope,
ſyncopen mors. Cæterum cùm ægritudo non in-
ueterauerit, certam ſpem habemus ipſam propul-
ſandi. Quãtum ad curationem attinet: cùm in hoc
corpore duo humores ſint præter naturam com-
plicati, ac in ambitu quidem totius, & ratione hepa
tis, humor aduſtus, & ratione ventriculi, pituita
craſſa, quia feruet iecur & friget ventriculus pluſ-
quam oporteat, & adſunt obſtructiones: ideò ad ve
ram curationem cacochymia prius tollenda eſt,
quia nunquam tollentur obſtructiones iecoris, &
vteri, neq; ipſorum intemperies, vnà cum intempe
rie ventriculi, ad mediocritatem redigentur: imò
neque à lapſu in deterius defendi poterunt, quoad
his prauis ſuccis corpus repletum fuerit: ideò pri-
mò eſt euacuandum corpus: & hæc eſt rectè agen-
di prima indicatio. Euacuandi autem modi ſunt
primò miſsio ſanguinis: deinde medicamentum.
vtrumq; enim conuenit. Nam ſanguis malus ab-
undans non debet relinqui in corpore, ſed emitti,
vt natura exonerato iecore meliorem ſanguinem
generet: at reliquæ prauæ humiditates non niſi
purgante medicamento vacuandæ ſunt. Sed vbi
hæc duo conueniunt: à miſsione ſanguinis incipi-
endum eſt, cùm quia præparatione ſanguinis opus
non eſt: (nam via, per quam mittitur, patens eſt, &
lata fieri poteſt) tum quia venæ ſanguine exhauſtę
concedent faciliorem tranſitum humoribus, qui à
pharmaco trahendi ſunt: qui ijdem prius attenu-
andi ſunt, & incidendi, quando craſsi ſunt atque
tenaces, & meatus expediendi atque recludendi.
Verùm cùm ſit de grauiditate ſatis euidens ſuſpi-

A cio, neutrum iſtorum liberè facere poſſumus. Imò
ſanguinis miſsio in præſentia prorſus omittenda
eſt. At vias aperientia, præparantia, & purgatoriæ
medicinæ multò leniores, quàm ſi hæc abeſſet ſu-
ſpicio, exhibendæ ſunt. Itaq; vt deinum ad euacua-
tionem per pharmacum veniamus, quia concocta
medicari atq; mouere, non cruda debemus, præci-
puè autem, cùm obſtructio ſit in meſaraicis venis:
debent hæ aperiri, vt facilior fiat attractio. Ideò ſy-
B rupi abſtergentes, attenuantes, & aperientes con-
ueniunt. Prius tamen ventrem lenire poſſumus, &
debemus, aut per clyſterem commonem, aut po-
tius cum leuiore medicamento, vt materiæ, quæ in
venis ſunt, ac in viis ductuum, è medio tollantur.
Caſsiæ igitur medulla vtique conueniret, ſed quia
nimis flatuoſa eſt, & tormina parit, idcirco in hoc
caſu prætermittenda eſt: & loco eius poſſumus ex-
hibere diacatholici bene compoſiti ʒ. x. cum ſaccha
ro, facto bolo, aut eliquetur cum aqua brodij: de-
C tur autem ante prãdium ſemihoræ interuallo. Aut
loco eius poſſunt exhiberi mannæ electæ ℥. ij. eli-
quatæ cum brodio pulli: Aut loco mannæ potui
dentur ſyr. roſati ſolutiui ℥. iiij. aqua boraginis eli-
quati, horarum quinq; interuallo ante prandium.
Hoc ſumto lenitiuo ad ſyrupos veniendum eſt, qui
ſuccos habiles purgationi faciant, & vias expedi-
ant. Tales autem ſyrupi nobis oſtenduntur ab in-
dicatione rectè operandi. Cumque ſubiecerimus,
ſanguinem calidiorem humori crudo admixtum,
D in omne corpus eſſe diffuſum, perſeuerante etiam
ventriculo frigido, cùm prima concoctio non poſ-
ſit bona fieri, neque emendetur à ſecunda crudus
& craſſus humor, ſed attrahatur ad iecur, & admi-
ſceatur ſanguini: ideò is attenuandus eſt & inci-
dendus. Sed propter iecoris caliditatem non eſt v-
tendum calidis. Igitur ſyrupi acetoſi vſus conueni
ret, niſi acetum ſit vtero inimicũ, potius ergo vten-
dum melle roſaceo, quod extenuat & detergit, cui
addatur ad refrigerandum, & tollendas obſtructio
E nes ſyrupus de cichorio. Et quia non deeſt humor
melancholicus aduſtus, conuenit etiam ſyrupus
de pomis, qui eſt temperatè calidus & humidus,
ad temperandum feruorem ſanguinis. Atq; vt hu-
mor ille aduſtus redigatur ad temperiem, decoctũ
fieri poterit ex boragine, acetoſa, endiuia, cum pau
ca fumaria, aut eupatorio Dioſcoridis, ſicq; fiat ſy-
rupus compoſitus. Recipe ſyrupi de cichorio, de
pomis, mellis roſati ana ℥. s. decocti iam dicti ℥. iij.
miſce: ſumatur in aurora. Poſt ſyrupum detur me-
F dicamen aliquod purgatiuum ex his, quæ benedi-
cta vocantur à Medicis: vtpote rhabarbari elect.
℈. iiij. ſpicæ gr. v. vini aromatici ℥. s. decocti folior.
borag. & endiuiæ ℥. iij. fiat infuſio ſecundum ar-
tem. Deinde percolato hoc decocto, in quo mace-
ratum fuit rhabarbarum, ei addatur mannæ opti-
mæ, & ſyr. roſati ſolutiui ana ℥. I. s. Miſce omnia &
fiat potio exhibenda in aurora. Et hæc ſatis quan-
tum ad euacuationem attinet per medicamenta fa
ciendam. Verùm ſi nihil aut parum palpitatio mi-
G nueretur, poſt aliquantulum temporis eſſet repe-
tenda purgatio: aut thermarum Aquarianarum po
tus ei eſſet concedendus. Nam earum thermarum
aqua leuis eſt, ac facilè penetrat, neque, vt experien
tia docet, abortus periculum affert: & iecoris calo-
rem obtundit. Sed in agro quoque Patauino ſunt
aliqui fontes eiuſdem naturæ, vt experientia iam
ſæpe

ſæpe docuit. Laudamus etiam ad confirmationem A ſanitatis, pro iecore & ventricolo, & aperiendis venis meſaraicis, vt pro re ſamiliari, ſæpius vtatur, qoolibet anni tempore, ſaccharo roſato cum puluere rhabarbari, immiſcendo cum ℥.s. ſacchari roſati ℨ.s. rhabarbari, & aſſumendo quatuor horis ante praodium. nam ex hoc ſemper aliquid educetur ſucci mali, in meſaraicis collecti, & ratione ſacchari tolletur eius caliditas, & roborabuntur membra naturalia. Aut loco boius medicaměti, poſſet æſti- B uo těpore ſummo mane bibere ℥.vj. ad ℥.vij. ſeri lactis, in quo decocta eſſet fumaria viridis, vtputa P.t. aot loco herbæ miſceret ſucci ℥.t.s. & hoc potu per quinque ſaltem dies vtatur. percipiet enim ex hoc refrigerationē feruidi ſanguinis, & melancholici aduſti, ac humorum citra moleſtiam euacuationem: præterea antidota aliqua cor ipſum & vitales ſpiritus roborantia ſunt exhibenda. vt Recipe ſacchari boraginati ℥.t.s. roſacei ℥.s. ſpecierum diamoſchi dulcis aut diamargariti frigidi ʒ.ij. cum ſyrupo C de pomis: fiat mixtura de qua accipiat ℥.s. aut ʒ.iij. trium horarum interuallo ante prandium. Poſſet etiam hac antidoto vti ad confirmandum cor & ventriculum, quam mirificè prodeſſe, longus vſus oſtendit. Recipe ſem. citri ʒ.t. ligni aloes optimi ℨ.t.s. roſarum rubrarum, ſantali citrini, zedoariæ, ana ʒ.ij omnia ſeparatim prius puluerizentur, deinde miſceantur, & cum aqua roſacea, & ſaccharo albo fiant rotulæ iij. de quibus vna ſumatur ſingulis diebus hora vna ante prandium. Item poſſet lo- D co hoios cōſectionis accipere mirobalanum vnam conditam cbebulam, aut emblicam: aut interdum pomum conditum. nam mirum in modom valet ad cordis ægritudines, & ſuperuacaneam caliditatem ſiccitatemque obtundit. Exterius quoque hac inunctione corroborandum eſt: Recipe ulei roſati recentis, olei oenupharini ℥.s. vnguenti roſati ℥.t. roſarum rubrarum, ſantali citrini, ana ʒ.t. zedoariæ, ſpecierum cordialium temperatarum aoa ʒ.ij. Miſceantur omnia & fiat linimentum. Po- E teſt etiam hoc pacto fieri ſacculus: Recipe flor. boragin. violar. bugloſſæ. ſolior. apiaſtri, folior. citri, roſarum rubrarum ana ʒ.ij. ambræ ʒ.s. xyloaloes ℨ.t. fiat puluis ſubtilis & includatur in ſacculo, & panno ſarico aot infecto colore cbermeſini. & hic ſacculus leuiter inſpergatur aqua roſarū, & paululum tepeſactus ſiniſtræ mamme imponatur. Quátum ſpectat ad rationem victus, aduertendum, vt ſit aer temperatiſsimus. vbi enim abundant humores melancholici, plurimùm refert optimi aeris e- F lectio. Sed præſertim euitandus eſt paluſtris & craſſus, neque habiles etiam partes ſubterraneæ & homidæ. Omnes animi agitatiooes eoitet, & omni arte conetur iucondè viuere. Habeat quotidie alui beneficiom, manè ante cibum corpus exerceat, per loca emœna in vmbra leuiter deambolans. Ex cibis eligat optimo ſocco prędítos, & facilè concoctiles. Ideò vitet carnas antiquas bubolas, veruecum antiquas, ſuillas, ſalitas & inſulſas, aquati- G eas aues: ſed monticolis & nemoralibus, item pollis gallinaceis, & columbis io turribus degeotibos, præterea carnibus vetuli hædi veſcatur, & quotidie ſumat ante alios cibos ooum gallinæ recenter natum, ſorbile. Vitet piſces, præter ſaxatiles: item lacticinia omnia, & peſtillos ex paſta: item legumina, veſcatur pro acetariis boragine, bugloſſo, meliſſophyllo, cichorio, crudis aut coctis, prout ventriculus coquere poterit. Abſtinere debet à fructibus humidis, & facilè putreſcentibus. Veſcatur paſsis, piſtaceis amygdalis. atque vt demum definiam, ſimplici cibo vtatur, neque ſaturetur. Vino vtatur albo neque potenti, non dulci, non acerbo, tenoi, perſpicuo, neqoe inter prandium, & cœoam bibat.

CONSILIVM XVI.

Cordis tremor: Sibilus capitis: Aneuriſma.

N.

NObiliſsimus hic iouenis à primo ortu, graſſante peſtilente, defectu lactis laborauit, neque eo vſus eſt, niſi per decem dies. Pòſt decimo anno pleuritide corraptus: Item grauitate auditus, & olfactus: Item perſentit pulſum in parte media frontis, adeò vt tum ſtudere non poſsit. maximam quoque grauitatem, aut dolorem, aut frigus percipit: ſimulque tantum ſtrepitū, qui ab aliis etiam exaudiatur, & talem omnioo, qualis percipitur à tinea corrodente ligna. Præterea aſsiduò habet motum deprauatum in corde, atque adeò interdom pulſantem, vt voioerſo corpori comm onicetur, & præſertim capiti, facultatibus tamen cerebri illæſis. conqueritur etiam de totius corporis imbecillitate, vt ſi per aliquod ſpacium loquatur, difficulter reſpiret. Item in dorſo dolorem quendam percipit. Horum omnium ſymptomarū cauſæ nunc inueſtigandæ. Tamperamētum quoad totum habitum, eſt calidom & ſiccū, vt apparet ex venarum latitudine, & gracilitate corporis. Iecoris eſt calidioris, quoniā præter ſigoa dicta percipit caliditatem circa manus, & interdum ſiti moleſtatur: habet etiam poſtulas quaſdam circa faciem. ventriculus qoalis nam fuerit ante hos affectus, difficila cognitu eſt: io præſentia frigidum, & humidum eſſe, colligo ex cruditatibus & flatibus. Cor frigidom & ſiccum eſt. nam licet circa partes inferiores redondent pili: tamen cor glabrum eſt. præterea pulſus languidi ſunt, & timiditas etiam adeſt. Caput in præſentia calidum, & homidum, quia plurimæ ſuperfluitates ex capite deſtillant: & ſenſus omnes habet obtoſos. Pituita ad os deſtillans ſalſa eſt: & pruritus circa ocolos: quæ pituita ſalſa fit à calore externo. Quod ad flatus: credo ventriculi intēperiem in cauſa eſſe. Tremor cordis etſi ex pluribus cauſis procedat, illis tamen omiſsis, illam tantùm proponam, quód pendeat ab iotemperie frigida & ſicca, eaque inæqoali. quia ſi calida eſſet, pulſus eſſent frequentes: ſi frigida & humida, cor eſſet tanquam demerſum in aqua. citra tumorem tamen conſiſtit, quia abeſt grauitas, quin & matariam melancholicam adeſſe iudico, ſed in modica copia. quia corpos hoc continet in ſe melancholiam, quæ cùm non expurgetur, vt patet ex tenſione hypochondrij ſiniſtri: excitat iſtum tremorem. cordi aotem magis cōmunicatur; qoia lien in ſiniſtro latere conſiſtit, in quod cor inclinat: Item quód in ſiniſtro latere laborauit pleuritide. Quinatiam tremora inducto vebemeotiore, cōmunicatur affectus cerebro: motum minans epilepticū. quam ſuſpicionam augat capitis caliditas

Anhelitus difficultas à partibus reſpirationis læ-
ſis cauſatur: vertigo à cerebro læſo per eſſentiam
& conſenſum. De ſymptomste admirando credo,
quód à proprio cerebri affectu dependest: fortè
quod uerius ſit. Tamen ſi eſſet, aliqua ex parte cor-
roderet, & dolorea excitaret. Sed appoſita manu
fronti ſtatim etiam ceſſat ſtrepitus. Item decnm-
bens non percipit, ſed maximè ſtans & ſtudio in-
tentus. Credo ego materiam eſſe flatulentam, quæ
gignitur ob imbecillitatem cerebri, & eó magis vi-
get, quó msgis laborat facultas animalis, non in-
cnmbente nsturs concoctioni. Fortè igitur flstus
volens exire, illiſu ſtrepitum edit. Quod ad cura-
tionem neceſſe eſt intemperiem partiuin remoue-
re, vt ventriculi, cordis, cerebri: proſpiciendo etiam
lieni. Indicationes hauriantur à contrariis: pręmiſ-
ſa pnrgstione vniuerſsli. verùm iſta vitia ex toto
exſtirpare non poſſumus: prohiberi tamen poteſt,
à granioribns. Sanguinem non mitterem, quód ex
cucurbitulsrum applicstione in paralyſin incidit.
Caſsia igitur vterer, nec timerem hieram illi adinn
gere. quia lotium intenſam caliditatem nó arguit:
vel electuario lenitiuo. præparsrem melle roſsto,
ſyrupo roſato, de cicborio, de betonica: darem et-
iam ſyrupos cardisles, vt de scetoſitate citri. purga
rem non fortioribus, quòd præcipnus affectus eſt
in corde: ſed potius reiterarem. vterer ergo caſsia,
electuario lenitiuo, & de dsctylis. His bis, aut ter,
adininiſtratis, ad valentiora non accederem: ſin mi
nus, vterer confectione hamech, & ſenæ foliis: Item
cochiis cum helleboro. Corroborationi autem im-
primis inſiſtendum: & qnidem thermarum vſus
S Petri, quia abhinc triennio magnum iuusmentû
percepit: & quia viſcera omnia ex illis corroboran-
tur, & tota neruorum compages: obſeruando ta-
men, ne egrediatnr à prandio, cùm non niſi ſequen
te nocte eiiciantur. Reliqua corroborantia ſunt
nota. Quod ad ſtillicidinm, cùm capitis ſit calidio-
ris, fiat ex aquis S. Petri: ita tamen, ne nimis ab alto
cadat. lotiones fieri poſſunt ex betonica, cbamæme
lo, maiorana, qnia his diebus magnnm iuuamen-
tum ſe percepiſſe aſſerit.

Fallopivs.

De temperamento totius & partium ſnbſcribo:
præterquam quód non credo frigidum & ſiccum.
nam tangens iuuenem diuerſis horis, deprehendi
pulſum celeriorem. accedit amplitudo thoracis, &
ſatis prominens, nec pilis omnino expers. qnare
potius calidum & ſiccum exiſtimo. Timiditatem
anim refero in humorem melsncbolicum & mor-
bum diuturnum. Ictns in fronte sdhibita arteria
inter ſe ſunt æqusles. Aeſtiuo tempore peſsimè ha
bet, hyemę paulò melius, maximè circs oculos. Cir
ca thoracem inter ſextam & ſeptimam vertebram
inuenio aneuriſma maximum, adeò, vt concutia-
tur totum corpus eo concuſſo. Credo ergo dilata-
tam arteriam, qnæ ortum habet à magna, & credo,
tum temporis incepiſſe, cùm ſe pleuritide laborare
putauit, cùm tamen toto snno laborauerit ſine fe-
bre. vnde quæ in capite ſint conſequuta videntur.
Accedit, quód, ſi iraſcatur, parieti innixus, repelli-
tur. Sentit etiam calorem vehementiſsimû ab eo-
dem latere, ad vtrumque tempus aſcendentem. vn
de non ſolùm capitis affectus, ſed reliquos omnes
etiam ab hoc foueri exiſtimo, vt & pectoris angu-
A ſtiam. Nam illa vomics tantę magnitudinis eſt, vt
etiam digitum repellat. indicium eſt, qnòd circa ſu-
periora leniantur ſymptomata. Sed fortè in ipſo ce
rebro etiam lucum habet, cùm pulſus arteriarum
motui reſpondeat. Credo ergo pulſarionem eſſe in
concauitate oſsis frontis, quæ veſtitur membrana
interdum virente, interdum mucoſa: cuius fora-
mina in vtramqua naris partem deſinunt. Curatio
ſic inſtituenda. Repleto corpore purgatio plscet.
B venæ ſectiunem: propter arteriarum repletionem
lando: licet dimitti poſsit propter habitnm ſiccû.
Nam quód ex cucurbitularnm appoſitione in pa-
ralyſin inciderit non video. Roborantibns vterer,
præcipuè à quibus aliquando maximum iuuamē-
tum percepit, vt myrobalanis, & quę illas recipiūt.
Aquss, dummodò facilè tranſeant, lsudo. Errhinia
freqnenter vtatur potius propter linguam, qnæ
interdum blateroſa redditur: fieri enim poteſt, vt
materia in capite contenta etiam vscuetur. Calefa-
C cientia topica, & diſcutientia conuenire exiſtimo.
cùm caput nstura calidum non ſit, ſed potius à va
poribns. Temperata autem ſint illa calida. Póſt ro
borarem myrobalsnis conditis, & roſis conditis,
odoramanta roborantia ſint. Circa aneuriſma, ne-
ſcio quid faciendum. Infunderem in aquam cali-
dam & innngerem oleis, niſi obſtaret, quód laxa-
tis arteriis augeretnr aneuriſma. Studia omnia in-
termittat, & vſum tibiæ.

Francanzanvs.

D Relicta rei hiſtoria, temperatnram conſiderabo:
deinde cauſam ſymptomatum & morborum. Na-
turalem temperaturam credo eſſe calidam & ſic-
cam: vt ex hsbitu, pilis, iecoris & cordis tempe-
rie colligo. Iecur enim calidum naturaliter ſemper
fuiſſe. oſtendit latitudo venarum, & lotia flaua, in-
tenſique calores. cor calidum arguit thoracis am-
plitudo, & pulſus non admodum parui. Nam ſi fri
gidum eſſet, totum corpus tale euaſiſſet. Nunc ta-
E men propter morborum dinturnitatem minns ca-
lidum eſt. an timidus ſit, aut multum audax, non
video. ventriculus à primordiis imbecillis fuit, ra-
tione intemperiei frigidæ, propter multos flatus,
& excrementa pituitoſa. Caput ſemper calidum
fuit, vt ex venis lstis apparet. Illi neceſſariò eſt ad-
iuncta adnata humiditas: quia plurimis abundat
excrementis, & ſomni longi ſunt. quæ intemperies
nunc aucta videtur. Vnde colligimns nullum eſſa
corpus magis obnuxium excrementitiis humori-
F bus, quàm hoc. Quod ad thoracis ſymptomata: iu-
dico adeſſe inter ſextsm & ſeptimam coſtam aneu
riſma: quod cognuſcitur primùm ex modo gene-
rationis, ſiue verè pleuriticus fuerit, ſiue non: di-
latatis inde arteriis, vt ſæpè fieri ſolet, & ſoluen-
te materia illa continuum. Pleuriticorum enim
æmulum dolorem per vitæ tempns permanſiſſe
nouimus, collectis ibidem excrementis & ſol-
uentibus continunm. Secundò videmus, qnòd
appoſiti ibi digiti repelluntur: non autem ſic ab a-
G liis. magis tamen verſus dorſum. Tertiò dilatatæ
ſunt illæ coſtæ. Quartò ſentitur quippiam aſſper-
ſum inter pulſandnm. Vnde nihil aliud mibi vide-
tur, quàm aneuriſma: & non cordis pulſatio. Nam
pulſus ordinati & moderati ſunt: arteriæ enim eo-
dem modo pulſant, quo cor. Item accedit anheli-
tus difficultas. Itam quòd dolorem circa mamil-
las

las percipit, oee indumen... ſtrictiora ferre poteſt: quæ omnia aneuriſma arguot. Cæterùm cùm in eis ſæpiſsimè accendatur ſan... is, maximè ex ira, fit, vt aliquid ex eo loco eleuatum ... vnde ſenſus omnes imminoantur adeò, vt vertigo & viſus debilitas contingat. quæ tamen res non tantùm ab hoc aneoriſmate dependet, ſed ab ipſa cerebri eſſentia excitatur. accedit lingua blæſa: item, quòd, cùm ſtudet, percipit pulſationem ad medium frontis, & ſonitum, qui etiam ab aſtantibos percipitur. cuius cauſam eſſe exiſtimo vaporem intra cranium incloſum: oon percipi tamen poſſe, niſi nares efferatur, vt vermibus corrodentibus ſimilis ſit. Tria igitur ſunt morborom genera: aneoriſma in thorace, intemperies in capite calida, in ventriculo homida & frigida. quæ vt corentur: primò arteria ipſa adſtringenda. Secundò caput refrigerandum: cui intentioni, vt & primæ, difficulter ſatisfaciemus. Nam aneuriſmatis curatio à nemioe traditur: qoomodo ſcilicet arteria ſit conſtringeoda. Tertiò ventriculi intemperies remoueri poterit. Minoi tamē iſta ſymptomata poſſunt. Refrigerare.n. poſſumos oleo roſaceo, vt ſanguis vaporoſus & calidos temperetur. Venæ ſectio nē laodo, propter hepatis refrigerationem: (licet obſtet veotricolus) remouendo aliqoid de loco affecto. ſecarem autem baſilicam dextri lateris. Materiam coneoquerem ſyrupo de betonica cum decocto eichorij & endiuiæ. dari etiam poteſt aliquid oxymelitis: licet craſsiorum humorum tanta eopia nō ſit. vacoarem com rhabarbaro, ſena, epithymo, & pilulis cochiis eum veratro. Aqoas Aponenſes io potu exhiberem: licet eaput calidom ſit, quia à vaporibus eleoatis remooetur capitis intemperies. Nam S. Petri iſti intemperiei ventriculi conueniunt. Pòſt vterer vaeuationibus topicis capitis: ac roborarem non embrocha naturali, ſed decocto exſiccandi vi prædito, ex betonica, roſis, chamæmelo, ſandalis, mineralibus, cineribus, & alumine, quā embrocham accipiat per triginta aut quadraginta dies. Conſeruis etiam capitis vterer, vt ex roſis & betonica. Iecoris caliditas naturalis eſt, quæ vngoento ſandalino refrigerari poteſt, & ſimilibus. Studia omittat propter caput affectum.

FRISIMELICA.

Temperies mihi videtur calida: excepto ventriculo, vt ex ſuperioribus ſignis demonſtratum eſt. Iecur calidum, non ſiecum: quia aliqoo modo obeſus eſt. neque cor ſiccom: quia nequeferox, neque crudelis eſt. Ventriculi frigiditas tāta non eſt, quāta dicitor: qoia nihil omnino concoqueret. Quod ad ſymptomata. primò cogitaui, laboraſſe illum tremore cordis. quia ex relatu, & tactu id deprehendi. Sed illi viri excellentiſsimi diuerſam habeot ſententiam. Ac qoòd aneoriſma non ſit, haud dubiè ſtatui poteſt. Nee enim illæ coniecturæ mihi omnino fidem faciunt. Nam licet certo loco deprehendatori neqoe illi motui pulſus reſpondeat: tamen cogitanti, quòd à decimo anno illa dilatatio cæperit, nec facta ſit maior dilatatio, aut arteriæ ruptio: maximè, cùm per ætates calidiſsimas pertranſierit: item cùm in aere cyprio verſatus fuerit, & fortiſsimis vinis vſus fuerit: alia ſententia in mentem venire poteſt. Præterea me mouet, quod, cùm moueturipſa arteria, in ipſo loco tantùm deprehenditur: fieri tamen poteſt, vt & ſit aneuriſma, & cor mo-

A tu depraoato laboret. Cogitabam ego, num aqoa aliqua in pericardio contineatur: in quam ſenteoriam etiam facilè inclino. Nam aneuriſmate curato, affectus cordis non curatur. Deinde ſi eſſet arteria dilatatio, cor ſimul pateretur. Nam arteriæ dilatatio non fieri poteſt, niſi ex ſanguine calido, qoi à corde procedit. ergo cor huius principium, & nō pleuritis. Cordis autem illam ioremperiem adauget prima educatio, & lactis defectus, accedente B poſt imbecillitate ventriculi. De aliis affectibus quòd ſont in capite, iudico illos à corde etiam promanere, accenſo ſanguine in corde, ac ad capot tranſmiſſo, conſpirante ſemper veotriculo. Sonitum capitis à flatibus dependere iudico. Coratio nem quod attinet: dico, quòd arteria, ſi ſit verom aneoriſma, conſtringi non poterit: ſin à corde, lenietur vacuato corpore, & miſſo ſanguine ex baſilica dextra. vacuarem vaeuantibus homores bilioſos, & craſſos etiam, vt cochiis. Aqoas metallicas C omniño illi concederem, ſiue ſint Aponenſes, ſiue S. Petri. ſtillicidia etiam admitto. non excludendo epithema cordis ex cordialibus, vt aqoa meliſſæ, ſpeciebus aromatici roſati, & ſantalis. Studium omnioo dimittat.

TRINCAVELLVS.

Qoatenos ad habitum voioerſum, calidus & humidos videtur. Quod autem barba citiſsimè creuit toto corpore. pectore excepto: calidus & ſiccus habitus iudicatus. Particulatim iecur eſſe exi-D ſtimo, io qoo generatur plorioū ſanguinis, melancholicam oaturam referentis. In thorace molta video, quæ me in diuerſam ſententiam pertrahunt. Nam tanta eſt latitudo, vt vix indomēta latiſsimorum hominum hoie cōoeniant. qood qoidem inſignem caliditatē indicare videtur. Sed in eòdem diuerſum aliquod mihi apparet. nam in acutiem eleuatur, qoi alioqui latus eſſe deberet. Ei hoe indicat in formatrice facultate fuiſſe aliquem errorem. vnde fortè in hoc pectore elatiori nō ita ſeruari po-E teſt cordis caliditas. Nam cùm reliquū corpus admodum piloſum ſit: in pectore autem non niſi bre oes & rari: calidum non videtur. Accedit & pulſu um ratio: vnde aliquantiſper calidū exiſtimo. Præterea caput eſſe calidum & humidum, omoes rationes conſentiunt. Obſeruandum tamen, quòd cùm corpus ab incunabilis malis ſit nutritum alimentis, tam ad decimum annum beoe ſe ha buit. Sed an pleuritide laborauerit mihi comper-F tum non eſt. Nam ille eorum temporum vix meminit. Corpus autem refertum adeò ſanguioe, ac melancholia ſimiliter & flatibus plurimis abondauit. De aneoriſmate plurima ſunt, cur dubitem. Nam ſi adeò potens eſt, & adeò magnam dilatationem feceritmihi videtur quòd eiuſmodi tumor faceret impulſom, & non minus exteriùs qoàm interiùs dilataretur. Partes enim externæ minùs reſiſtere poſſunt, quàm membrana illa interior. Deinde hoc quoque facit dubium: quòd ſecu odum Galenum aneuriſma ſit, nun quādo dilatatur arteria, G ſed qoando exit ſanguis ſpirituoſus coius ſignum, eſt, quòd, ſi eomprimatur, regreditor in arteriam, pòſt iterum intumeſcit. Aetius ponit tres modos aneoriſmatis: qoæ ſi cum Galeno conſeramus, deprehēdimus quòd ſit arteriæ dilaratio Ego autem dum locum ictum pertracto inter ſeptimam & ſextam ſpinam, obſeruaui etiam io cordis tremore

o

talem me motum percepiſſe: & etiam in febribus ardentibus, vt io moniali quadam, qoæ etiam morbo comitiall erat correpta. Imò quando maximè aogebatur, noo ſolùm manus à corpore repellebatur: ſed etiam veſtibus interpoſitis. Sed quòd coſta dilatata ſit: apud me non conſtat an res naturalis ſit an præternaturalis. Et vt vi morbi factom ſit: non pro malo tamen reputo: & io ſpiritum flatulentum reſero. Præterea, ſi motus eſt arteriarum, debet cum corde cōſeotire. orta enim atteſtantur priocipiis ſuis. Quòd percipitur aſperum quid inter pulſandum, id fit à re impellente dura, videlicet pericardio, quod allidit ad coſtas. Credo ergo quòd in corpore generante multum flatuoſum ſpiritum, magis ſit à tremore cordis hoc ſymptoma. Hæc prima mea erat ſeotentia, niſi ab aliis doctiſſimis viris eſſet deiecta Præterea, quòd legeoti aut loquenti obfuſcantur ſenſus, fit ab exturbatis humoribus & elatis eò vaporibus. Quod inde maoifeſtatur. Nam antequam iſtum pulſum frontis perciperet, ſemper ſeoſit arteriarum temporum pulſum: magis autem inter ſtudendum percipit, quòd eò coocurrant ſpiritus & ſanguis aduſtus. Pulſatiooem autem credo eſſe ab arteriis in anteriori membrana craſsiore, quæ contra cranium polſat, vt in febribus. Nam illud vas adeò exiguom eſt, vt ſtrepitum iſtum edere non poſsit. Quod autem in hoc loco aliquo anguſto cōtioeatur certum eſt. quis enim vnquam in oſſe continari dixit? Vapor ergo eſt cōcluſus io aliquo vaſe, qui ad os allidens foris etiā percipitur: quod & curatio iodicat. nam

A appoſita manu ſtatim ceſſat: rareſacta enim materia diſcutitur. Hoc igitur modo cordis palpitatio curanda. Sin autem ſit arteriæ dilatatio, quæ à flatuoſo ſpiritu diſtenta eſt: curabitur, prohibendo eorum generationem, vacuando & mittendo ſanguinem: & hæmorrhoidibus, ſi fieri poſſet, prouocatis. Sed ex quo brachio ſanguis mittatur, parum refert io cordis affectu Quod ſi tamē fortior videatur para dextra, præſtaret in dextra: non ratiooe

B aneuriſmatis: tunc enim è directo eſſet mittēdum. Non multum tamen ſanguiois mitterem, quia in palpitatione facilè ad animi deliquium peruenire ſolet. Ad euacuationem vterer leuioribus, vt leoitiuo, ſena, polypodio, & electuario Meſuæ: quod ſi corpus ferret fortiores medicinas, fortioribus. Pòſt reſrenarem feruorem, vt ſyrupo de cichorio, de fumaria, de pomis: Item Bizantino ſine aceto. quia omnia illa cor reſpiciunt. Pòſt pilulis caput expurgarem. Vnom dimiſi, quòd percipit anhelitus con

C ſtrictionem maiorem, quando cogitat, ſtudet, aut loquitur: quod fieri credo non ab aliquo vitio interno, ſed à materia deſtillāte à capite humido, fuſa & liquata materia, quæ quaſi tuſsim excitat. Quare progrederer caput roborantibus, vt ſaccharo roſato, boraginato, & reliquis. Caput exſiccarem ſine calefactione. Thermas ego timeo, vrinis ita ruſis permaoentibus.

Nota.

D ¶ *De palpitatione cordis ex melancholia hypochondriaca, vide lib. 3. tit. Melancholiæ hypochondr. Conſ. 39.*

VICTORIS TRINCAVELLII MEDICI PATauini Conſiliorum

Liber III.

De Morbis infimi Ventris.

De affectibus Ventriculi.

CONSILIVM I.

Ventriculi intemperies frigida, & humida cum materia: dolor capitis: vteri ſuffocatio: Lienis obſtructio.

SVPPOSITIS iis, quæ de hiſtoria morbi, cauſarum & ſymptomatū à V. C. ſunt diligenter perſcripta: puto variis morborum generibus tētari nobiliſsimam hanc matronā: quibuſdam quidem primariis, aliis aūt per conſeoſum: & aliquibus, quę ad intēperiem, nonnullis verò, quæ ad viiiatam compoſitionē pertinent: variaq́; eſſe interna viſcera malè affecta, præcipuè verò tria hæc, vētriculum, lienem, & vterum: quāuis neque iecur ipſum ſit vitij expers, vt ex auriginoſo colore facilè percipi poteſt. Horum aūt affectuum, quib. viſcera hæc obnoxia ſuot, maior ratio habenda. ab his. n. cætera omnia oriuntur, & ex conſenſū aliarum partium cum his: nam ex his ſequitur to-

E tius corporis macies: cùm enim ventriculus non probè cibū conficit, nec iecur ſanguinē, corpus vniuerſum, cùm probè ali nequeat, gracileſcit & emaciatur. Capite verò cum vētriculo malè affecto cōſentiente, excitatur cerebri apparēs imbecillitas, & perpetous capitis dolor. cōſentit aūt dupliciter, nempè ſimplici & abſoluto conſenſo, abſq; vlla recepta materia, per neruos multos, & inſignes ad vētriculum à cerebro recorrentes: & per ſpiritus,

F vel vaporea à vitioſis humorib. in vētriculo congeſtis, elatos ad caput per latiores vias, ad id patētes. congerūtur verò excremēta io vētriculo, tum eius vitio, de quo paolò pòſt dicemus: tùm verò ex vitiis aliorum viſcerum, à quibos malos ſuccos impulſos recipit. Affectus aūt ventriculi frigida eſt iotemperatura, & illa quidem cum materia pituitoſa, & melancholica: magna tamen ex parte pituitoſa, ibi ex imbecillitate iſtius particulæ genita: vt melancholica potius à malè affecto liene ortū habeat: quāuis non deſit aliqua etiam portio biliosi humoris à iecore impulſi. Non tamen ſomus alieni à Doctoris excellētiſsimi opinione, videlicet quòd, cùm iam in longum ſit hęc capitis protracta affectio, af-

fectus aũt diuturni, etſi inter initia per conſenſum
ſint, progrediẽte tamen tẽpore in primarium illius
partis affectum tranſeant, vix fieri poſsit, quin & a-
liquod primariũ vitium ſit in capite, & cerebro con
tractum: vt tamẽ credamus maximam partẽ adhuc
ex ventriculi conſenſu pendere, nec modò dolorẽ,
verùm & ſtrepitum aurium, & oculorum imbecil-
litatem, & reliqua eiuſmodi. De capite itaq; & ven
triculo ita ſentimus. De liene verò non eſt, cur plu-
ribus agamus. nam quòd obſtructũ ſit, & infarctũ
multis craſsis humorib. tum pituitoſis, tum vel ma
ximè melancholicis, quibus plurimùm corpus ſca
tet, relicta multa cinericia parte ex humoribus pu-
trefactis in præcedentibus longis febribus, manife
ſtum eſt: & quia malè habente liene, plerunq; (vt
quinto de Locis aff. teſtatur Gal. cap. 1.) ichores me
lancholici inde in ventriculum confluunt, qui ma-
lè illum afficientes, excitant melancholica ſympto-
mata: hinc etiam puto ventriculi noxam ex parte
pẽdere. Quibus ita expoſitis, nulli deinde videatur
difficile, referre rationẽ cęterorum ſymptomatum,
quæ ad interiorem ventrẽ pertinent. Nam adſunt
omnia, quæ poſſunt ad flatus plurimi generationẽ
facere: materia videlicet multa, & maximè apta, pi-
tuitoſa nimirũ, & melancholica: præterea calor vẽ-
triculi, & partium ad vẽtriculum pertinentiũ, im-
becillior, quàm quòd poſsit materiã rarefactam, &
in craſsiores ſpiritus conuerſam digerere, & diſcu-
tere: imò vnum mihi videtur deeſſe narrationi dili-
gentiſsimè literis traditæ: videlicet an ea, quæ ad a-
nimum pertinent, bene ſe habeant: alioqoin enim
ſi audirem ipſam aliquãto, quàm par ſit, factam ti-
midiorem, & magis mœſtam: non poſſem non cre-
dere, iam ſubortum eſſe aliquem hypochondriacũ
affectum: ſiquidem multi illi flatus, rugitus vẽtris,
inflationes, ructus, tarda, & debilis cõcoctio, & reli
qua eiuſmodi, id mihi vident̃ oſtendere. nam nihil
mihi deeſſe in hoc corpore videtur ex iis, q̃ poſſunt
illum affectũ procreare. Fit n. huiuſmodi affectus
ex inſigni calore earũ partium, aſſante ſanguinẽ, &
humores in venis meſenterij, vt ex Dioclis ſenten-
tia, exponit Gal. 3. de loc. aff. quib. per aſſationẽ in-
craſſatis, fiunt obſtructiones. Iecoris porrò inſignẽ
caliditatem indicãt, color corporis auriginoſus, ſi-
tis plurima, frequentes febres tertianæ: quæ, vt ait
Galen. ferè excitari nequeunt, niſi malè affecto ie-
core: ſicut quartanæ, liene. inſignis verò hepatis ca
liditas non poteſt non communicari venis illis, or-
tum habentibus à portis iecoris. Sed & ventriculi
cruditates ad eum contrahẽdum affectum faciunt
plurimùm. Pręter id aũt adeſſe & plurimas in ieco-
re affectiones puto. Vterum etiam non eſſe bene af
fectum, ſtrangulationes oſtẽdunt. Cùm enim ex-
cremẽtoſum vndiq; ſit corpus hoc: à natura aũt ſit
inſtitutum, vt omnia ferè excrementa in muliebri
corpore genita per vterũ purgentur: hęc eò delata,
cùm craſsiora ſint, obſtruunt venas vteri, vt & ipſa
tranſire nequeant, & aliis tranſitum prohibeãt: vn-
de ibi diutius detẽta, nec ab imbecilliore calore ex
ratione adminiſtrata, corrumpuntur, à quibus po-
ſtea ſpiritus corrupti & vitiati, ad caput, & cor de-
lati, moleſta gignũt ſymptomata. Ex horum ergo
incommodorum magnitudine, & multitudine cor
pus labefactatum, plurimùm à naturali ſtatu receſ-
ſit. Namq; erat prius bene colorata, & boni habit⁹,
quantum ad carnem ſpectat: & proinde in actiuis

A quidem qualitatibus calidæ erat temperaturæ, in
paſsiuis autem à temperie non plurimùm recede-
bat, & ſi aliquis fuerat exceſſus, ille potius ad humi
ditatem vergebat, eam tamen non multam: nunc
magis ad frigidam, & ſiccam, vel etiam inſigniter,
inclinat: quamuis iecur calidiori, ventriculus frigi
diori & humidiori teneatur intemperatura. Quò
fit, vt exiſtimem, negotium eſſe admodum diffici-
le, à quo non niſi multo labore, diligentia, & pru-
B dentia excellentiſsimi viri, & non etiam modico
tempore, explicari poterit nobiliſsima & honeſtiſ-
ſima domina: eam tamen curari poſſe exiſtimo, ſi
& Medicus de more ſuo diligentiam adhibuerit, &
ipſa eius mãdatis ſe præſtiterit obedientem. Quo-
niam verò, vt teſtatur Galen. in principio libelli de
Rat. vict. atten. diuturni, & difficiles morbi potiùs
victu, quàm alia ratione tolluntur: ideò maiorem
vim facerem in victu inſtituendo: non vt velim ne-
gare, aliorum etiã fore vſum neceſſarium, ſed quòd
C neceſſe ſit, hoc tanquam aliorum omnium funda-
mentum eſſe. Victus igitur huic negotio accommo
datiſsimus, & maximè vtilis futurus, eſt is, quem i-
pſe illo eodem libello deſcribens, attenuantem ap-
pellat: vnde cibi, qui bonos & tenues ſuccos gi-
gnunt, aliis præferendi ſunt, qui ſi condiantur iis
ſimplicibus, in quibus ſit vis attenuandi, inciden-
dique, citra tamen inſignem calfactionem, præſtan
tiùs etiam huic ſcopo inſeruiemus. At verò quoniã
ſcio curæ præſtantiſsimi viri matronam hanc no-
D biliſsimam demãdatam eſſe, cui hæc omnia notiſ-
ſima ſunt, ideo ſingula particulatim non definiam,
ſed ſatis eſſe exiſtimo, ſi capita tantùm oſtendam.
Deinde quia corpus vndique (vt diximus) excre-
mentoſum eſt, quæ excrementa non modò fouẽt,
ſed etiam augent hos morbos: idcirco quãuis iam
ex multorum, (vt audiu) medicamentorum vſu la
befactatum: neceſſe tamen puto, interdum naturã
ab onere tantorum excrementorum lenioribus ſal
tem medicamentis leuare, & ipſum ad ea, quæ pau
E lò poſt dicenda erunt, parare. Quapropter ſi iam-
diu non fuit expurgata: ventrem lenirem, exhibi-
to flore caſsiæ ad ℥. 1. addita ʒ. 1. puluerum hieræ
ſimplicis. Poſtea pararem hoc decoctum: Accipe-
rem cichoreum, endiuiam, agrimonium noſtrum,
quod pro vero eupatorio habemus, & ſcolopen-
driam, quod in præſentia cetrach appellatur: quæ
omnia ex aqua coquerem, ac eius decocti deinde
℥. iij. vnà cum ſyrupi de cichoreo ℥. 1. & ℥. ſ. mellis
roſacei diluerem, & per aliquot dies darem: poſt-
F modum iterum huiuſmodi facili medicamento va
cuarem. Acciperem ſenæ electæ ℥. ſ. glycyrhizæ, ac
paſſularum, ſingulorum ʒ. iij floram boraginis, vio
larum, fumiterræ, ſingul. ʒ 1. omnia ex ſero caprino
coquerem: cui decocto infunderem electi rhabar-
bari ʒ. ſ addito vino, & ſquinanto, quibus percola-
tis & expreſsis, adiungerem ſyrupi roſacei ſolutiui
ex multiplici roſarum maceratione ℥. iiij. Qua ex-
purgata ſemel aut iterum, vel quantum ſatis vide-
bitur præſenti medico, ego putarem nullum fore
G illi præſentaneum magis auxilium, quàm potum
Aquarianarum aquarum: cui conſilio nihil mihi
videtur eſſe, quod obſtare poſsit, niſi quòd ſtatui-
mus in iecore adeſſe calidam intemperiem, aliquã-
tiſper inſignem: id tamen neq; me ab hoc optimo
remedio deterreret. neque enim (vt ſæpe experien
tia comprobauit) plurimùm calefaceret. nam etſi

h 4

norim omnino eas aqoas eſſe calidas : non tamen, cùm facilè aut per alnum, aut per vrinam citò reddantur, poſſunt plurimam imprimere caliditatem. præterea, cùm vim magnam attenuandi, detergendi, & abluendi habeant, efficaciter aperiunt obſtru ctiones, qnibus apertis, facilè diffiatur corpus, & ſi qnid fuerit caloris cõtractum, id facilè exhalat. quò fit, vt maius ſequatur beneficium ex apertione, & mundificatione corporis, & craſſorum humorum attenuatione, quàm damnum ex aliqno impreſſo calora. quibus addo, quòd nullum ferè remediom, mea quidem ſententia, poteſt reperiri, quod citiùs, & valentiùs vẽtriculo imbecilliori ex frigida & humida intemperatura ſuccurrat, ac illius viſceris laxitatem corrigat: à quo prima fluxit omnium illorum malorum origo. Sed neq; hoc prætereundum puto, nos etiam poſſe alia ratione occurrere calori, ſi quis illum timendum putet: ſic vt aliquo vnguento dextrum liniamus præcordium, quod vim moderatè habeat eum cnmprimẽdi calorem, quale eſt id, quod Galenus ceratum infrigidans appellat, vel id, quod roſatũ Meſuę dicitur, vel fotu ex decocto cichorei, & endiuiæ, vel ex ſimili alia re. Præterea verò ſic interim ratio victus inſtituatnr, qui refrigeret. modeſtè tamen. Similiter & ſiniſtrũ præcordium lenirem aliquo leniente & molliente medicamento, quale eſſet hoc, ſi acciperemus olei amygdalarum dulciũ ℥ t.s. & tantundem amararũ, & [illegible] ſuperfunderemus tantum vini albi ſubdulcis, quantum ea vtraque æqnaret, atque tantillum aceti: Qoibus decoctis ad conſumtionem vini, adderem trochiſcornm de capparibus in puluerem redactorum ℥.ij. ceræ parum: quæ exquiſitè mixta, & ab igne detracta ſeruarẽ, vt quotidie vngeretur alterum præcurdinm. Expedito autem opere, & acceptis his aqois, pro ratinne illius ſtatus, ad qnẽ nobiliſsima hæc matrona eſſet reducta, reliqoa deliberarem.

CONSILIVM II.

Ventriculi intemperies frigida & humida, cum dolore & inflatione eiuſdem: fluor menſium alborum: febris periodica.

SVppoſitis iis, quæ literis tradita ſunt, tanquam fundamentis vniuerſi ſermonis noſtri: nempè quòd mulier magnifica quotidie ferè dolore ventriculi tenetur, & illo ſatis inſigni, licet non ſemper æquali, ſed interdum quidem maiori, interdũ verò minori: & quamuis non continenter, verùm per periodos, non ſernat tamen certum ordinem: nam quandoq; magis eam ieiunam, & ante cibum exercet, nonnunquam à cibo. dolor verò eſt eum inſigni quadam inflatione & diſtantione ex flatuoſo ſpiritu. ſed & alia præterea ſymptomata dolorẽ concomitantur. Caput anim cum ventriculo conſentiens, & ipſum eodem tempore dolore tẽtatur: aliquando tamẽ magis, aliquando verò minus, qui ſæpe diem, & noctem moleſtus eſt. ſed & nanſea vnà excitatur, quæ licet ſit cum multa in vomitum propenſione: naquit tamen quicquam, neq; ſponte, neq; alioquin dum incitatur, euomi. nunquam aũt, vel rarò admodum, dum nititur vomitum concitare, percipit amarum aliquem, vel ſalſom ſaporem: ſed potius quendam nidorem. Somnus etiam

COnuentus tot ſymptomatum, quæ tantùm negotij Illuſtri domioæ faceſſere narrantur, ooo eſt, mea quidem ſenteotia, facilis, vt particulatim referatur in proprias cauſas : & proiode non erit eriam facile ſtatuere, quibus affectibus vel morbis illâ ſit obnoxia, à quibus ſit poſtea petenda princeps curationis ratio neque præterea facilè erit, eorum curaodorum rationem inire. Nam cùm ſex ſint eorum ſymptomatum differẽtiæ: primum quidem quod ad noxsm operationum facultatis appetitricis io ventriculo pertinet, cibi inappetentia eſt. Alterum verò ad mutatam qualitatem in renibus ſpectat. eximium enim quendam calorem in renibus percipit, qui adeò interdum iocreſcit, vt vel tangeoti manui ſit moleſtus. Tertium, quod itẽ in genus mutatæ actionis referre oportet, eſt capitis dolor, qui per periodos, vel ſaltem per aliqua interualla, non autem contioenter & perpetuò illam affligit, vt nõnunquam quidem caput voiuerſum doleat, ioterdum verò ſiocipur. Quartum eſt, pulſus quidam in regione ventriculi, qui præterea pertingit ad ſioiſtrum hypochondrium. magis autem aonis ſuperioribus erat moleſtus: quippe qui contioenter percipiebatur, etiam citra admotam maoum, cùm in præſentia non percipiatur, niſi cùm maou tangitur, vel tractatur is locus, vbi ventriculus ſitus eſt. Quintum, in genus mutatorum excrementorum redigi poteſt. patitur ſiquidem muliebre profluuium, nempe alborum menſtruorum, quorum tamen color non exquiſitè albus, ſed ad flauum vergit. Poſtremum eſt ſterilitas, quæ continetur in ablata operatione facultatis generatricis. Cùm ergo ſymptomata ſint quaſi propagines & effectus à morbis proficiſcentes: id inprimis inueſtigandum erit, à quibus cauſis ortum hẽbeant ſymptomata hæc. ſed anteaquã rem aggrediamur, ponenda ſunt quædam fundamenta neceſſaria cognitu ad iſtius rei inueſtigationem, quæ tamen ab illis mihi ſumenda ſunt, quæ literis tradita leguntur. ea verò ad intemperaturam, tum naturalem, tum aduentitiam attinet. nam quatenus ex narratis coniicere poſſum, ſi de natiua eius temperatura, qua à primordiis ortus prædita erat, ſit ſermo habendus, mihi videtur fuiſſe quidem illa calida, non tamẽ inſigni aliquo exceſſu. quia etſi fuerit ſobiracunda, modeſti tamen mores, ſatis moderatum calorem oſtendunt : præterea floridus & probus color huic eidem atteſtari videtur. quia vbi eximius eſt calor, niſi deliniatur à multa humiditate, aſſato ſanguine, ac eo ad naturam bilis conuerſo, color corporis ſubflauus euadit. io ſiccitatem verò ſi aliquis fuit lapſus, ille fuit admodum modicus, id qđ inde colligo, quia narratur, illam fuiſſe habitus vniuerſi corporis, atque etiam coloris optimi, quodq́ꝫ anteaquàm viro traderetur, modeſtè carnoſa erat: quæ nequeunt cum multa ſiccitate ſtare. Vode facilè adducor, vt credam, hanc nobiliſsimam dominam fuiſſe ſuapte natura ſatis booi temperamenti,

A aliqoaotulum qoidem calidi, ſed in altera cootrarietate qualitatum, aut mediocris, aut ſi aliquorſum inclinabat, modicus fuit lapſus in hanc, vel illam partem. Et quia vniuerſi corporis temperamẽtum à temperamentis partium deriuari neceſſe eſt, præſertim verò principum : ideò & eas fuiſſe ſatis beoe temperatas facilè crediderim, præſertim verò iecur. quia etſi cor magoam vim habeat immutandi corpus in contrarietate, quæ eſt ioter calidum &
B frigidum, ob influxum eius in corpus vniuerſum per arterias: in humiditate tamẽ vel ſiccitate, iecur nulli ſecũdum eſt, cùm ſit quaſi foos humiditatis, & origo omoium humorum. ſed & in calore & frigore multam vim habet, cùm cæteris omnibꝰ partibos alimentum ſubminiſtret per venas. Vode licet in præſentia ſit factum corpus hoc plurimùm excremeotoſum, & ſubiode valetudinarium: tamẽ id potius habuit ab aduentitia harum partium tẽperatura, quàm à propria natiuaque. qua ratione
C coactus, non poſſum ooo credere, & cerebrũ fuiſſe non improbi temperamenti tam io calore, quàm io humiditate. quia ſi fuiſſet aliquis exceſſus in his qualitatibus, fieri ferè nequiuiſſet, quin eſſet excrementoſum. quare corpus fuiſſet procliue io eos morbos præſertim, qui ſolent à deſtillatione excitari: & eò maximè, quòd io prima ſua iuuẽtute coacta fuit promiſcuè viuere, ſæpeq́ꝫ oullam victus ratiooem ſeruare, quę proba eſſet, cùm in aula, & aliis potiùs, quàm ſibi eſſet illi viuẽdum. Sed eadẽ ratio
D me adigit, vt aſſentiar, quòd habuerit ſuapte natura ſatis bonum firmumq́ue vẽtriculum, præſertim ſi Galenum ſequamur in libris de morbis vulgaribus, qui ait, quòd ex vitioſa ventriculi temperatura, ſolent omnes ferè morbi in humano corpore ortum habera. Sed quia & de ſterilitate futurus eſt aliquis ſermo : de vtero etiam neceſſe eſt aliqua verba facere, cùm maxima ex parte fæcunditas ſequatur illius naturam, & temperamentum. Mea verò hæc eſt de illo ſenteotia, qoòd non conſenſe-
E rit in temperie cum aliis viſceribus : ſed potiùs frigidior fuerit, & fortaſſe humidus. quia quantumlibet ſemper, vel etiam antequã viro traderetur, copioſas habuerit porgationes menſtruas, vt nunc præteream album illud muliebre profluuium, cui in præſentia obnoxia eſt, vtpote quod poſsit, non tantùm in natiuum eius temperamentum referri, quantum in nouum & aſſcititium, in quod degenerauit, poſteaquàm nupſit. nam illud refrigerationẽ potius quàm calorem vteri demonſtrat : ea tamen
F copia poteſt habuiſſe cauſam moltum ſanguinem, qui in priori illo bono habitu generabatur : atque præterea eius tenuitatem. non poſſum tamen adduci, vt credam, quòd, ſi proba in ea fuiſſet à principio vteri temperatura, videlicet calida & humida, quæ mulieres reddit quàm maximè fæcundas, non aliquando illa concepiſſet, cùm maritum ſit ſortita iuuenem, & veneris potentem, & bene temperatum, & optimi habitus, præſertim primo illo, quo nupſit tempore, & antequàm à prima illa ſua
G optima temperstura degeneraret, & à booo etiam habitu deficeret. Quia poſteaquam, viro per matrimonium copulata aliquo tempore, cœpit labi, vitiata nempe eius bona tum corporis vniuerſi, tũ vel priùs etiam expoſitorum iam viſcerum temperatura: mirum haud ſanè mibi videtur, quòd ſterilis euaſerit, cùm inde multa præſertim pituitoſa &

frigi-

frigida excrementa iu hoc corpore,præ imbecillita
te ventriculi,genita & congeſta, & nonnulla etiam
bilioſa, cooſluxerint ad vterum,& præterea conti-
nenter ſluant, quæ frigidiorem adhuc illum reddi-
derint,bumidıoremq́ue,nec non &generationi in-
eptiorem : ex qua cauſa etiam album illud, ſubſla-
uum tamen,proſluuiũ ex vtero oritur. His in huoc
modum conſideratis,& collatis cum ſymptomatia
illia, à quibus illuſtris hæc domina moleſtatur, fa-
eile eſt perceptu, quòd multa poſt eius nuptias fa-
ƈta eſt tranſmutatio io hoc corpore, tum ſecũdum
habitum & temperiem vniuerſi corporis, tum vel
maximè, etiam particulatim viſcerũ ferè omnium.
nam & vniuerſi corporis habitus ſiccior & calidıor
factus eſt: præterea iecur iınprimis, & ſubinde re-
nes,qui plerumque in eadem cum iecore ſolent tẽ-
peratura cooſeotire.cur varò hæc facta ſit ioſignis,
tam io voiuerſo corpore, quàm etiam in iecore tẽ-
perameuti naturalis immutatio ad calidıus & ſic-
cius,in ventriculo verò ad contrariam temperatu-
ram , vtpote frigidam & bumidam, quod poſſuot
oſtẽdere cruditates multæ,flatus plurimi, & ructus
acidi, & multa in eo genita pituita, quæ deiode di-
geſta in veoas, & per eas ad vterum delata, fouet
muliebre illud,albumq́ue proſluuium. & ex parte
ſubſlauum etiam ex bilis cum pituita cõmiſtione,
quæ ex ıecoris calora copioſa generatur. quàuis &
frigidior humidıorq́ vterus, tũ ſuapte natura, tum
verò ob couſlueotem multá pituitoſam materiam,
ex proprio alimento, oõ probè confecto, præſtet ſi-
bi ıpſe occaſiooẽ gigneudi & congerendı pituitam
multam, quæ per proſluuium id excernitur, quæ
deiode, ni fallor in cauſa eſt, cur infæcunda euaſe-
rit: cur inquam immutata ſit hæc temperies, vide-
tur cauſa in promtu eſſe, quantum ad rationẽ quã-
dam commuoem pertioet. nam victus ratio id po-
tuit præſtara, cùm iu frequenti admudum vſu ha-
buerit acrumiua, quæ inſigniter poſſunt caleface-
re deſiccareq́ iecur, & ſubinde renes, atq; etiam ca-
put. quæ eoim acrioris ſunt ſaporis, illa calida te-
uuiq́ ſubſtantia conſtant, & proinde atiam vapo-
roſa: vode & facilè caput petere puſſunt. huc etiam
accedunt curę, animi ſolicıtudines, in quibus, dum
ſpiritus & calor oatiuus muuentur aut intrò, aut
foras, ſępe etiam in ſolicitis cogitationib. ad caput,
&ex hoc motu inflammantur: poſſunt etiam iecur,
eor, & cerabrum calefacere, & per accidens, vt phi-
loſophi loquuntur, auertendo calorem ab inſtru-
mentia concoctionis, præſertim verò à veotriculo,
eſſe ın cauſa, cur ille crudior, & pituituſior reddat̃.
Prętereа cùm promiſcuè viueret, & exerceretur, vt
quæ alienis, nõ proprio voto viueret, poterat ıllud
quoq; eſſe in cauſa, cur alia vıſcera, renes nempe, &
iecur concaleſcerent: ventriculos verò crudior fri-
gidiorq́ ſemper euaderet. Sed ſi res magis particu-
latim tractanda ſit, hoc obſcurius & difficilius ex-
poſitu videtur: nempe cur illa in tut malus affectua
tueiderit, poſteaquàm viro tradita fuit, cùm tamẽ
aotea quàm traderetur, optimè ſemper ferè value-
rit: mihi præſertim, qui oullam vnquam cognitio-
nem earum rerum, quæ illi interim acciderint poſt
contractum matrimonium, admodum ãrduũ eſſet
id inueſtigaodo aſſequi. potuiſſet namq́ illud cõti-
giſſe ex variis aoimi perturbationib. quibus fuerit
exagitata, cùm forſitan res eius uõ tales euaſerint,
quales ipſa putauerat, ſperaueratq́. vel interdũ et-

A iam in cauſa potuit eſſe oimius veneris vſus , præ-
ſertim primo illo nuptiarũ aono, ſicut ſæpe fieri ſo-
let. nam tũ veotriculi vires, ſi quid alıud, venus im-
modica deiicit, & probam temperiem labefactat:
tum vel maximè cæterorum etiam viſcerum, quæ
naturali facultati miniſtrant : & præſertim renes,
calefaciendo afficit, & cerebrum, quàm maximè la-
befactat. Sed præterea facılè eſſe potuit, vt, cũ pri⁹,
quàm nuberet, ſe plurimùm exerceret, dum nego-
B tia tractaret maxıma & honeſtıſsıma, quo tempore
aulam ſequebatur : deiode verò occaſiooe ablata,
magis quieti & ocio indulſerit. & ſicut in exercita-
tiooıb. natiou s calor excitatur & augetur, ita ocio
laogueſcit. vnde excrementorum noo exigua por-
tio facilè congeritur. Sed omnia hęc quæ hacteoua
fuere expoſita, iu pauca capita colligamus. ea verò
ſunt iotemperatura calida & humida cerebri, con-
tracta poſtea quàm viro tradita fuit : quæ etſi for-
taſſe ſuapte natura talis fuerit : noo tamen fuit ita
C excedeos , ſed aucta poſtea eſt ex enarratis cauſia:
quapropter caput nõ parũ poſtea redditum eſt ex-
crementoſum, & præterea etiá imbecillum, & pro-
peoſum ad ſuſcipiendos ab inferiorib. partib. mul-
tos vapores nempe à iecore, & reoib. qui ſemper vel
etiá natura calidi extitẽre: facti verò ſunt longè ca-
lidiores poſtquàm per matrimonium viro fuit co-
pulata. ſed & á ventriculo aliquı quidem frigidi, á
crudiorib. & frigidiurib. humoribus vapores effe-
runtur: aliqui etıá calidi, non quia in frigidiuri ven
D triculo poſsiot calidi generari humores, ſed quia iu
eum cooſluunt facilè, præ eius imbecillitate, bilio-
ſæ materię tum à iecore, ób eximium eius calorem,
tum etiá á corpore vniuerſo; & hanc puto eſſe cau-
ſam doloris capitis , nẽpe multos calidos vapores,
qui tum à toto efferuntur, interdùm á ventriculo.
& iodefortaſſe eueoit, quòd interdum voiuerſum
caput dolor apprehendat, vt cùm magis afficitur á
vaporib. ab vnıuerſo corpore elatis, interdum à vẽ-
triculo, & id cùm ſecundum ſinciput præſertım do
E let. quòd calid⁹ ſit is vapor, qui in caput attollitur,
oſtendıt faciei rubor, calorq́. & cũ dolor is minimè
cõtıoẽs & perpetuus ſit, ſed per interualla, & quaſ-
dam velutı periodos, iodicare poteſt, quòd nuo ſe-
quatur aliquẽ primarium capitis affectum, ſed po-
tiùs fiat conſenſu capitis cum inferiurib. partibus.
Pulſus, qui in regione ventriculi ita inſignis & con
ſpicuus percipitur, adhibita ibi manu, non eſt, ni
fallor, ſi perpetuus ille eſt, io aliam cauſam referen-
dus, niſi in arterias, quæ magnæ iu locis illis ſubie-
F ctis reperiuntur: vt ſit illa magua, quę aorte, ſi rectè
memiui, ab Ariſt ſolita eſt nũcupari, vel alia aliqua,
quæ in meſenterio eſt. nam neq; aliud ibi eſt, quod
poſsit perpetuò & ordinatè pulſare. quia ſi eſſet
pulſus ılle ex flatu quaſi palpitatio aliqua, nõ eſſet
cõtinens & perpetuus, & ordo, mudusq́ pulſus ar-
teriarum immutaretur. & vt ingenuè proferá quod
ſentio, dum ſæpius diligenter ea legerẽ, quæ literis
ſunt tradita, pulſumq́ hũc conſiderarẽ, buicq; ex-
aminationi adderẽ multum illum, qui in inferiori
G ventre generatur, flatum, acidosq́ ructus, & pitui-
tá copiuſam, quę in eo cõgeritur, in magnam ſuſpi-
cionem deueoi, oe illuſtris bæc mulıer aliqua prin-
eipia hypochondriaci vel flatuoſi affectus iam con
traxerit. nam eıus corpus in præſentia aded paratũ
eſt, & procliue ıo ſimilem aliquẽ affectũ, vt ferè ali-
quod alıud eſſe oequeat. illi euim facilimè ab iſtiuſ-

modi affectu cotripi ſoleut. qoi calidiori ſicciorię́
ſunt iecore, frigidiori crudiorię́ vētriculo. nā geoi-
tis multis craſsis frigidisq́; excrementis à frigidiori
& iufirmiori ventriculo, illisq́; fuſis, & attractis à ca-
lore iecoris iu venas meſaraicas, fiūt obſtructiones
iuſignes, & ita ſubinde ioereſcit, & igneſcit earū par
tium calor, vt quaſi exæſtuēt illa loca: & aſſatur ſan
guis in illis venis, conuertiturq́; in melancholicam
naturā. Deinde eiuſmodi in ea regioue pulſ⁹ adeò
ex louga obſeruatione mihi videtur hypochōdria-
cis familiaris & propri⁹, vt nullom meminerim hy-
pochondriac[illegible]n tetigiſſe, io qoo non perciperetur
iſtiuſmodi pu[illegible]s: idq́; uou præter rationem. nam
cùm in illis [illegible]lida & exæſtuans temperatura, &
ſanguinem [illegible]s, neceſſe, vt ſit inſignis quædam
dilatationis [illegible]criarum neceſsitas. cumq́; plurimi
etiam ex aſſ[illegible] ſanguine fiaut fuliginoſi vapores,
illi eaſdem arterias, vt expiētor ab eis, coguut ma-
gis contrahi, & conſtringi. quò deinde fit, vt msgis
& violentius arteriæ pulſent eo in loco. Sed & aci-
ditas ructus in ventriculo, & flatus in ventre infe-
riori cum ſtrepitu, & gurgulatione qoadam perce-
pti, & ſputum plurimū pituitoſum, ſolent plerunq́;
eſſe ſymptomata cōcomitantia hypochondriacam
melancholiam. & ſi in iſtius affectos hiſtoria fuiſſet
relatom aliquid ad animi perturbationes pertinēs,
nēpe quòd æquo triſtior eſſet reddita, vel timidior:
non dubitarem aſſetere, eam teneri hypochondria
co affectu: imò reliquorum omnium deſcrIptorum
ſymptomatum ratinnem, ac identidem omnes fe-
rè ſcopos, quib⁹ maxima ex parte inniteretur me-
thodus illis occurrendi, petendns eſſe ab hoc capi-
te cenſerem: verùm quia nihil horum legere potui:
ideò mihi ſatis erit in præſentia ꝓfarre, me hnc ſuſ-
picari, quamuis iſtius rei nullam certitudinem ha-
beam. ſed illis duntaxat innixus, quæ comperta &
mauifeſta ſunt in hoc negotio, ea exponā, quę mihi
magis opportuna videotur ad ratiooem, primùm
quidem præſagiendi: mox verò & curandi. Quste-
nus ergo sd præſagium pertinet, oon pnſſum non
credere, quòd difficilis ſit futura horum : ff:ctuum
curatio, à quibus tot moleſta ſymptomata profici-
ſcuntur, cùm magni ſint lapſus, borum præſertim
viſcerum à priori ſua & natiua temperatura: nem-
pe iecoris, & ſubiude etiam renum, præterea & vē-
triculi, & vteri: penitusque inter ſe aduerſarij: cùm
alter ad calidum & ſiccom inclinet, alter verò ad
frigidum, & iam inueterati ſint, & proinde iam al-
tius fixerint radices. non tamen adcò diſſicilem fo-
re potarem, vt eius ſit abiicienda vniuerſa ſpes: ſed
potiùs eam poſſe curari ceuſuerim, verùm non ni-
ſi longiori aliquautiſper tempore, & ioulta prudeo
tia, diligentiaque, & patientia. Vnde poſito hoc,
quòd capaces curationis ſint hi affect⁹, anteaquàio
hanc prouinciam aggrediamur, propoſitacapita
diligenter, ſeorſim primùm, poſtea inter ſe collata,
ſunt æſtimanda. Et primùm, vt diximus, defectus
appetitionis in frigidam & humidam ventriculi
intemperiem referendus eſt, & eam ſanè, quæ fo-
ueatur à multa materia excrementitia pitoitoſa.
cuius cùm moltæ ſint ſpecies, nimirum, inſipida,
dulcis, ſalſa, acida: cæteræ omnes, acidà excepta, ſi
adhæſeriot ori ventriculi, aut omnino, aut magna
ex parte, appetitum cibi tollunt: immò iuterdum
non mndò cibi appetitionem auferunt, verùm &
eius abomioationem & faſtidium afferunt. Sed

A quod acida, qoæ aliàs ingentem famem concitare
ſolet, in hoc caſu deiectę appetitiouis cauſa ſit, poſ-
ſet alicui dubitandi occaſionem pręſtate. videtetur
ſiqoidem, qoòd potiùs eſſet exſpectāda ingens fa-
mes, quàm iuappeteotia: ſed facile eſt teſpondere.
quia ſedes appetitus eſt os vētriculi, concoctinnis
verò, fundus veutriculi. vnde in his adeò labefacta-
tis ventriculis geuerautur variæ ſpecies pituitæ,
quæ diuerſa lnca iu ventriculo occupaotes, variis
B & affectibus, & ſymptomatis ſont occaſiooi. nam
ſi pituita acida ori ventriculi incubuerit, oinſiam
famem concitare ſolet: ſin autem ſalſa, aot inſipids,
cibi appetitioné tollit. quòd ſi in fundo contineau
tur, omnes concoctioni officiont. quare cùm acida
eructet, careatque eibi appetentia, poto qoòd aci-
da illa pituita io fuudo reſideat, oeque ſurſum aſ-
ſceudat ad os ventriculi, niſi à flatu, qui plurimos
in eo gignitur, iu ſublime verſus illi⁹ os attollatur,
& proinde nō percipitur aliquis acor niſi iu ructus
C os aotem ab alia pituitæ ſpecie obſidetur, qoæ ap-
petitui aduerſaria eſt. Calor renum, præſertimq́ue
dextri, ex eius intemperatura proficiſcitur, quæ i-
tem à iecotis eximia caliditate ſouetur, ex mutuo
inter ea conſenſu, tum per venam emulgētem, tum
verò, ex propioquitate loci. Sed inde etiam ortum
habet capitis dolor, & rubor ſaciei, oempe ob cali-
dos vapores, tum ab vuiuerſo corpore, refertn, vt
paulò antè diximos, multis bilinſis, calidisq́oe hu-
moribus, ob iecoris caliditatem, tom verò à ventri-
D colo, qui licet frigidus ſit, & ea de caoſa moltā pro-
creet pitoitam, tamen ob imbecillitatem facilè ex-
crementa ab aliis particulis ſuſcipit: pręcipuè verò
bilem tn eum à iecore effuſam. De pulſu in ventre
inferiori percepto, diximos antea quæ ſeotiamus.
Album quoq́; profluuium retulimus in ventriculi
ioſirmitatem, taoqoam primam & præcipuā cau-
ſam, quam præterea adiuuat & frigida vteri iotem-
peratura, fortaſſe ſuapte oatura talis: ſed lougè fri-
gidior deinde facta ex relatis cauſis. Et in has eaſdē
E tandem cauſas puto referendam eſſe ſterilitatem.
vt taodem omnia referenda ſint in hęc doo ſumma
capita: neinpe io iecoris calidam temperaturam,
cum quo & renes conſpirauut: & frigidam homi-
damq́ue ventriculi, cum quo & vterus couſeotit.
& ab his petendæ ſuot primæ & præcipuæ indica-
tiones, quibus tanquam primis fundamētis neceſ-
ſe eſt, vt method⁹ iſtius curationis innitatur, quæq́;
oobis primos ſcopos à medico ſpectandos offerre
poſſunt: præterquàm qoòd, ſi aliqua veritas con-
F ſentiret cum uoſtra ſuſpicione, quam paulò autea
expoſuimus: nēpe quòd eſſent pręterea aliqua iam
exorta hypochnndriaci affectus initia: illius etiam
eſſet habenda non modica ratio, imò nō miuorem
vim haberet ea indicatio, quæ inde depromēda eſ-
ſet, quàm cæteræ propoſitæ. Sed his ita expoſitis,
cùm nemo non videat, duas eſſe in hoc coouentu
ſymptomatū, morborumq́; indicationes commu-
oes, & inter ſe aduerſarias: ſitq́; generale præceptū
in medicina, vbi ſit duarū vel pluriū iodicationom
G cōcurſus inter ſe coutrariarum, ſequendā qoidem
eſſe illam, quæ maius in ea re poodus habet, ſed ita
tamē, vt oeq; alię omoinò negligantur: iure merito
id primom æſtimaodū eſt, quęnam harum vim ha-
beat maiorem, vt illam prius ſequamur, ita tamē vt
& alteri ſuam partē interim tribuamus. & cùm ſem
per tempori, cooſtitutioni & regiooi nō parum ſit
dandum:

daudom: inſtet verò in præſaotia hyems, tempus
nempe frigidum & humidum, quod poſsit quo-
quomodo calidam & ſiccam iecoris, & cæterorum
quæ cum eo cõſentiunt intemperaturam reprima-
ra & temperare, frigidam verò & humidam ventri-
culi vteriq; fouere augereqoe: ideò maiorem vim
habere cenſerem illam iudicationem, quæ ab his
proficiſcitur, illiq; primum eſſe inſeruiendum: ha-
bita tameo ſemper etiam ratione alterius indicatio
nis, quæ à iecore, reoibus, capiteque depromenda
eſt. Si itaque in præſentia erit attentanda iſtorum
affectuum curatio, & in his ioæqualibus, imò cou-
trariis naturalium viſcerum, inſignibusque intem-
peraturis nequit fieri, quin multa congerantur ex-
crementa, & ea quidem variæ diuerſæque naturæ:
ideò primus ſcopus, qui nobis ſe offert, eſt, corpus
ab iſtiuſmodi excrementis eſſe expiandum, purgá-
dumque. & cùm relata iſtorum ſymptomatum hi-
ſtoria, potius multam videator inſinuare cacochy-
miam, quàm ſanguinis plenitudinem, eomque re-
feratur illuſtriſsimam dominam copioſè ſtatis pe-
riodis per meoſes expurgari, ni ſallor, egere potius
videtor purgationa in præſeotia, quàm aliqua ſan-
guinis detractione. A purgatione ergo auſpicarer
hoc negotium per medicamenta. & quia rationi
quàm maximè conſentaneũ eſt, vt diximos, in ven
triculo, & primis communibusque viis contineri
multa croda excrementa: putaram non fore alienũ
à ratione, aliquo leni lenienteque medicamento ea
excrementa detrahere, viſsq; magis expeditas red-
dere, abſq; hoc tamen, vt abſtruſiores materiæ, quę
penitiores locos, venaſque occupant, commoueã-
tur agitenturque, priuſquam corpus fluidum fiat.
vnda ad hoc officium mihi præſertim aptum me-
dicamentum videretur, interior caſsiæ medulla,
qoam vulgo florem noncupant, additis puluerib9
hieræ ſimpliciſs horum verò copia commodius à
medico pręſcribi poterit, qui peritus ſit naturę iſti9
corporis, quatenus nimirũ ad purgationes facilius,
aut difficiliùs ſe haberet. commodè ergo primùm à
communibos excrementis exporgata aluo, inſur-
geret alter ſcopus, vt humores remotiores pararen
tur ad exquiſitiorem purgationem, corpusque flui
dum fiat. in quo peragendo, in primis reſpiciẽdum
eſt ad naturam humorum, qui purgandi ſunt, nem
pe vt illi purgentur, quos purgari expedit. ſunt au-
tam varij humores congeſti in hoc corpore, bilio-
ſi, pituitoſi, & aliqui melancholici. in hoc igitur ap-
paratu, cùm multiplex ſit materia, quæ paràda eſt,
nempe miſcella pituitæ, bilis, & atræ bilis, ratió-
que ſit habenda capitis, ventriculi, vteri, iecoris, v-
naqoe renum: ided mihi & cichoracea, ſicuti cicho-
rium, & endiuia, boragoque, & betonica maximè
probarentur, quibus ſi tantillum eupatorij, vel vt
in præſeotia appellari ſolet, agrimoniæ adderetor,
mihi quàm maximè probaretur, ex eis paratis de-
coctis in aqoa, vel macro aliquo iure, vel etiam ſy-
rupis. atque vbi, conſultà vrina, videretor iam con
coctio commoda: exquiſitiùs corpus purgandum
aſſet. porgarem autem ſimili aliquo medicamento.
Acciperem ſenæ electæ ℥. s. decocti fructuum ſina
tamarindis: & in eo ſenam, vt fieri ſolet, macerarẽ:
poſtea facta leui ebullitione, ac parcolato decocto,
acciperem rbabarbari electi ʒ.i.s. ſqoinanthi ℈.s.vi-
ni albi aromatici parum, agarici electiſsimi ℈.iiij.
ziogiberis ℈.s, ſupraſcripti decocti ℥.ij. miſce, & fa-
A cta aorum maceratione, vel, vt aiunt, ioſuſione per
congruens temporis ſpatium, omnia percolentur,
facta moderata expreſsione, atque huic percolato
liquori immiſceantur ſyrupi roſati ſolutiui ℥.iiij. ſi
videretur illa eſſe alui adſtrictioris, his adderẽ, aut
ʒ.i. aut ʒ.i.s. cõſectionis hamech. atq; hoc, vel ſimili
medicameuto expurgarem corpus hoc poſtea ve-
rò illis agerem, quę viſcerum ſępius nominatorum
vires repararent. ego ſimilem medicameuti confe-
B ctionem pararem, vt acciperentur ſacchari roſacei;
conſeruæ, florum betonicæ, itemque florum roris
marioi, pulpæ myrobalanorom chebularum, ſio-
gulorum ℥.i. puluerum aromatici roſacei ʒ. ij. dia-
rhodon Abbatis ʒ.i. omnia miſcenda ſimul ſunt, &,
aſſumto ſyrupo roſaceo recenti, redigenda in com-
pagem eclegmatis, ſeu electuarij, cuios poſt vniuer
ſi corporis exporgationem, ſummo mane ℥.s. co-
medendam traderem, & tantundem poſt cœnam,
quando dormitum eſſet itura. Sed poſtea aliquib9
C axteruis, & localibus vterer medicamentis, quibus
& corrigarentur viſcerum intẽperaturæ, & illis ro-
bur adderetur: vnde reoes, & iecur, oleo roſaceo,
quod nũc completum appellant, ſæpius illinirem.
Vẽtriculum verò abſinthino oleo, atq; maſtichino.
quibus peractis, cùm neque fieri poſsit, in diuerſis
& contrariis viſcerum intemperaturis, quin io dies
varia gignàtur excrementa, quæ eiuſmodi ſympto-
mata cõtinenter ſoueant: idcò iam temparatis cor-
rectiſque eorum viſcerum temperamentis, conſo-
D lerem, vt aliquo leui facilique medicamento, hoc
ſubtraheretur fomentum. Vnde ſatis probarem, ſi
in vſu etiam frequenti haberet aliquas pilulas, quę
leues ſecundum vires eſſent, vt ſunt maſtichinæ, &
de tribus com rhabarbaro, aut quæ aſſaieret ſim-
plices dicuntur, vel illę eædem addito agarico, qua
rum vnam tantùm acciperet ſummo mane, quæ ʒ.
s. penderet. Et hæc quidem quatenus pertinet ad
remedia communia, quibus hoc negotium tractan
dum eſſe cenſerem: ita tameu, vt iu pręſentia ducan
E tur in vſum, ſi talis videatur ratio horũ affectoum,
vt præ moleſtia nequaquà poſsit protrahi horum
curatio vſq; ad ſequens ver: quia ſi commodè hoc
fieri poſſe videretur, illud tempos aptius & oppor-
tunius fore putarem. nam tunc temporis, poſt cor-
pus diligenter, quo modo diximus, expurgatom;
mea in hac re eſſet ſententia, vt aqois præterea ther
marum in potu vteretur. nec vnam tantùm ſatis
fore putarem: ſed duplicem laodarem, ſicoti do-
plex eſt intemperamentum, quod nobis id indicat:
F ad roborandum enim ventricolum, illo aliquanti-
ſper calefacto, & exſiccato, mihi quàm maximè pro-
baretur potus aquæ Thermarum Aquarianarum;
quæ calefaciuot ſanè, verùm ſatis modeſtè, vt non
admodum ſit timenda earum caliditas: præſertim
cùm illi, ſi qoa ſit timenda, obſiſti poſsit illitis ieco-
re, & renibus oleo aot vnguento roſato, aut cerato
roſaceo Galeni, aut ſimili altero medicamento:
quibus per decem vel duodecim dies epotis, vel-
lem, vt per alios octo, vel decem illis ſuccede-
G ret potus aquarum Villenſium, interim tameo in-
uncto ventriculo oleo maſtichino, vel abſinthite:
qoòd ſi præterea cõmodum illi eſſet, Lucam
adire, & in illis aquis ſe immergere,
hoc etiam vtile & ſalutara
exiſtimarem.

CONSILIVM VI.

Ventriculi intemperies frigida & humida: vomitus pituita copioſæ & acida: Hepatis intemperies calida & ſicca.

SI verè ea quæ per literas nobis ralata ſont percepi, honeſta & nobilis hæc matrona in vniuerſum calidi eſt tamperamenti, & ſorſitan ſicci. Nam quamois nihil de totius corporis habitu referatur, tamen coniectura quædam, ex ratione affectuum, quibus corpus ſuerit obooxium, poſſomus facilè in cognitionem eius deucnire. Etſi eoim io omni corporis naturali temperatura, ex variis occaſionibus, poſſunt cuiuſcunq; generis morbi generari: frequentiùs tamen & faciliùs contingunt, qui cum natura & temperamento corporis conſentiunt. Ideò cùm plerunq; calidis & ſiccis, vt paulò pòſt oſteodemus, affectibus ſuerit cruciata, facilè in hanc ſententiam venerim, calidum & ſiccum à principio contraxiſſe temperamentum. Cui accedit, qoòd apertiſsimè calidi & ſicci iecoris adeò eſt, vt ſanguinam adurat. Quâtom autem poſsit iecur in ea contrarietate maximè, quæ inter humiditatē & ſiccitatem eſt, nemo eſt qui inter Medicos ſit verſatus, qui naſciat. Neq; tamen hoc temperamētum æquale eſt in omnibus partibus. Nam vt calidi iecoris eſt ita & calidi capitis, quod adeò manifeſtū eſt, vt id prubare ſit ſuperuacaneum: frigidiſsimi tamen veotriculi. Nam pręter id, quòd ipſa fatetur, ſymptomata etiam quę variant, indubitatam iſtios fidem faciunt. Vomitus enim copioſæ pituitę & acidę, quando eiectâ illa leuatur à dolore ventriculi, manifeſto argumento eſt, imbecillum eſſe vantriculum, & labefactatam ex multo frigore eius facultatem concoctricem. quod & ventris inferioris dolor confirmat, qui non modò id videtur oſtendere: ſed & aliquam affert ſoſpicionem, vt vereat, ne præter cætera incômoda lateat aliquod vitium hypochondriaci & flatuoſi affectus. Nam & mihi hoc corpus paratiſsimum ad huioſmodi affectum eſſe videtur. Qui enim iecore ſunt calido inſigniter & frigidiore ventriculo, ipſi facilè fiunt hypochondriaci. ferués anim calor ſaoguinē in venis portæ, & reliquis meſaraicis, facilè poteſt aſſare, torrereq́ue. Ventriculus verò frigidior, gemtis cruditatib9, occaſionem præbet obſtructionibus. quæ ſont præcipua duo initia hypochondriaci affectus: à quo deinde, vt docuit Galenus 3. de locis affectis, multus in inferiore ventre progignitur craſſus flatus, & ſubinde dolor in ventre, & vomitus rei acidæ, quod eſt aliqualiter pituita, quæ ob frigiditatem acceſsit: aut quòd aliquando illi aliquid humoris melancholici admiſceiur, qui ſuapte natura acidus eſt. Veruntamen non omnino hoc aſſeuerare auſim pertinaciter, cū particulatim alia ſigna non exponantur. Itaqoe his conſtitutis facilè eſt referre omnia in ſuas caoſas. Nam ax calido & ſicco iecore molta generatur bilis: ex frigido veotriculo multa pituita, com qoa commixta multa copia ichoris exuſtæ bilis efficitur pituita tenuis & ſalſa. quæ primis annis adoleſcentiæ, à natura fortiore in expellendo, procul ad ramotiores partes, à principalibus membris, nempe ad manus, cutimq́ue detruſa eſt. Poſtea varò quia & per ætatem, addita ſiecitate calori, cutis ipſa maouum denſior & ſolidior facta eſt, & ob aeris etiam frigus, cui perpetuò forè expoſitæ ſunt, facta eſt ioeptior ad recipienda ea radundantia excrementa, quæ ſemper copioſiora generabantur, aliam ſibi viam parauit, ope naturæ, & ad dorſom cœpit impelli. Tertiò mutatus eſt impetus in fluxus materiæ illius ad caput. Calida anim & tennis materia facilè aſſcendit: caput verò ſuapte natura calidiſsimom facilè ad ſe excrementa à toto corpore attrahit, & hac ratione facilè repletur. ſad cùm

B natura non potuit ad cutim capitis per caluariæ commiſſuras, materiam illam, taoquam ooxiam, prupellere, vtpote, via illa, ex aliqua oceaſiooe, ſiue ax remediis, in eum finem, vt ab eo incommodo liberaretur, adminiſtratis iotercluſa: eandem poſtea ad dentes & gingiuas deriuauit, vt caput & cerebrum à ooxio illo humore porgaret. Et hæc quantum ad morbi & cauſæ eius rationem ſatis eſſe puto, qui, mea ſantentia, & longus futurus eſt, nec facilis coratu, vtpote cùm ad eos affectus pertineat,

C qui contrarias indicationes habeot. Nam adeſt intemperies calidiſsima iecoris & capitis, non ſolùm naturalis, ſed etiā aſſcititia & morboſa. Imò totum corpus mihi videtur iſtius intemperaturæ fuiſſe particeps. Cui altera ex parte opponitur ventriculus frigidus. Neque tamen id obſtat, quo minus cu ratio poſsit inſtitui, licet difficilis ſit. Primò autem à victus ratione incipiemus, quæ eſt aliorom omniom tanquam fuodameotum, in quo maior eſt vis & ſpes, quàm io aliis: præſertim in morbis dio-

D turnis. Ideò dicimus, cibum offerendum eſſe, qui poſsit facilè concoqui, ſanguinem bonum & minimè excrementoſum generare, & ad temperatam aliquam vergat frigiditatem. vode panis modeſtè fermeotatus ſit, parumq́ue ſalitus, de quo, ſi exquiſitè ſit coctus, cruſtæ aſſatæ abüciātor. Carnes pullorum gallinaceorum iuueoum, vel capooum mihi maximè probantur. Sed nec hędinæ, hædi lactétis & vituli lacteotis, ſunt improbandæ. & magis elixæ quàm toſtæ. ſed & ſylueſtrium quoque auicu-

E larum, turdi quoque, & perdices, & quæ iſtius generis ſunt: vt etiam oua ſorbilia. Piſces, oiſi qui inter ſaxa & in aquis optimis capiuntor, non laudaram, neque tamen & eorum multus vſus vtilis eſt. Olera & fructus humidi & frigidi minùs prubantur, nec legumina. Vinum etiam in hac temperie calida adeò & capitis, & iecoris, non videtur ſanè congruum, cùm & calfaciat & repleat capot. Sed neque potus aquæ ventriculo frigido valde & crudo, nec ventri vento pleno, ſalubris eſſe videtur.

F Vinum ergo ſit leue, non fumoſum, nec potens, quale eſt oligophoron, albom potius, quàm nigrū, atque id parcè bibat. Poſt cibum non exerceat ſe neque corpore neque animo. qoamuis leuis deambolatio à cibo ioutilis non ſit futura. Exercitatio autem ieiuno ventriculo modeſta, non laborioſa, neqoe plurimùm calefaciens ſalobris eſſe poteſt. Nam corporis labor importuous nimis calefacit, & corpus replet. Frictiones verò longiores etiam adminiſtratæ brachiis & cruribus erunt plurimùm

G vtiles. Somnus ſit modeſtus, & quantum ad concoctionem poſsit eſſe ſatis. A meridiano aotem ſomno poſt cibum abſtinebit: vtpote qui caput impleat. Ab animi triſtibus perturbationibus, quatenus id fieri poteſt, caueat. præſertim verò ab ira, & męrore. Aerem fugiat calidum, ſolemq́ue: maximè verò capot contra hæc tuandum eſt:

nec

nec ventus illi eſt ſalobris. nam calfacit, & attrahen
do capnt replet. Ventus auſtralis quidem & hnmi-
doacaput replet: frigidus verò & borealis cōſtipat
& deoſat cutē, probibetq́; exhalatinnē caput petē-
tiū vaporū: qui hac ratiōne & ipſe in cauſa reple-
tionis eſt. Sed & cōſtringēdo exprimit humiditates
in capite cōtentas, ad partes ſnbiectas. Oportet aūs
in primis procorare, vt coogruas & ſolitas habeat
purgationes, tam menſium, qnàm per aluom & ve-
ſicā. quæ niſi ſponte procedant, arte iuoandæ ſoot,
frictionibus, clyſteribns, glandibus, ac ſimilib. in-
ſtrumentis. Et hæc, quaotū ad victus ratione, ſatis
ſint. Cæterùm, qnātum ad mannm nperationem
pertinet, doo diſqnireoda ſnnt: primū an illi vtilia
eſſe poſsit aliqua ſaogniois miſsio: deinde ex qna
parte. Qnateoos igitur ad iecoris multam calidita-
tē, ſimiliter & capitis. præterea verò & deſtillatio-
nes ex capite ad gingiuas & dentes, (omninò enim
catarrhus calidnaeſt) videtur opportonū, ſangoi-
nem mittere. Multa tamen illa ventriculi imbecilli
tas & cruditas, aius q́; frigiditas id ioterdicere viden
tur. nihilominns ego ita agerem: Priùs qnidem ag-
grederer porgationem vaotricoli maximè, & par-
tiū ad ipſum pertineotiom, oitererq́; educere cru-
das eius materias, in his partibus, & in primis venia
cnntentas, idq́; facilibus remediis, de quib. ſuo loco
agemos. deinde, ſi vires corporis tales eſſe videren-
tur, vt cōmodè poſsint admittere aliquam ſangui-
nis miſsionem, audacter mitterem. In primis autē,
ſi venæ plenæ & rumidæ in tnto, atq; etiam ocnlis,
ac facie videantur, oigrioresq́; ſint. Atq; id libentiꝰ
agerem, ſi mndicè per menſes porgaretnr, vel ſi alia
ſanguiois ſuppreſsi molita ſit euacuatio: ſicut in a-
liquibus ſnlent hæmorrhoides fluere. Tuoc enim
aut è venis pednm ſanguinem mitterem, vel hæ-
mnrrhnides aperirem: alioquin venam cephali-
cam aperirem. Qnod ſi corpus exſangue & imbecil-
lum eſſet, ſaognini parcerem, & medicamentis, tū
intemperaturam partium malè affectarum immu-
tantibus, tum verò genita excremeota eoacnanti-
bos, vterer. Et primùm ſyrupis agerem, niſi pota-
rem etiam ventriculum, & venas commones cru-
das aliquas materias contioere: qnia tunc leniente
& facili aliqnn medicamentn eas detraberem vt ℥.
ſ. vel ʒ. x. caſsiæ & ℈. iiij. hieræ ſimpl. præpararem
autem decocto de cichoria, endiuia, boragioe & ab-
ſintbio, an. ℥. t. Nam qnia indicationes dinerſę ſnnt
& contrarię ioter ſe, quæ à dioerſis earum partinm
affectibos exſurgunt: opnrtet vt & dioarſa ſint me-
dicamenta illas reſpicientia. Itaque cùm ſit neceſſe
ratiooem habere frigidi ventriculi, & calidi iecoris,
capitisq́;, adderem ſyr. ex betonica, rnſati receotis
an. ℥. i. Atq; his ſæpius repetitis, eaq́; ratinne prępa
rato cnrpnre, id deinde expurgarem iſtiuſmodi me
dicamēto: ℞. rhab. electi ℈. iiij. myrobalanorum ci-
trioor. chebulnrum ao. ʒ. i. ſ. Indorum ʒ. i. quæ om-
nia ioſunderem in ʒ. iij. ſupradicti decocti per oo-
ctem. fricentur tamen myrobalani ex modico oleo
amygdalarom dulcium. deinde facta cnlatura &
expreſsione in eo bnmore diſſnluantnr ſyrupi ro-
ſati ſnlutiui ℥. iij. mannę electę ℥. i. Miſce, fiat potus.
Propter multitudinem autem humorum vna pur-
gatio non ſufficiet. qnare eoſdem ſyrupos repete-
rem, & interdnm etiam mntarem. vt ſi pro ſyrupo
de cicbnreo ſimplici acciperem ſyrupum de cicho-
rio compoſitum cum rbabarbaro. Eodem verò

A pnrgaote medicamento vterer, niſi fortè videatnr
parcè per prius medicamentum fuiſſe porgata ma
teria. Nam ſi ita videretur, adderem ʒ. i. vel ʒ. i. ſ.
confectinnis hamecb, vel alectuarij roſati Meſnæ.
Debinc, diligenter purgatn corpore, qnantum vi-
deretur ſatis eſſe Medico, de vſu aqoarum natu-
raliom cogitarem: de qoibus ego dicn, non omni-
nò eſſe promtum & facilem iſtiua rei deliberatio-
nem, & id propter contrarins iſtna affectus. Nam
B frigus balnearum Calderianarum in agro Vero-
nēſi facilè poſſet frigidiori ventriculo nfficere: Ca-
lnr verò Aqnarianarum calidiori iecori, atque ad-
eò etiam capiti. Ego taman vtriſqoe vterer. qoia af-
fectus iſti vulgatis remediis vix cedent, propter im
preſſam aotiquam intēperiem viſcerum. Primùm
antem ſumantur aqoæ Aqoariaoę, quæ etſi calidæ
ſunt, abſque dubio tamen non pnſſunt iecor inſi-
gniter calefacere, quia earum calnr non eſt moltus.
nam id ego ſum ſæpe expertna in calidioribus et-
C iam corpnribus. Immò quntidie videmus, quòd
plurimùm calentibus & æſtiuis temporibns eas
citra noxam, immò vtiliter bibant. quod ſi pluri-
mùm calefacerent iis tempnribos, plurimùm læ-
derent. Sicut noſtras Apnnenſes nemo auderet
media æſtate bibere. Præterea etſi calefaciendi vim
habeant naturalem: dnm tamen citò efflunnt, nec
diu retineotur, noo poſſunt molrum calorem re-
linquere. Accedit, quòd plnrimùm in ventricu-
lnm frigidnm recipiaotnr, ſuccisq́oe frigidis re-
D dnodaotem: proiode oeqoit fieri, quin anteqoam
ad iecur perueniaot, contemperetur aliqua ex par-
te earum calor. Semper enim medicamenta, dom
traoſeuot per particulas corporis, ſicut illas alte-
rant, ita medicamenta ab illis viciſsim traoſmu-
tantur. Sed oeqoe hoc cenſeo prætereondum,
qnod oō parum ad hanc rem facit, nimirum, quòd
poterit hnic iecnri, ſi timendus ſit calor harum a-
quarum, præſens Medicus ſe nppooere cum vi-
ctus ratinne, in contrarinm inclinante, vtpote ſi ex
E endiuia, bnragine, & reliqois cichnraceis herbis
paret, & coodiat cibns: aot etiam epithemate ex
cichoreo, endioia, ſantalis, plantagine, coctis ex a-
qna, vel earum ſuccn, præcnrdin dextrn adhibito,
vtatur. quod ſi item olen roſatn, vnguento roſato
Meſuæ, vel cerato ſantalinn, vel ioſrigidante Gale-
ni regionē pectnris illinet, facilè poterit ab eo timo
re fieri tutus. His verò aquis aſſumtis, & per eas
corroborato ventriculo, conſolerem bibendas eſſe
Veronenſes, qoibos ſperarem ſublatum iri tum ie-
F coris, tum etiam capitis calidam intemperiam. Io
qnibos bibendis, ne iterum ventriculus, ab earum
frigore læſns, relabatur in prinrem affectum, circa
ventriculum ſimili ferè mndn eam tractarem, ſicut
dictum eſt io vſu Aquarianarum: commnda ſcili-
cet victus ratinoe, epithematibus, illitinnibus ex
oleis, vnguentis, ceratis, & aliis aoxiliis, quibus a-
quarum frigiditati reſiſterem. His ritè peractis, vta-
tor freqoenter confectinnibus, vt diarhodon Ab-
batis. vel: Recipe ſacchari roſati, boraginati, pnl-
G pæ myrobalannrum chebnlorum, emblicorum,
corticis citri conditi, conſeruæ betonicæ ſingulò-
rum ℥. ſ. corallnrum rubrorum pręparatnrum, mar
garitarum ana ʒ. iij. ſyrupi roſati quaotum ſufficit,
& in modo eclegmatis diſſnluantur. manè ad ℥. ſ.
capiēdn, interdum & veſperi ante ſomnum. Quod
ſi affectus noodum cederet, morbom aliò transfer-

A rem iouſtis caoteriis in brachiis & cruribus, & oatura aſſuefacta per eas vias ſe expurgaret.

CONSILIVM VII.

Ventriculi intemperies frigida & humida.

TErtius iam agitur annos, ex qno Magnificus B vir conqoeri cœpit de quibuſdam ſymptomatibus præter naturam, narrans huiuſmodi vitia accidiſſe, qoando profectus eſt in Bohemiam, vbi coactus eſt & bibere cereuiſiam, atque deinde vitam peragere in locis humidis: vt tandem & dolore ventris inferioris correptus ſit, & ſcabie, præcipuè circa partem dextram, & febribus quartanis, tum ſimplici tum duplici, & fortaſſe etiam bilioſis. Conqueſtus eſt interdum etiam de dolore capitis, ioterdum de frigiditate erurum: in præſentia ve- C rò, quod præcipuè moleſtare ſolet, eſt dolor ventris inferioris, cum difficili ſatis concoctione eiborum, neque non prurìtu circa dorſom. Quorum omnium vitiorum vt cauſas reddamus, & conſequenter vt ab iſtis liberemus: Primùm temperamentum calidum & humidum ſupponemus, ſiquidem corpus eſt temperatum & quadratum, & præſertim ſi iecur conſideremus atque reliquas etiam corporis partes, veluti ex colore corporis, lotio & reliquis apparet. excipitur tamen ventricu- D lus, qui cùm fortaſſe priùs fuerit calidus, nunc effectus eſt frigidus. Annum agit trigeſimum octauum vel nonum. Quibus ſic conſtitutis, de dolore ventris inferioris quærendum, à qua cauſa proueniat. Dolor igitur cùm ſit actio læſa, & proinde ſymptoma, neceſſario ab aliquo morbo prouenit. hic autem eſt vel iotemperies, vel ſolutio continui. Intemperies quidem frigida & humida, tum ventriculi, tum inteſtinorum, enius occaſione calor efficitur imbecillus. Hioc flatus proneniunt, qui E deinde partes illas diſtendentes ſolutionem continoi & ſubinde dolorem concitant. Hæc verò intemperies frigida & bumida eſt cum materia pituitoſa, vnde mirum non eſt, ſi præter dolorem & flatus, etiam debilem concoctionem & ſimilia ſymptomata obſeruemus. talis aotem intemperies poteſt colligi ex ſuis cauſis primitiuis: quia coactus fuit bibere cereuiſiam in maxima quantitate, & in locis frigidis & bumidis. vnde reddito imbecillo ventriculo, non ſolùm malè ſe habuit circa partes F inferiores & circa ventriculum, ſed circa alias quoque partes, ad quas ventriculus materias mittit. Hinc namque dolor capitis eſt concitatus, atque etiam crurum frigus, doloresque per vniuerſum corpùs flatulenti, modò huc modò illuc impetentes. Hioc & ſcabies, & pruritus, & febres denique pullularunt, concurrente tamen iecoris caliditate. quandoquidem chylo illo pitoitoſo ad iecur aſſcendente, occaſione calidi iecoris materia ſalſa eſt ef- G fecta. vnde ſcabies & pruritus proruperunt. Præterca occaſione eiuſdem iecoris attrahentis chylum, cauſatæ ſunt obſtructiones, & ab his ortæ febres, quæ ob maiorem fecem ſanguinis fueruot qnartanæ, & ratione etiam iecoris bilioſæ. Ab his igitur ventriculus vt liberetur, cùm ille factus ſit frigidior & humidior, neceſſe eſt, vt calefaciamus & exſiccemus. At cùm ſit iotemperies cum mate-

A ria, ob id oritur indicatio expurgandi. quoniam verò pars aliqua alterari & euacuari non poteſt, & præſertim calidis auxiliis, niſi reliquum corpos purgetur: igitur vniuerſum corpus purgandum. Materia etiam preparanda, minuenda atque primò aluus lenienda. His omnibus indicatiooibus vt ſatisfaciamus, primò, quoad chirurgiam, ſecarem veoam baſilicam dexteri lateris, emittendo ſanguinem paucum. Leniens medicamen ſit caſsia cum B hiera. Præparans, mel roſatum, ſyrupus de betonica & endiuia. prima facta præparatione, ad validiora decocta aſſcendere poterimus, vtpote ad decocta ex petroſelino, fæniculo, feminib⁹ aoiſorum, & reliquis huiuſmodi generis, quæ flatus diſcutere poſſunt. Purgans ſit electuarium de dactylis, agaricus trochiſcatus, cum modico rhabarbar. pilulæ de biera, maſtichinæ. Roborantia ſint terebinthina cypria lota com decocto betooicæ & capillorum Veneris, vel citra lotionem, diatrion pi- C peraon, aromaticum roſatum, diaciminum. pro flatibus diſcntiendis, aſſcendere etiam poterimus ad diacalameothum, mithridatium, theriacam cum ſaccbaro roſato. Verùm ſi vndique vantriculum roborare voluerimus, licebit ad ſacram ancoram confugere, ad aquas videlicet ſulpbureas: ex quibus primò Sancti Petri per ſex aut octo dies exbibebimus, quæ non ſolùm calefacient ventriculom, verumetiam vias ita aperient, vt poſtea ad Aponenſes aſſcendere poſsimus, ex quibus ſi non calefit ie- D cur, poterimus in illis conſiſtere, ſin incaleſcat, reuerti ad S. Petri. Extrinſecùs, balneum aquarum Aponenſium crurib. accommodatum erit. Pro vētriculo autem corroborando præ cæteris probatur mithridatium ex oleo maſtichino atque abſinthij, impoſitis, maſtiche, foliis betonicæ, ſpeciebus aromatici roſati, ſpica nardi & aliis id genus. quę quidē lento igne in duplici vaſe ebullire debent, hincque oleum magiſtrale optimum confici poteſt. Atque vt ex toto extirpetur ventriculi vitium, præter p- E poſita deuenire expediet ad fomeota, pulueres, & inunctiones. Fomenta fiant ſpongiis madefactis in decocto atque expreſsis. decoctum autem conficiatur ex aqoa alterata com mentha, abſinthio, chamæmelo, betonica, ſerpillo, maiorana, & ſimilibus. Innnctiooes fiant ex oleo maſtichino, de abſinthio, & de ſpica. Pulueres conficiantur ex maſtiche, cinnamomo, garyophyllis, ſpica nardi, ſpeciebus diatrion pipereon. diacimiɴ, galliæ moſchatæ, & ſimilibus. Quod ad dięiam. optima illa ſit, vt à quocun- F que impuro aere caueat Cibis laudabilibus vtatur, vt carnibus probatis & concoctu facilibus, oua ſorbilia probantur. Cibi condiantur modico ſalis in aere frigido. modico piperis, cinnamomi, in calidiori aere cum paſſulis & ſaccharo. Abſtineat aotem veluti à veneno à granatis illis, quandoquidem ventriculum frigidum adhuc magis refrigerant, pituitam etiam cohibent & inculcant. Caueat à caſeo, à lacticiniis omnibus, & à cibis confectis ex G paſta. Potus ſit vini albi val rubri, non admodum vinoſi: quamuis magis probatur vinum rubrum: moderatè tameo ſumtum.

CONSI-

CONSILIVM VIII.

Ventriculi & cerebri intemperies frigida & humida. Melancholia hypochondriaca: dorſi dolor & renum: Incubus.

FALLOPIVS.

NVllam hic prima facie ægritudinē pr̨ſe ferre videtur: quarum tamē ſunt quāplurimæ. Primò eſt memoria læſa, cū aliàs optimæ memorį eſſet. accedit quòd ob lapſam memoriā, non poteſt liberè linguā mouere. capitis ſemper adeſt grauitas, tanquam galea iucumberet. dextra aure malè audit, & ſtrepitum percipit. ocolo etiā dextro malè perſpicit: aliquando magis, aliquando min⁹. Circa pupillam autem impuritatem quandam percipit: nullius tñ momēti. accedit, quòd poſt ſomnū meridiauum vertiginē patitur. Somnolentus etiā efficitur præter modum poſt prandiū. Coryza leui quauis de cauſa corripit͂. aliquādo ita ardet caput, vt uecesſe ſit, aquā frigida perfundere. linguam interdum vix mouere poteſt. Sæpe vox ex catarrho deſtillante impeditur, vt vix ab adſtantibus intelligat͂. multū exſpuit noctu & interdiu: ſputum aūt plurimū inſipidū, aliquādo amarum tñ & acidum: aliquādo os amareſcit, præſertim ſi excādeſcat. Palati etiā vlcera patitur, & gurgulionis, pr̨ſertim ad latera, cuius prolongatio ſ̨pe vocē impedit. partes etiam circa thoracem afficiūtur. Incubum inſuper patitor, nō ſolùm in thoracis muſculis, ſed toto corpore. item ſi ſe incliuet aut cingat, ſuffucationis metuit periculum. Tumorem etiam patitur nō durū, nec uimis mollem, circa vētriculi orificiū, qui, dum deuorat, impedimento eſt deglutioni, ſed deuoluto cibo videtur quaſi funiculū ad fundum vētriculi percipere. Adiūgitur, quòd paſſus eſt dolores articulorū pr̨ſertim digitorū cum tumore, itē humeri & genuū. interdū incipit dolor à capite, qui ad humeres defertur, ſed tñ ſubitò ceſſat. Genitaliū frigiditatē ſemper patitur. Vrin̨ ardor cōtinuus, in qua etiā apparent arenoſa & ſpermatica. dolor nunc in toto dorſo eſt, vt plurimū circa lumbos: caliditatē etiā ibidē percipit: aliquādo dolorē grauantē. mœſtus vt plurimū eſt, alioq; hilaris. Sæpe inter ſomnū phātaſmata melancbolica aute oculos habet. macilentus eſt præter cōſuetudinē. puſtulas gallicas circa pudenda & nates paſſus eſt, qų nūc frequētiſsimè excitātur, nullo aūt adhibito medicamēto curātor: quæ prius curat̨ fuerūt luto quarundā thermarū. capite bis vulneratus eſt, fractūq; eſt craniū. Vltimò nō facile purgatur à medicamētis purgatoriis, à quib. potius lædi quàm iuuari videtur. Symptomata iſta in hos morbos referenda ſunt, iu obſtructiouē & intēperiem. Obliuio quidē in intēperiē frigidam & humidā capitis plurib. elatis vaporib. vertigo, deſtillatio ad eandem intēperiem referuutur. Auditos obtuſus ad obſtructiouē: murmur auriū ab agitatione ſpirituū. Incubus fit ob inſignē obſtructionē neruorū, idq; à copioſis & agitatis vaporib. Oculus turbolentus organi corruptionē, & perturbationē humoris aquei ſignificat, admixto homore tenui & flatulēto. vnde quia à flatu eſt, perpetua nō eſt. eadēq; cauſa eſt, vt interdū geminata videātur. hæcq; omnia in cerebri intēperiē frigidā & bumidā referēda ſunt, vt & capitis grauitas. Credo aūt intemperiē non adeò inſignē eſſe, cùm ſatis viuidus ſit, & altero oculo videat, atq; altera aure

A audiat: humidiorē tamē quàm frigidiorē. In partib.
interiorib. credo tēperatū fuiſſe capitis tñ calidi &
humidi. Mutata ergo cerebri intēperie, horū cauſa
eſſe potuit. Vlceris & deſtillationis cauſa eſt caput,
trāſmiſsā materiā calidā ab inferiorib. cui⁹ acredo
partes illas erodit Hæret liugua, vel quia cadit memoria,
vel quia inſtrumēta. vt muſculi, & lingua, inepta,
obſtructis vel bumectatis neruis, vt teſtat͂ ſpotū
copioſum, facilè affici poſſunt. quare caput etiā
B huius ſymptomatis cauſam cōſtituo, cōſentientib.
etiā inferiorib. Quod deglutionē difficilem ſentit
& tractū funiculi, cauſam puto eſſe vētriculum. nā
dum comedit, uecesſe eſt ſemper apertū eſſe vētriculū,
in quo cùm tumor cōſiſtat. dilatatis partib. &
tenſis videt͂ quaſi impedimentū in œſophago, qđ
deglutionē impedit. Tuberculū ergo iſtud facit illā
tenſationē. diſtento. n. ventriculo diſtractisq; fibris
apparet quaſi funiculus. Hunc affectum bis aut ter
in anno patit͂, per tres aut quatuor dies. cuius cau-
C ſa eſt materia flatulēta diſtendens. plurimas. n. eru-
ctationes & flatus percipit, qui tuberculū iſtod di-
ſtendere poſſunt. Acidorū ructus ab bumorib. me-
lancholicis ꝓuenit, qui ſæpe vētriculum infeſtant:
vt plurimum tñ à pituita acida, generatā in vētricu-
lo. Eſt. n. vētriculus imbecillis: quā imbecillitatē au-
gere potuerunt victus ratio & vitæ genus aulicū &
militare. Hæc pituita ſurſum delata, dicta ſympto-
mata excitat, & vētriculi dolores: aliquādo in vapo-
res cōuerſa facit concuſsionē & agitationem. Cùm
D etiā hepar habeamus calidū & ſiccū, gignitur bilis
& multa melancholia, quæ ad caput euaporās, tri-
ſtem & timidū illum efficit. Iidem morbi ren̨es &
dorſum debilitarūt, deſtillante materia à vētriculo
& hepate. Vnde aucta caliditate materį ſalſæ ſæpe
mingit. Hinc etiā puſtularū pectinis & natiū gene-
ratio. An verò gallica lues ſit, neſcio. qoia tñ habit⁹
eſt calidi, ſi inſignis eſſet qualitas morbi gallici, iſtæ
partes uō ſolùm afficerētur, ſed etiam aliæ. Suffoca-
tionis, inflexo curpore aut cōſtricto, cauſa eſt multi-
B eſus, & intempeſtiua victus ratio, aquę frigidę hauſtus ieiuno ſtomacho. Quæ omnia quantum ad intemperaturam frigidam inducendam faciant, omnes nouerunt. Accedit, quòd cùm laſſus menſe Iulio domum reuerteretur, vinis ſe repleuit præter conſuetudinem. Vnde ventriculi & iecoris refrigeratio & obſtructio. His itaque omnibus collectis dubito, cur ille fluxus in calidam intemperiem referendus ſit, ſemperque, ſi velim ingenuè loqui vt oportet iudicari, fluxum hunc ſequi obſtructio-

C nem hepatis & intemperiem frigidam. Accedit quòd ex colore hepaticus non deprehenditur. Eſt enim ex rubro & albo permixtus. Curaturus primò aperiat obſtructiones & intemperiem frigidam corrigat roborando ſimul facultatem iecoris. Ad aperiendum vterer cichoraceis, propterea quòd in frigidiore intemperatura etiam calor extraneus deprehenditur. Item agrimonia, eupatorio Græcorum, & abſinthio, faciendo ex his tribus decoctum, quo aperientur obſtructiones, & viſcus ipſum ro-

D borabitur. Nam Galenus etiam abſinthio in inflãmationibus vtebatur. Syrupos ẽn minus probo, quod ſemper lubricitatẽ habẽt ex ſaccharo. Quod ſi res feliciter ſuccederet, accederem & ad cyphoiden Galen. nam vſus ſolus paſtillorum illorum fluxum curauit: ſi nihil proficeretur, Aquarianas aquas exhiberem, quarum vſu plurimos curatos vidi quinque annos laborantes victus ſit laudat⁹, vt perdicum iuniorum. A venere etiam cohiberem. Vinum exhiberem mediocre non multùm

E auſterũ: ſi verò res ſuccederet ad potẽtia deuenirẽ.

NOTA.

¶ *De intemperie hepatis calida, vide libro primo, titulum Cephalalgiæ, Conſilium 4. & titulum Catarrhi, Conſil. 17. Item lib. iſto titul. affectus ventriculi, Conſil. 5. 6. & titul. Cacochymiæ, Conſil 26. 27.*

De obſtructionibus hepatis, vide lib. 1. titul. Catarrhi, Conſil. 59. & titul. Hydropis, Conſil 33.

F

De Febribus.

CONSILIVM XVII.

Febris per interualla recurrens: tumor dextri cruris.

ALEXANDER MASSARIVS.

G MAgnificus iſte Comes anno ætatis decimo vel vndecimo, febre peſtilenti correptus eſt, quę cùm criſim ſuam, licet imperfectam, habuiſſet, receſsit. Non ita diu pòſt, tumorem in inguine dextro perſenſit, qui ſua ſponte primò ſuppuratus materiã excreuit ſanioſam & ichoroſam, rurſus deinde cõcreſcẽs, cũ denuò infeſtaret, manu

chirurgi apertus, ſimilem priori materiam emiſit, tandem tumor totum crus dextrum & præcipoè coxam affligere cœpit. Conſilio Medicorum, cùm reliqua medicamina parum aot nibil profeciſſent, doo cauteria adhibita ſunt, in vtroq; crure vnom: à qoibus peius haboit, materiâ nimirum ad inferiora ſemper pertractâ, quæ ſuapte natura grauis erat. Singulis octo vel decem diebos febre corripiebatur. Hiſce per annum durâtibos caoteriis, tandem ſoppreſſa ſunt. Nihilominus tamen tumor perpetuus eſt in coxa, qoooiam eryſipelas phlegmonoſum quis forſan non ineptè dicere poſſet. Caoſam horom, intemperiem ventriculi frigidam & bomidam, Iecoris verò calidam & ſiccam eſſe ſtatuo: vnde habitus totius corporis calidus & ſiccus, polſos magnus & freqoens, & ratione ventricoli malè cōcoqoentis, excrementorum copia ad cros defloens. Sed qoòd ad crus potiùs, qoàm ad aliam partem defluxerit, id ratione imbecillitatis euanit. Solent enim febres peſtilentiales vt plurimum noxam alicuius partis poſt ſe relinquere. qooniam autem dextra pars facilius affici poteſt, idcirco crus dextrum potiùs quàm ſiniſtrom affectum eſt. Materiam aotem in toto corpore potridam eſſe, febris qoæ per interualla ſubinde redit, ſatis indicat. Indicationes curatiuę ſunt, vt ventricolus debilis roboretur: iecur refrigeretur & humectetor: cros roboretur. Incipiendum autem primò à partibus ſoperioribus. Quare in primis euacuandum eſt totum corpus, (boc prçcipuè tempore verno temperato) poſtea & ventriculus. Pro iecoris refrigerio ſanguinis miſsio conducet. Vacuato toto, ſoccèdit roboratio partiom, ne generent amplius prauam iſtam materiam: coi intentioni nō minimom qooq; conducet victus ratio conueniens, inunctiones, emplaſtra, ſomenta, &c. Omnia deniq; tentanda, in morbo iam antiqnato. Quoniam verò non meminit ſe aquas thermarum bibiſſe, adhoc illas laodarem. Calderianæ refrigerando & homectando iecori condocerent, ſed difficulter tranſeunt, & ventriculo officerent: Aponenſes econtrá reſpectu iecoris vitarem, ratione ventriculi laudarem: Petrinates medium occupât, & temperatæ eſſe videntur, quarum fontes cùm varij ſint, eligerem illas quæ frigidiuſculæ aliquantū forent: nam & ventriculum iuuabont, & iecori non officient ſua caliditate. Earūdem balneum (niſi & artificiale quis adhibere voluerit) pro partis infernæ tomore diſcotiendo magnopere conueniens eſſe doxerim.

FRANCANZANVS.

Qnod Auicenna prima quarti monet, ex febrib. peſtilentibus ſemper aliqoid ſolere remanere, qđ noxam denuò inferat: id etiam in viro iſto Magnifico accidit, ita, vt poſt imperfectam criſim, defluxꝰ materierum ad inguē dextrum ſucceſſerit. Verùm quid ſit imbecillitas illa cruris relicta ex inflammatione & bobone illo: an ſcilicet mala quædam qoalitas venenata occolta, an manifeſta quædam intēperies calida & ſicca, vel quid aliud ſimile, difficultatem parit. Forſan dicat qois, cùm poſt febrem peſtilentem materia in locum illum potrida venenoſa decobuiſſet, intemperie & mala ſui qualitate partem illam ita imboit, vt adhuc perpetuò ſeruet. Nā ſi in rebus externis iſtud videmus fieri, quanto magis in corpore ipſo. Sic Iuſtinopoli in maxima pe- A ſtilentia chordas, quibus deferebant ægros aot certè mortuos ad ſepolcrum, poſtqoàm illa ceſſaſſet, qoidam poſt capſulam qosndam proiecit: latuêre ibi ferè per viginti aut triginta annos. Tandem cū ſacris quidam eſſet initiandus, & omnia porgarentur, ſimol & locus, in quo ſcriniom qooddam erat, hoc remoto, ſeroos inoenit funes, eosq́oe campanis aptos aſſeroare volens, incidit in peſtilētis lem ſebrem, contagioq; illios reliqoi infecti adeò ſunt, B vt ad decem millia hominū ex hac occaſione mortua ſint. Tale tamen qoia in Magnifico iſto Comite accidiſſe non credo, quia venenata iſta qualitas corrumperet adoeniens nutrimētum, & ſebrem peſtilentialem dein generaret. Ergo manifeſta erit cauſa, nimirom quòd ex defluxu materiæ potridæ partes laxatę fuerint adeò, vt poſtea aliorum etiam homorū influxum ſoſcipere potuerint. Intemperiem igitur frigidam & homidam eſſe ſtatoo, cóm conſueta materia eò tranſmittatur, locusq́oe ad com- C preſsionem ſooeæ ſimilis fiat, tumor qooqoe mollior & albior ſit, nullaq́oe inflammationis aot caliditatis ſigna appareant. Quare totom crus, ad plātam pedis vſque debilitatum eſt. Natura autem excrementa à partibus fortioribus ad magis imbecillas tranſmittere ſolet: qoæ in hoc ſubiecto abundant, tum ratione ipſorum membrorum intemperatorum, ſcilicet ventriculi & iecoris, tum ratione mali victus. qoocirca fit, vt affectus etiam ipſi varient, & interdom ędema, interdum eryſipelas fiat, D quandoque ephemera, quandoque putrida febris (ita vt ad hemitritæom aliqoando deuenerit) accidat, ex partium ipſarum imbecillitate. Læſio ventriculi paroa eſt, qooniam nec grauitas nec dolor adiunctus eſt, nec flatus: qoocirca etiam bene concoqoit. Verùm hîc animadoertendum, qoòd, cùm longâ experientia iam didicerit, à qoibus cibis lædatur, à quibus non, ex neceſsitate abſtinet ab iis qui difficolter concoqoontur. vnde planū eſt, eum ventriculi eſſe frigidioris. Iecur naturali temperie E calidum oſtendunt, qoòd hirſotos eſt, fobniger, gracilis & moſculoſos, promtos ad actiones, audax, bilem multam generat, venas latas habet, &c. Siccios item eſt naturaliter, ſed ex accidentaria humiditate plurimos generat humores aptus putredini. Sangois enim multis crudis homiditatibus refertus eſt, hoc pręcipoo ſigno, qoòd bis vel ter in anno ſebres patitur putridas. Procatarctica autem cauſa eſt inordinatus victos. & quamuis nohc à cibis concocto difficilibus abſtineat, experientia ni- F mirum edoctus, tamen in aliis quinque rebos non naturalibus peccat, ſcilicet in ſommo otio, immoderato & intempeſtiuo poſt cibos exercitio, pernoctationibus, venere ſuperflua, cibi nimia aggéſtione, paſsionibus animi. adhæc concurrit membrorum ſuſcipientium & generantium imbecillitas. Qnocirca dioerſi homores oriuntur: atqoe hinc eſt, vt interdum ſi pituita abondet, œdema: ſi ſanguis calidior, phlegmonen: ſi bilis, eryſipelata in crore affecto patiator: & quia tutum corpos pra- G uis ſoccis plurimis redondat, ephemera crebrò ſuperueniat. Sed & inde factum eſt, vt tumor nō tantùm in crore perſentiatur, ſed nunc etiam ad homerom ſiniſtrum aliquando perueniat. Qoem tumorem modò ſequontur ſebres, modò per ſe adueniunt. Materia verò illius ex affluxu diuerſorom humorum cum materia conſtat. Indicationes curatiuæ

ratiuæ erunt, quooiam ventriculus malè conficit, A
illum calefacere &exſiccare: iecur refrigerare & ex-
ſiccare. corroborare crus ipſum, euacuare & reuel-
lere humorem ad alias partes. quibus ſcopis, cùm
veotriculi & iecoris ooo ſit ioſignis iotemperies,
facilè ſatisfaciemus. varùm de tumore circa ingui-
oa difficultas ſuboritur. Vtitur anim natura ingui-
oibos pro iecoris expurgatiooe. vererer igitur, ne
roborando crus & inguioa, vt materiam illam
amplius ſuſcipere uoo poſſent, materia ad mem- B
brum aliquod principale decumberet: uon ſecùs
quàm in ſexto de tueoda valetudioe Galeous pro-
hibet roborari artus io podagra. Euacuatio ma-
teriæ, & reuulſio per ioteruaīla poterit admioiſtra-
ri. Quamuis sotem victu booo vtatur, & quædam
adhibita ſiot madicamenta, qoæ oil profuere: cre-
diderim tamen, ſi ooo tantùm eadem. ſad & cætera
omnia teotemus, eum ad meliorem ſtatum redu-
ci poſſe: quamuis crus ipſum, good roborare vix
auſim, magnam difficultatem afferat. Pro euacua- C
tione totius & lenitiooe alui, hiera cum caſsia coo-
ducet. Sectio quoque venæ lateris dextri pro refri-
geratiooe iecoris adminiſtraoda erit. Pro materia
concoquenda pituitoſisque humoribus atteouan-
dis & iucideodis, eademque opera iecore ſimul re-
frigeraodo, cooduceot oxymel, mel roſaceum,
ſyrupus roſatus, ſyrupus de betooica, &c. electua-
rium diaphænicon: vel cum hoc miſceatur electua
rium roſatum Meſuæ. Pilulæ cochiæ, quæ valent
ad omnes homores expurgaodos: Simplicia, rha- D
barbarum, agaricum, cortices ellebori nigri, pro me-
laocholico ſucco, ſi quis adſit. ventriculus roborao
dus per exteriùs adhibita: ioteriùs poſſet dari deco
ctum ligni, oiſi exſiccaodo & calefaciendo ioimi-
com eſſet iecori. Aquæ thermarum Calderianæ vi-
taodæ ſuut, propter frigiditatem. Aquarianæ vel
Petrinates (quooiam paribus viribus exiſtimàtur)
placēt: quarom cum dioerſi ſint fontes, calidiorem
potius eligerem. magis eoim proſpicieodum veo-
triculi frigiditati, quā iecoris caliditati. Inde ad cru- E
ris roborationem per moderata quædam me con-
uerterē, quales inter plura alia eſſe poſſent foueæ,
ex quibus vapores ſulphurei egrediuntur, aut etiam
thermæ ipſæ, impoſito illis crure. Ioterim expurga
to corpore hoc vere, æſtate caſsiam rurſus cum hie
rā propinarem, vel mannam cum ſyropo acetoſo
ſimplici, qui dulcedinem illius corrigat, ne vertatur
In bilem. Autumno expurgaretur. Hyeme aloe cū
terebiothioa exhiberem. proq; veotriculi robora-
tiooe ouncilli aquas thermarum prædictas porri- F
gerem. Victus ſit moderatus. Exercitia moderata,
ita vt ſuperiores partes præcipuè moueaotur. Cau
teriom ſiniſtri cruris ooo affecti coocederem.

Frisimelica.

Patitur in iecore & ventriculo. pituita igitur &
bilis miſcentur. Intemperiem humidam eſſe puto
cruris, ex mala qualitate imbibita. Corrigatur pri-
mò intemperies membrorū priocipalium, cauſan-
tium morbos iſtos: poſtea roboretur crus laxum. G
Euacuetur totū, lenita aluo caſsia & hiera, eò quia
bilis ſimul & pituitæ copia adeſt. Cōcoquatur ma-
teria ſyrupis de betonica, cicborea, &c. Veoa iecora
ris dextra ſecetur. Temparaodum iecur & ventri-
culus confectiooib. A diaphænico & decocto gua-
iaci propter iecur abſtioerē, cùm plorima alia quæ
eorom vices repeodant, babeamus. Aquæ Motinē-
ſes noo parū proderunt: quibus cùm reſpoodeaot
Petrinates, has exhiberem, participantes de alomi-
ne modico, ſale & ſulphure, abſq; partibus craſsis
ex gypſo aut calce, (quales ſuot Aponeoſes) easq;
ex foote calidiore haurirem. Crura poſtea io aqua
temperata laueotor. victu vtatur moderato.

Odus de Odis.

In hoc caſu præſeroatione potiùs vtendum, vt
quod futurum eſt arceatur, qoàm curatione & a-
motione illius quod factum eſt. nam vt monet Hip.
ſæpe ægritudioes per interualla ſtatis temporibus
aduenire ſolent certò, niſi prouideamus ægro. Ve-
rùm ad rectam præſeruationem, ne ſcilicet quod
futurum eſt efficiatur, plurimùm cōducit, cauſam
uouiſſe, qoa amota & affectio ipſa abibit, vt 13. Met.
mooet Gal. Cauſa igitur principalis omnium ma-
lorum in hoc nobili viro, eſt mala diſpoſitio ventri
culi & hepatis. Et quamuis noo ſentiat ſe malè cō-
coquere: hoc tamen accidit partim quòd cibos craſ
ſiores & difficilis concoctionis longo vſu edoctus
vitet, partim quia os vētriculi ſeoſu minus vegeto
præditom eſt. Verùm qoòd oon appetit, cùm frigi-
dum habeat veutriculum, caoſam eſſe puto, qoòd
iecur habet calidiſsimum, à quo calor aduentitius
ventriculo impertitur, qui idcircò mious appetere
poteſt. Hepar igitur oaturali ſua temperie calidum
fuit: forſan etiā ſiccum, quia oō eſt caroosus: potuit
tamen aliqua iotemperie humidius reddi, cuius ſi-
gnum fuerit, quòd tot humores excrementoſi ge-
oeraotur. Propter obſtructionem etiam venarum
& arteriarum totius corporis excrementa geoera-
ri crediderim. oam vt Gal. in lib. de vſu pulſuum af-
firmat, venæ & arteriæ ſe perpetuò comitantur, ita
vt veoæ calore perpetuò foueantur ex motu arte-
riarum: arteriæ aūt alimentum capiāt ex ſubtiliori
ſanguinis parte. obſtructis igitur alterutrius mea-
tib. venas quidem frigidas fieri, arterias aūt calore
nimio incendi & exuri oeceſſe eſt, etiāſi nulla ſigna
foris videantur. Præſeruare igitur nōc oportet mē-
bra, hæc quidem, quæ imbecillia ſont, ne amplios
materiā iſtam ſuſcipiant, roborare: illa verò, ne am-
plius malos humores generare poſsint. Præterea et-
iam humores mali euacuādi, qui ad articulos etiā-
oum parueoiuot & podagram cieot: noo enim ſo-
la imbecillitas articulorum podagram facit, ſed et-
iam affluxus materiei. Quoniam autem Galenus
io libro quos & quaodo purgare oporteat, calidos
io fine veris, frigidos in principio veris expurgare
iubet, & in hoc corpore ambo tam calidi quàm fri-
gidi reperiuntur, pro vtriuſque mediom tempus e-
ligerem. Sectio venæ omninò facienda eſt per ſupe
riora, ſimul vt partem humorum peccantium ex-
purgemus, refrigeremus hepar, ſimolq; humores
à crure reuellamus, etiamſi, cùm craſsi ſint & gra-
ues, difficiliùs ad ſuperiora deduci & reuelli queāt.
Euacuandi aūt ſunt non tantùm hoc tēpore & hoc
anno, ſed etiam futuro autumno. Facta euacuatio-
ne, malę diſpoſitiones membrorum remoueantur,
veotriculi ſcilicet & hepatis. per media quædam &
temperata, quæ & ventriculum calefacere, & hepar
refrigerare poſſent: refrigerant aūt ea, quæ etſi cali-
da ſint, tamen à iecoris caliditate vincuntur. Quo-
circa laudarē aquas thermarū hepate frigidiores.
Crus roboretur coouenientibus euacuationib. &

magis perſiſtendum in roborando crure, quàm inguine: quoniã periculum eſt, ne roborato inguine materia, quam hepar per illum locũ expurgat, cùm exire nõ poſsit, in aliud membrũ delata abſceſſum doloresq; nouos pariat. Quod ſi tamen recta victus ratione vteretur, etiã inguẽ roborari poſſet. Cruri conducent balnea & ſuffumigia, ad reſoluendam humiditatem.

Trincavellivs.

Ex tam copioſa meſſe manipulos aliquot à tergo relictos breuiter colligam. Inflãmatio ab inguine per coxam perrupit, quę inter inflammationem & eryſipelas media cenſeri debet, etſi aliquando tumorem frigidum repræſentet. Febris adeſt frequẽs & calidior. Horum omnium cauſa eſt præcipua imbecillitas recipientis ſimul & ſuperiorum partium, prauos humores generãtium, qui per certas periodos deorſum pelluntur. Exordium ſumſit à febre peſtilenti, quæ per criſim malam reſoluta, bubones in inguine excitauit: febris enim acuta mixta fuit ex calidiorib. & tenuioribus, quia facilè per abſceſſum reſoluta eſt, ſicut 2. Prognoſt. & 3. de cõp. med. local. teſtatur Gal. vbi ait, in febribus acutis per refluxum fieri criſim, ſi humores nõ ſint craſsi & virtus fortis: ſi craſsi, fieri abſceſſus. Vnde conſtat, ex tenui & craſſa materia febrem illam fuiſſe permixtam: febres autem ex tenui & calida, item cruda & frigida materia ortum ducentes, omnium ſunt peſſimæ. Factus porrò abſceſſus eſt ad glandulas dextræ partis, triplici de cauſa: primò quidem, quia abſceſſus fiunt κατ' ἴξιν, id eſt per directum: materia autem iſta praua à iecore ortum ducebat. Secũdò, quia partes dextræ propter caliditatem imbecilliores ſunt ſiniſtris, id eſt, quæ faciliùs alterari poſsint & praua excrementa recipere. tertiò, quia glandulæ omnium membrorum maximè ſunt imbecillæ, vt teſtatur Gal. 13. Methud. ſolet autem natura excrementa à partibus fortioribus & nobilioribus ad imbecilliores tranſmittere. Craſſa igitur materia à ventriculo, tenuior à iecore ortum habuit, aut forſan etiam per ambitũ totius corporis. Crus autem imbecillum eſt factum, quia ſolent febres peſtilentes vtplurimum aliquam noxam poſt ſe relinquere. Inflammatione enim facta, potuit reſolui & diſcuti calor naturalis, vnde intemperies frigida inducta eſt: quamuis etiam à calore igneo lędatur. aſcititia autem eſt imbecillitas cruris, non primaria. Materia igitur, quæ ad crus commeat, frigida eſt & pituitoſa. inflãmatio in inguine, dolor, & vena magna tumidior quodãmodo videntur. Verùm quòd per periodos morbus accedit, reſponderi poteſt ex 2. de diff. febr. id fieri propter imbecillitatem particulæ inferioris, vbi colligitur materia excremẽtoſa eò detruſa à partibus fortioribus, quæ dolorem facere non poteſt, niſi vbi multa ſit collecta. Vitium autem non eſt ſimplex, ſed à iecore calido & ſicco ſua natura, item à ventriculo frigido & humido oritur, qui licet malè concoquat, tamen nullum affert dolorem, nec appetentiam, eò quòd materia frigida, quæ appetitũ ciere poterat, ad crus ipſum, veluti ad partem imbecilliorem tranſmittitur. Potiſsimùm verò iecur affectum eſſe, id ſatis declarat, quòd copioſior materia calida adeſt quàm frigida: ſæpius enim à morbis calidis infeſtatur adeo, vt multis febribus vexatus, etiam ſeptenanam paſ-

A ſus ſit, quam ſciris per exuſtionem melancholici humoris oriri: quæ tandem poſt decimam periodum diſceſsit. Reſpiciendo ſymptomata, potiùs tutela quàm curatio eſſe debet: præterquam quòd mala intemperies ad priſtinum ſtatum reduci debet. Et ſanè difficilis caſus videtur, cùm corpus tãto iam tempore veluti familiares has ſibi fecerit affectiones. Iecur calidum & ſiccum potiùs quàm humidum, refrigeretur & humectetur: contrà ventri-

B culus calefiat & exſiccetur, quæ cùm contrariæ indicationes ſint, illi in primis attendendum, quod magis vrgebit, reliquis interim non neglectis. Hepar autẽ magis affici ſatis indicat, quòd æſtate pręcipuè his morbis vexatur, non alia de cauſa, niſi quia corpus calidum & ſiccum ab ambiente magis incenditur, & intemperatum redditur. Euacuetur igitur in primis totum ſanguinis miſsione: nã cùm inflammationes eryſipelatoſę accidant, ſignum eſt, ſanguinem & bilem abundare, etſi ſanguis ſit ex-

C crementoſus. Inde alteretur iecur. Poſtea reuellatur materia à crure & humero ſiniſtro. Syrupis materia concoquatur refrigerãtibus, veluti ſyrupo de cichorea, ſyropo recenti ex ſucco aut infuſione roſarum, acetoſo, oxymelite, &c. Euacuetur poſtea rhabarbaro cum modica portione agarici. Si reſpiciamus intemperiẽ iecoris, quæ omnium maxima eſt, à decocto ligni & thermis abſtinendum: præcipuè cùm totum corp⁹ calidum ſit & ſiccum. quod ſi omninò rationa ventriculi exhibare vultis, detis

D temperatas illas S Patri, aut etiam quæ frigidiores ſunt ſcilicet Calderianas. Serũ caprinũ ego magis laudarem, quod refrigerat, & mundat excrementa ſeroſa. Expurgandus autem potiſsimum eſt vere & autumno, cùm calidæ ſit & ſiccæ temperaturæ.

CONSILIVM XVIII.

Febris cum deſtillatione.

VIr in ſenio conſtitutus temperaturæ calidę & ſiccæ; inæqualiter tamen calidę, cerebri humi-

E di multũ pituitæ generantis, frigidi & humidi ventriculi, calidi & ſicci hepatis. De corde nõ ſumus multum ſolliciti, quia nõ adeò facit ad noſtrũ inſtitutum. Angitur tuſsi & deſtillatione quæ inter initia dulcia, interdum ſalſa apparet, nunc inſipida. ortum ſuum habet à calfacto capite ex vino. Febris eſt periodica & habet circuitus ſingulo quoq; die, cępit circa veſperam cum horrore leui. ſentit enim quiddam horrens intra cutim. atq; hęc ſemper fuit periodi ratio, niſi quòd hodie anticipauit. nõ acris

F eſt, nec multa, ſed pauca & lenta, à qua nõ abſoluitur integrè Deſtillationem aũt non ſequitur, quia noctu magis angit deſtillatio & tuſsis. ſi enim deſtillationem ſequeretur, eodem tempore febris inuaderet. Deſtillationes aũt interdiu moleſtæ nõ ſunt. propriũ ergo fundamentum habet febris, vt tamẽ foueatur à deſtillatione. poteſt enim ea in venis digeri & obſtructiones facere. Potuit fortè etiam eſſe, vt in primo tempore febris, quæ eum reliquit, habuerit ortum à deſtillatione: licet enim quieuerit

G à febre ratione victus boni: tamen tempore quietis non fuit collecta tanta materia, quę febrem adhuc accenderet. Itaque febris maxima ratio pendet ex multis humoribus in corpore. vnde obſeruãdũ, vinum tenue, dulce, pauciferum ex ſua natura nõ potuiſſe accendere febrem. Dũ aũt intereſſet come dię, caput multis tegumẽtis & pileo tectũ fuit, qđ

etiam

etiam vino deinde calfactum fuit. inde fuſis humo- A
rib. craſsis digeſtis in habitum corporis obſtructio-
nes excitarunt, quibus fructus & vuæ acceſſerunt
quæ mouarunt cauſam antecedentem. Credo au-
tem quód materia putreſcat extra vanas. habet e-
nim manifeſtum principium, quod precedit, id eſt,
frigus proprium exquiſitæ tertianæ, & rigurem
quotidianæ: quæ materiam miſtam ſignificant. Eſt
igitur intermittens, ſiue ſit ſpuria quotidiana, vel
tertiana, nibil differt: hoc certum eſt, quòd ſit ex B
miſcela plurimæ pituitæ & bilis, item vrina craſſa,
ſedimentum inæquale, aſperum, non leue, quod
cruditates oſtendit. Interim tamen veluti conti-
nens eſt, quia quotidie affligitur, non autem quia
materia putreſcit in venis. Cæterùm ſumus iam tic
ca principium, vel finem principij, quia ſedimen-
tum vrinæ craſſum eſt & inæquale. Subſtantia ve-
rò vrinæ tauuis eſt. Porrò deſtillationem à capite
contrarias habere rationes credo Cauſa enim fuit
calida, vnde facta eſt colliquatio & deſcendit ſta- C
tim ad pectus fecitque tuſsim: mataria verò frigi-
da, mota à calida intemperia cerebri. Præſagij lo-
co ſalutem prædico, ſiquidam ſatis modeſtè fert fe-
brem, & ea quæ ſolent conferre in morbis iſtis, cō-
ferunt. Nam dicit ſe iuuari manda, cui aſſuetus eſt,
inſomnia etiam moleſta ceſſarūt poſt caſsiam. tum
naq; ſymptomata vllam oſtendunt malignitatem
morbi: videu præterea & deſtillationem, quę axcer-
nitur, præditam ſatis magna concoctione, & facilè
exſpuii. Eſt tamen difficultas aliqua, vnde requiri- D
tur diligentia & obedientia, ęgri præſertim, qui ap-
petit multa inepta, & multa reſpuit. Febris igitur
& deſtillatio egent euacuatione, vt Galenus ſæpè
fortibus medicamentis vſus eſt, etiam cùm ſuſpe-
cta eſſet. Sed cùm non poſsit bene ſperari, eò quod
morbus affinis ſit ipſius naturæ propter corpus ſe-
nile, & materia lenta ac frigida ſit, ventrémque ſua-
pte natura leuem habeat, & antea quoque copiosè
per caſsiam vacuatus ſit. Item leuiſsimo medica-
mento copioſiſsimè euacuetur: ideo in medicamē- E
tis non ita frequens eſſem, ſed clyſteres mihi ſatis
eſſent, quos Galenus & Auicenna in magnis febri-
bus laudant, non lenes ſolùm ſed acres etiam,
illis igitur per duos aut tras dies inſiſterem. Mate-
riam præpararem, vt dictum eſt, oxymellis aliquid
non timerem: prupter ventriculum aliquid mellis
roſacei miſceri poteſt. Sed quia ſyrupos reſpuit, de-
cocta ſumi poſſunt. Endiuiam etiam nun timerem,
quia fabris præcipuè eam indicat. Nec Auicenna
in genere eam damnat, ſed in pleuritide. Cichorea F
etiam dari poteſt, ſolatur & refrigerat ventriculum.
probatur item aliquid betonicæ, parum tamen,
propter febrem. Farfara maximè probatur decocta
ax leui iure. Oxymel cū ſyrupu roſacco ex cochlea-
ri detur. Poſtea vacuarem, & quoniam ratione ven-
triculi non fert fortia, & facilè multum euacuatur:
repeterem caſsiam, nec agaricum adderem. Caſsia
corrigi poteſt aniſo & cinnamomo conditis ſaccha
ro. quod ſi caſsiam faſtidiret, manna vterer. Paula-
tim autem præparetur & euacuetur materia, non G
ſemel, vt teſtatur Alexander Trallianus. Vinum,
quia mouet deſtillationes, caputq; & corpus alio-
qui plenum eſt, per duos aut tres dies nun darem.
Si tamen fieret aliqua concoctio, loco eſſet medica
menti, vt ait Hip. meri potio oculorum dolores ſa-
nat. Confectio diarhodon Abbatis & alia placent.

CONSILIVM XIX.

Duplex tertiana cum hæmorrhagia narium.

BELLOCATVS.

Conſtitutis his ſymptomatibus, putamus ſanguinem ex venis narium & membrana craſſa effluere, apertis potiùs quàm eroſis venis. Videtur autem ſanguis ſubtilis propter aquoſitatē commixtam, vt ex liuiditate colligu, non ratione commixtæ bilis Alui adſtrictio eſt propter bilem exſiccantem, & debilitatem facultatis expultricis membrorum naturalium. Credo humorem peccantem eſſe melancholicum naturalem, qui putreſcens aduritur, & fit præternaturalis, habet tamē commixtam pituitam, vnde longior fit rigor. Dubium eſt, an liberari poſsit: ſunt enim duo pugnantia, profluuium ſanguinis, quod vires debilitauit, vt natura morbum ſuperare nequeat, & autumnales quartanæ longè, maximè quæ ad hyemem accedunt. Ideóq; natura ſuccumbet, niſi ceſſauerit iſte fluxus ſanguinis. Si ſiſtere volumus, craſsis frigidis eſt opus, quæ huic febri ſunt contraria. Sanguinis miſsio prætermittenda eſt, quia iam antè plus ſatis euacuatur ſanguis, niſi vbi profluuium adeò increſceret, vt reuellere eſſet neceſſe: aliàs ſanguinem non educerem: tamen circa poplites, malleolos, femura cucurbitulis potiùs euacuarem. Aperientibus vtendum moderatis, ne ſanguinis profluuium irritetur. Vterer cichorio, roſis, cum ſyrupo de cichorio, infuſione violarum, aut capparorum aliquid miſcerem aquæ portulacæ vel ſymphytum, contra profluuium. Euacuarem leuiter, & educerem quid de materia peccante, quam ad rem probantur myrobalani, nec rhabarbarum ſuſpectum habeo. Iterum atq; iterum concoquerem, quia prolixus eſt morbus. Ego conſueui aliquando intermittere ea medicamenta in morbis longis per duos, tres, quatuor dies, vt natura etiam quid agat & ſe colligat, ne nimium defatigetur aſsidua medicatione: neque tamen deſiſterem à diuertentibus: deinde iterum concoquerem. Lieni admouerem aliquando emollientia & roborantia, vt diachylon ſimplex, oleum amygdalarum amararum: item ammoniacum diſſolutum cum aceto. & oleo amygdalarum. Ventriculo apponerem roborantia: ſyrupum de abſinthio, de corticibus citri, qui maximè cōuenit in affectibus melancholicis: item ſyrupum de pomis compoſitum ad ℥ iij. ſanguis aquoſus fuit ex imbecillitate hepatis: vnde periculum eſt, ne aliquando hydrops fiat. Ptiſanam non exhiberem, quia plus refrigerat, quàm par ſit. Vterer pane decocto, & alterarē iuſculum cum petroſelino: quod ſi propter caput ſuſpectum eſt; acciperem fœniculum. Confectionem facerem ex aloe, vel aliis, ſyrupo de abſinthio, corticibus citri. Vterer etiam clyſteribus. De vino non ſum certus. ratione virium hepatis, & hydropis futuri, bonum eſſet: ſed dolor capitis maximè deterret. ſi tamen deſiſteret aut non magnus eſſet, darem pauciferum rubrum: aut iuſculum ex vitulinis carnibus, cum aniſo vel coriandro.

TRINCAVELLIVS.

De tẽperatura non diſputo, vtpote quòd ignotum mihi ſit, qualis fuerit antea, cùm mirum in modum videatur mutata, propter religionem & victꝰ rationem. Credo tamen quòd fuerit calidi & ſicci hepatis: ventriculi frigidi. Febris quotidie acceſsiones habet, ſed diuerſas: altera longior, altera breuior videtur. Sunt autem manifeſtæ, quales ſunt intermittentium, cum rigora per quatuor horas. Calor durat ad ſextam vel ſeptimam horam ſenſibilis ſaltem. Credo aliàs diutiùs perduraſſe. Sitim magnam non habet: adſunt dolor capitis, profluuium ſanguinis tenuis aquoſi, tumor in liene cum renitentia, & alui adſtrictio. Febris videtur putrida & intermittens, peccantibus humoribus craſsis & bilioſis, quod indicat capitis dolor & color flauus ſanguinis. Vrina etiam ſatis craſſa indicat aliquid adeſſe humoris pituitoſi. Credo igitur quòd ſit motus tertianarum, quatenus ad terminũ & ordinem periodorum pertinet. Color vrinæ & dolor capitis atteſtantur bili. Credo autem eſſe in augmẽto, quia iam apparent aliqua in excrementis ſequeſtrata. Sanguinis profluuium fit ratione tenuitatis & copiæ: talis enim ineptus eſt ad nutritionem: item ex imbecillitate virtutis contentiuæ. Fluit autem per interualla, non per certas periodos. Sputum etiam indicat humiditatem magnam. Mala coctura ratione ventriculi prouenit, qui factus eſt frigidus & humidus. Cùm enim crudus chylus generatur in ventriculo, crudus etiam fit in hepate ſanguis. pręterea ex longo morbo & victu factum hepar imbecillius, difficulter poteſt concoquere. Tumor lienis accidit, quod ex longo morbo, cruditate, victu, imbecillior redditus non attrahit, quantum debebat, nec eas vires habet, vt poſsit expellere. Prognoſticum quod attinet, cùm temperatura valde ſit mutata à naturali ſtatu: præterea hyeme decumbat, vires etiam imbecilles ſint, morbum non vacare periculo iudico. Poſſet enim in hydropem incidere. Vidi tamen etiam deterius habentes curari. In curatione, ſiquidem non adſunt obſtructiones hepatis, his primùm occurrerem. ſanguinis miſsio nunc non poteſt fieri. Concoquerem dein ſimul & remitterem intemperiem, & reuellerem à capite, quem ad rem ſyrupis vterer, & decoctis imponerem plantaginem, cichoreum, boraginem, betonicam, quę caput & ventriculum roborant. Si addere velletis ſyrupum roſaceum recentem, non diſpliceret, ad ℥. i. vel t. s. Interdum in eo decocto exhiberem rhabarbarum, quia ſiſtit ſanguinem, vndecunque profluat, & attenuat lienem, amicum item eſt ventriculo, lieni, hepati, & omnibus penè membris. eo igitur ſæpius vterer. Paulatim autem euacuarem & deriuarem. Vterer & interdum trochiſcis de rhabarbaro, quibus, ſi timemus ſanguinis fluxum, addi poteſt bolus armena, aut aliquid maſticis. Reuellerem etiam poſtea clyſteribus, quibus interdum adderẽ electuarium lenitiuum, aut rhabarbarum. Nam & Galenus cùm non auderet mulierem purgare, vtebatur clyſteribus acrioribus. vterer frictionibus, ſi ſanguis flueret, ponerem etiam cucurbitulas, niſi alio modo poſſet ſiſti. Abluerem & crura aqua feruenti, quantum ferre poſſet. Illinantur item partes omnes oleo amygdalarum dulcium vel amararum, pariter olei roſacei vel maſti- A chini aliquid infunderem in decocto abſinthij. procedente tempore vterer oleo amygdalarum amararum & trochiſcis de rhabarbaro. A ptiſana ego etiam omnino abſtinerem, vel adderem cinnamomum. In prandio ſaltem darem quid vini panciferi proptar vires imbecilles, diluerem quoque aquâ chalybeata, quæ lienem diminuit, adſtringit, & roborat.

B CONSILIVM XX.

Febris continua.

TOMITANVS.

IVuenis, vnum & viginti annos natus, ante ſeptem dies in febrim incidit, quæ primò fuit tertiana intermittens, pòſt facta eſt continua. Secunda die vrina ſatis craſſa apparuit, pulſus inæqualis: tertia die caſsia cum aniſo eſt exhibita, à C que egaſsit parum: ſequenti die facta eſt acceſsio. Exſpectaui quintum diem, quo ℥. viij. ſanguinis extraximus. Syrupi dati ſunt, roſatus recens, acetoſus ſimplex, de cichorio, cum aqua boraginis, acetoſæ & ceterach. Heri & hodie clyſteres dedimus. Cibum dadimus panatellam cum expreſsione ſeminum melonum: dedimus & ſuccum ptiſanæ. Vires taman in hunc vſque diem fuerunt infirmæ. Temperaturæ credo eſſe calidæ & humidæ, conſentientibus principalibus membris. Sympto- D mata ſunt pauca: vnum forte eſt, videlicet capitis dolor. Cùm autem iam pleraque adhibita ſint, nihil tentarem & naturæ motum exſpectarem, quę ſi nihil mouerit, tunc aliquid moliamur. Cucurbitulis aluo fluente non vterer.

TRINCAVELLIVS.

Puto omnino nunc laborare continuâ, putreſcente materia in venis minoribus. Cùm autem acceſsiones alternis diebus fuerint, tertiana fuit à E putreſcente bile. At quia non multùm ſitit, non ſola bilis putrefacta eſt, quod etiam craſsiores vrinæ demonſtrant, in qua apparent quædam ſigna concoctionis, pauca tamen. Credo quòd ſimus in principio, vel parum poſt principium. Videtur pulſus reſtitutus ad maiorem æqualitatem & conſiſtentiam: alioqui fuit inæqualis, vt eſt omnis pulſus in febre putrida. Remiſſus eſt etiam dolor capitis. credo quòd non deliret, etſi quædam loquutus eſt, quæ videntur arguere inconſtantiam, F quia veriſimile eſt eum timere in morbo. Non enim fieri poteſt vt dolorem non ſentiat propter delirium, quia magnum eſſe oportet. Porrò non eſt magna procliuitas in peſtilentem febrem, quia vrinæ liuiditas magna non eſt: Item multa ſymptomata facta ſunt mitiora, pulſus inquietudo, dolor capitis, vnum inſuper adeſt, quod eſt maximè alienum à peſtilenti febra, quia habet appetitum bonum ad edendum. vrina tamen liueſcens magnam arguit putredinem. Prognoſticum quod attinet: G ante ſeptimum exactum nihil determinarem: ex vna ſiquidem parte habemus ętatem fortem & bonum habitũ corporis, ex altera morbus eſt ingẽs & periculoſus. Natura igitur, in hac ſaptimana oſtendet iudiciũ. Sed præter dicta ſymptomata etiã animaduerti in vtroq; præcordio tenſionẽ, quæ arguit partiũ internarũ obſtructionẽ. Si cras apparebunt quædam

quædam ſigna concoctionis manifeſtè in materia, tum poſſemus de aliis remediis determinare. De purgatione cogitandum non eſt, tum quia aluus fluit, tum quia vires ſunt imbecillæ, tum quia materia non eſt concocta, tum quia antea euacuatus eſt miſsione ſanguinis, ex qua vires imbecilliores factæ ſunt. Niſi forte vti vellemus leui frictione ad aperiendos meatus, & vt materia retraheretur ad exteriora. Laudo vt vtamur epicraſia, ratione victus, qui inſtauret & non facilè corrumpatur. A potu vini abſtinerem omninò, vterer aqua diluta ex acetoſitate citri vel ex acetoſo ſyrupo. Victum bis offerrem, in quo multùm donandum conſuetudini: prandium tamen liberalius, cœna ſit intra fines acceſsionis. prandium ſit ſatia tempeſtiuum decimatertia aut decimaquarta hora, quia acceſsio cras fiet decimanona hora. Cùm autem adoleſcens ſit temperaturæ calidæ & humidæ, non extremè tenuis, victus bonus erit. Contemperantia ſint ſyrupus acetoſus. Si timeretur alui fluxus, vtemur ſyrupo de acetoſa. Inter decocta mihi probatur ceterach, quia diureticum eſt. Nulla autem facienda eſt violenta euacuatio, cùm materia nondum ſit concocta, etiamſi natura non videatur ſufficienter euacuare. Si materia raperetur ad caput apponerem cucurbitulas: reuellerent enim à capite & cutim rarefacerent. Nec aliud molirer ante materiei concoctionem. Si tamen fluxus deſiſteret, poſſemus aliquid de euacuatione cogitare.

CONSILIVM XXI.

Febris continua cum deſtillatione.

BALNEATVS.

ILluſtriſsimus Comes in ætate iuuentutis conſtitutus eſt, anno ſcilicet vigeſimo ſecundo: complexionis calidæ, in paſsiuis temperatus. Caliditatem oſtendunt, amplitudo venarum, color corporis. cordis caliditas ex ira & actionum promptitudine. caput etiam huius temperaturæ videtur in paſsiuis humidum, humiditate excrementitia potiùs quàm naturali, ſi tamen in illa etiam recedat, non multum erit. Ventriculus etiam frigidus eſt, an verò ex morbo, an contrà, neſcio, vt qui ipſum antè non nouerim, licet ſe ſemper bene concoxiſſe aſſerat. Is autem de deſtillatione & imbecillitate ventriculi cõqueritur, in quæ incommoda hac occaſione deuenit: Agitur iã ſecundus annus, ex quo paruæ pilæ luſu incaleſcens bibit, vnde in febrem incidit, & puſtulam ſiniſtri cruris. quare ligni decoctum exhibitum fuit, quo tempore tenuiſsimo victu vſus eſt, & quater copioſè in die ſudauit. Ab eo ergo tempore caput imbecillum & ventriculum habuit. Quarto autẽ abhinc menſe, cùm per aerem frigidiſsimum iter faceret, & grauitatem capitis perciperet, tuſsi & deſtillatione correptus fuit. item dolorem brachij percepit. paſſus eſt etiã febrem, quæ aucta fuit ex laboribus itineris. heri fuit immunis à febre, hodie immunis non eſt, paſſus rigores ſeu horrores circa quindecimam. Hęc ſunt, quæ pręter naturam illi inſunt: vt prius etiam de ſputaminib⁹ citrinis aliquid dicam, quæ interdũ craſsiora ſunt. lotium aliàs craſſum & rubicundum fuit, nunc citrinum. quod ad ſaporem ſputorum, leniter ſalſa ſunt. Affectus hi dependent à duob. membris, ven-A triculo & cerebro. Ventriculus quidẽ ad cerebrum tranſmittit vapores, qui poſt ad pectus delabuntur: quæ euaporatio augetur à mala cerebri intemperie, ex aere frigidiſsimo. huc concurrit etiam hepar calidius, licet exiguam ſalſedinem percipiat. Hæc autem intemperies eſt cum materia frigida & humida. Quòd verò nulla ſit facta læſio in pectore, ex his patere poteſt, quod abeſt febris continua, ſputum ſanguinis & purulentum, item dolor pe-B ctoris: & quòd facilis eſt in vtrumque latus decubitus. Porrò ab his malis liberabitur, ſed non ita facilè. Eſt enim virtus valida, neque ægritudo inueterata. Pro curatione primò ratione febris & catarrhi, & etiam ventriculi, euacuarem corpus, quia roboratione indigemus, quę euacuationem ſequitur. Vacuarem autem caſsiã cum ſeminibus aniſorum, vel electuario lenitiuo. Præpararem ſyrupis, acetoſo ſimplici, de betonica. Venam ſecarem, ſed in pauca quantitate ſanguinem emitterem: licet humores C frigidi ſint. non enim metuo frigidam incrudationem: licet penitus intermitti poſsit. Vacuarem non ſcammoniatis, vt cochiis, propter ventriculi imbecillitatem, & febrem, & corporis caliditatem: ſed potius caſsiæ adderem agaricum, vel cum ſyrupo roſato, vel violato ſolutiuo, vel rhabarbaro, repetitis euacuationibus. Verùm cùm ventriculus frigidus ſit, & etiam caput, conſiderandum, an aquæ thermarum & guttia conueniat: item an cauteria, & in qua parte. Si igitur non adeſſet fe-D bris, exhiberem Sancti Petri, vt etiam ſtillicidia, eſt enim cerebri affectus frigidus & humidus. Facerem etiam cauteria, propter diuerſionem & deriuationem, in brachiis, niſi timerem attractionem ad pectus. quare vacuato corpore potiùs in cruribus facerem, quia læſionem in latere dextro & ſiniſtro percipit, vt grauitatem auris ſiniſtræ & brachij. Temporibus autem calidioribus potiùs facerem actualia, quia illud hæret diutius: vino abſtinebit, dum adeſt febris, & potiùs vtatur E iuribus.

FRANCANZANVS.

Febris eſt continua, licet ipſe non percipiat: intenditur autem poſt meridiem. Conqueritur etiam de tinnitu auris dextræ: cruris item & brachij dolore: vt etiam de deſtillatione copioſiſsima. Capitis intemperies calida eſt & humida, quia ſenſatam percipit caliditatem in capite, licet inſipida exſpuat. Illa autem deſtillatio incœpit poſt v-F ſum ligni Indici: vnde caput calidum plus attrahit, quàm poſsit concoquere, ſequiturque copioſa deſtillatio. Huc accedit iecoris caliditas, tranſmiſſo ſanguine calido ad caput, vnde hoc incaleſcit. Huc faciunt ſputamina ſalſa, quæ à caliditate prouenit. Ex ligni autem vſu refrigeratus eſt ventriculus, diſsipato ipſius robore. vnde ex illius vſu multos in hydropem incidiſſe vidimus. vt etiam ex aquis thermarum. Exiſtente porrò plurimâ materiâ frigidâ in cerebro, excitatur G etiam ſibilus. Febris autem videtur putrida, vt patet ex forma ipſius, qua incepit, cum rigore & horrore, & maximè intenditur: eſtque lenta, continuò affligens. Materia eius miſta eſt ex pituita & bile, vt apparet ex ſymptomatibus. nam bilem oſtendunt inquietudo, vrinæ flauæ, & emaciatio. In curatione, cùm febris cauſa ſit de-

ſtillationis, illi primò attendendum, noo penitus
tamen neglectâ deſtillatiooe. Leuienda ergo aluos:
prouocetur lotium, ſodor, &c. Aluum lenirem
mannâ, propter pituitam in ventriculo: quia etiam
leniretur pectus. Venam non ſecarem, ne ad ta-
bem deducerem. Syrupus ſit de tuſsilagine, de o-
xymelle iu pauca quantitate, cum aquia farfaræ &
eodiuiæ. Pro euacoatiuue placet caſsia, rhabarba-
rum, agaricum vel diaſebeſten cum ſyropo roſaceo
ſolutiuo. Poſthæc caput vacuarem, deriuando et-
iam catarrhum per nares ſucco betarum. Capiti
inſpergerem puluerem ex roſis, hypociſthide, myr
tillo, ſandalis, madefactâ ſutura coronali aquâ ro-
ſarum. Lotiones etiam artificiales placent. Ther-
mæ uon placent ratione exſiccationis & præpara-
tionis ad tabem. Cauterium io ſutura coronali pro
batur propter couſumtionem corporis: non tamen
exuſtâ ad oa coti. Nam vidimus multos iſtius vſu
fuiſſe ſeruatos à tabe. Iecoris caliditas temperetur
epithemate. Vinum concederem, quia appareut
aliqoa ſigna coococtionis: ſit tameu leue. Aut a-
quæ iucoquantur quatuor grana piperis.

Trincavellivs.

Quia io hoc negotio quædam ſunt manifeſtio-
ra, quædam difficiliora, de illis breuiter dicam. pri-
mum manifeſtum videtur, quòd temperatura fue-
rit calida & ſicca. nam promtitudo & corporis ex-
ercitatio hoc declarat, in quibus exercitiis fuit prõ-
tus & agilis: fuit etiam ſubiracundus. Capitis fuit
calidi vt & iecoris: veutriculi integri ante aquæ aſ-
ſumtiouem. Nunc duobus affectibus videtur ob-
noxius deſtillationi & febri; & qoia febris magis vr-
get, de hac primò agendum, niſi velimus dicere de-
ſtillationem frigidam illam adiuuare poſſe. Cùm
tamen materia iam fiat acrior & partes ſpirituales
erodére poſsit (licet ad concoctionem iſtius mate-
riei faciat) febri primò iucumbeudum. Febris autẽ
putrida eſt ſine ſpecie becticæ, quia nunquam inca
leſcit poſt cibum, nõ durus eſt pulſus aut paruus,
præterea nõ adeſt mordeos caliditas. Sed quòd fe-
brem uon percipit, niſi intendatur, inde eſt, quia fo
uetur à multa materia pituitoſa putreſcente & bi-
lioſa mixta. Eſt autem cõtineos, quia nullam video
intermiſsionem, pendens à materia deſtillante pu-
treſcente: eſtq; iá io incremẽto, quia apparent quę-
dá coucoctionis priucipia. Deſtillatiouis origo eſt
partim à conſenſu, partim à cerebro naturâ excre-
meutoſo. Cerebri aũt intemperies frigida eſt, quod
coniicio ex iuuantibus & uocentibus. oam eadem
aquâ, quæ ventriculum debilitauit, etiã caput, dif-
flato & reſoluto naturali calore, cùm ſudarit immo
dicè: vnde conſumto humore natiuo partes frigi-
dæ factæ ſunt per priuationem, licet interdum mo
oeatur deſtillatio à cauſa calida, prius collecta ma-
teria iu capite. Cùm ergu ſemper generata ſit mate
ria frigida & cauſę perfrigerantes præceſſerint, mi-
rum nun eſt, à frigiditate inductam intemperiem.
poteſt qoidẽ cauſa calida materiam frigidã liqueſa
cere, ſed non generare. Calet autem capite, quia na
turâ habitus eſt calidus, & eandem caliditatem et-
iam circa manꝰ percipit. priuatiuè ergo facta eſt ea
intẽperies frigida. Difficilis aotem erit curatio iſtiꝰ
deſtillationis debilitatis iam viſceribꝰ. Febri igitur
primò occurrendum vacuantibus & alterantibus,
noo tameu multum calſacieotibus, vt caſsia vel

A manua, quia parum ioter ſe differuot, quæ in pecto
ris affectibos contemperatur hyſſopo. Imò ſi mate-
ria craſſa ſit, uec obuoxios ſit dolorib. ventris, caſ-
ſiam exhiberem vel etiam manuam, quia oeutrum
exſiccat. præpararem ſyr. de betonica, de liquiritia,
violaceo, aut melle violaceo. Pòſt vacuarem rhab.
iu infuſione. valet enim etiam io affectibꝰ pectoris.
diluerem autẽ aqua aliqua addito agarico, vel ſyr.
violaceo vel roſato ſolutiuo. Repetitis medicamen-
B tis, de victu cura habeatur, qui ſit ptiſana, cui addi
poteſt byſſopus, vel piper. Viuum dari poteſt ratio
ne coucoctionis & ventricoli, pauciferũ tameu. car-
nes ſint laudatæ. Caput vacuarem rhabarb. & agar.
Iuſigniter autem exſiccantibus vteodum eſt. qua-
re etiam guttię thermarum mihi placẽt. adeſt enim
inſignia capitis humiditas. Ratione ventriculi darẽ
aquas S Petri, ſi minus calfacerent & exſiccareot q̃
Aponenſes, vt ventriculo facto valentiore, corpus
humectantib. reſtitui poſsit. licet dubitẽ catarrhũ
C vnica illa vacuatiune tolli poſſe Exercitationibꝰ v-
tatur, ſed muderatis, quæ ſatis ſunt ad robor. Pla-
ceut etiá cauteria in crurib. & capite etiá, q̃a veteres
quoq; ſinapiſmis vtebãtᷣ iu affectib. capitis calidis.

CONSILIVM XXII.

Hectica incipiens: Menſes albi: Tormina ex ſcirrhoſo meſenterÿ tumore.

Fallopivs.

D PRoponitur caſus difficillimos omoi ratione &
cogtiitioue & coratiooe, qoi negotium faceſſit
plurimis doctiſsimis viris. Adſunt tormina &
dolores veutris inferiuris. Locus doloris uõ eſt cer-
tus, nec ſemper idem. nam aliquando infra vmbili-
cum, aliqoando ad diaphragma aſcendit, ſomẽ ta-
meu ſemper dolet. Sunt autem dolores illi aliquan
do compreſsiui, aliquando puuctiui: & noctu quá
interdiù grauius affligunt. Adeſt etiam profluuium
E muliebre ſatis diuturnũ: & aliquãdiu ſuppreſſum,
pòſt iterũ ſuperuenit & ſanguinẽ concretum deie-
cit; atq; exinde manſerunt iſta tormina. Fluxus aũt
fuerunt aliquando rubri, aliquãdo virides, pallidi,
albi, nunc aquei & pallidi ſubliuidi, ex albo in palli
dũ inclinantes Tertium ſymptuma eſt tumor qui-
dã in ileo, id eſt, cartilagine media dextri lateris &
oſſe ilei, infra ipſos muſculos abdominis, vbi ren de
xter extremæ fibræ hepatis ſubiectus eſt. Tomor a-
liquãdu cõiungitur cũ partibus bypochondrij de-
F xtri, inſtar oui, nec mouetur loco, niſi ad compreſ-
ſionẽ, dolet autem. Adeſt & quartum, febris, cuius
natura mihi nondũ eſt perſpecta. Alias tertiana cõ-
tinua fuit, noo fixa tamen. Hæc ſunt ſymptomata.
Cæterùm in ꝓfluuio iſto miſcela eſt omniũ humo-
rum, magna tamen pars bilis & ſeroſi humoris, qđ
eulor & corporis cõſtitutio, cũ morbis præcedẽtib.
oſteudũt: cui & pituitæ aliquid admixtũ eſt ꝓpter
diuturnũ decubitũ. Gignitur aũt materia in hepa-
te & vẽtriculo, quæ vniuerſæ maſſæ permiſcetur,
G pòſt ad vterum tranſmittitur, qua parte alias do-
lebat, cum puris effluxu. Quæ materia dum fluit,
flatus excitat, hinc dolores. Nam non ſolùm abra-
ſione & deterſione hoc accidit. Hæc igitur dolo-
rum fuit cauſa. Tumoris ſitus mihi probè non co-
gnitus eſt: etſi ſunt qoæ mihi perſuadeant illũ eſſe
io renib. nihilominus qoia oihil impedit lotiũ, non
credo

credò ibi conſiſtere: præterea nou ita profundè latitat. Nec porrò iu hepate, quia tunica hepatis ſenſus expers eſt, nec peritonæo, uec muſculis abdominis, vtpote qui laxi redditi ſunt: uec iu omento, quia tumorem ſentit, in abdomine autem ſi eſſet, non ſentiret. Sed neque iu colo eſt, quia màior eſſet dolor. Quare qua parte conſiſtat, certè definire non poſſum: etſi omnino in parte aliqua ſentiente ſedem habet. Nam ſcirrhoſus quidem eſt, non exquiſitus tamen: dolet namq; ſi irritetur. Prouenit B autem à materia pituitoſa, cui admixtum eſt aliquid materiæ melancholicæ. Ortum habet, vnde & profluuium vterinum. De febre neſcio quid dicam, dura tameo nunc videtur arteria, calor præterea interdum videtur incraſcere: uon tamen fixam febrē dixerim, ſed putridam pro ratioue trāſmiſſæ materiæ. Hiue mauifeſtum materiæ typum deprehendere uon poſſumus. Quod ad curationē facit, primò lenieudus dolor, pòſt àuferanda ſymptomata: ſed prius auferendi flatus tranſmiſſi per C vaſa ad vterum, qui retenti, dolores excitant. At hoc videtur difficillimum, cùm loca per quæ fluit materia roborari nequeant. Roborandus autem ventriculus ratione materiæ pituitoſæ, & hepar, bilioſæ, pòſt ipſe vterus. Verùm bis reſiſtit febris & auoi temperies, quia calefacieutibus & conſtipantibus vti non poſſumus ſabris ratione. Tota igitur res conſiſtit iu contemperatione habitus, vt, ſi febris futura ſit hectica, illam inhibeamus Huiûs cau D ſa inſtituta eſt victus ratio reſrigerās & humectās. Cùm autem adeò attenuata ſit, vt aquam aut iuſcola nou toleret, eligerem vinum viuoſum dilutum aqua cocta cum aniſo. pòſt auferrem obſtructiones cichoraceis ex iure, vt ſoncho, endiuia; non illa tamen ſonchi ſpecie, quæ menſes prouocat. Conficiatur etiam ſaccharum ex floribus borsginis cū ſaccharo, quo vtatur ante ſyrupum. Syrupis addātur etiam radices aſparagi, quæ neque calefaciunt, neque refrigerant Galeno, & ab vtero ad renes mate- E riam deducerent. Hepar fouerem decocto ex cichorio, iuungerem oleo roſaceo, abſinthino, aut maſtichino, vel vnguento ſandalino cum ſpeciebus triaſandali, vel vnguento uenupharis. Si febris ceſſarat exhiberem aquas Aponēſes, à quibus aliàs magnū iuuamentum percepit: exhiberem autem nō cum ſpiritu illo ſulphureo, cùm omnia ſymptomata illa ratioue fluxus ſanguiuis euenariut, ſed priùs refrigerentur, pòſt iterum iucaleſcant. Digerunt enim, & roborabunt ventriculum ſiue hepatis caliditate, vel darem àquas S. Petri. Interea pro doloribus F ſopiendis, cùm per integrum annum pertulerit & cū maiori febre, omnino à narcoticis deſiſtendum, vt etiam à balneo olei dulcis. Nam narcoticis dolores auctos meminimus. Laudo igitur ſi parferant vires, vt materia ad inteſtina deducatur per clyſteras. Et niſi vrgerent calores, maximè probarē rhabarbarum. Nunc vterer caſsia cō diarhodone, vel ſyrupo roſato ſolutiuo, vel iure galli. Si tamen haberemus aquas refrigerantes, vt de villa, valde probarem, quibus Lucenſes mulieres in vteri fluxibus G familiariter vtuntur: ſint autem temperatæ.

Bellocatvs.

Symptomatum iſtorum congeries rei difficultátem arguit, non eſt deſerenda tamen hęc matrona. Laborat autem nunc albo profluuio, aliàs rubro: A febri etiā & quidem perpetua: Item doloribus circa ventrē imum, vt dictum eſt: laborat etiā aliquando dolore in hypochondrio dextro, & tumore: pariter de capitis dolore conqueritur, cùm febre laborat. Tumoris locus ex tactu deprehenditur: conſiſtit enim intra ipſas coſtas & os ilei. Non autem in rene conſiſtit; quia adeò profundus non eſt: neque in ipſo hepate, neque in partibus hepati vicinis: mobilis enim eſt: quocirca aut meſenterio aut B omento impactus eſt: credo tamen potiùs quòd meſenterio. Materia pituitoſa eſt admixtâ portiuncula bilis, cùm multam bilem generet · hinc dolores etiam ſæuiores. vterus etiam videtur malè affectus, & refrigeratus propter profluuia continua: ventriculus item imbecillis eſt, multam pituitam generans; vt ex iniectis clyſteribus coniicimus: imbecillitatem autem inducere potuerunt ſymptomatum diuturnitas & longus decubitus. Quòd verò vlcus ſit in vtero, non credo, quia nulla ſanies C excernitur. Febris eſt continua, ex materia iu venis putreſcente. Nam etſi bis adfuerit refrigeratio, intermittens tamen non èſt, quia etſi aliquid extrà miſſum ſit: (quod ſæpe vſu venit) non tamen tota materia expellitur. Videtur autē duplex tertiana, quæ ſuas habet exacerbationes ex materia bilioſa putraſcente iu venis, admixtà aliqua materia etiā pituitoſa: nullas verò aut obſcuras habet inclinationes. Febrem aūt præceſſerunt dolores & fluxus iſti; retento fluxu excitatus eſt tumòr. Multa acta D ſunt à Medicis Venetis, ſed nihil aut parum adiuta èſt: niſi quòd ſublata eſt conuulſio muſculorū. De febre hectica difficulter iudicare poſſum. Non inuenio enim iſtam caliditatem & ſiccitatem arterię: adhæc ipſa febris percipitur, quod hecticis non cōtingit: præterea Venetiis pluribus diebus ſine febre inuenta eſt. quare nondum incidiſſe in hecticam exiſtimo, non quòd periculum non ſit ne incidat: eſt enim mirum in modum extenuata. Res igitur eſt difficillima, & plena magni atque incer- E ti labòris. Primò autem remouenda cauſa, & quod magis vrget, febris videlicet: dolores enim remittunt & ſunt tolerabiles. Prohibenda igitur hectica. Cùm autem febris ſit ex putredine, hæc verò ex prohibita tranſpiratione, quæ ab obſtructione ortum habet: obſtructiones hepatis (quæ maximæ ſunt) auferantur, non neglecta febre. Sed cùm adſit materia, illa tollenda, nō quidem medicamento ſoluenti, quia non tolerat, materiâ non cōcocta, neque præparatis viis. Adhæc cùm venæ repletæ F ſint ſanguine craſsiore, ſanguinem mitterem, ad euentationem, factā etiam diuerſione materiæ ab vtero. aperirem autem iecorariam detrahendo tantum ſanguinis, quantum natura tolerat. Pòſt aperirē cichoraceis, quibus adderem hepatidem, quæ in affectibus hepatis plurimùm conuenit, additâ etiam cuſcuta, vel aqua ipſius. Aluum tamen prius leuirem manna diſſoluta in iuſculo ex cichoraceis: materia vacuetur manna, ſyrupo roſato ſolutiuo & rhabarbaro. Sublata febre, doloribus & profluuiis G conſulendum iure galli, quod optimè contemperatum ſit cichoraceis, nō illis quæ deſcripſit Meſues; cùm prona ſit in febram. Superueniente autúmno & ſedata febre, darem aquas S. Petri, vel de villa, vel de cupo, quæ ſatis moderatæ ſunt. De tumore, an is tolli poſsit, dubito. nam nullum vnquam in tam profunda parte curatum vidi: ſatis igitur ſit, illam

inculpatè poſſe viuere. Applicarem tamen & exhiberem ammoniacum Etſi autem ſcirrhus exquiſitus nondum ſit, tamen anteqoam coretur, in ſcirrhum exquiſitum tranſibit. Alui profluuium ſiſtetur ſedata ſebre.

FRANCANZANVS.

Nata eſt annos octo & viginti, temperaturæ calidæ & ſiccæ. Hectica noo eſt, licet pulſus durus ſit, quia exſiccationem ſequitur. Tumor iſte videtur eſſe in hepate, quem ſebris fouet. Quod autem circa iecur ſit, ex eo apparet, quòd percipitur noo magna compreſsione, ſed primo occurſu: cui accedit etiam ipſa tumoris oualis figura, & præterea quòd nō ſentitur: poſtremò autem qoòd in dextrū latus difficulter decumbat. Tumor autem eſt, ſcliroma à materia pituitoſa genita vitio ventricoli. Cùm ergo vniuerſum corpus ſcateat excrementis, hinc etiam vteri fluores prooenerūt, qui rubri fuerunt à ſanguioe tenuiore, ſupercaleſacto iecore. pòſt mſteria magna ex parte pituitoſa effluxit, quę etiam dolorum circa vterum & pectinē cauſa eſt: ſunt autem propriè colici. Iu curatione cùm febris intenſa non ſit (quia valida non eſt, niſi iuordinatè ſe gerat) primo cauſæ attenderam. Itaqoe pro attenuatione materiæ vterer iure galli uon antiqui, quod ſcbri & doloribus colicis competeret, incoquendo atiam radices aſparagi, qood exhiberem quotidie, euacuando per clyſteria anodyna. Secuo dò vterer trochiſcis de abſinthio, de rhabarbaro, quia lotium prooocant, ſuperbibendo ius gallicū incocto cicboreo. Aluum lenirem caſsia cum hiera. Venæ ſectione oon vterer, cùm mulier valde ſit conſomta. Tumoreio diſcuterem emplaſtro de meliloto temperato cum vnguento roſaceo, vel fiat ex oleo maſtichino, chamæmelino addito roſaceo: ſed in altero plus confido. Sublata febre darem etiam aquas Aponenſes ſine ſpirito ſulphuris. Vinum ſit paociſerom, cùm vētriculus ab aqua labefactetur. Conſiderem autem maximè in diureticis.

TRINCAVELLIVS.

Adeò difficile eſt hoc negotium, vt tacere qoàm loqoi malim. Suppoſita tamen temperatura calida & ſicca. nam ab adoleſcentia illam nouimus. angit me maximè ſcbris putrida, quæ maniſcſtas habet acceſsiones. Omninò autem vaga eſt, licet tertiana videri poſsit, ſumta indicatione à natora ipſius corporis: non autem multum ardens eſt. vode mixta eſt ex bilioſa & pituitoſa materia: eſt enim ſedimen valde craſſum. Referenda eſt ergo ſebris ad tertianam duplicem incinerato etiam ſanguine. Tempus autem febris non cognoſcitur. Dubito etiam de hectica, cùm morbus longus fuerit, & magna atteouatio, præterea ſi manum diutius tenerem, aliquem percepi caloreio. conioncta ergo eſt putrida cum hectica, quæ ex Galeni mente difficilimè cognoſcitur. Cùm tamē ſymptomata omnia poſt floxum menſium ceſſeut, malo id tempus expectare, vt exactiꝰ iudicare poſsimus. Nec enim me mouet, quòd videtur aliquando ſine febre. Tumor in inteſtino nō eſt, quia actio deiiciendi integra nō permaneret: neque etiam in iecore, figura enim mihi videtur lunaris: non autem memini in iecore oualem figuram reperiri. Præterea nec decubitus probat eſſe in iecore: quia ſi in aliis eſſet partibus, potiùs perciperetur quàm cùm eſt in bepate. Quare exiſtimo eſſe io aliqua parte meſeoterij, quia om-

A nis tumor pendulus dolorem illum excitat. Eſt autem in glandulis ipſius meſenterij. Creſcuot enim illæ partes vt etiam alium, quàm proprium ſitum occupent. Porrò antiquatus iam videtur, qoi non deprehendebatur ante extenuatum corpus. Eius verò materia eſt frigida pituitoſa, admixtā aliqua materia melancholica. Dolores illi videutur flatulenti, vnde aliquādo ipſum ventrieulum occupāt. percipitur enim interdum quædam quaſi palpita-

B tio, qoæ in aliam cauſam, quàm flatum referri non poteſt. Communicatur aūt dolor ſæpe etiam coccygi & oſsi ſacro, videlicet vagaute materia flatuoſa: hinc punctiones & compreſsiones percipit. Si enim in loco ampliore coosiſtat, dilacerat, ſi in anguſtiore, diſtendit. Profluuium prouenit ex cauſa calida & frigida. Cùm enim pedibus nodis incederet, concalefacto corpore, mox ſuperueniente partu, congeſta ſit molta in vtero materia, mirum non eſt, ſi materia dioerſæ fuit naturæ. Eſt enim pituita

C qoidem cruda. non enim dolores à bile depēdent. Cùm aotem tumor adcò iecori vicinus ſit, fieri nequit, quin aliquando etiam iecor offendatur. Pariter cùm venæ multo ſanguine excrementoſo ſcateant, vt corpos nutriri poſsit, neceſſe eſt eſſe aliquam in viſceribos naturalibos tabē, quæ res magnam adfert difficultatem. Cùm verò menſes inſtent, oihil antea tentādum eſt: Imò ſi noo fluerēt, acciperem capillum veneris viridem, & iuri incoctom loco ſyrupi exhiberem. Vterer etiam frictio-

D oibus crurum adiuuando ipſam oaturam. Si fluerent. lauarem crura aliquo menſes prouocāte. Abſolutis menſibos, febri intenderem. Sanguinē mitterem exemplo Galeni de illa macilenta, maximè ſi hecticæ uon eſſet ſuſpicio: non copioſom tamen mitterem. Sed priùs expectarē menſtruorum profluuium. Hiera non vterer, vt nec reliquis exſiccantibus, præſertim ſi adſit aliqua fixæ ſuſpicio. Lotam tamen Gal. in febrib. validis admittit. Lenirem igitur manna addito ſyrupo roſato ſolutiuo, qui robo-

E rabit ventriculom. Cùm autem parciſsimè mingat, non tamen ratione alimeoti, idcirco vias vrioæ aperirem cichorio, boragine, quæ homectat, radice aſpatagi. & ceteris b. Præparato corpore aliquando euacuarem rhabarbaro infuſo in decocto fructuum, additā manna aot ſyrupo roſato ſolutiuo. quod medicamentum præ cæteris mihi probaretur. Ius galli ad tollendos dolores ſit aotiquū: (nā ſua nitroſitate hoc facit) exhibeator autem quo tēpore fuerit liberata à ſebre. Quo tempore etiā mihi

F probarentor aquæ thermales. Quod ad tumorem, progrediēdum emollientibus & digereutibos, habita etiam ratione iecoris, vt oleo amygdalarū dulciom, cum vino ſubdulci, incoctis cichorio & abſinthio ad vioi coosumtionem: quod neqoe veotriculo officit.

NOTA.

¶ *Febris lenta cum catarrho, & menſium ſuppreſsione, vide lib. 1 tit catarrhi, conſ. 46.*

G *Febris quotidiana, vide lib. 1. tit. catarrhi, Conſil. 42. & 59. & tit. Fluxus alui, conſ. 56.*

Febris periodica, vid, tit. ventriculi affectus, conſ. 2.

Febris varia, vide tit. ventriculi affectus, conſ. 4.

Febris orta ex intemperie hepatis, vide titul. Cacochymiæ, conſ. 27.

Febris hectica, vide lib. 1. tit. Sputi ſanguinis, conſ. 76.

De

De Cacochymia.

CONSILIVM XXIIII.

Cacochymia pituitoſa.

CVm ex præſcripto litararum oporteat me da
uobiliſsimi viri oegotio ſermonem hsbere,
vtpote qui neque illum voquam de facie no-
uerim,& nunquam eum eo ſim verſatus, pro con-
ſtituto accipiam,temperaioentum illius tale eſſe,
qoale per virum eruditum, &, vt mihi ſanè vide-
tur, medicæ rei peritiſaimum, bis literis daſcriptú
eſt,uempe calidum & humidum,iu quod membra
præcipua, vno forſau excepto veotriculo,conſpi-
raſſe videutur,ita tamen, vt à primis exordijs calor
rationem humidi vicerit. Verùm mox, & ex ocio,
& ex raliqua victus rationa plorimùm faciente ad
humoris incrementum,excreuit,mea quidem ſen-
tentia, humiditatis ratio & proportio: nec modò
eius bumiditatis,quæ uaturalis eſt,& ex ſauguiuis
copia ortum habet;verùm & excrementitiæ, quæ
ſequitur erodæ pituitæ & craſſæ abuudantiam, ex
ventriculi cruditatibus ganitæ,pręcipuè ob iutem
perantem victum, vt uarratum eſt. nam hoc indi-
cant ea ſigna,qoæ diligentiſsimè referuntur,uimi-
rum motus tarditas & pigritia, membrorum gra-
oitas dum mouetur,ſenſus obtuſi,ſomuus longior
& grauior.præterea laſsitudo magna, quæ etſi mi-
oimè,qualis ſit,exponatur:non poteſt tamen uoo
eſſe téſius,ſi ea vera ſont, quæ hactenus ſunt deſcri
pta.hæc enim omuia tanquam ſoboles ſunt pitui-
toſæ cacochymiæ.tarditas ſiquidcm motus & pi-
gritia,ſi Galeno credimus,frigus ſequitur,grauitas
verò multitudinem homorũ,præſertim varò craſ-
ſorum,ſanſoom obtuſio frigus, item & humidita-
tem,ſomnus longus multam humiditatem,grauia
varò & profũndus,frigiditatem, ſed & tenſiua laſ-
ſitudo copiam ſignificat humorũ: ſicut & reliqua
ſymptomata, quæ illi ſæpe ſolent contingere,uon
difficilè poſſuut in ſuas eauſas reſerri. Etenim cùm
potus ſrigidioris aquæ, msximè verò corpore ab
exercitatione concaleſacto, poſsit maximè læde-
re,vtpote quód tuoc omnia aperta ſunt, & quàio
facillimè patet frigori aditus vſque ad intimas par-
tes,præ omuibus verò veutriculum & iecur: noo
mirum deinde ſuit,ſi ſtatim à ſrigidæ potu cæperit
ſacundùm dextrum latus dòlere flatuleuto dolo-
re. Vbi enim calor remiſsior eſt, facilè flatus excita
tur. Generatur autẽ flatus ille,vt arbitror, primùm
in veotriculo,cùm ſtatim à cibo, vel etiam modicè
ingeſto, excitetur. ſed & quód, dum concoquitur
cibus iu vẽtriculo, teoſiouam percipit, firmiſsimũ
eſt iſtius rei argumentum. Quod cùm ita ſit, ſacili-
mè poteſt ſpiritus flatuoſus, è ventriculo ferri ad
partes,ad iecur pertinentes,par veuas,quæ ad eius
portas pertingunt. Pariter ex ventriculo poteſt fa-
eilè vaporibus caput repleri, maximè verò cùm ea
put calidum eſt,& ventrit olus imbecillior ac cru-
dus,qui uon poteſt non crudus eſſe, ſi velimus re-
ctè perpendere eius victum, & moltam copiam pi-
tuitæ, de qua paulò antè loqouti ſumus. repleto
itaque cerebro craſsiori illo & flatuoſo vapore, ma
gis tamẽ iu dextra quàm in ſiuiſtra parte,tum quia
daxtra pars calidior eſt propter iecor, à quo facili⁹
attollitur vapor,tum etiam quia multa eſt in iecore

A iſtios viri nobiliſsimi copia homoris, qui redeu ote
calore ad ioteriora,vt cibi fiat coucoctio, non pau-
cæ vaporationis cauſa exiſtit, quæ plenitudinem
auget:repleto,inquam,ab iſto flatuoſo vapore ca-
pite,natura ex parte oititur exonerare, & vapores
vuà cum parte aliqua homiditatis non admodum
eraſſæ ad nares impellit, obſtruitq́oe eas,atque ad
dentes & gingluas, primùm tamen capot dolore
tẽtatur,mox declinãte materia ad gingiuas, mollit
B dentiũ ligamẽta & gingiuas,& inde fit vt labant &
inſtabiles reddãtur, quia verò ea homiditas cruda
eſt,locus verò calidus (iam.u.ſtatutum eſt eſſe capi
tia calidi) & ipſa etiã ex permiſtis calidis vaporib.
à iecore elatis aliquem cõcipit calorem: ideò facili-
mè ibi putraſcens malè olet, putridumq́ue refert
odorem. Sed quód itidem in ſiniſtra aure cũtingit,
forſan ideò fit,quia accidit illam eſſe imbecilliorẽ.
At verò corpore exiuauito, tũ per flatũ expulſum
tum per deiectiones alui,causâ expurgata, deſinũt
C ſymptomata,quæcunq. pertinent vel ad latus de-
xtrum,vel ad capot. Cæterùm ſi etiam aliquid cru
di bumoris per venas delati in meatum fellis, inſer
tum iu primom iuteſtinum ſertur, eo obſtructo,
atque aliquantiſper intercepto tranſitu, bilis quæ
excremeuta alui inficit, egeruntur ſecẽs albæ, ſed
quia obſtructio illa uon valida eſt, & vis expultrix
ſatis ſortis,omnino antequam aut in babitum cor-
poris digerator bilis,aut ad vias vrinæ feratur,ape
ritur obſtructio, & ideò poſt alteram vel tertiam
D egeſtionem redeunt excrementa ad coloram pri-
ſtioum,oaque tamen lotium couſuetum colorem,
vel ſubſtantiam mutat. nam & tenuis ſemper cou-
ſpicitur, & aliquo pacto albicans cum nonnulla
ſobſiauitie.quæ omnia multom oſteuduut io ve-
noſo genere cruditatcm, ſed & multam copiã craſ-
ſioris materiæ oſtendit hypuſtaſis multa & areuo-
ſa. Plurimùm autem ipſum adiuuat natura fortis,
& facultas expultrix noo imbecilla, quæ promta
eſt & valida ad exoueràdum corpus pondere mul-
E torum excrementorum: quibus alioquin interce-
ptis,neſcio quomodo res ſucceſsiſſet, cùm præter
alios ingẽtes errores, boc mihi maximi videatᷣ mo-
menti eſſe, nempe qoéd ſtatim omnem ratiooem
ferè victus ad contraria mutauerit. nam primùm
cùm ſæpè peregriuaretur,plorimomq́oe & equo,
& aliis etiam morionibus exercaretur, paolò pòſt
ſe totum otio tradidit,cùm etiam diutiùs in Hiſpa
nia verſatus, parcè & temperatè vixerit,in Germa-
niam verò reuerſus pleniori & iutemperatiori ci-
F bo,atqoe qualitate,& quautitate,& ordine non pa
rum aberraoerit. Pręterea in regione calida & ſicca
inſigniter per nũ paucos anuos moratus, ad aliam
huic omuino aduerſariam, nempe pluriinùm fri-
gidam & humidam ſe trãſtulit, vt mirum quidem
ſit,quó nam pacto per ſeptemniũ iam hac etiam po
tuerit,qualiſcunque illa ſuerit, valetudine frui. eo
tamẽ mihi videtur eſſe peruentum,vt, niſi ipſe ſuis
rebus conſulat,non eſſe cum illo iu poſterum ſatis
proſperè agendum arbitrer. Nihil euim ferè mali
G ab eo uon expectari poteſt: quod mslum ne illi o-
minari velle videamur, ſilentio præteribimus, &
ad eam rationem exponendam nos conuertemus,
qua putamus eum poſſe & ab immineutibus peri-
culis eximi, & à malis, ſi quæ iam cæperint, curari.
Primùm itaque, ſi liceat in hac re liberè & iugenoè
meam proferre ſentẽtiam, dixerim, ipſummet poſ-

ſe inire rationem veriſsimam, qua effugere poſsit inſtantia mala, ſi ad ſe rediens experientiam ſequi voluerit ducem & magiſtram. Nam ſi, cùm parciùs & moderatiùs viuit, omnia illi feliciora & leuiora ſuccedunt, poteſt liquidò omnibus eſſe manifeſtú, quòd eadem in poſterum diligentia circa victus rationem obſeruari debeat. eſt enim trita medicorú ſententia, quòd ea, quæ ſemel adminiſtrata iuuant, ſæpius repetita ſanant. Neque dubitauerim, quin ipſe & ſine balneis, & ſine vſu decocti ligni Guaiaci poſsit bene habere. nam ſi reuocare in memoriam voluerimus, quæ ſuperiùs à nobis ſunt conſtituta, nempe multitudinem ſanguinis, boni potiùs quam mali, eſſe in hoc corpore: (ſi enim malus eſſet, neque vires eſſent, neque pulſus magnus; præterea nec copia pituitæ ſanguinem ſuperat proportione, quia item nec eæ vires, nec is pulſus eſſet) facilè poterimus percipere, quòd ſolus victus accommodatus poſsit eſſe ſatis ſine alio etiam maiori auxilio ad hæc vitia corrigenda. neq; enim ſemper neceſſe eſt plenitudinem vel cacochymiam tollere miſsione ſanguinis, vel aliis per medicamenta vacuationibus, ſed ſæpè ſolus victus frugalis parcusque ſatis eſt: præcipuè verò, antequàm ſuperueniens aliquis morbus acutus & grauis, aut imminens & ſtans præ foribus, aliquod præceps periculum inferat. Vnde & Auicenna rectè dicebat, non omnem ægritudinem ſuo medicari contrario: ſed in multis ſolam ſufficere regiminis bonitatem. Galen. quoque in initio libri de ratione victus attenuantis dixit, hoc genere victus potius, quàm medicamentis tolli morbos, quicunque ortum habent à craſsis & frigidis humoribus. Neque tamen volo propterea putet aliquis, me adeò confidere in ratione victus, vt propterea exiſtimem cætera etiam inſtrumenta medicinalia eſſe ſuperuacanea: imò & alia illi maximè vtilia fore crediderim: ſed hoc tantùm ſuadere velim, eam primam & præcipuam eſſe, & aliorum omnium veluti fundamentum, ſine quo cætera omnia erunt inutilia. Quocirca victus ratio ſic erit inſtituenda, vt cibus & potus ſit modicus, concoctu facilis & boni ſucci, & qui talibus actiuis temperatus ſit, paſsiuis verò ad ſiccum vergat. vnde iura & fercula, quæ humectant, nequaquam mihi probantur, vt tamen neque in hoc ſubita fiat à pleniſsimo & largiſsimo victu ad modicú mutatio, ſed paulatim & gradatim. omnis.n. repentinus tranſitus ab vno ad alterum extremum naturæ eſt aduerſarius. Plurimùm præterea in hac re puto referre, vt ordo congruus in accipiendo cibo præſcribatur, ita vt alter cibus non ingeratur priori nondum concocto. Ea igitur huic inſtituto noſtro magis conueniunt, quæ intra fines victus attenuantis continentur, vt ſunt perdices, faſiani, attagenæ, & eiuſmodi cætera volatilia ſylueſtria, quæ nondum conſenuere. ſed nec hædina caro eſſet omnino repudianda, ſicut agnina, porcina, veruecis, & eius generis reliqua. ſatis enim mihi puto fore, ſi rerú capita ſolùm monſtrauero, neque particulatim ad omnia deſcendero. Legumina præterea, vt quæ flatulenta ſint, & craſſos gignant ſuccos, nequaquam probanda eſſe videntur, neque caſeus, lac, & reliqua lacticinia. nam pituitam, & craſſos procreant humores: ſed neque olera: nam pleraq; cacochymica ſunt, ſicut & radices, vt rapæ, napi, bulbi, & id genus reliquæ. Sed & exercitatio ac-

A commodatiſsima & maximè congrua erit, dummodò paulatim aſſueſcat exercere ſe, neque, vt in aliis diximus, ſtatim à ſummo ocio ad multam exercitationem ſe conferat: cui & hoc addimus, quòd neque exercitatio omnino illi tutò inſtitui poteſt, niſi prius de hac multitudine victus ratione tenuiori ſit detractum. pleniora enim corpora, maximè verò ſi etiam præter alia copia adſit crudorú humorum, cùm exercentur vehementiùs, multis ſe

B periculis exponút. inanito itaq. aliquatenus corpore, paulatim ad exercitationé tranſeúdum. Somno quoque modus imponendus. Immoderatus enim corpus nimis humectum efficit, & calorem natiuú hebetat. Aer etiam eligendus, qui modeſtè calidus ſit, magis autem ſiccus, vnde locus, vbi degit, mihi nequaquam probatur, imò puto illi eſſe quàm maximè aduerſarium, & propterea conſulerem, vt inde migraret. fiat autem & aeris mutatio gradatim, vt de aliis diximus. Procuretur præterea, vt aluus

C. fluida ſit, ac de more quotidiè ſuas habeat deiectiones, vel ſponte, ſi id fieri poſsit, vel artis ope, nempe vel clyſteriis, vel aliquibus facilioribus pilulis, vt ſunt maſtichinæ, vel ex hiera ſimplici, vel cum agarico, vel aliquæ aliæ iſtiuſce ordinis: poterit autem vnam ex his, quæ ℈.1. pendat manè ieiunus accipere, cùm fuerit opus, quin etiam cæteras procurare ſolitas & naturales excretiones vtile erit. A quibuſcunque tandem animi vehementibus motionibus illi erit temperandum. Et ſic ſummatim victus ra-

D tionem ſumus perſecuti, cùm putarim illum ſe eſſe traditurum cuſtodiæ periti medici. Tranſeamus ergo ad reliqua inſtrumenta medica, quibus tum vacuandum corpus eſt, tum verò ad faciliorem & commodiorem vacuationem præparandum. Ac quamuis ego in recta victus ratione præcipuam & maiorem ſpem poſuerim: puto tamen præterea & alia inſtrumenta non eſſe à noſtro inſtituto aliena. nam in tanta corporis plenitudine, quanta deſcribitur, ex leui interdum occaſione poſſent varia ex-

E citari mala: ſicut & Hippoc. 1. aph. 3. cenſuit non vacare periculo ſi corpora pleni habitus negligenter tractentur, & non ſtatim ſoluatur plenitudo boni habitus: proinde expedire quàm maximè puto, vt inaniatur. atque cùm & multa adſit ſanguinis copia, nec deſit etiam multa pituita, vt ſtatutum eſt, ideo vtroque vacuationis genere opus eſſe exiſtimauerim, nimirum & miſsione ſanguinis, & medicamentis aluum expurgantibus. & licet videretur forſitan, quòd prior eſſe deberet vacuatio per

F ſectam venam: attamen cùm neceſſe ſit multas reperiri cruditates in ventriculo & communibus viis, non ab re fuerit primùm facili & leniente aliquo medicaméto partes illas inanire, ne ſi ſtatim ad mittendum ſanguinem acceſſerimus, venæ illæ inanitæ attrahant crudiora illa excrementa, quæ attracta deinde in venas digerantur. Medicamentum autem mihi accommodatum videretur, ſi acceperimus pulpæ interioris caſsiæ ℥.1. vel alterius huic ſimilis medicamenti, illique addiderimus ʒ.1.s. vel

G ij. hieræ ſimpl. quibus miſtis bolus fiat deuorádus per horas quatuor ante cibum. Interpoſito poſtea die, vt interim quieſcat, conſulerem vt ſanguis, vel etiá copioſus, ex vena interna in cubito, quam baſilicam iuniores appellant, detraheretur, pro ratione tamen virium, & plenitudinis, vt inſuper ratio haberetur multorum crudorú ſuccorum, quibus ſcatet

ſcetet corpus.quæ particuletim defioiēnda medi- A
co,qui præerit,relinqoemus.Deiude opus erit hu-
mores parare ad purgationem accommodatis me-
dicamentis.eruut autem accommodata, ſi vim ha-
buerint attenoandi,incidendi,detegendi, exſiccan
di,& modicè calefaciendi. Vnde decoctum pararē
ex cichoreo,betou:ca,& radice apij, quæ decoque-
rē ex aquis abſinthij,eudiuiæ,betonicæ , huius de-
cocti ℥.iij.vel.iiij.diluerem oxymelitis,mellis roſa-
cei colati ana ℥.i.ac deiude per aliquos dies bibeu- B
dum darem ſummo mane,donec vrina concoctio-
nem inſignem oſtenderet:quo tépore medicamen-
to corpus purgarem. medicamentū verò iſtiuſmo-
di eſſet,vt accipiátur rhabarberi,agarici optimi ana
ʒ.i.s.ſquiuanthi vel iunci odorati ℈.s.zingiberis ℈.
i.viui albi aromatici tantum quanto ea aſpergātur:
quæ omnia immergantur iu iufrà deſcribendo de-
cocto,ac ibi per noctem macerentur, poſtea in au-
rora colentur,& exprimantur, ac liquori expreſſo
adderem ſyrupi ruſacei ſolutiui ex moltiplici, vt C
aiuut, infuſioua roſarum confecti ℥. iij. electuarij
diephæniconis,confectionis Hamech,ſingulorum
quantum videbitur præſenti medico , rationē cor-
poris & conſuetudinis requirere. Decoctum autē,
quo ea macerāda ſunt,tale ſit: Accipe folia betoni
cæ,abſinthij,cichorei,apij, ſingulorum parum , ra-
dicis dulcis,paſſularum mundatarum,ſingulorum
ʒ. iij. ſeminum feuiculi, ſemiuum citrij decortica-
torum,florum boraginis , bugloſsi,fumiterræ, ſio-
gulorum ana ʒ.i. coquentur omuia in aquis bora- D
giuis,cichorei,betonicæ. Euecuato in hūc modum
toto corpore,vlteriùs putarem expedire parari de-
nuò humores,quibus paratis,cùm caput & ipſum
quàm maximè plenum ſit,& nō parum malè ſe ha
beat,illud quoq; perticulatim eſſet inaniendum a-
liquibos pilulis : uam illæ mihi accommodatiores
videotur.pilolæ verò cochiæ mihi quidem optimę
viderentur. quòd ſi hæ ob id viderētur iosto valen-
tiores , quia forſan patiens ſit magis lubrica aluo,
qoàm vt tutò poſſent dari, eligantur leuiores , vt E
ſuot,quæ ex biera addito agarico cōficiuutur: ego
tamen his ſoleo ſæpè feliciter vti : Accipio rhabar-
bari,agarici ſingulorum ʒ.ij.iunci odorati ℈. i. zin-
giberis optimi ʒ.s.quæ omnia vino , vt dixi , aſper-
gantur ac in ſupraſcripto decocto ad ℥.iij. mecerē-
tur,poſtea excoletur decoctum illis abiectis , & illi
maceranda indatur ℥.i.hieræ ſimpl.Gal.donac ex-
ſogat vniuerſum humorē & exſiccetur , ac deinde
aſſumatur ſyrupo roſaceo ſolutiuo,& in pilolas re-
digetor,qoarum poteſt & ℈.iiij. & ʒ.i.s. accipere: F
qoibus ſæpios vteudum erit,douec corpus & ca-
put iuanitum qoantū ſatis ſit videatur. Poſtea con
ſulerem vt eliqua vteretur confectione , qua & ca-
put & viſcera roboreotur,uon tamē calefierent in-
ſigniter,vt eſſet hæc:ſi accipiamus ſacchari roſacei
non autiqui ℥.i s.conſeruæ florum roris marini , i-
tem & foliorum betonicæ,& corticum citri condi-
torum ſaccharo ſingulor.℥.s.terantur omnia, & aſ-
ſumta ſyropo roſaceo ſimplici deducātur ad formā
eclegmatis,cuius manè accipiatur cochlear, inter- G
dom & veſperi cùm ſe ſomno traditurus eſt : Cor-
pore euim expurgato ſalubriter eo vteretur , adeò
vt nunquam me feſellerit.Reliquum inſuper eſt,vt
reſpoudeamos prupoſitis quæſtionibus,& primū,
num probādus eſſet potus thermarū Patauinarū,
aut eliarū: quas equidem potarem poſſe declinari.

& qood ſi dominus hic vie hee à nobis deſignatā
iucedere voluerit,facilè poterit reuocare pruſperā
veletudioem,& eam deinde ſeruare , uimirum ſi ſe
coutinuerit intra termioos præſcriptos à recta vi-
ctus ratione,alioqoin nihil illi,vel uoſtrum,vel alio
rum proderit cōſilium, eſt euim expreſſa ſenteutia
Gal.quòd nihil medicine tandem prodeſt illis, qoi
omnino in victu intemperanter ſe gerūt,niſi ratio-
uem mutent:paulò enim pòſt iterum eadem cōge
runt excremeuta,quantumlibet etiam ſæpius me-
dicamentis & vacuationib. illis conſulas. Puto ta-
men,ſi alia ratione uon bene ſe haberet , quòd bal-
neæ ita poſſeut tēperari , vt eis vti tutò poſſet poſt
exquiſitam corporis purgationē. expurgato enim
corpore & rectè inanito,nihil timēdum eſſet,quòd
fundantur ſucci,& ſuſi confluant ad iuſignem ali-
quàm partem. poſſunt enim balneæ non modò vi-
ſcera nō laxare, ſed potiùs roborare, ſi quis illis ex
ratione vtatur, ſiquidē nun ſolùm ſulfureę ſunt,ve
rùm & nitruſæ,& aluminoſæ:imò & calcis,& cine-
ris ſuot participes,qoò fit, vt vim habeant exſiccā-
di,detergendi,attenuendi,& iucidendi : ſed neque
etiam facultatis adſtringēdi ſunt expertes ex alu-
mine:vnde laxe viſcera colligunt & roborāt, & ob-
ſtructiones aperiunt, diſcutiūtq; flatus. quòd ſi ti-
metur horum omnium caliditas, temperentur tan
ta aqua, vt neq; illā admodum obeſſe poſsint. Cui
& experiētia teſtator. quotidie enim videmus mul
tos,quibos,dum ſitirent priùs,ea eccepiā aquā, ſi-
tis adeò lenita eſt,vt paulò pòſt nullum potum de-
ſiderarent. præterea illius caliditati etiam occurri-
mus victus ratione inclinante io coutrariam qoali
tatem, & illitiouibus adminiſtratis mēbris, quibus
timemus,vim habentibus ea refrigerandi. Inſoper
& id addatur, quòd ſuapte natura,dummodo non
reperiāt aliquod iu viis impedimentum, adeò citò
pertranſeunt & excernuntur , vt nō poſsint multā
relinquere impreſsionem. Ita dicebat Gal & de pi-
pere,etſi quod calidiſsimum ſit,adeò tamen citò e-
ius diſſolouutur calidiores partes,quæ tenuiſsimę
ſunt,vt in eo temporis interuallo nō plurimùm ca
lefacere poſsit. Quòd ſi nihilominus illæ eſſent bi-
bendæ,Patauiū potiùs eſſet auudū,aut eas aliò alla
tas ſoas vires iuternas ſeruare eſſet exiſtimandum:
mibi tñ conſtet ſalobriores eſſe,ſi ex fonte ſuo , ſer-
uātes adhuc ſuum natiuō calorē, bibātur. Interim
enim dum eliò ferūtur , plurimū amittuut. De de-
ductioue autē earum in capot,potarem ita ſentien
dum, quòd ſi capite pro ratione vacuato reliqoiæ
eliquæ eſſent,aut aliqua frigida & bumida iotēpe-
ries eſſet io capite relicta , poſſent tuto dedoci,mo-
dò id fieret ex præſcripto viri periti & prudētis aſ-
ſiſteotis & moderātis. Quateous verò ad decoctū
Guaiaci,ego ſæpiſsimè expertus ſum , & percepi;
quòd omnino nō nocet , vel etiā potiùs iuuat: rarò
tñ inſignem aliquam vtilitatē vidi ſequi,oiſi vbi ali
qua eſſet ſuſpecta labes Gallica. nō poterit tñ non
ꝓdeſſe,maximè hac ratione,quia victus is interim
erit inſtituēdus, qui nō miuus efficax erit in huius
nobiliſsimi viri coratione,quā potus illius decocti;
nō minùs hac etiā ratione poterit illi eſſe ſalubris,
quia interim,dum illud bibet , continebit ſe ab er-
roribos. Cùm verò vtrunq; remedium,thermæ ni-
mirum & hoc decoctum requirent prios corpo-
ris apparatum per dicta medicamenta,tempus au-
tem opportuoom accipiēdi thermas citò treuſeat;

vix enim toto menſe Maij,eùm aer temperatus eſt,
accipi poſſeot,neceſſe eſſet, vt thermæ præcederét,
oe dum guaiaci decoctum ſumitur,occaſio therma
rum præceps abiret. alioquin enim à decocto tan-
quam à faciliori eſſet auſpicandum, niſi vellemus
prætermittera decoctum, & eo non conſeréte, adi-
re deiode balneas menſe Septembris.

CONSILIVM XXV.

Cacochymia ex intemperie frigida ventriculi.

LIcat per literss diligentiſsimè videantur expo
ſita, quæ ad hiſtoriam pertinent eorum ſym-
ptomatum,quæ nobili viro moleſta ſuot,& ad
ſigna etiam, quibus cooſequi poſsimus naturam
& ætatem corporis laborantis : præſentis tamen
medici aſſpectus & contemplatio obiecti corporis,
interrogatio item atque reſponſio ægrotantis par-
ticulatim inſtituta,maximam vim babẽt ad inſtru-
endum medieum, vt ipſe rem deinde exquiſitiùs
tractara poſsit, tum ad morbum, & cauſas, & ſym-
ptomata cognoſcenda,tum etiã ad pręſagiendum,
eundemque morbum curandum. Sed quoniam id
iam fieri oequit, id in primis tanquam conſtitutũ
accipiam,corporis iſtius naturalem temperaturá à
primo ortu contractam,fuiſſe calidam & ſiccam. id
enim mihi oſtendunt quæ referuntur, videlicet pi-
lorum rufus color, nulla canicias, ſomni parcitas,
promtitudo ad actiones, ingenij aerimonia, vi-
uax ſpiritus,ita vt calidi & ſicci capitis ſit, calidi et-
iam & ſicci iecoris. color enim capillorum, paucus
ſomnus,ſenſuum & ingenij perſpicuitas,caput ca-
lidum & ſiccom indicant: totius verò corporis gra
cilior babitus, & rufi pili iecoris calorem cum ſic-
citate. Sed nec ventriculi ratio prætereunda, quia
ferè omnium horum incommodorum, quibus il-
le affligitur, cauſa aot omnino, aut ex parte ab ipſo
petenda eſt. Puto ergo ſoapte natura fuiſſe frigidio
ris ventriculi; id enim demonſtrat & concoquendi
diffieultas, & tarditas, ex qua intẽperatura reddit
etiam imbecillus. Neque mihi in hac primarũ qua-
litatom contrarietate, quæ ab Ariſtotele actiuæ di-
ctæ ſunt, dubitandum quoqoomodo eſſe videtur:
io altera verò, quæ eſt in qualitatibus paſsiuis à Pa
ripateticis appellatis, res nõ ita mihi clara videtur,
imò anceps iudicium, num humidiòris, an ſiccio-
ris ventriculi conſtituendus ſit. Nam cùm ſiccam
temperiem ventricoli, ſiue com materia illa ſit, ſiue
ſine materia, cooſeqnantur ſitis & oris ariditas: bu-
mor verò in primis viſcidus denotet ventriculi hu
miditatem, quæ aut ventriculi vitio ortũ babet, pi
tuitam multã procreantis, aut à capite defluit, quá
quàm vapor calidus exſiccet: cæterùm in literis re-
feratur, nobilem bunc virum, licet ſiccum & viſci-
dum os hsbeat, noo admodum deſiderare potum,
& eo modicè vti, etiam quando comedit, non puto
inſigniter ſicca iutemperatura eius ventriculum
eſſe affectum. Nam ſi ventriculus ſuapte natura fri
gidus eſſet & ſicans, vel etiam ex morbo talis eſſet,
& melius cibum appeteret, ex vicina addita calidi-
tate, qua exſiccaretur magis, & ex parte calefieret:
ſitiret eõam, & vehementius potum caperet, & eo
delectaretur magis: præterea & corpus gracile eſ-
ſet. ooo audio autem, quòd viris nobilis ſit admo-

A dum gracilior factus, quàm ipſe ſuapte oatura fue-
rit, & quàm ex longo iam morbo erat expectandũ.
Non puto tamen eſſe etiam admodum bumidom,
quia non cognooi ex literis, exuberantem eſſe hu-
miditatem, frigidum tamen naturá eum eſſe iotel-
lexi. Sed præterea modicus cibus & potus, quem
ſemper ipſe tolerare potuit ab ineunte ætate, mihi
aliquam ſuſpicionem afferuot, quòd & ventricu-
lum paruum ex natura babuerit. cui & illud addẽ-
B dum eſt, quòd imbecillior ventriculus facilè excre
menta ex circumſtantibus viſceribos ſuſcipit, io
primis verò ex iecore, mox & ex liene: ex illo quidẽ
bilioſum excremeotom, quod in calidiori iecore
plurimum gignitur: ex boc autem melãcholicum
ſuccom. Quibus ita poſitis, oon eſt difficile, omnia
quæ oarrantur, mala in ſuas cauſas referre. Cùm
enim per periodos capitis dolore corripiatur, hye-
me quidem rariùs, frequentiùs aotem æſtate, non
poteſt ferè affectio, quæ contioens & perpetua mi-
C nimè ſit, primariò à vitio capitis babere originem:
quò fit, vt aliunde ſit cauſa peteoda, & ab alio mẽ-
bro, cuius cooſenſu cerebrum, vel eius membranæ
lædantur. Ex iis verò, quæ literis tradita legi, noo
video, vnde ea petenda ſit, præterquàm à ventricu
lo, vtpote cuius affectibos maximè caput conſen-
tit, tum propter oeruos, quibus ventriculos cere-
bro annexus eſt, tum verò ex ſitu. vẽtriculus enim
ſuam ad caput directam & ſuppoſitam ſedem ha-
bet, & vias admodom patentes, vt inde facilimè va
D pores & ſpiritus à vitioſis ſuccis, ſi qui io ventricu
lo congeſti ſuot, excipere poſsit: non poſſuot autẽ
oon corriuari vitioſi ſocci, in primis verò bilioſi, in
hoc imbecilli ventriculo, à iecore quidem calidio-
re & ſicciore procreáte multá bilem, multum au-
tem melancholię à liene. Ex qoibus duo oriuntur,
primùm quòd vapor ex bile, quæ potiùs contine-
tur io fundo vẽtricoli, quàm ad eius os aſſcendat,
(alioquin & os perciperetur amarũ, & aliqoa ven-
triculi anguſtia, vel morſus: vnde crediderim, qđ
E ea aliquanto ſit craſsior, te... is enim faciliùs ad os
aſſcenderet, neque id mirum, c...n in ventriculo fri
gidiori & crudiori generetur pituita non modica,
cuius mixtura bilis craſſeſcit, & inde flatuoſus ſpi-
ritus, & ex melancholico etiam humore excitatur,
qui in iecur delatus tumorem eiet, & in ventrem
interdũ propulſus ibi percipitur) quòd vapor, in-
quam, ex bile in ventriculo ortum habens, ...r os
ventriculi elatus ipſum exſiccat, linguamque ...ari-
ter, & cæteras oris partes: vt inde percocta ... ...aſi
F aſſata pituita, lentoris illius, de quo mentio ... ſta
ſit, in ore & lingua cauſa ſit: mox verò vbi maior
fuerit collecta copia vitioſi bumoris, copioſior fu-
mus vel vapor attollitur, vt ad membranas vſque
capitis elatus, eas replens & extendens dolorem
hemicraneum gignat, qui interdom ex parte dexte
ra frõtis moleſtior eſt, interdũ ex ſiniſtra, eò quòd,
mea quidem ſententia, interdum magis à iecore ef-
fluit, interdum magis ex liene vitioſus ſuccus. Vt
enim teſtantur Galenos & Hippocrates, partes,
G quæ per directum, vel (vt ipſe græcè ait) κατ' ἶξιν
ſe reſpiciuot, faciliùs conſeotiunt, & mutuò reci-
piunt affectiones. Sed biſce doloribus cùm à tene-
ris etiam annis obnoxius fuerit, imò veluti hære-
ditarios à parentibus, & ab ipſis natalibus traxerit,
nulli dubium eſſe poteſt, illum ab ipſo ortu caput
imbecillum habuiſſe, & vẽtriculum etiam aptum,
vt

vt à calido iecore facilè excremeota ſuſciperet, partim etiam à lieoe. De podagris veró nó eſt multus habendus ſermu: nemini enim nou clarum eſt, hos articolares affectus eſſe (vt decimo de Comp med. per loca docuit Gal.) veluti ſubolem cacuchymię, id eſt, copiæ vitioſorum homorum. qui dulurcs cũ nó ſiot vehemẽtes admodũ, neq; moleſti, putu eos à materia neq; valde calida oeq; tenui foueri, ſed à bile mixta plurimæ pituitæ. Fiunt aũt dulurcs hi, dum natura procurat, vt quantũ fieri poteſt, ab excremeotoſis ſuccis purget ſanguinẽ, & eus ad extremus articulus hac de cauſa propellit. Aluũ porrò eſſe adeò adſtrictam duplici de cauſa exiſtimo, ob multam videlicet iecoris caliditatẽ ſeroſum humorẽ conſumentem, ac præterea ob multá & lentá pituitam per inteſtioa diſperſam, qos implicitæ feces, oon ita facilè per inteſtioa prodeunt: à qua etiá pituita obtuoditur & reprimitur acumen bilis ad inteſtioa delatæ, vt eorum expultricem facultatẽ irritare & excitare ad expolſionem contentorũ excremeotorum nequeat. Qoibos ita conſtitutis, uó poſſum non credere, difficilem admodum, ne dicá impoſsibilem, fore iſtorum affectuũ integrá & exquiſitá curationẽ, vtpote quia iam inueterauerint & cooſeouerint in hoc nobili viro. dixit aũt Hippocrates, quòd ſenes minus, quàm iooenes, ægrotare ſoliti ſunt, ſi qui tamen diuturni morbi io iis oriantur, ad ſepulcrum illos comitari conſueuere: & eò magis, quód ab ipſis geoeratiuis initiis videtur omnino hic vir iſtorum malorum ſemioa contraxiſſe. Poto tamen, quód illius prudantia, & medicorum peritia & diligẽtia, poterit in melios mutare rationam & ſtatũ ſuum, vt hæc incõmoda leuiora facta faciliùs ferre poſsit, & rariùs ab his doloribos tentetur. Qua aũt ratiooe id agẽdum putem, mox exponam. Itaq; cùm ſtatotuin ſit, præcipuam cauſam horum omoium incommodorum ab imbecilliori ventricolo peteodam eſſe, qui ab aliis partibus excremẽta impolſa recipit: ideò veotriculum, ablato vitio malæ illius frigidæ temperaturæ, quoad fieri poterit, eſſe roborãdum puto, ue ita facilè recipiat. Ds illius veró paruitate ne verbum quidem faciã, cùm id medici corationem nou admittat. At quia præterea corpos hoc, mea quidem ſentẽtia, vndiq; excremẽtoſum ex iotemperatis viſceribus eſt, neceſſe etiam eſſe exiſtimo, ipſum priùs purgare, & noo ſemel, ſed interdum & ſæpius, ſemper tamen leuioribus & facilioribus medicamẽtis, præcipoè sũt veris tempore, cùm freqoentiùs æſtate tẽtetur capitis doloribus. Verùm quia continenter viſcera malè temperata ſuggerunt excrementoſam materiam, expedire prẹterea putarem, vt aliquod haberet facile medicamentum ſamiliare, qoo frequeoter, ſed noo multo negotio, ſomeotum illud & occaſio excitãdi ea ſymptomata, ſubtraheretur, ac deinde voiuerſum ſtudium, aut ſaltẽ eius bona pars ad ventricolum roborandum conuerteretur: ſemper tamen præcedente, concomitante, & ſequeute recta victus ratione. Sed tandem rem particulatim tractemus: ac in victus quidem ratione exprimeoda, non ero plurimus, cùm io ea ciuitate degat, in qoa non deſunt multi peritiſsimi & prudentiſsimi medici. Sit igitor victus, qui modeſtè & temperatè ventriculum caleſaciat, oe iecur magis acceodatur: in aliis autem qualitatibos mediocritatem ſeruet, potius tamen leuiter attenuet: Cibi ſint, qui

A excrementoſi mioimè ſint, faciles concoctu, & ſaoguinem bonum, ac temperatom generent. Vioum ſit clarum & tenue, non dolce, non potens, non acidom & crudom, ſed matorum, & oó nihil adſtrictioois particeps. In primis autem, quoad fieri poterit, procoraodum, vt proba fiat cuncuctio. Quo rectè inſtituto, aggrederer purgationem, & veotriculi, & totiùs corporis. quia verò puto, nunqoam non ſcatere ventriculum, & partes ad illum attinẽ- B tes, excremeotoſis ſuccis, in primis bilioſis & pituitoſis: ideó mihi maximè prubaretur, ſi id fieret pulpa ſiliquæ Aegyptiæ, quam vulgu caſsiam appellant, ioiermixtis pulueribos hieræ ſimplicis ex aloe, puta accepta ℥.i.caſsiæ, & ʒ.i.puluerum, vel prout magis viſum fuerit medicis, qoi iſtius corporis maiorem habent peritiam. Mundato veutricolo, alia aggrederer, quæ ad parandos humores ad exquiſitiorem vacuationem facerẽt: iu quibo ahoc præcipuom ponerem, vt fieret decoctom ex cicho- C rio & abſinthio, ex iure leui pulli iuuenis gallinacei, vel etiam ex aqua, deinde huic decocto mellis roſacei ℥.i. ſyrupi ex cichorio ℥.s. adderem: quibos per aliquot dies acceptis, porgarem iterum ſimili medicamento, parando hoc decoctom: Acciperem ſuprà ſcriptum decoctum, additis paſſularũ mundatarum ʒ.iij. liqoiritiæ raſæ ʒ.ij. foliis tribus betonicæ, atque io hoc decocto inſunderem myrobalanorum citrinurum, chebulorum, indorum ad ʒ.i. cuiuſcunque earum, per diem ac noctem, vt tameo D prios modico fricentur oleo amygdalino, qoibus extractis imponerem macerandum rhabarbarum ad ℥.i.s. additis iis, quæ addi ſolent: ex colato decocto illo diluerem roſaceum ſyrupom ſolutiuũ ad ℥.iij. vel iiij. atqoe ita purgarem ſimilibus medicameotis corpus. Deiude verò illo ita abundè purgato, cugitarẽ de aliqoo remedio, in quo vis inſignis eſſet corrigeudi iutemperiem ventriculi, & eum validè roborandi. & vt in hac re ingenoè id, quód ſeotio, fatear, ego aqoas thermarũ exhiberem, mihiq; E ex omnibus, qosrum ootitiam habeo, probautur maximè Aquarianę, qoæ io Regiẽſi agro ſcaturiũt: ſæpe eoim eas expertus ſum neque plurimùm calefacere, neque plurimùm ſiccare, maximè autẽ ventriculum roborare, ac temperare, ſi qoa ſit in eo frigidior temperatura. Mox verò ab earum potu, confectionibus ventriculum & cerebrum roboraotibus agerem. calidioribus temporibus, diarhodooe abbatis, frigidioribos, aromatico roſaceo: vel etiam hoc compoſito his & illis temporibus poſſemus F vti: Vt acciperemus ſacchari roſacei, boraginacai, florum roris marini ſaccharo cooditorum, conſeruæ betooicæ, pulpæ myrobalanorum chebulorum, emblicorum, corticum citri conditorum, ſingulor. ℥.s. terantur omnia, & ſyrupo roſaceo excipiantur, atque in eclegmatis, vel in mixturæ (vt dici ſolet) formam redigaotur: cuios & matutiois horis, ieiuno veotriculo, tantum accipiatur quaotum caſtaneæ magnitudinem æqoare poſsit, & veſperi etiam ante cœnam. Quod ſi quis thermarũ vſum G propter vim calcſaciendi & ſiccandi timeret, quod ego oon admodum timerem, poſſet huic iocommodo conſulere, inuncto præcordio dextro aliqoo linimento, modeſtè refrigerante, quale eſſet oleum roſaceum completum appellatum, aot id, quod Galeni refrigerans dicitur, aut vngoentom roſaceum à Meſue deſcriptum.

CONSILIVM XXVI.

Cacochymia ex intemperie frigida & humida ventriculi, & intemperie hepatis calida.

HIſtoria & relatio eximij medici luce clarios oſtẽdit, corpus egregij iſtius viri vndequaq; excremẽtoſum eſſe, idq; tum ex inæquali internorom viſcerum temperatura, tum verò ex victus ratione mala io omoibus ferè ſex rebus noo naturalibus à medicis appellatis. Qui enim frigidiori ventricolo ſunt & humidiori, & proinde iofirmiori, hi plurimis ex imbecilliori concoctione cruditatibus ſcatent, atq; adeò etism craſſa & frigida pituita, nec oon & flatibos abundant multis ex imbecilliori calore excitatis: iecur verò inſigniter calidum habent, in quo etſi aliqua ſit humiditas, non eſt ea tamen, qua poſsit, quaotum ſatis ſit, hebetari calor, qui plurimos poteſt bilioſos & calidos procreare humores: & poſtquam ex ætate ſiccitas illi addita eſt, vim etiam aſſandi & exureodi acquirit, vt ea deinde de cauſa & melancholici ſucci gignantur. quò fit, vt ſi his mala accedat victus ratio, multa in huiuſcemodi corpore cõgeratur cacochymia, quæ ex variis occaſionibus varios morbos parare ſoleat: præcipoè verò dictæ particulæ malè aſſiciũtur, receptis vitioſis & excremeotitũs ſuccis, quæ aut ſuapte natura, vel alia de cauſa imbecilliores fuerint. ſed omnibus his & hoc addamos, quòd cùm iecor calidum inſigniter ſit, ventriculos autem frigidus, cerebrũ verò & caput humidius & calidius, ea membra plurimum obnoxia ſunt deſtillatiooibus. facilè enim io his, cùm capot ipſum ſoapte natura calidius & humidius excrementoſom ſit, & facilè etiam à calidiori iecore, & frigidiori ventriculo repleatur variâ materiâ, ea mox in catarrhum vel deſtillatiooem verſa, & ad ſuppoſita membra delata, varias affert affectiooes. Quapropter neq; admodum difficile eſt cauſas inoeſtigare, cur vir hic egregius ſecuodum veotriaulum tot iocõmoda ſit paſſus: confluente enim ad ipſum vitioſo bumore, tũ à iecore, tum ex capite, eoq; in flatum verſo, extendendo vſq; ad ſolutiorem contioui, dolores concitati ſunt, cum quo conſeotiens cor in animi defectum concidit, imò & ſpirandi difficultas eo tempore ſuborta poteſt ex parte in cauſam referri. nam præ flato torgens venter diaphragmaq;, & ſpiritoalia membra comprimens, difficultatem anhelitos potuit afferre, quamuis non ſit etiam à ratione alienum, aliam poſſe afferri cauſam, videlicet materiá à capite ad pectus & pulmonem deſtillaotem, quę poſtea diuertens ad ſpioalem medollam, illi vehementes attulit dolores. Quibus ita conſtitutis, facile eſt curationis ratiooem inſtitoere, priùs tamẽ expoſito presagio: qoo non poſſum oõ timere, morbum hunc difficile coratu fore, neq; pericolo vacare, ſi eiuſmodi dolorum & difficultatis ſpiraodi repetant periodi: aot ſaltem non poſſe oõ diuturnũ fore: hoc enim & Hippoc. docoit, cùm dixit, quòd ſenes plerunq; minùs ægrotant, quàm iuuenes: ſi tamen à diuturno corripiaotur morbo, illi commoriũtur. Cùm ergo ab ipſo morbo curatrices ſomẽdæ ſint indicationes, & ſtatutum ſit ex reduodantia malorum humorũ hæc omnia ſuboriri ſymptomata, ſtatim bi ſcopi exſurguot, tolleodã eſſe caco-

A chymiam, & ea etiá remouenda, qoæ in caoſa ſont cur illa generetor: io cauſa verò ſunt membrorum intemperaturæ, ac victus mala ratio. vnde primùm quidem victos ea ratio inſtitoẽda, qoa & bonos generetur ſanguis, & vitiũ humorum genitorũ corrigatur. igitur, vt ſummatim perſtringam, offerantur quę facilia coctu ſint, generent aũt bonũ ſanguinẽ, tenuem & clarum, & quæ in flatum oon facilè vertantur, neq; caput repleant: ab importuna exercitaB tione, pleno corpore, à triſtib. aoimi pertorbationibus caueat. In vniuerſum autem victus attenoás à Gal. appellatus huius morbi curationi accõmodatiſsimus eſt: & tanti fecit Gal. hanc victus rationem, vt ea potiùs quàm medicamentis curari diutornos morbos proounciauerit. Victu autem bellè inſtituto corpus purgaodum eſt. oam porgatione tollitur cacochymia. Et quamuis multis medicameotis & aſsidua purgatione nequiuerũt affectus hi omnioo deleri, non tameo prouinciam deſerenC dam eſſe cenſeo, memor ſenteotiæ Hippoc. præcipientis, quòd cùm omoia ex ratiooe aguntur, quáuis id oon eueniat, qood ex ratione venturum ſperaodum erat, non tamen ad alia transeundum eſt, donec ea maoeant, quæ à principio apparuere. Vnde cùm omnioo ex ea curatione melius habuerit, debemus reuocare in memoriam præceptũ Gal. quòd, quæ aliquandiu adminiſtrata iuuant, ea ſæpius repetita ſaoant. Io expurgando autem corpore, aduentaote byeme, nullum medicamentũ mihi D videtur hieræ ſimplici Galeoi præferendom. Ego itaq; cum flore caſsiæ ad ℥.t. vel ℥. s. miſcerem ʒ.t. ſpecierum completarum bieræ, & in ſolidiori forma facto bolo darem: ſperarem eoim medicamentum hoc facilè poſſe veotriculum & proximas partes porgare, non læſo ventriculo, ſed potius confirmato, vt propterea vim habeat motaodi frigidiorẽ & humidiorẽ eius temperiẽ: caſsia etiá poteſt obſtare, quomious inſigniter iecur calefiat. Poſtea ſyrupis agerem, qoibus bumor pararetur, & mẽbra E roborarentur: & mihi qoidem ſyrupus de betonica, & oxymel ſimplex, cũ melle roſaceo colato, aut ſyrupo roſaceo probaretur, his dilutis vel aquis betonicæ, fumiterræ, & cichorei, vel decocto abſinthij, cichorei, & boraginis. Deinde ad eandem hieram cum caſsia redirem: ſemper enim à leuioribos inchoanda eſt coratio. Quòd ſi his leuioribus non cederet morbus, fortiora aggrederer, quemadmodũ eſſet oxymel ſcylliticũ cum melle roſaceo & ſyrupo de betonica, diluta eodem decocto. Ac deinF de corpus ſimili medicamẽto, noo tamen penitoa eodem vacuarem: hieram enim illam ſimplicem ex aloe in hieram aliam mutarem, quæ diacolocyntidos appellatur, Scribonius verò hieram Pachij appellat, & eam miris laudibus extollit, qui præter alias dotes ionumeras ait illá ſuprà quá quis poſsit credere, vẽtriculum cõfirmare. Interim verò ſi aluus adſtricta eſſet, clyſterib. vterer, & illis nõ ſolũ leoibus, ſed ſæpius acriorib. ex decocto bethæ, abſinthij, chamæmeli, ex quo diſſoluatur aut biera, aut eius geG neris aliud medicamentũ. Exporgato corpore mẽbra eſſent roborãda, aot antidotis maiorib. aut alio faciliori & minos ingrato medicameoto, quale eſſet hoc, vt accipiamus conſeruæ betonicæ, cooſeruæ florum roris marioi, ſacchari roſacei, corticis mali citrij conditi, carnis myrobalanorum emblicarum, ſingulorum partes æquales, quę ſimul cõtoſa

&

& mixta,addito ſyrupo roſaceo redigantur ad for-
mam electuarij, quod manè ieiuno detur ad ma-
gnitudinem nucis iuglandis,& veſperi cùm ſe ſom
no traditurus eſt. quòd ſi interdum Theriaca, aut
Mitridatia antidotus ſummo mane accipiatur ad
pondus ℨ.i. cum duplici pondere roſacei ſacchari,
vtiliter id fiet. Ac ſi his omnib. peractis ille non con
ualeſcat,ego illi conſulerem,vt aquas thermarũ,ſi-
cut ſunt Aponẽſes Patauinæ,quę mihi magis pro-
barentur,hic Patauij ex ſuo fonte biberet, aut illas
Mutinenſes, quæ Aquario ſcaturiunt. ſi quid enim
eſſat in quo ſperandum eſſe putarem, in illis ſpera-
rem. Sed cùm earum non ſit in præſentia tempus,
Ideo iſtius rei conſideratio in aliud tempus diffe-
renda eſt.

CONSILIVM XXVII.

Cacochymia ex intemperie calida hepatis, & ventriculi intemperie frigida: adeſt arthritis: exulceratio cutis: febris.

NObilis & generoſa domina primùm quidem
ſuapte natura excremẽtoſum corpus habet,
quod illi membrorum internorum vitio non
poteſt non eſſe: neq; enim aliud credere poſſum,cũ
iam ab incunte ætate ſolita ſit variis affectionibus,
plerunq; verò cutaneis moleſtari: deinde verò huic
accedens victus ratio non proba,eam auget excre-
mentorum copiam,ita vt neq; menſtrua expurga-
tio fiat,quæ familiaris eſt ſexus muliebris,quæ ſanę
ſeruantur,nec ea etiam vacuatio,qua à partu mulie
res copioſiſsimè ſolent purgari: ſed neceſſe eſt, vt
expultrix facultas nitatur tum ad cutem, particu-
lam admodum aptam ad vndequaq; ab vniuerſo
corpore recipienda excrementa, tum vero ad arti-
culos ea propellere. vnde & articulares dolores
excitantur,& cutanei morbi,vti ſunt herpetes, aut
miliares, aut alij idq; pro varia prauorum ſuccorũ
ratione,qui tamen omnes calidi ſunt & acres. Sed
qui ad articulos delabuntur,craſsiores ſunt, quod
indicat tumor inſignis in articulis. tenues enim ſuc
ci particulas non attollunt in tumores: qui verò ad
cutem pelluntur,acriores forſitan,quia cutem ab-
radunt: ſed cùm abraſio ſeu vlceratio ad partes pro
fundiores nõ pertingat,neceſſe eſt dicamus, tenues
eos eſſe: vnde ſunt veluti ichor quidam vel ſerum,
aut bilis,aut ſanguinis bilioſi & aſſati, cum tenui a-
liqua,& meo iudicio, ſalſa pituita. qui verò in arti-
los decumbunt, mixti ſunt cum ſanguine, & ipſo
quidem bilioſo & exuſto,ſed craſsiori. vehementer
autem calidi ſunt omnes,cùm ex eis febris accenda
tur acuta,quæ ratione multæ exuſtionis in ſangui
ne & bile, cacoethes eſt, vel malignitatis non parũ
particeps. id enim manifeſtiſsimè indicant ſęuiſsi-
ma illa ſymptomata,viriũ defectus, animi deliqui-
um,& luctuoſa ſuſpiria, vaporibus mala & iniqua
putredine affectis cor petentibus: & niſi ætatis ro-
bur naturam iuuaret,quæ primùm in concoquen-
do, deinde in expellendo valida eſt, malè cum illa
ageretur. Hæc verò omnia referri nequeunt niſi in
nimiam iecoris caliditatem & ſiccitatem, humores
in ſecunda concoctione aſſantem, cum quadam ta-
men ventriculi imbecillitate pituitam gignente.
Quo poſito, cùm à primordiis generationis ortum
duxerint pleraque horum malorum,& ferè habitũ

A contraxerint, videaturque intemperatura hæc à
naturali ſtatu, vt effectus ipſe oſtendit, multum
receſsiſſe, difficilis omnino futura eſt curatio, non
tamen ita, vt ea etiam ſperari non poſsit: Iuuen-
tus enim ſemper plurima bona pollicetur. Ra-
tio verò curationis vt vertitur circa morbos ma-
gnos & difficiles,ita etiam requirit valida remedia,
& diligentem curam,præcipuè verò in iis, quæ ad
victum pertinẽt. Nam cùm vniuerſa res hęc ab hoc
B pendeat, vt mutetur & corrigatur inueterata hæc
& ferè cõnaturalis intẽperatura, primùm quidem
iecoris & ventriculi, deinde etiam totius corporis:
nullo vnquam inſtrumento præſtantiùs id fieri po
terit,quàm victus ratione,quæ vim habeat refrige-
randi,modeſtè tamen, ne ventriculo noxa afferan-
tur, dein & humectandi. Vino ergo non vtatur po-
tenti,ſed leui & diluto,quantum vẽtriculus poteſt
perferre,& parcè etiam, vt ſemper tamen aliquan-
tula ratio conſuetudinis habeatur. Cibi vèro refri-
C gerent modeſtè, & bono ſanguini gignendo apti
ſint. In ferculis far & hordeum. in acetariis lactuca,
cichorium,borago,& eiuſmodi reliqua conueniũt.
Carnes ſint hædinæ, gallinaceæ, interdum & ca-
ſtratorum appellatorum,vitulorum lactentium,a-
uicularum nemoralium, perdicum,attagenarum,
faſianorum,& reliquæ eiuſce generis: Oua etiam
ex aqua cocta,vel ſorbilia nuncupata. & quæ parũ
ſint aſſata, comedere licet. quòd ſi iura ex oleribus
aliquibus parentur huic affectui accommodatis,
D & id vtile fuerit,ſicuti ſunt borago,oxalis, cichori-
um,endiuia,lactuca. Salita omittantur, aromatum
aut nullos, aut rarus ſit vſus. Sed & acria omnia fu-
gienda ſunt, vt cæpe, allium,porrum, & eiuſmodi
reliqua: & legumina quoque, & tandem ea omnia,
quæ ſanguinem calefaciunt,ſicuti eſſet nimia cor-
poris exercitatio,iracũdia,& id genus alia. Balneæ
autem,ſi illis eſſet aſſueta,vel paulatim aſſueſceret,
ex aqua dulci tepida,quibus tota lauaretur, pluri-
mùm poſſent malam eam temperiem mutare. Ego
E præterea mitterem ſanguinem, vellemq; morbum
anteuertere: & quando propè inſtaret tẽpus, quo
ſolet ipſa arripi ab his malis affectibus, tunc aggre-
derer hoc negotium,& à detrahendo ſanguine au-
ſpicarer: ſi quidem menſes minimè pro ratione flu
xiſſent, à venis prope malleos pedum,quas Arabes
ſaphenas appellant, ſi autem rectè fluxiſſent, à ve-
na interiori in cubito brachij dextri: ſanguinem vè
rò ea copia fluere permitterem, quam habitus cor-
poris,& virium robur admitterent,& eiuſdem ſan-
F guinis qualitas oſtẽderet. Deinde verò, imò & antè
quã mitterem ſanguinem,leui aliquo medicamẽto
aluum lenirem, ad cõmunia excremẽta, quæ tum
in aliis omnibus,tum in primis venis reſident, faci-
lè & ſine aliorum agitatione educenda: vt eſſet caſ-
ſia Aegyptia,manna, ſyrupus roſatus ſolutiuus di-
ctus, aut ſimili alio, vt eſt id, quod iuniores diaca-
tholicon dicunt. Poſtea ſyrupis humores parãtib.
& intẽperiem mutantib. erit agendũ, qualis eſt ro-
ſaceus ſimplex, ex infuſione roſarum, ex cichorio
G ſimplex, ex endiuia, ex fumaria ſimplex, ex oxali-
dis ſucco, & alij eiuſdem ordinis. Sed & decocta
ex eiſdem parata ſunt huic rei accommodatiſsima:
quibus oportet, vt purgatio ſuccedat, cacochy-
mia enim purgatione tollitur. purgationem vè-
rò ſimili medicamento molirer, vt accipiantur ſe-
ri caprini ℥.viij. endiuiæ, cichorei, boraginis, oxa-

lidia,ſingulorum parum, florum violarum, neou- faris,boraginis,ſiogulor.ʒ.1.radicis dulcia ʒ.iij.ioiubarum,ſebeſten,ſingulorum qoatuor, prunorum dno,ſoliorum ſenæ electæ ℥.s.omoia coquantur ex arte,colētur,& in eius decocti ℥.iij.maceretur rhabarbari,ʒ.1.s.quod prius aſpergat vino albo aromatico paoco,& illi addantur gr.v.ſquinanti,maceretūr verò per noctē,manè calefiat,coletur, & exprimatur,abiecto rbabarbaro, in eo liquore diſſoluantur ſyrupi roſacei ſolutiui ℥. iij. quod pharmacū da- mora accipiendum erit,nec ſemel tātùm,ſed iterū, & tertiò,ſi res requirere videatur,interpoſito tamē tempore aliqoo,quo erit vacandū mutationi malæ illius tēperaturæ remediis antes expoſitis. Quòd ſi hæc non viderentur ſatis fuiſſe, ego darem copioſum lac,aut aſininū, quod mihi magis probaretur, aot caprinum,maximè menſe Aprili, & Maio, ſeruatis iis,quæ ſeruands præcipiuot medici. Poterit præterea fomētis & illinitionibus refrigerantibus remitti iecoris calidior intemperies: ſicuti ſi cichorium,endiuis,& oxalis ex aqua coquātor, & eis tepidis foueatur dextrum præcordium,& poſtea aut Galeni medicamentum infrigidans, aut roſatum vnguentum Meſuæ illiniatur.

De Cachexia.

CONSILIVM XXVII.

Cachexia.

CVm Viri Clariſsimi ita omnia ad amoſsim ſint proſequuti, vt mihi ſatia ſit rem hanc ad ſumma capita reducere, & breuibus repetere:reuocabo in memoriā quæ apparoerunt in hoc viro excellentiſsimo, vt perceptis actionibus læſis facilè deueniamus in cognitionem ægritudinis. A ſummo aūt capite exordiar, à quo omnia deducentur:ſentitur primò grauitas in capite,ſibilus vel tinnitos in aure maximè dextra,quāuis quādoq; peruoeniat vſq; ad ſioiſtram. Sed memor quoq; præceptorum Hippocratis faciē conſideraui,quę ſubliuida eſt & decolorata cum quodā colore cruceo, vel citrino mixto,& ſubtumida.Laborat præter hęc & catarrho,maximè noctu, ita vt quādoq; in ſomno ſtrangulari videatur ex deſcenſu materiæ.Quinetiam cùm vellē tangere pulſum, is viſus eſt frequentior,velocior,maior & celerior quàm expectabam in corpore emaciato & diu cōſumto, vt iudicarim noo expertē omnino eſſe febriculæ: neq; hoc mihi mirū videbatur,quandoquidē ſunt in corpore hoc obſtructiones multę,quarū effectus eſt potredo & ſubinde febris.Inſuper & ventrē tetigi,qoi eſt tumidior aliis partibus,quāuis dicat,cùm bene valeret, ſe fuiſſe aliquātiſper vētroſum aliis membris macilentis & gracilioribus exiſtentib. Sed ego,cùm macilenta viderem alia membra, hominem non ventroſnm indicaui,ſed flatus habere cōcloſos in ventre, quem tomefacerent & in molem maiorem attollerent:quod magis credebam, quia babebat hypochondrium præcipuè ſiniſtrū tumidnm, quod dum diligentius manu comprimerem, renitentia quædam percipiebatur,quæ ſolum ad flatnm referenda eſt,imò præcipuum eſt buius indicium. adde,qnòd dnm adhuc comprimebatur locus, videbatur magis dolere quàm cōpreſſæ aliæ partes. Sed præter bæc heri excremēta inſpexi,qoib.admixtus

A erat ſanguis copioſus:licet fuerit copioſior oodius tertius,vt relatum fuit. His cognitis & perſpectis, priſtini etiam ſtatus rationem inueſtigandam eſſe duxi;quoniam latitudinem lapſus ad diſpoſitionē præter uaturam noo poſſumus exquiſitè dignoſcere,niſi ex perfecta cognitione natoralis habitus. Retulit igitur,ſe dum bene valeret,bouo colore corporis fuiſſe,albido ſcilicet & rubicundo immixto, ſatiſq; pleno babitu : ex quo deueni io eā ſententiā, B vt ſtatuerē corpus hoc fuiſſe in actiuis quidē calidius,in paſsiuis verò uō multum à tēperato receſſiſſe:declinaſſe tamē ad humiditatē potiùs, quā ad ſiccitatē:quod conieci ex pleoo habitu,in quo ſanguis plurimus exiſtit,qui non niſi à tēperato fit vel etiā humido: ideò iudicabā virum fuiſſe calidæ & humidæ aliquantiſper tēperaturæ, cum qua cor & iecor couuenirent,imò & cerebrū, cuius ratio habēda eſt,quoniā id membrum non modica fuit occaſio horū affectnum, quorū cauſas inquiſituri ſumus. C calidæ aūt fuit & ſiccæ tēperaturæ, qa omnia quæ ad eam partē pertinent optimè exercebat, ſatis booi ingenij erat, ac bonorum morum, celerrimarumq; operationū, qoæ & caliditatis & ſiccitatis indicia ſunt firmiſsima, vt contraria contrariorum.Ex hoc igitur ſtatu naturali, cauſas peruestigaui,cur fieret vertigioosus eo die: uon enim poteram in sliud ſymptoma qnàm in vertiginem referre, vtpote cùm ſe illam paſſum eſſe dixerit, & propriis etiā notis depinxerit. Erau verò aocepa cùm D audirē caput laborare graoitate,& præterea catarrho, quē veluti hæreditariū accepit à parentibus, an per primariū eſſet affectum hoc ſymptoma genitum,an per conſenſum alterius membri: & quāuis primò putarē,fuiſſe per primariū affectom capitis, quod toto die pateretur: tñ cùm viderē vnica tantùm ea die,bis laboraſſe vertigine, taudē determinaui eſſe per conſenſum. hoc. o. modo docebat Gal.in libris de locis affectis,cognoſcendū eſſe affectum,quando ſit per eſſentiam,& qoādo per cōſen- E ſum : quia qui perpetuus eſt & diu durat, omnino primariò afficit membrum : qui parum & breui,is fit per cōſenſum.Fuit ergo per cōſenſum à vētriculo,qui propter frigiditatem & imbecillitatē caloris naturalis crudos generat humores, à quibus deinde vapores multi elati ad caput genuerunt affectū bunc ex inordinato motu & ipſorum circumuolutione in vētriculis cerebri. Hanc imbecillitatē ventriculi adauxit, quòd in quadrageſima præterita vſus eſt aibariis,quæ difficilè concoquuutur, & F plurimū obtundunt calorem ventriculi, læduntq; concoctionem; ideò non fuit mirū,ſi humor ille genitus à vētriculn adhuc crudior ſit factus, & copioſior.Quòd verò idem affectus deinde ampliùs nou ſuperuenarit,iode factum eſt,quia Medicorū conſilio,vel cautior ſuo damno factus,in victn ab his diligenòos cauit,à quibus ſentiebat ſe offendi. Sibilus in aure fit à plurimo humore crudo,eſtq; perpetuus,& diu durat,quod indicare dicebam⁹ ex Galeno proprium affectum,& diſtinguere ab affectu G per conſenſum. Eſt antem excrementoſum ſuapte uatura caput, ideoq; his morbis paratū. Nam quia excremēta cruda facilimè vertontur in flatum, flatus commotus veluti vētus in cauitatibus capitis, ipſas animales partes pturbat, vnde omnia circūuolui vidētur laborāti:cùm verò peruenerit ad aures,aerem cooteotum perturbat. Notum eſt enim

ex Ariſtotele & aliis philoſophis, in auribus dupli-
cem eſſe aerem, & connatum vel cumplantatum,
& externum, qoi ſemper mutatur: adhæc in pro-
prio aere formas audibiles cunfurmari impreſſas
ab adueniente exteriori aere moto & agitatu. Por-
rò ſibili ratiu eſt calida & humida naturalis tempe
ries totius, deinde permutata aliquantiſper ex eo,
quùd malum habitum contraxit, & bonus permu-
tatus eſt in frigidam potiùs & homidam, quàm in
calidam & ſiccam temperatoram, qoę hus affectus
propriè gignit in capite. cur autem priùs non per
ceperit, nunc verò percipiat, hoc eſt ex imbecillo
calure naturali, qui poteſt crudos humores rare-
faaere, & vapores ex his multos attollere, at eoſ-
dem nun poteſt diſcutere & reſoloere: vnde non
reſulnti in capite gignunt ea, quæ perpeſſus eſt:
priùs autem, robuſtus & fortis ſi quid attollebat,
id diſcutiebat etiam, ex quo non efficiebantur hi
affectus. Colur faciei liuens & croceus eum tumi-
ditate καχεξίαν indicat, quæ initium quoddam eſt
aquæ intercutis: iam enim oſtendit malam confe-
ctionem eibi, ex quo poterit facilè, mea ſententia,
percipi cauſa, vnde factum ſit principium huius
murbi. Toſsicula etiam adeſt ex deſtillatiune & ca-
tarrhu materiæ crudæ, à capite ad ſubiectas illi par
tes, maximè ad pectus. Craſſa autem ea materia eſt
nun tenuis, quia licet tuſsiat, tamen non exſpuit,
vel modicum qoid exſpuit. hæc eadem materia cũ
deſcenderit ad pectus, ibi detenta efficit anhelitus
difficultatem: præcipuè tamen cùm ambulauerit,
difficiliùs ſpirat, quud etiam ſulet euenire his, qui
aſthma patiuntur, in ſulu aſſcẽſu ob motum mate-
riæ in partibus pectoris contentæ. Cæterùm imbe
cillitas totius curpuris, & tumur inferiuris ventris,
ac dextri maximè hypochundrij cum renitentia
modica, ex imbecillitate membrorum efficitur, quę
deſeruiunt notritiuni, præcipuè iecoris & ventri-
culi, maxima tamen ac prima uccaſio à ventriculo
fuit: quia dum poſitus eſſet in re familiari, & repu-
blica moderanda, multa cogitabat, & in ſtudiis ver
ſabator: vbi autem mens laborat, omnes ſpiritos
concurrunt, & intenti ſunt operationi ipſius, ca-
lorq; naturalis ſubinde à cæteris actionibus diſtra-
hitur, reſoluitur, & debilior redditur, cùm alioqui
vegetus & rubuſtus eſſet. nam moderatè appete-
bat, & quod aſſumebat bene concoquebat, colore
item erat rubicundu, & pulchra facie: nunc verò
turpi ac deformi colore, pallido, non concoquit
quod aſſumit: quæ quis ignorat indicare ventri-
culum nun modicùm eſſe labefactatum? nam dice-
bat Galenos, qui neſcit dignoſcere ſtomachũ ma-
lum à probo, nú eſt bonus medicus appellandus.
Ideo ſupponator fuiſſe ſtomachi buni, nunc verò
mali & improbi, qui præſtiterit occaſiunem ad a-
ctiones proprias aliurum membrurum impedien-
das & offendendas, propterea, quia redditus imbe
cillior, genuit humures crudos, qui permutarunt
temperiem hepatis, atque totius corpuris, ad fri-
gidum & humidum, quod ex culure ipſius cugno-
ſcitur & ex tarditate & ſegnitia in motu, & in diſcur
ſu, ac umnibus operationibus, namque frigiditas
impedit mutus corporis, vt caliditas adiuuat, eoq;
magis ſi cũ frigiditate homiditas iungatur. Quòd
igitur immotatus & debilitatus eſt calur naturalis,
qui rectè non concoquit, vt perſpicimus ex vrinæ
colore, ſubſtantia, & ſubſidentia, maximas crudita-

A tes iodicabimus eſſe in huc corpore. ſi enim vrina
indicat affectus venarum totius habitus, atq; iecu-
ris, certè fateri puſſumus permutatam eſſe totius
temperiem ad frigidum & humidum, qua ratiune
in toto redundant crudi humores. Sed cùm hæc
magna permutatiu temperiei totius nun poſsit fie
ri niſi per motatiunem iecoris, quod per totũ cor-
pos crudum ſoccũ diſtribuit, ideu dicimus quùd
hæc fuit veluti catena quædam: primò fuit permu-
B tatio vẽtriculi, quæ fuit cũmunicata iecori, deinde
toti corpori, & maximè cerebru, quud aliuqui per-
petiebatur. Et hinc facta eſt tẽſiu in hypochundrio
& in ventriculo, & in facie, ac ferè in omnib. tomor
prupter debilitatum calurem naturalem, qui flatũ
gignit ex ſobiecta materia elatis vapurib. calidis &
homidis, minimè diſcuſsis vt Ariſtoteles in Methe
oris teſtatur. Sed ex his etiam alterius ſymptoma-
tis ratio elicitor. nam ex pauca copia ſpirituũ, qui
non multi gignuntur, deficiẽte materia apta, & au-
C cta cruditate, fit imbecillitas motus in totu corpu-
re. robur enim ferè ex multitudine ſpirituũ depen
det. Hæc ſunt quæ habebam de rebus præter natu-
ram, quæ ad morbos, ſymptomata, & cauſas perti-
nebant: quibus ſic determinatis, qoid futurum ſit,
modù expunam. Ac etſi læſæ ſint operatiunes, non
tamen adeò ſunt labefactatæ, vt deſperandum ſit:
ſi enim actiones & actiunum mudum indicant ex-
crementa, certè nõ multum offenſas eſſe dicimus:
ſiquidẽ cùm vrinã inſpicimus, videmus non adeò
D lapſum & permutatũ calorẽ iecoris, parnũq; quæ
ad nutricatiunẽ faciunt, præſertim cùm adſit ſub-
ſiſtẽtia & color croceus vel ſubcitrinus, qui bilem
indicat generari. vrina. n. biliofa aliquantũ, quia al-
bida cũ ſubcitrinu colore eſt, indicat calidũ adhuc
ſatis iecur. ergu dicerẽ actiones adhuc ſatis vale-
re, & bonas ac prubas eſſe, cùm etiã excremẽta alui
ſint ſatis pruba & naturalia. quùd ſi dicat aliquis;
eſt multa cruditas in hoc corpore, ideò difficile cu-
rabitur, dico, in vẽtriculo præcipuè gigni eã pitui-
E tam, qoæ per totũ diſtribuitur, & vrinam albã effi-
cit: & ideu crederem omnino conualiturum hunc
virum, ſed longiori tempore eſt opus, quia ſenten-
tia eſt Hippocratis, quæ tardè in morbis reſoluun-
tur corpora & extenuantor, tardè etiam reficiun-
tur & cũualeſcont. hic autem vir paulatim lunguq;
tempore cõſumtus eſt, vt ſolent morbi frigidi, lon-
gi ac diuturni: & certè mirum eſt qnumodo corpo
re nun omnino ſit emaciato, ſi conſideramus erro-
res factus in victu. quia igitur longiures ſunt mor-
F bi frigidi, & prupter tempos anni inſtans, quod ad
hyemem vergit, coniicere non poſſum nun futurã
longiorem eſſe curationem: nihilominus felicem
euentum exſpecto, eo ſemper nixus fundamentu
bono, quòd naturã coadiuuantẽ habebimus non
adeò imbecillẽ, & propter tẽperiem natoralẽ, atq;
ætatẽ adhuc florentem & calidam: addito præter-
ea optimo auxilio, quibus omnibus remouebitur
mala diſpoſitio. Victus igitur rationẽ moderandã
eſſe prupunerẽ, quia in his affectib. magis victus re-
G ctæ ratiuni fidebat Gal. in lib. de attenuantẽ victu
quàm medicamentis, & cæteris auxiliis. vtatur au-
tem cibariis aliqoantulum calidis & corroboranti-
bus, vt ſi acciperet conditas paſſulas, quæ uptimè
nutriunt, facilè concoquuntur, & tonum roborq;
ventriculo addunt. quantum enim faciant in huc
caſu, poteſt haberi ex loco Galeni, qui eſt 8. de com

r 3

poſitione medicamentorum per loca cap.7. vbi cy-
phoidem medicamentum deſcribit, in qua deſcri-
ptionē paſſulæ ponuntur: quod medicamentum
dicitur de paſſulis ab Arabibus, & ita illud com-
mendabat, vt diceret, paſſularum vi dignius illud
reddi, quia hæ ſolæ poſsint fluxum hepaticum ſol-
uere. adderē verò paſſulis conditis cinnamomum,
quod præter hoc quod calefacit & corroborat, eſt
& odoris grati atque iucundi qui quantum faciat
in recreandis ſpiritibus, declarauit Galenus. Vi-
num erit rubrum, quod magis placeret, quàm al-
bum, ratione illius fluxus hæmorrhoidalis, qui ad
huc magis ex vino albo augeretur, propterea quòd
aperit & laxat: ego autē maximè timerem ſi copio-
ſior fieret fluxus, vt non dubitarem refrigeratum
iri plurimùm hoc corpus, & debilius redditum iri
fluante ſanguine, quo ſpiritus ipſi & robur amit-
tantur: rubrū autem potius adſtringeret, & ventri-
culum corroboraret. Quod ad alterum inſtrumen
tum medicum attinet, ſcilicet ad phlebotomiam,
de ea verbum nullum faciam: quia plurimùm hoc
tempore timerem, ne debilitaretur, & multo magis
vires deiicerentur, ſi apertis hæmorrhoidib. venæ
ſectio accederet. Tranſeundū itaq; dimiſſa phlebo-
tomia, ad tertium inſtrumentum, nimirū ad medi-
camenta, & videndum quibus & qualibus, quomo-
do, & quando vſuri ſimus. Ea autem cùm multipli
cia ſint, nam alia concoquunt, digerunt, præparāt,
alia euacuant, alia corroborāt, & aliis qualitatibus
alia agunt. euacuantibus primò agendum cenſerē,
vt, quod nocuum in ventriculo eſt, deiiceretur. illa
enim excrementa in ventriculo multa & cruda fo-
uent temperiem malam & frigidam, ac ſemper fo-
mitem præbent, vt non ſimus ablutari vnquā cau-
ſam, priuſquam euacuauerimus copiam excremē-
torum. oportet ergo quæ cruda in ventriculo repe
riuntur, remouere, ſed antequam præparentur &
concoquantur: quia ſi primò voluerimus diſpone
re vel præparare, vtendum erit calefacientibus, in-
cidentibus, attenuantibus, abſtergentibus mate-
riam illam, & ita penitius ingredietur, & deduce-
tur ad hepar & ad venas interiores, & ita obſtru-
ctiones magis augebit, & ſubinde febrem. dimiſsis
igitur his medicamentis, omnino accederē ad me-
dicamenta euacuantia crudam eam materiam: vte
rer tamen tenuioribus & leuioribus, & à violentis
abſtinerem: quia nihil magis debilitat vires & to-
num ventriculi, quàm fortiora ſolutiua, & quę ſcā-
moneata dicuntur à medicis. ſed cùm inter om-
nia medicamenta leuiora commendetur hiera ſim
plex Galeni, quòd multis prædita ſit dotibus, vt le
uiter euacuet, calefaciat, incidat, & abſtergat: igitur
illā prę aliis ponerē, maximè cùm Arabes illi dona-
rint hāc prærogatiuā, quòd euacuet malos humo-
res, relictis bonis. verū cū dupliciter paretur in offi-
cinis, vel ſolæ ſpecies, vel cū melle: ego ſpecies elige-
rem, quia quæ cum melle paratur minus euacuat,
& debiliorum eſt virium, vt dicit Auicēna. at quia
amara eſt in ſpeciebus, ideoq́ue guſtum offende-
ret: commiſcerem cum ſyrupo roſaceo ſolutiuo, &
in forma boli exhiberem, neque eſt, vt timeatur ca-
liditas hieræ, ſiquidem ſyropus roſaceus ſolutiuus
ipſam remittit & corrigit, eritq́ue medicamentum
ferè temperatum, vt ſi exempli gratia ℥.iij. hieræ ſu
mantur, & miſceantur cum tanta quantitate ſyru-
pi ſolutiui, quæ ſatis ſit vt formetur bolus, & re-

A cta ratione exhibeatur: Verùm propter hæmor-
rhoidas, ne magis aperiantur, adderem ℈.1. vſ-
que ad ʒ.1. rhabarbari, quod cùm ſit benedictum
& ſatis lene medicamentum, euacuabit, & præter-
ea adſtringet, ne ita hæmorrhoides aperiantur. cæ-
terùm qui aderit medicus poterit recta ratione ni-
xus, illius & huius quantitatem augere, vel mi-
nuere, prout conuenire conſiderauerit, cùm ex-
pertus fuerit naturam huius corporis, His factis,
B materiam interius exiſtentem pararem, & tempe-
riem frigidam immutarem, decoctumq́ue confi-
cerem ex rebus calidioribus mundificantibus ſan-
guinem, & permutantibus temperiem ad contra-
rium: acciperem in hoc decocto in primis abſin-
thij comam: neque enim video, quód nam ſimplex
medicamentum abſinthio poſsit præferri ad cor-
rigendum, ſiue ventriculum, ſiue iecoris lapſum ad
malam temperiam: adderem cichorium, betoni-
cam, neque cauerem ab agrimonio, quod mul-
C tum faciet ad alterandum iecur. Adderemus quan-
doque plantaginem, ſi fluxum nimium timere-
mus, ex eiſdemq́ue ſyrupos confectos poſſumus
exhibere, vt eſt ſyrupus de betonica, de cichoreo,
oxymel, prout humores in corpore ſuperabun-
dant: hæc enim ſecernenda ſunt actu. Laudo po-
ſtea cyphoidem, quod medicamentum electuari-
um de paſſulis, vt dixi, appellatur ab Arabibus, ſi
omnia, quæ ingrediuntur eius compoſitionem, ha-
beantur: aſpalatum enim credo non haberi: eſto
D tamen quód dicatis reperiri hic in veſtris aroma-
tariis. Deinde ad trochiſcos etiam accederem, qui
adducti ſunt à vobis de abſinthio, de roſis, & lini-
rem ventriculum & totum abdomen oleis, abſin-
thino, maſtichino, irino, nardino, vel de ſpica,
nec timerem eius caliditatem: Soleo ego linimen
tum ita parare. Accipio oleum amygdalarum ama-
rarum, quod his affectibus conuenit: attenuat e-
nim & calefacit, comam abſinthij, maſtichem ad-
addo, & compono decoctum, addito vino, vt bul-
E liant ſimul omnia vſque ad conſumtionem vini,
deinde iſto linio ventrem inferiorem: diſcutit fla-
tus calefaciendo, & corroborat mirum in modum
viſcera omnia, quæ nunc requiruntur.

CONSILIVM XXIX.

Cachexia ſecuta morbum.

BELLOCATVS.

F IAm annus elapſus eſt, quòd nobilis mulier a-
gens annum quinquageſimum tertium, incidit
in diſpoſitionem circa ſpiritualia, ſcilicet peri-
pneumoniam. febris erat validiſsima, difficultas
anhelitus, adeo vt in maximo vitæ diſcrimine fue-
rit: tamen ex parte ſanata eſt. Sed ſcribitur denuò
recidiſſe, & metum eſſe de hydrope. Senſit omnia
ſibi verti in malum ſuccum & nō multò antè factæ
ſunt ipſi tres magnæ euacuationes, profluuium ſci
licet narium, ſudor maximus & alui profluuium.
ex prima nonnihil debilitata fuit, ex vltima tamen
G iterū refecta. Primò igitur queritur de malo habitu
ſeu cachexia & tumore lienis. In cauſa ſunt, meo iu
dicio, vitioſi humores, per totum corpus ſparſi, qui
obſtructionē faciunt in hepate, liene, & ventriculū
etiam debilitant. Deinde cùm ipſa iam verſetur in
ſecundo ſenio, vires etiam admodum debilitatæ
ſunt. Præſagij loco dico non facilè curari poſſe:
cùm

cùm tamen iutemperiem ſrigidam dixerim, cum illis agendum, quæ modicè caleſaciunt. Et in primis inter medicamenta mihi videtur optimom eſſe rhabsrbarum, vel in tabularum figura vel pilularum ad ʒ.s. cum ſyrupo menthę vel alio. Pòſt bibst aquas S. Petri, deinde Aponenſes: ex illarum vſu credo maximnm allatum iri robur veutriculo & iecori. Commendarem etiam confectionem mithridaticam, item cyphoidem confectionem. Omnia vehementia medicamenta, vt eſt agaricum, elleborum, ſcammonium, hîc fugienda, mea ſantētia. ſed etiam ſuccom ebuli cominendaram, decoctum ex ceterach, agrimonia & tamariſco, pro liene, vel capparorum radicum, filicis, ceterach, tamariſci cum portioue aceti. Oleo etiā de capparibus & liliorum alborum, atque chamæmelino, & parte ammoniaci diſſoluti facerem linimētum. vinum ſit abſiuthite, iu quo ſit agrimonia & ceterach. Victus ſit non craſſus: vergat ad ealiditatem & ſiceitatem. Si aluus adſtricta ſit, vtatur ſæpe molli clyſtere, in decem diebus ſemel aut ſæpius.

TRINCAVELLIVS.

Qooniam morbi tales acutiſsimi requirunt vires robuſtas: ex hoc colligo illā mulierē fuiſſe optimi temperamēti. ſed qoia ex curatione magnorum morborum, qui requirunt magna & vehementia remedia, ſpiritus & calor naturalis debilitati ſunt, idcircò ſequuta eſt intemperies frigida, & imbecillitas veutriculi, & malus totius corporis habitus, & initium ferè bydropis. videtur autem anaſarca, qoia ſit cum intemperie maga totius corporis, & ſcribitur eam mediocriter valere, & nihil illi deficere, quàm quòd ſit adhuc debilitata. De conualeſcentia bene ſpero, ſi omnia probè egerit, & medico paruerit. licet enim diu durarit morbus: tamen integrè ſauari poteſt, vt ſuas actiones beue obire poſſit. Victus ergo ſit moderatè attennans: nam morbus quidem requirit attenoautem ſolom: ſed cùm vires reficere oporteat: igitur moderatè ſit attenuans. Valent autem bic perdices, pullaſtri, pulli colūbini, oua ſorbilia: admixta portione de petroſelino ſeu apio. Laudo vuas paſſas tam paruas, quàm magnas: roborant enim illæ maximè iecur & ventricnlum, teſte Gal. item cubebas. Cibi ſint facilis cōcoctionis, vt ptiſana hordeacea, vel condita com pipere vel cinnamomo, ferculum ex ouo aliquo, & cum ciuuamomo, piſtacia, panis marcius ex amygdalis & cinuamomu. Caueat à triſtitia omni. Aer ſit temperatus. Hæc de victu. Medicamentis nequaquam vehementibus vterer, & præſertim rhabarbaro, ſed præcipoè vterer decocto ex cicborio, abſinthio, ceterach & agrimonia. Syrupus aceroſus eſt præſtantiſsimus in hoc caſu, ſi ℈.1. rhabarbari in eo diſſoluatur, vel in dacocto dicto. Vtatur vel ipſo decocto vel rhabarb. in eo infuſo, & deinde quieſcat aliquandiu. Exteriùs, ſi opus eſſet, vterer oleo amygdalarum dulcium, in qno infunderem aliqoid de abſiuthio & agrimonia, addito vino modico tenoiſsimo & in duplici vaſe cocto. Iſto inungerē lienem, hepar & viſcera, vel adderem pingoedinem anatis aut anſeris. De balneis, quia hoc tempore non conueniaut, nihil dicam.

A

De Hydrope.

CONSILIVM XXX.

Hydrops.

SI magis particolatim negotiom ſororis tuæ, mi
Thoma, ab excellēti medico ſuiſſet expoſitum,
nos etiam magis diſtinctè & longiori oratione
B rem hanc tractaremns; ſed quia ſummatim & tantùm per ſumma eapita literis commiſſum eſt, ideò
& nos breuiores in hac erimos tractatione. Accipiam itaque ætate iuuenem eſſe ſororem tuam. tēperaturæ verò ſuapte qoidem natura aut frigidæ,
vt mihi retuliſti, aut non admodom calidæ, vtpote
quæ albas carnes & non admodum coloratas vel
rubore ſuffuſas habeat, nō etiam admodum promta in actionibus, ſed potiùs tardior ſit, qoæqne otio
etiam magis, quàm labori operam det. poto præ-
C terea, quòd eius victus de more reliquarum mulierum promiſcuus ſit. Quibus & id pro conſtituto
adiungam, aqoa intereute, vel hydrope illam in
præſentia teutari, cuins ratio vniuerſa ferè à frigida & homida intemparie viſcerum ſit petenda, vtpote contracta ex importuno, vt refertur, frigidæ
potu, quo præſertim tempore is maximè poterat
eſſe noxius. qno enim tempore molieres aot in
puerperio ſunt, aut per ſuos menſes purgari ſoleut,
eo maximè à frigore lædi poſſunt. Nam tune mea-
D tus ferè omnes aperti ſuut, vt refrigeratis inde naturalibus viſceribus, non mirum videatur, ſi propterea genitis cruditatibus, & frigidis craſsioribúſqua excrementis, ſuccedant obſtructiones, vanas
viſcerom obſideutes, quæ corpus ad febres putridas, proindeqne ad hydropem promtum reddaut,
uempe refrigeratis ventriculo & iecore. Et quamuis nulla fiat mentio iſtius bydropis, qualis nam
ſit, quantum tamen poſſum coniectura aſſequi, exiſtimo in primis Aſcitim potius eſſe. audio enim
E bonam medicum coueepiſſe ſpem ex fluore ſeroſi
humoris copioſi per aluum, quamuis, ſicut plerúqoe eſſe ſolet, nun credam & multo flatu deſtitui.
quare neque præter ratiunem eſſe exiſtimo, quòd
putarit excellens ille medicus, illi febrem tertianam notham poſſe eſſe auxilio, vtpote quæ poſsit
& flatulentam materiam diſcutere diſsipareque, &
tenuem ſeroſumque bomorem exſiccare: modò
illa febris uon admodum valida & multa ſit, alioquin diſſoluere facilè poſſet robur uatiui viſcerum
F caloris iam imbecillioris ex morbo & eios cauſia
redditi. Quatenus verò ad id, quod ex me reqoiris,
pertinet, meam iu hac re ſententiam proferam. Iodico, non facilem coratu fore morbum hunc, cùm
& cauſam habuerit validam, & corpus, licet iuuenile ſit, non tamen ſit admodum robuſtum. uon tamen etiam adeò difficilem, vt omni ſpe curationis
deſtituatur, præſertim cùm illæ ſint naturæ vires,
vt facilè ſeroſum excrementoſumque humorem,
qoi continuò ex vitio imbecillium viſeerum gigni-
G tur, per aluum deiiciant: ſi tamen profluuium illud adeò modeſtum ſit, vt facilè poſsit à natura ferri: nam alioquin vires facilè poſſet labefactare. Hoc
itaqoe poſito: quòd affectus iſti, uempe obſtructiones, febris, & frigidior intemperatura internorum
viſcerum, corationem poſsint admittere, facile eſt
curationis rationē iuſtituere. bi enim ſcopi lu pri-

mis ſpectandi ſuut, vt obſtructiones aperiantur, vt intemperies coñtracta in viſceribus corrigatur, vt qoe excramentoſus humor, qoi quotidie congeritur, educatur, aut per lotium, aut per aluum, aut ſi aliunde commodè id fieri poſsit. Sed cùm ſpontaneas & ſatis copioſas habeat excretiones per aluũ, non eſt cur multum circa eam ciẽdam laboremus: ſed potius negotium illud vuiuerſum naturæ cõmitteudum erit, ſi modò profluuium id minimè immodicum ſit: boc enim docuit Galenus primo libro artia cor. ad Glauc. vbi de ſebrium ſymptomatibos agit. Quare reliquum eſt, vt medicus totus ſe tradat aliis ſcopis, nempe aperiendis obſtroctionibus, & corrigendæ viſcerum iutemperaturæ, quæ iiſdem medicamentis ferè conſequi poterit, vt tamen & lotia modeſtè cieantur. Vude præter victus commodam rationem, id eſt, attenuanrem, cũ aliqua tamen mediocri caliditate, qoauta nou poſſit febrem irritare & augere: bis in primis medicamentis incumberem, facto quippe in aqua decocto ax eupatorio, abſinthio, aſpleno vel ſcolopendrio, cichorio, in illius ℥.iiij. inſtillarem ℥.s. aut ℥.t.s. ſyrupi illius qoem Meſuea acetoſum diarhodon nominat. Interdum verò, niſi alous immodicè fluerет, in hoc eodem decocto ʒ.s. vel ʒ.t. rhabarbari iufunderem, vt & aperire & roborare viſcera labefactata valentius poſſet, & craſsiora excremẽta, ſi qua eſſeut reliqua, educere. atque hoc medicamento ſępios repetito negotiom hoc tranſigerem. Nam ab acrioribus in hoe alui fluore, vehamentioribo ſque medicamentis omnino me continerem. quòd ſi res inuereraſceret, in vſum deduceram paſtillos vel trochiſcos, quorum auctor eſt Meſues, quiq; ab illo ex rhabarbaro, & qui ex abſinthio nuncupantur. ſed & mihi maximè probaretur cypboides medicamentom, quod Galeno ſummis effertur laodibus in affectibus ex iecoris infirmitate originem habẽtibos, pręſertim ab intemperie frigidiori, cuius ipſe octauo de compoſit. medicament. ſecondum loca meminit. ſed ſi etiam componeretur oleũ aliqood, quo illito exterios ventre vnioerſo inferiori, fouerentur infirmiora viſcera interna, mibi quàm maximè probaretur: componerem verò in hunc modum, acciperem olei amararum amygdalarum circiter ℥.iij. & tantumdem etiam vini alicuios ſubdulcis tenois, albi, quibus mox incoquendum adderem abſinthij minutim inciſi, quantum ferè poſſet liquor ille continere, vellam aotem vt incoquerentor lento igne, vel in duplici vaſe, ad conſumtionẽ vinii poſtremàm percolato oleo, facta diligenti expreſsione, adderem cinnamomi ʒ.t.s. maſtiches ʒ.t. ceræ modicum.

CONSILIVM XXXI.

Hydrops.

NOu poſſum eqoidem de ratione curandi, atq; opportunis remediis, ex ratione & recta methodo, vt doctiſsime Georgi velles, & ego cuperem, excogitaudis ſeribere, quia, cùm omnis methodos ſua à rei natura ſundamenta habeat: à natura, inquam, tum curandi corporis, tum etiam ipſios affectus, qui curandus nobis proponitur, & eatenos curatio rectè poſsit inſtitui, quatenus doo hæc fuerint uobis perſpecta: haodquaquam generalior cognitio ſatis eſſe poteſt, cùm rectè curaturo

A opus ſit particulatim, teſte Galeno, omnia ad vltimam vſque differentiam uouiſſe: cùm nihil tamen aliod per literas mibi ſit ralatum, uiſi quòd nobilis Gerrmanus aqua intercore laborat, & ea eius ſpeeie, quam Aſcitem appellant. Symptomata verò hæc duntaxat narrantur, aqoam è cruribus reciſa eote ſcalpello effluera inſipidam, eom verò nulla cruciari ſiti, quę alioquin ſolet hydropicis eſſe moleſta. Quantum ad ætatem & natoralem nobilis

B illius temperaturam ſpectat, audio qoòd iam ſenex ille ſit, quamois non prouecta ſenectute, quique & calidæ fuerit humidæque temperaturæ, & fortaſſe etiã in qua miuor eſſet humoris quã caloris copia, cũ fuerit in illo caro plurima, qoòd pinguis & obeſus ſit, qoodque diu podagra laborauerit: quæ deinde occaſioni fortaſſe fuit cur otio deditũ eſſe illi neceſſariũ fuerit potius quàm uegotiis & exercitationi. ſed & vt ex his potui percipere, qoæ iuter nos de hac re contulimus, mutata tandem eſt tempera-

C mẽti ratio. Nam aucta bomiditate, & præ otio quaſi torpeſcente calore, euaſit temperamentum iu frigidum & humidum. Craſcente enim bumore, calor ferè ſtrangulatur, cui acceſsit & otiom, & natura loci, in quo natus & diu verſatus eſt. Nam, vt refers, ciuitas illa ſita eſt in valle inter doos montes, lacubus & aquis abundante: & fortaſſe neque in cæteris, quæ ad victus rationem pertinent ſatis ſalubris eſt. Ex his igitur oportet nns reliqua ad ratiouem curandi uecesſaria cõiicere. Vnde cùm om-

D nis aqua iutereus originem tãdem à iecore trabat, pręſertim verò, vt ſæpe de hoc affectu ait Galeuus, Aſcites, idq́oe propter imbecillitatem & errorem facultatis concoctricis, cuius officium eſt ſanguinem in eo generare: & aiuſmodi imbecillitas non modò diuerſas, ſed aduerſarias etiam ratioues babeat, vtpote qoæ poſsit ſeqni quamcunque illius viſceris inremperatoram, modò illa inſignis fuerit: proiudeq; diuerſa etiam ſit illius imbecillitatis curatio: inquirẽdum primùm qoalis ſit particulatim

E is morbus, & in qua conſiſtat iutemperatura. Et cùm nihil ſit mihi narratum, vnde poſsim in hanu ſententiam deſcendere, quòd ſit ſuborta calidior temperies, cùm neque ea iu vſu habeat, quæ poſſint eximiè caleſacere, ueqoe audiam calidum aliquem aut adeò acutum morhũ præextitiſſe, dũq; ætatem, patriom locum, qnietem, atqoe otiũ multum couſidero, non poſſum adduci, quiu credam frigidam omninò eſſe hanc affectionem, & ob eam generari copioſam illam aquam. fouet & auget bãc

F opinionem aqoa quę exit cuiuſeuuque ſaporis expers. Nam fieri neqoiret, ſi iu iecore, præ calore ea gigneretur, quin ſalſum nitroſumq́ue ſaporem referret. Antiqoiores enim medici in ſalſoginem iſtiuſ aqoæ, præſertim verò Galenus, tanquam in cauſam referunt ſitim indeficientem, quæ conſequi perpetuò ſolet bydropicos. Sed & hoc accedit, qđ uulla ſit mentio, an febrem aliquam habeat. Si iu hoe itaqoe mea non me ſefellit opinio, non erit admodum difficile, depromtis indicationibus, & ſub-

G inda ſcopis à natura propoſiti affectus, inire rectã eorandi rationem. Scopi verò a nobis ſpectandi, mea quidem ſententia, in vniuerſum duo ſunt, alter, vt corrigatur vitium temperamenti eum illis, quæ ſint ipſi contraria: alter verò, vt materia genita & congeſta detrahatur & inaniatur: atq; in his quæ ab his ſcopis uobis monſtrautur & quaſi in-

nauntur,

nuootur, executioni maudandis, egemus ope medicinalium inſtrumeutorum, nempe vt victus rectè inſtituatur, accommodatis etiam medicamentis vtamur, & interdum etiam fortaſſe ad manuum opus accedamus. Da bis per capita tâtùm sgemus, & rarò vlteriùs progrediemur, ne, cùm curationi præſit vir doctiſsimus atqoe prudenóſsimus, videamor voluiſſe Mineruam inſtruera. Nemiuem autem, qui val leuiter fuerit inſtructus, latere puto, omnem victus ratiouem eam eſſe dabere, quæ vim calefaciendi & exſiccandi habeat. vnde ſi de eibo & potu ſit priùs habendus ſermo, aſſa quàm elixa potiùs congrua ſuut, dummodò carnes concoctu faciles ſint, & boui ſocci, & animalium ſylueſtrium potiùs quàm cicurum vel altilium, vt laporum iuuenom, perdicum, attagaoarum, & auicularū illarum, quæ omuibus notæ ſuut. fercula etiam quæ deſiccent, & quæ vim aliquam ciendi vrinam babeant, vt ius rubeorum cicerum, uou eſſent incongrua, quæ ſi ſuapte natura noo ſint talia, ope medica efficiantur talia, ſicuti ſi ſimplicioribus medicamentis huc ſpectantibus, cōdiantur, vt ſunt piper, cinoamomum, zingiber, macer, & id genus alia: vel mentha, ſerpillum, ſaluia, amaracus, roſmarioos, radices, vel ſemina petroſelini, fenículi, apij, & huiuſmodi multa alia: in acetariis etiam, ſi iis delectetur, cappares optimi erunt ex aceto, addito ſaccharo & cinnamomo. Potus ſit uon admodum liberalis, ſed potius parcus, vel etiam parciſsimus, quoad eiua fieri poterit: ſit verò vioi, non aquæ, quæ oe ſpectanda quidem eſt. Viuum autem ſit tenue, mediocriter potens, & meracum, uon dulca, uon acerbum, ſed grati & medij ſaporis. In fructibua commoda ſunt piſtacia: præ omnibus autem aliis vuæ paſſæ, oec modò noſtræ hæ, quas pilulas dicimus minutas, ſed & maiores, quæ ex Smyrua Venetias afferuntur, quibus non modò in ſecunda menſa poterit vti, ſed iuter epulas etiam, & carues, ſi iis iocoquantor. in reliquis etiam ad victus rationem pertinentibus id idem agendum eſt, nempè vt ita iuſtitnantur, vt calefacere mudeſtè atque exſiccare poſsint: & proiude vel aer mutandus, atque ad locum transſereudus, in quo aer minùs humid⁹ ſit, vel ſaltem ita familiaris aer paretur, tum igne, tum ſuffitu eorum, quę præter id, quòd gratum ſpirant odorem, calefaciant & deſiccent. pręterea quia vigilia ſiccat, dormiendum illi quidem erit, quantū ad coococtiones poſsit eſſe ſatis, vt tamen pronior ſit ad vigiliam, quàm ad ſomnum. Et poſteaquàm corp⁹ exercere nequit, alioquin enim ſi poſſet, illi eſſet laborandum, opportunæ erunt frictiones valeutiores, habita tamen ſemper virium rationa. Ex animi autem motionibus, ad iracundiam concitatio ioterdum illi uoo eſſet inutilis. Sed ad vſum etiam medicamentorum expouendum tráſeamus. ea iu vuiuerſum illi apta & congruentia, tá interiùs, quàm exteriùs eruut, quæ item exſiccent calefaciantque, ac aperiant, lotiaque cieant, pręterea & iecur ventticulumque roboreut: vnde ne orationem in lougius protrahamus, mihi decoctum hoc quàm maximè probaretur, nimirum, ſi acceperimus eupatorium, itemque & abſinthij comam, præterea & ſcolopendrium, quod hic cnracb vulgo dicitur, vt ex his pararetur decoctū, cuius ℥.iiij. vel circiter adderem ℥.i.s. ſyrupi, vt appellant, acetoſi, diarbodon, qui à Meſue deſcribitur, & hoc eſ-

A ſet mihi medicamentum pręcipoum, qoo vteretur per plures ſubiode dies. Et quia omnioò oou poteſt non eſſe excremeutoſum corpus, eget interdū euacuatione, præſertim verò, vt aqoa ſubtrahatur. ideò mihi videretur opportuuum, vt aliquando in hoc eodem medicamento maceretur ʒ t s. optimi & maturi rbabarbari. Quod ſi morbus his noo cederet, valentioribus eſſet vteudum: vnde acciperem catapotia, quæ ex rhabarbaro, vel ea, quæ da
B tribus cum rbabarbaro à Meſue appellantur, & illis adderem elaterium rectè coufectum: primùm quidem ʒ.s. catapotiorum, ℈.s. elaterij adiicerem, & explorarem, qoo pacto ad purgatiouem ſe haberet, deinde vel illi doſi adderem, vel detraherem pro ratione prioris purgatiouis. Sed ad roborauda viſcera, & aperiendas obſtructiones, quæ nō poſſuut nou adeſſa, mihi iuterdum probaretur vſus paſtillorum vel trocbiſcorum, quos ex rhabarbaro, vel eorum, qoos ex abſiuthio idem Meſues vocat. Tan
C dem ijs omnibus præferrem medieamentum id, quod Galenus 8. de compoſition. medicamen. ſecundum loc. cyphoide appellat. Et hæc quidem, quatenos pertinet ad ea, q interiùs ſumenda ſout. exteriùs autem his vterer: pararem oleum hoc, quo vellem iuungi ventrem & præcordia: acciperem oleum ex amygdalis amaris ad ℥.vj. vel ſi haberem oleum ex nuce vnguentaria expreſſum, quod Arabes oleum de ben appellant, & vnguētariis in multo aſt vſu, vtriuſque ℥.iij. acciperem, hisque taotuo
D dem vini adderem optimi, non auſteri, ſed teouis ſubſtantiæ, deinde in hæc demergerem abſiothij comam, itemque & eupatorium, atque aliquid cinnamomi: bæc verò quantum viderentur admittare poſſe olea, esque lento igne coqui vellem ad vini coosumtionem, & ſi in duplici vaſe id fieret, melius id eſſet. A balneis autem ſimplicis aquæ illi io primis cauendum. nun tamen medicata balnea illi eſſent inutilia, ſi ibi haberentur, vt eſſent ſulfurea, nitroſa, ſalſa, & id genns alia: vel confecta ex arte, vt
E ſi aquæ incoqoerentur, pulegium, calamenthum, origanum, ſaluia, amaracus, & alia eiuſdem naturę, addito deinde ſale, & aceto. bæc etiam perqoam vtilia fora putarem.

CONSILIVM XXXII.

Hydrops.

CVra hydropis triplici fit inſtrumeoto, diæta, pharmacia, & ehirurgia. Diæta quidem con-
F ſiſtit in ſex rerum non naturalium obſeruatioue, quæ ſanè ad calidum & ſiccum vergare debent: ſitque diæta teuuis potiùs quàm craſſa, cibus concoctu facilis, boni nutrimenti, bene coctus aciduſque. Panis conficiatur ſale, amomo, fœniculo aut aniſo: in tympanite cuminum etiam addes, ſit beua fermentatus, bene coctus. Vaſcatur aoiom muutanarum & in dometis degeutium caruibus. Conoeuiunt enim alimenta ſicciora, veluti perdices, turtures, turdi, merulæ, & ſimiles. Ex terreſtri-
G bus caprea, lepus, cuuiculus, polli gallinacei aſsi potius quàm elixi. Ex aquaticis caucri fluuiatiles, piſces friabiles marini, oua aſſata. Oleribus rarò veſcatur, & ſi quibus delectabitur, ſiut acris ſaporis, extenuandi calefaciendique vi prædita, vt apium, petroſelinum, daocus, erica, pulegium, braſsica, allia cocta, cæpe, porri capita. Qua tamao in tympa-

nite oon ſatis tutò dari poſſunt. Lando vſum ſalis
hac arte paratnm: Recipe origani orientalis, floris
roſmarini, byſſopi ſicci, flor. fœniculi ana ʒ.ſ. ſalis
foſsilis vel marini ʒ. ij. Miſce & fiat puluis ſubtiliſ-
ſimus. A potu omninò, qoantum eius fieri poteſt,
abſtinendum. Nnui enim ego non poſtremi nomi-
ois Medicum Hiſpanum publicè Bononiæ profi-
tentem, qui ſnio eſu alimentorum aſſorum, & ab-
ſtinentia potus omnis per quadraginta dies conti-
ouata ſanatus eſt, abſque vllo prorſus medicameo-
to. Quod ſi à potu abſtinere omninò non poteſt,
bibet quantum ſiti remittendæ ſatis erit, id tamen
parcè. Porrò bibēdum vinum tenue quod vrinam
prouocet: dulce, ac muſtum perinde ac peſtis ſugiē-
da. Acetum mirificè hydropicorum ſitim extin-
guit & compeſcit. Nam expertus ego ſum acetum
aquâ chalybeata dilutum ſnla oris ablutione ſitim
remiſiſſe. Cauendum tamen oe quid aquæ in viſce-
ra influat. Imò quorundam eſt opinio aquam hy-
dropicis vel ſolo intuitu nocere obeſſeque. Pran-
dium ſit mediocre, cœna parcior. Secundæ menſæ
& fructus omnes vitentur. Poterit tamen deguſta-
re iuglandem, amygdala, mala puoica, pyra cocta,
& caricas interdum, non tamen quotidie, idq; mo-
dicè. Lectus ſit non admodum mollis, præſertim a-
oaſarca laborantibus, qui ſemper ſatis ſuperque ie-
cti ſecum circumferunt, puta molem illam œdema-
ticam & in toto corpore humorum colluuiem. Si
autem fieri poſſet, vt ex herbis exſiccatis cnofice-
rentur lecti, puta ex pulegio, calamentho, vrtica, o-
rigano, hyſſopo & ſimilibus, taliumque foliis, incre-
dibile dictu, quantopere prodeſſe poſſet per ſom-
num, quod & Medicorum libri declarant, qui mul-
tos in aceruis frumenti obnointos, vel arcoa abſcō-
ditos, vel furfure calido obtectos, à ſomno firmos
ſurrexiſſe narrant. Tanta vis eſt in exſiccantibus
herbis medicamentiſue. Imò ſi volumus eſſentiam
affectus conſiderare, princeps omnium, quæ oc-
currunt, intentionum eſt ipſa exſiccatio. Proinde
laudant authores exercitia etiam media in æſtate
& ſereno ac tranquillo cęlo, etiam in ſole, capite ta-
men tecto, conſuluntque exercitationes in hyeme
non niſi ab incalefactis ab igne domibus. Quod ſi
per vires exercitari non licebit, equitandum erit,
aut geſtandi ſurſum deorſumque, linteis aſperio-
ribus detergendi fricandique, nec modò ſemel in
die, ſed iterum atque iterum. frictio enim meatus
conuenientes aperit, humores deſiccat, extenuat,
atque diſcutit. Celeritas ſodores elicit multos &
copioſos, caroemque cogit. Perfricandi autem ſunt
manibus ſale ac oleo calefaciente perunctis. Deio-
de aqua ſulphureâ aut ſalſâ lauandi, vel lixiuio ſa-
le & aceto, ea arte parato, vt vix acetum & ſal ineſſe
percipiatur. Hæc quoad diætam ſatis ſint. Cui illud
inſuper addiderim, vigilandum potiùs quàm dor-
miendum eſſe. Venus licet exſiccet, tamen quia ca-
lidum innatum debilitat, fugienda. Mœrores pro-
pulſandi, quia interdum calorem ſuffocant: lætan-
dum, lætitia ſiquidem exſiccat, & calorē ioternum
auget, conſeruat, gignitque. Vniuerſalis autem eo-
iuſlibet hydropis curatio perficitur humoris redū-
dantis euacuatione, vt in aſcite aquoſitatis: quod
tamen ad ſolutiuum, caueodum ne hepati officiat.
In tympanite ventoſitates per digerentia educen-
dæ: qoemadmodum in hypoſarca materia pituito-
ſa, cui vt & aſciti, & quæ aperiunt, & quæ vrioam

A prouocant, conducuot. Enscustio quæ ſectâ venâ
fit, aut nunquam aut rarò facieoda io principio.
Sunque canones Doctorum, venæ io hydrope ſe-
ctionem præcipientium, ſano modo intelligendi.
Sunt autem tales: Io hydrope ob ſuppreſſos men-
ſes proueniente vena ſecari poteſt: Io hydrope ſup
preſſas hæmorrhoides cauſam habente venam ſe-
care licet. Hi canones multis impoſuere Medicis
imprudentibus, dum non, quid canones velint, in-
B telligerent. Siquidē ſi ita ſicut verba ſonant, ſimpli-
citer intelligas, omnis hydrops qui ex ſuppreſsis
vel menſib. vel hæmorrhoidib⁹ fit ſectionem venę
deſideraret. at hoc falſum eſſe oſtendit quotidiana
experientia. Non enim quælibet ſoppreſsio venæ
ſectionem poſtulat, ſed ſuppreſsionis cauſa diligē-
ter iodaganda: alioquin qui contrà fecerit, ægro
mortem aduocauerit. Si igitur ſuppreſsio ab ob-
ſtructione fiat, pendente à ſanguinis copia, in hoc
caſu venam ſecare licet: ſin à copia humorum craſ-
C ſorum viſcidorum ac frigidorum fiat, hic ſanè no-
cebit multifariam, tantum abeſt vt prodeſſe queat.
Sic ſi ex defectu calidi innati prouenerit ſuppreſ-
ſio menſium & hæmorrhoidum, ſiquidem tum ca-
lidū innatum minimum ſanguinis generat, ideoq;
parum etiam ad debitas regiones tranſmittit: hic
ſecare venam eſt ægro vitam adimere. Non igitur
de vena ſecanda oſcitanter agendum, ſed diligēter
inquirenda ſuppreſsionis cauſa. Temperandum
pręterea eſt hepar & ad ſymmetriam deducendum
D contrarius ei, qua afficitur, diſcraſiæ. Quo aotē mo-
do id in qualibet hydropis ſpecie faciendum ſit, di-
cetur. Venæ ſectionem porrò recipit anaſarca, vt
qui ex frigidi ſanguinis copia naſcatur: nō quidem
frigiditatis ſed copiæ ratione, vt natura leuata faci-
liùs reſiduum ſuperet. Secanda autem vena ante a-
liam purgationem, modò vires non obſtiterint. vi-
tioſorum humorum copiam hoc loco minoimus
hiera picra: quod medicamentum ſimul aperire, &
viſcera corroborare poteſt: quorum vtroque ſum-
E mopere hic indigemus. deinde ad paulo valentio-
ra paulatim procedendum, ſed nō quæ confertim,
ſeu vna vice multum purgāt, nam ſubita & copio-
ſa euacuatio ſummopere lædit. Sine moleſtia pur-
gant ſambuci radicis ſuccus ad pondus ℥.i. com ſy-
rupo aliquo aperiente: vel ipſum decoctum radi-
cis ſambuci, vel ebuli, vino paratum: vel ſucci pal-
mæ Chriſti: quæ in aſcite dari tutò poteſt. Eua-
cuat enim mirificè à circumferentia ad centrum,
aperitque perſæpe meatus non intrinſecus modò,
F verùm & ſuperiores, & poſt ſolutam aluum ſodo-
res prouocat qui plurimùm iuuant inprimiſque
promouendi. Quemadmodum enim hæc hydro-
pis ſpecies primùm oritur ob læſam, quæ fit in mē-
bris exterioribus, coctionem, coius excrementum
ſudor eſt: ita rationi conſonum eſt vitiom hoc tol-
li poſſe vniuerſa humorum copia ea aliàs confluē-
te, ounc per diuerſas vias euacuata: reliquis per ſu-
dorem expreſsis. Id quod à me experientia proba-
tum eſt bis in duabus mulieribus. Exhibenda pri-
G mò hieræ picræ ℥ ſ. rhabarb. ℈. ij Pòſt aliud: Recipe
ſucci Ireos recentis per reſidentiam depurati ʒ.vj.
rhabarb. mundati & electi ʒ i. contundatur parum
rhabarbarum, deinde per noctem in dicto ſucco
infundatur, factaque forti expreſsione addatur
ſucci cyclaminis ſimiliter deporati ʒ.i.ſ. ſyrup. ca-
pill. veneris ℥.i. ſque cuſcutæ ℥.ij. Miſce & fiat po-
tus:

tus: qui ſanè cùm valde adſtringens ſit, non ſolùm
internos, ſed & externos meatus aperit, ac primùm
quidem aluum mouet & copiosè ſubducit: dein-
de ſudores elicit, id quod tamen in hac muliere nō
præſtabat: tanta enim erat obſtructio: ſed leuem
quendam ardorem duntaxat in ſuperficie induce-
bat, certum futuræ ſalutis ſignum, conſentientibus
in hoc ſignis robur virium atteſtantibus. Neque e-
nim illa enacoatione pulſus debilitati ſunt: Immò
qui hactenus ſepulti deliteſcebant, ſub tumore œ-
dematico nunc manifeſtè ſentiebātur. quo animad
uerſo hoc noſtro medicamento percuraui: ℞. milij
excorticati ℥. ij. aquæ fontis claræ ℔. ij. Miſce, & in
mundo vaſe bulliant, donec quatuor aut quinque
ad ſummū ℥. ſuperſunt, quod ſupereſt cola, & hoie
adde tantundē vini albi meraci: Miſce & dentur ca-
lidè. Sudabit copiosè modò diligenter pannis te-
xeris. Potionem autem illam exhibui per octo dies.
Reperitur autē hic ſyrupus in lumioari maiori ſub
titulo Syrupus S. Ambroſij. Hoc etiam vſus ſum in
pueris ob ingluuiem huiuſmodi affectui obnoxiis.
Toti. n. ędematici euadūt & pallidi. Deinde quarto
quoq; die ʒ. s. pil. de hiera cum rhab. & tribus aliis
diebus ſyrupum iam dictum. Aliis pilularum loco
dedi infuſum rhabarbarum. Foris conueniunt bal-
neū ex lixiuio, aceto, ſale, ſulphure, vrtica, lauri fo-
liis, calamentho, ſaluia, origano, & demum excale-
facientib. & exſiccantibus herbis paratum. Vel bal
neum aquarum thermalium ſulphurearum & ni-
trum redolentium. Vt etiam aceruí frumētorum,
cinerum, arenarum & ſimilium. Poſt balneum fri-
ctiones ſale & oleo perunctis manibus, quę ſunt te-
nuium partium, ad cutis rubedinem factæ ſurſum
deorſumq;: Item ſpōgiæ in decocto facto ex lixiuio
ſale & aceto, com herbis exſiccantib. primùm qui-
dem imbutę, deinde expreſſæ tumentibus locis al-
ligatæ prodeſſe ſolent: aperiunt vias, attrahunt, in
halitū digerunt, & exſiccando partes affectas vniūt
& corroborant: quod ſanè in anaſarca expetēdum.
Fruſtra tñ id moliemur, niſi interim ventriculi he
patiſq; rationem habeamus, & interdū ea dentur,
quæ tū primam, tum ſecundam concoctionem iu-
uent, corroborato ventricolo atq; hepate. Nam, vt
ſuprà dictum eſt, plerunq; hydropis ſpecies vitio
malè actæ coctionis oriuntur. Si hydrops proueni
ret ob intemperiem calidam, calidum innatum ex-
tinguentem ac ſuffocantem, quemadmodum illa
quę febres acutas & vehementes ſequitur: huic oc-
currendum remedio calorē extraneum extinguen
te & naturalem per nimis rarefactas exhauſtasque
vias partēſue in tenuem auram diſſolutum reficiē-
te, corroborante & meatus cōpingente ac vniente,
quale hoc eſt: ℞. cichorei, borag. buglosſæ an. M. s.
hepaticæ, cuſcotæ, agrim. acetoſæ an. M. I. roſ. ſicca-
rum, maſticis an. ʒ. I. ſem. cytonior. ſem. plantaginis,
ſem. endiuiæ, ſem. berberis an. ʒ. ij. centaurei ℥. s. a-
quæ chalybeatæ ℔. x. Miſce & macerentur in eadē
aqua per horas octo, dein lento igne & diu bulliant
ad duarū partium conſumtionem, pòſt coletur &
cū ſ. q. ſandali citrini aromatizetur: Cuius ℞. ℥. iiij.
ſyr. de cichor. ſim. ℥. iij Miſ. quo quinquies aſſumto,
ſexto die dato rhab. electi & ſubtiliter puluerſati ℥.
I. s. ſpec. dialaccæ ℈. I. ſucci ireos per reſidātiam de-
purati & cum modico cinnam. electi aromatizati ℥.
s. ſquinanthi ℈. I. diacath. ℥. s. aq. hepaticæ q. ſ. Miſc.
fiat potio mane. Vel dentur tales ſyr. ℞. aq. ſem. me-
lonum ℥. iij. ſyr. acetoſ. ſimp. ℥. I. ſucci ireos per reſi-

A dentiam depurati ʒ. iij. s. ſpecierum diatrion ſanta-
lon ʒ. I. Miſ. & ſtent in infuſione horas 6. poſt facto
forti expreſsione diſſoluātur ℈. I. s. rhab. mundati &
electi, dato tertio quoq; die. Siquidem materiā in-
temperiem fouētem enacuabit, membrū affectum
corroborabit, & qua laborat intemperie liberabit:
& ſi qua erit obſtructio amouebitur. quibus verò
dieb. talem ſyrup. non aſſumet, talem in aurora bo-
lum deglutiat: ℞. triaſant. ʒ. ij. dialaccæ ʒ. I. Miſce &
B ſuperbibat aquæ endiuiæ, cuſcutæ an. ℥. ij. Quod ſi
hæc parum contulerint, ſignum eſt materiam ſub-
eſſa craſſam magnamq; obſtructionem, & calorem
natiuum extinctioni proximum. Proinde ad magis
aperientia calidioraq; veniendum: Cuiuſmodi eſt:
℞. ſucci endiuiæ depurati, ſucci agrimoniæ an. ℥. ij.
s. capillor. Veneris, cichorei, endiuiæ, lupulorum
cùm ſua radice an. M. s. abſinthij, cuſcutæ, ceterach,
rad. ſpinę albæ ana P. s. rad. apij, rad. aſparagi ana ℥.
s. ſchœnanthi ʒ. s. rhabarb. electi ʒ. I. s. ſem. comm.
C maior. frigid. ℥. s. roſarum, myrobalanor. citrinor,
an. ʒ. iij. Miſce & bulliant omnia in aqua chalybea-
ta ſ. a. cum ſ. q. aceti roſacei, acetozetur, & fiat ſyru-
pus, quo ſæpius epoto detur tale pharmacum: ℞.
ſucci palmæ Chriſti, ſucci rad ſambuci per reſiden
tiam depurati an. ℥. s. infundatur in hoc ſucco rha-
bar. ʒ. I. s. per octo horas, & forti expreſsioni factæ
adde rhab. pulueriſati ʒ. I. Si aluus adſtricta fuerit:
ſin laxa ℈. ij. & fiat potus, cui adde ad dulcorādum,
materiamq; craſſam incidēdam, membraq; affecta
D corroboranda, ſyr. acetoſi, diarhod. ℥. I. Hoc autem
pharmaco, hydropici vitio ventriculi intemperati
laborantes ob non ſyncerā bilē ſæpe curati ſunt. Si
verò in hyeme humore craſsiore peccāte, venę ni-
mis infarctæ diſtlari nequeunt & inſitus illis calor
extinguitur, ac inde hydrops naſcitur, hinc tale da-
bitur medicamētum: ℞. ſyr. abſinthij, oxymel. cōp.
an. ℥. I. aq. abſinthij, apij, fœnic. an. ℥. I. Miſ. detur in
aurora, ſumatur ſepties: tunc ℞. pil. de tribus cum
rhab. ʒ. I. alephang. ʒ. s. ſucci eupatorij q. ſ. Miſ. & fiāt
E pil. quinq;. Et quia materia craſſa euacuatione in-
diget, iterādę ſunt. quo bis terue facto, detur ſequēs
potus. ℞. ſyr. de eupat. de cichor. cum rhab. de ab-
ſinthio an. ℥. s aq. agrim. abſinthij, capil. Ven. an. ℥.
I. Miſ. ſexto die detur ſequens pharmacū in auro-
ra: ℞. ſpecier. hieræ Archigenis ʒ. ij. diacath. ℥. I. Miſ.
fiat bol⁹. In ſicca intēperie eaq; frigida, qualis quar
tanas ſequi ſolet, qui ob vētriculū nimis appetunt
refrigeratū, cùm tñ parū concoquant: vnde multæ
materię flatulæ tympanitis inſtar inflantes, quęq;
F tympanitim faciūt, vel nō exquiſitū aſcitē permul-
to flatu materiæ immixto, mirabile ſi hoc dederis
pharmacum: ℞. ſem. carui, ſem. ameos, aniſi an. ʒ. s.
gentianæ, calami arom. zingib. an. gr. vij. bulliant
omnia in ſ. q. aquæ ceterach. & in facta forti expreſ-
ſione diſſoluatur electuarij lenitini ſine diaſenæ ℥.
I. elect. indi minoris ʒ. ij. ſyr. viol. ℥. I. Miſ. fiat potus;
quo epoto dentur ſequētes ſyrupi: ℞. flor. cordial.
M. I. ſem. citri gr. xx. epithymi Cretenſis ℥. s. cortic.
ellebori nigri ʒ. I s. caſſi, macis, ligni aloes, cubebar.
G ana ℈. I. Contundantur groſſo modo & per no-
ctem macerentur in modico vini odoriferi, & ſu-
perinfundantur aquæ meliſſæ, aquæ boragin. ana
℔. I. Coquantur ad conſumtionē medietatis, cole-
tur, colaturæ recipe ℥. iiij. ſyr. de epithymo, diarbo-
don, de cichorio ana ℥. s. Miſce & fiat potus. Aſſum
to ſyr. detur pharmacū ſequēs: ℞. pil. de elaterio ℈.
I. alephang. ℈. ij. miſ. fiāt pil. quinq; : flatū diſcutiūt;

membra naturalia corroborant, obſtructiones ape- A riuot, calorem natiuom fouent, tenues craſſosq́oe homores euacoant. Dom autam talia pharmaca daotur in calida quidem intemperie hepar inungetur tali lioimento: Recipe ſoccor. endiuię, ſolatri, agrimoniæ, abſinthij ana ℥.s. ol. roſ. ℥. t. bulliaot ad eotiſumtionem ſuccorum, & adde ſandalorum alborum & rubeoroio ana ʒ.s. roſ. rob. ℈. 1. cum modico cerę & aceti fiat lioimentum molle. Ventri autem apponatur emplaſtrum de limacis cum ſuis B teſtis contuſis ſimplex, donec exſiccetur, vel eius loco hoc: Recipe gummi pioi, œſypi humidi, terebinthinæ ana ℥.ij. farinæ hordei & milij ana ʒ.iij. cioeris quercini, cineris vitiū an. ʒ.ij. ſulphuris viui ʒ.s Miſce omnia cum aceto & reducātur ad formā voguenti. Caue vtaris emplaſtris his niſi corpore prius euacoato. Io materia frigida, fortè ob veotriculi iotemperiem tali lioimeoto hepar ioungatur: ℞. vnguensi ſantalini, ol. de ſpica, ol. abſinthini, ana ℥ s. Miſce. Abdomen verò ſequenti ioungatur: ℞. C ſucci elaterij, ſucci panis porcini, ſucci abſinthij, agrimooiæ, ſucci apij, rad. fœniculi, parietariæ an. ℥. s. pitig. canis rubei, anſeris, gallinæ, anatis, ol. chamæm. rutacei, abſinthini, ſpicæ, ol. de ſaxo an. ℥. t. cumioi ſubtiliter pulueriſati, ſpicæ oardi celticæ, calami aromatici, caryophyll. nucis moſch. ao. ℈. t. puluerizentur puluerizanda ſubtiliter, & cum aceto vioi optimi irrorentur, & cum modico caræ fiat linimentum molle: aperit obſtructiooes, ſcirrhos emollit, flatus diſcotit, vētrem lubricat, ſæpe etiam D per vomitum euacuat, & mediocriter exſiccaodo morbum tollit, potiſsimum ob ventriculi intemperiem frigidam ortom. Quod ſi oon ob læſum ventriculum per ſe ſed per accidens oaſcator, cogoitū vitiom facilè corrigitur. Puto ſi ob immodicam ciborum potionumq́; copiam ſobtractiooe corrigetur. Si ob malam qualitatem, contrario occurratur. Si sempore intempeſtiuo ingeſta arūt, opportunū eligetur. Si ordo præpoſterus: mutetur. Si cū præpoſtero iotempeſtiuitas cooiungatur, gemino con- E trario occurratur. Si vitioſum excrementum alicūde eò infloens, cohibendus fluxus, alioqui auerteodus. Si inibi geoeretur, amouēdæ generatioois cauſæ. Daniq; quicquid vitij veotriculo contrarium erit, ſoo contrario corrigatur, correcto, qui parti affectæ inhæſerit, lapſu, habita ratiooe membri, vnde potiſsimum hydrops oriri cenſetur. Quæ ſane affectio, ſi qoando ſpiritalia mēbra affecerit, & affectas ſequetur hydrops, vt aſthma, membri primò affecti habita ratione euretur remediis ſequentibus: Re- F cipe hyſſopi ſicci, praſsij, adianthi, rad. ircos ſiccarum, liquiritiæ raſæ ana M. 1. aqoæ lilior. cœleſtium q. ſ. Miſce, fiat decoctio ſ. a. coletur, colaturæ adde ſocci palmæ Chriſti, ſucci enulæ aoa ℥. 1. ſucci liqoiritiæ ʒ.ij. mucilagiois, ſem altheæ, ſem. pſillij mucilag. tragacanthi an. ʒ. t. pulmonis vulpis præparati & ſubtiliter pulueriſati, ligni viſci quercini ſubtiliter limati, ſem. cotti an. ℈. iiij. ſacchari albiſs. q. ſ. Miſce ſecundum artem, fiat ſyrup. & huius ℞. ℥. ij. aq. capill. ven. ℥. iiij Miſce, quibos ſepties aſſumtis: ℞. G agar. opt. ℈. v. zingib. ℈ ij. ſalis gēmæ ℈. 1. infundaotur per noctem in modico oxymel. ſim. deinde fiat fortis expreſsio, cui adde mucil. ſebeſtē in aqua capil. Ven. extractæ, ſucci palmæ Chriſti ℥. s. ſacch. ℥. 1. aq. hyſſopi q. ſ. Miſce. Attenoat humores craſſos, viſcidos iocidit, obſtructa aperit, è meatibus ſpiritalibus educit, flatus diſcutit, aohelitum facilitat, tenuem deſtillatiooem incraſſat & ſiſtit, & qoodāmodo, ſi qua intemperies eſt, maláoe qoalitas, eam amouet, obtuodit ac ſedat. Imò ſæpe ac ſæpe probatum experientia eſt, ſolo vſo agarici trochiſcati cum modico rhabarbari & oxymelite ſimp. io pil. formati, addito modico ireos, qui ita tali de cauſa hydrope laborabāt, ſanatos eſſe. Quod ſi vitio ſplenis hydrops ortus fuerit, ſuccorreodom primum bis, quæ obſtructionem & tumorem amouent, deiode ad hydropem veniendum. Qoibus autem remediis hæc eura peragatur longum eſſet recenſere, & è capite proprio trahendum erit. Nos autem ſequenti vti conſueuimus: Recipe corticis capparum, corticis tamariſci, fol. aſplenij, fol. agni caſti ana ʒ. ij. myrobal. indorum confricator. manibus oleo amygdal. dulcium perunctis ʒ. iij. ſenæ orientalis, epithymi cretenſis ana ℥. s. infundaotur per decem horas in ſ. q. ſucci ebulorum, deinde fiat vnica fortis ebullitio expreſsioq́oe: Cuius recipe ʒ. v. ſyr. de epithymo, acetoſi, diarhod ana ℥. 1. Miſce, cootinuet potando dies aliquot ſyrupum iſtum. Looga eoim io tali affectu cura opus eſt: pōſt detur ſequeos potio: Recipe cortic. myrobal. indor. ʒ. ij. ſucci lupulorum ℥. t. polypodij quercini ʒ. vj. infundatur polypodium per ooctem io ſocco luporum, deio forti expreſsiooe adde dis ſenę lenit. ʒ. vj. rhabar. mundi & electi & ſubtiliter pulueriſati ℈. ij. Miſ. fiat potio. Quod ſi hydrops cauſam habeat reteotos menſes, vel hæmorrhoidas, ſupradictum, qoa via curari debeat, quaotum ad venam ſecandam pertioet. Quibus autem poſt venam ſectam remediis purgationibúſue procedendom ſit, deinceps dicemos. Io primis detur ſyr. de abſinthio cū aquis abſiothij, bruſci: vel detur ſequens ſyr. arte paratus: Recipe radic. apij, rad. fœniculi, rad. petroſelini, rad. ireos, calami arom. an. ℥ ij. rad. vtriuſqoe ariſtolochiæ ana ℥. t. agrimoniæ, ſaluiæ, abſiothij, menthæ, coſti dulcis, origani, calamenthi, abrotaoi, ſerpilli, ſcolopendrij, endiuiæ ana ʒ. vj. ſeminis petroſelini, apij, aniſor. ſeminis fœniculi, carui, ameos, maſticis ana ʒ. ij. s. roſarum rubearum, laccæ, ſquinanthi, cuſcutæ aoa ℈ v. ſpicæ nardi, ſpicæ celticæ, ſpodij ana ℈. iiij. mellis deſpumati ℔ ij. ſacchari ℥. viij. Miſce & ſecundum artem fiat ſyrupus, facta prius decoctiooe ſimplice in aqoa chalybis, & expreſsione, cum melle & ſaccharo dulcorata, & longa decoctiooe ad ſyrupi longi conſiſtentiam deducta. In iſto ſyrupo ineſt caliditas & ſiccitas, corroboratio & malæ qualitatis frigidæ alteratio. Sententia eſt Hali Abbatis imminente hydrope vomitum tentandum: confirmato hydrope fugieodom eſſe, præſertim craſsiori ſubeunte materia; quæ digerenda oxymelle ſqoillitico vel diuretico, io quo bulliat abſinthium, frequentaodusq́ue huiuſmodi potus eſt ad dies multos. Deinde materia ducenda pharmaco præſertim in eo hydrope, in quo aquæ permiſtus ventus eſt: Recipe paſſularum, aniſorum, fęniculi, polypodij qoercini, coſcutæ ana ℥. s. coquantur io aqua chalybis io qoa diſſoluaotur myrobalanorum chebulorum ſex horas temperatorum ℥. 1. qui antè fricentur. coletur & addatur eſulæ ℈ t. vel huius loco diacarth. ʒ. ij. modò vires ægri ſufficiant: Sin minus tale detur: Recipe hieræ picræ ʒ. ij. trochiſc. alhandal. ℈. s. Miſce, fiaot pilulæ numer. ix. voa vice deuoraodæ, modò

modò aluus dura ſit: ſin mollis, minuatur doſis.
Ego tamen non niſi in ruſticis ad eſulam, & dia-
carthamum, & diacolocynthidem deuenio, & in
delicatioribus vtor pil. de rhabarbaro hoc pacto
confectis: Recipe rhabarbar. mundi & electi, ſucci
agrimoniæ, ſucci palmæ Chriſti, ſem. ſcariolæ ana
ʒ.iij. agarici ʒ.ij. ſucci elaterij ℈.i. ſpecierum pil. a-
lephang. ʒ.i.s. maſticis ℈.ij. Miſce, pulueriſentur
pulueriſanda, fiat magdaleon cum modico ſyrupi
de cichorio. doſis ℈.v. vtor & trochiſcis de lacca,
qui ſic parantur: Recipe laccæ, rhabarb. ana ʒ.ij. ſpi-
cæ celticæ, maſticis, ſemin. apij, ſquinanthi, abſin-
thij, ameos, ſaluiæ, amygdalarum amararum, caſti
amari, myrrhi, rubiæ tinctorum ana ʒ.s. ſucci agri-
moniæ, ſucci abſinthij, ſemin. fœniculi & anisorum,
ariſtolochiæ, gentianæ, ſerpentinæ minoris ana ʒ.
ij. piperis, zingiberis ana ʒ.i. cum aqua raphani, ſe-
cundum artem, fiant trochiſci. doſis ad ʒ.i.s. pro-
uocant vrinam, obſtructa aperiunt, calefaciunt, ex-
ſiccant, hepar corroborãt. Verùm in hypoſarca po-
tiùs quàm in alia ſpecie hydropis valent, quemad-
modum qui ſequitur ſyrupus in hydrope maximè
confert: Recipe radic. ireos, acori, fœniculi, petroſe-
lini, bruſci, aſparagi, graminis, gentianæ, ariſtolo-
chiæ vtriuſque, valerianæ, id eſt, radicum omnium
ana ℥.ij. agrimoniæ ℥.iiij. ſpinæ albæ ℥.iij. ſquinan-
thi ℥.i. roſarum rubrarum, ſpodij ana ʒ.iij. maceren
tur radices in aceto, ſemina contuſa irrorentur vi-
no maluatico, omnia bulliant in aqua chalybeata
ſimul, & fiat colatura, cui adde ſucci endiuiæ, cicho
rij, abſinthij, agrimoniæ, ana omnium ſuccorum ℥.
ij. ſacchari albiſsimi, quantum ſufficit. Miſce & ite-
rum bulliant ad conſiſtentiam ſyrupi: huius reci-
pe ℥.ij. aq. agrimoniæ ℥.iiij. Miſce. quo aliquanties
aſſumtu vtatur pilulis multum laudatis à Philo-
nio capite de hydrope, quæ multum conferre con-
ſueuere: Recipe foliorum laureolæ maceratorum
in aceto per diem ℥.s. ligni aloes, laccæ ana ʒ.i. cor-
ticorum myrobalanorum chebulorum ʒ.ij. aniſi,
marathri, abſinthij ana ʒ.i. æris vſti ʒ.i.s. diagridij,
rad. ireos, coſti dulcis ana ʒ.s. ſucci fœnicul. quan-
tum ſufficit. Miſce, fiat magdaleon, doſis ad ʒ.ij. &
hæ pilulę à quodam medico nobili de ære vſtu ap-
pellabantur magiſtrales. viribus autem imbecillis
non erit tutum vti iis, præſtiterit niſi febris aderit,
loco ſyrupi potu, quo ego ſæpius ac ſæpius vtor, v-
ti: Recipe ſquinanthi, abſinthij, agrimoniæ, cete-
rach, fœniculi, bruſci, quatuor ſem. frigid. maior.
cum ſuis corticibus contuſis ana ʒ.i. rhapontici ʒ.
ij. vini albi mediocr. quantum ſufficit. Miſce & de-
coquantur ſecundum artem deturque in aurora
℥.v. per dies aliquot. Quod ſi præſens ſit febris, in
iure pulli aqua chalybis cocti fiat decoctio, detur
eâdem hora & doſi, vel hora remiſsiori ieiuno ven-
triculo. Pharmacum verò poſt exhibendum erit,
vel rhabarb. ſimplex, vel pilulæ de tribus cum rha-
barb. pręſente febr. Si verò non aderit, dari poſſunt
pilul. de elaterio cum alephanginis ad ℈.ij. Porrò
vbi in hydrope maximum iouamentum ſperat per
vrinam, in natura imbecilli tali vtere pharmaco,
meo marte confectu, quod & aluum ſubducit, &
vrinam eiet: Recipe terebinthinæ claræ ℥.s. aqua
adianti ℔.i. miſce & bulliant ad totalem aquæ con-
ſumtionem, & adde cantharidum, abiectis alis, ca-
pite & pedibus, ſubtiliter pulueriſatorum ℈.i. ma-
ſticis ℈.s. rhabarbari mundi & electi & ſubtiliter

A pulueriſati ʒ.i. olei amygdalarum dulcium, quan-
tum ſufficit. Miſce & cum modico cinnamomi vi-
no odoro irrorati fiat magdaleon, huius doſis ʒ.ij.
tuto & ſine noxa, quia cantharidum vis ab aliis ob-
tunditur. Vtor & aliis pilulis tum in hydrope, tum
in aſthmate, materiâ viſcida pulmonibus imbibita.
Confici autem debent hoc modo: Recipe terebin-
thinæ claræ ℥.i. aquæ hyſſopi ℔.i. bulliant ad con-
ſumtionem aquæ, & adde ſucci liquiritiæ ʒ.i. farinę
B rad. ireos quantum ſufficit. Miſce, fiat maſſa pilula-
rum. doſis ʒ.iij. tuto & ſine noxa, & ad miraculum.
Nunc de medicamentis exterius apponendis. In
hypoſarca, exterius partibus intumeſcentibus, quę
incidunt, attenuant, & exſiccant remedia apponen
da ſunt, vt: Recipe lixiuij communis ℔.x. aceti o-
ptimi ℔.i. flor. chamæmeli M.i. ſalis ℥.iij. Miſce &
bulliant ad conſumtionem tertiæ partis, imbuan-
tur ſpongiæ & expreſſæ calidæ alligentur pedibus
& cruribus: immò omnibus partibus tumentibus.
C Paulus fimũ bubulum tritum, ſole arefactum, cum
aceto aut oxymelle ſcyllitico coctum & ſulphuris
quarta parte addita ventri ſuperponi iubet: aut ca-
prinum fimum ex vrina pueri aut capræ, fermen-
to, aridis ficubus, calce, nitro, cardamomo, ſulphu-
re, gummi ammoniaco, baccis lauri, ſtaphis agria &
ſyluestrium columborum fimo, emplaſtro ex oxy-
melle, & his confecto epithemate per ſpongias è ca
prino fimo & vrina confecto laudatur, quod humo
rem extrahat per latentes meatus, ventrem laxet,
D modico ceræ & terebinthinæ reſinæ addito, & ſu-
per corium extenſo. iubet etiam Paulus iiſdem da-
ri cucumeris erratici radicum ex vino decoctarum
cyathum vnum, adiecto ſingulis diebus alio cya-
tho ad tres vſque. Sed ego non auſim, neque alteri
audendum ſuaſerim talem procedendi modum, i-
mò ne ʒ.i.s. darem, niſi diligenter præparatu cucu-
mere, immò ne ℈.i. veritus ne erratum ſit in Pauli
ſcriptura. Emplaſtrum autem ex cochleis compo-
ſitum tale eſt: Recipe limacum cum teſtis contuſa-
E rum ℔.i. cumini torrefacti & ſubtiliter pulueriſati,
ſem. carui, ameos, ſalis vſti ana ʒ.i. pul. rad. ireos, fa-
rinæ lupinorum ana ℥.i. Miſce & fiat emplaſtrum
ſecundum artem, ventri apponendum, donec ſpõ-
te decidat, vel cerotum, quod ego experientia non
ſolùm mea verùm etiam aliorum comprobata mi-
rabile inueni: Recipe ceræ, picis naualis ana ℥.ij. a-
luminis liquidi, ſulphur. viui, bituminis, nitri rufi
(ſi haberi queat) ana ℥.s. terebinthinæ ℥.i.s. olei
veteris ℥.iiij. aceti quantum ſufficit, ad aliorum vi-
F ſcoſitatem incidendam, & in vnam maſſam cogen-
di. Non diſsimile huic fuerit quod habet: Recipe
ceræ, reſinæ pini, picis aridæ, baccarum lauri ari-
darũ & pulueriſatarum, nitri rufi, ammoniaci, ſepi
vitulini ana ℥.iiij. Tundenda tundantur, pulueri-
ſanda pulueriſentur, & liquanda liquentur, & om-
nia ſimul miſceantur, & fiat emplaſtrum. Medica-
menta ruralia ſunt: Recipe fimi vaccini aridi tu-
ſique ℥.s. ſulphuris vel ſalis ʒ.i. aceti quantum ſuf-
ficit. Miſce & apponito. Cui ex Archigenis ſenten-
G tia addi poſſunt ona recentia cum ſuis teſtis con-
tuſis & braſsicę ſuccu. Notandum, vbi fimũ anima-
lis in emplaſtru apponendum legis, illud non ex
herbis, ſed aridu confectum eulliges. Intẽtio enim
in hac ægritudine eſt exſiccatio: Recipe fimi vacci-
ni aridi, cyperi, rubricæ ammuniacæ ana ʒ.ij. aceti
ſquillitici quantum ſufficit. Miſce fiat linimentum

a

A craſſum. Quæ per chirurgiæ adminiſtrationem cu-
ratio adhibetur, alia omni hydropi conuenit, alia
tantùm aſciti. Quæ quidem ſi per appoſitionem
cucurbitularum & cauteris fit, appoœda hęc ſunt
tumentibos partibus, puta in tympanite abdomi-
ni, in aſcite abdomini & cruribus: Io hypoſarca ve-
rò omnibos corporis partibus, quòd omnes in tu-
morem eleuentur in ea hydropis ſpecie. Et caute-
ria quidem quæ in extremis fiont partibua, in om-
B nibus illius ægritudinis tempotibus fieri poſſunt,
dummodò vires perſerant. In aſcite tamen cautè
adminiſtrāda chirurgia: oeqoe enim ſtatim à prin-
cipio, ſed præmiſsis euacuationibus. Quæ verò a-
ſciti quaſi propria eſt, nō niſi in proceſſu teſte Rha-
ſi tentanda: aperiendumque eſt ſub vmbilico iu-
xta moſolum obliquum dextrum aſſcendentem, ſi
hepar primariò elt affectum: ſiniſtrum, ſi lien, cute
prius deorſum reuulſa, ægro interim corroboraio
cibis delectis & conditaris analepticis, vti dialaccę
C ʒ.ij. manè ſumtis, vel diacurcumæ cum aqoa endi-
oiæ, intybi, abſinthij, cuſcutæ, & ſimilibus calidis
eibis & modica humectatione præditis, tenuibus
concocto diſtributuque facilibus. Io cauſa calids,
quales ſunt hydropes ad morbos acutos ſecuti, in
quibus iecor calida & noonuoquam ſicca intem-
perie iam graoiter adfligitur, vt cibum io ſangui-
nem tranſmutare nequeat, conueniunt frequeoti
vſu electuarium diatriaſantalon, diarhodon Abba-
tis, trochiſci de roſis, de eupatorio, de abſinthio, de
D hepate lupi præparato. Non ſecus in frigida ac ſu-
bita eius intemperie, qoam hydrops ſequitur, ca-
lidis vtimur medicamentis. Pro hydrope ergo, quę
febrem acutam ſequitor, ſi adhuc vigeat illa, tolle-
tur datis per os vrinam cientibus, roborantibos
membra, nec admodum inſigniter calidis, vt deco-
ctum agrimoniæ, aſplenij, braſsicæ marinæ, intybi
agreſtis, hepaticæ, ſeminis aſparagi, quatuor ſemin.
commun. maior. cum ſuis corticibos contuſis in
aqua bruſci vel aſparagi paratis. Cuius ſanè deco-
E cti ℥. v. oxymellis compoſ. ℥. ij. dandæ pro vice.
Quod ſi febris fuerit non moltum vehemens, cica-
darom extrema ſubtiliter poluerisata ad ℈. s. ad-
dere licebit, ad ℈. t. vſque. Quumque in his ob fe-
brem ad calidiora ſicccioraque medicamenta deue
nire nequeas, caoebis quoque à cauteriis, & loco
cauteriorum eo vteris remedio, quoad Galenus 9.
κατὰ τόπους oobis proponit, puta, alia circa talos ſca-
rificatiooe, quia paulatim quicquid in ambitu
totius aquæ redundat exprimi poterit citra febris
F incrementum. Tu autem, quod ego in tali caſu fe-
liciter expertus ſum, circa abdomen ea appones,
quæ membra corroborant, qoæqoe adfluentem a-
quæ impetum retardant, ne voà cum intempeſti-
oo aquæ exito, quicquid adeſt virium exſoluatur.
Talia ſunt cerota ex arte confecta: Recipe ſucci ra-
dicis ſymphyti maioris, ſucci abſinthij, ſocci radi-
eis cocumeris aſinini ana ℥.iij. deporentor per reſi-
dentiam ſucci, dein ad ignem modicè bulliant &
deſpumentur, pòſt adde mellis deſpumati, oxy-
G mellis ſcyllitici an. ℔.1. ſpecier. diacurcumę, ſpecier.
dialaccæ, ſpecier. emplaſtri diapbœnicon. calami a-
romatici, ſaotali rubri ana ʒ.ij. Miſce, bulliant ad
confectionem ceroti, & toti abdomini imponatur
calidom. Si aotem febris parua adfuerit, aut nulla,
non ſolùm externo hoc remedio membra affecta
corroborabimus, verùm etiam ad Galeoi remedia

A non ſolùm de filicis radicibus, cui temperata vis
ioeſt in aperiendis obſtructionibus, verùm etiam
ad anethi ſubtiliter puloeriſati exbibitionem de-
ueniemus, quod tale eſt: Recipe anethi ſubtiliter
puluerisati ʒ.1. hepatis lopi præparati, abſinthij a-
ridi, aſplenij aoa ℈.t Miſce, fiat poluis ſubtilis io vi-
no albo daodus, cui vtique non cedit ſequeos ele-
ctuarium, ad miracolum membra affecta toborās:
Recipe chamæpithyos ſubtiliter pulueriſatæ ℥.1.
B radicis cichorij optimè contuſæ ℥. s. cum ſ.q. mel-
lia deſpumati. fiat mixtura ad lentum igoem, & in
fine coctionis adde ſpicæ celticę ʒ.ij. abſinthij pon-
tici ʒ 1. Miſce & exhibe cochlearis meoſuram. Hæc
de chirurgia: nunc de iis, quæ mibi hoc anno expe-
rientia comprobata ſuot. Occurrit mihi hoc anoo
vir ætatis quadraginta quinque annorum hernia
aquoſa laborans & leucophlegmatia, cumqoe ad
remedis exteriora, puta, ad cauteria ſcarificatio-
nesque difficilem ſe præberet, talem ei dabam po-
C tum, quo aluus quater aut quioquies mota eſt: v-
rina autem plus quàm ceoties & vicies, paulatim
tamen & per interualla, & ex eo tempore ſanatus
eſt: Recipe braſsicæ marinæ ſubtiliter pulueriſatæ
ʒ. iij. s. cicadarum poluerisatarum ℈. t. Miſce &
in iure pulli ſalis experte, in quo bullierit abſin-
thij & adianthi coma, exhibeatur. Aliud experi-
mentum bis hoc anoo mihi occurrit: Primum qui-
dem in xenodochio de la vita io puero decem an-
norum diu tympanite laborante, qui tanquam de-
D relictus à Medicis in lecto ſe cootinebat. Cumque
ad ea, quæ per os dantur, propter ætatem, & lon-
gum morbum, & virium imbecillitatem ooo ad-
modum aptus eſſet, tale iuſsi apponi emplaſtrum,
quotidiè affixis ſine ſcarificatu cucurbitulis in ab-
domine, miraeuloſeque conualuit intra octo vel
decem dies: Recipe radicum eocomeris aſinini o-
ptimè contoſarum, & io aceto ſcyllitico per 24.
horas maceratarum ℔.1. mellis deſpumati ℔. ij.
Miſce & bulliant ad confectionem ceroti, & in fine
E adde cumini ſubtiliter pulueriſati ℥. iiij. ſingulis
diebos amouebantur emplaſtra abdomioe opti-
mè terſo, cucurbitulæ affigebaotur, deio rurſus
emplaſtrum apponebatur. Quumque non ſiocc-
rus eſſet tympanites, ſed vnà cum flatu aqua, adeſ-
ſet, in modica tameo quantitate, paulatim vnà
diſcuſſus elt flatus, & in halitum digeſta aqua, ſa-
natusque eſt. Alium in hoſpitio de la vita eodem
modo curaui: Recipe braſsicæ marinæ ſubtiliter
poluerisatæ ℥. s. rhabarbar. mundi & electi & ſub-
F tiliter puluer. ʒ ij. ſpec. dialaccæ, ſpecier. diacorcu-
mæ ana ʒ.1. hepatis lupi præparati, limaturæ cha-
lybis cum aceto ſcyllitico ſæpius lotæ ana ʒ.s. mel-
lis deſpumati qoantum ſufficit. Miſce, fiat electua-
rium, cuius cochlear voum per horas duas ante
prandium ſumat, & ſimiliter ante cœnam. Inde al-
uus ſemel atq; iterum mouebatur quotidie, quód-
qoe excernebatur, aqueum erat. Abdomen vnguē-
to ſequenti vngebatur: Recipe vngoenti Agrippæ,
Marciatun, Aragon. ana ℥. t. olei de elaterio, olei
G anethini ana ℥.1.s. ſeminis ſinapi ſubtiliter puluer.
abſinthij aridi, origaoi, farinæ lupinorum ana ℈. ij.
Irrorentur pulueres aceto ſcyllitico, pòſt om-
nia ſimul miſce & fiat ſecondum
artem linimentum.

CONSI-

CONSILIVM XXXIII.

Hydropis initia in puella, ex obſtructione hepatis & lienis: tumores in collo.

QVamuis non vnus, ſed plures affect⁹ ſint, de quib. ad me perſcriptũ eſt, tamen ab vno, tanquam à communi fonte cæteros defluxiſſe cenſeo. B Primùm autem accipiam tanquam conſtitutum, puellam ſtatim à primo ortu contraxiſſe tẽperaturam ſuapte natura calidam & humidam, in quam conſpirauerint fortaſſe membra omnia præcipua: quamuis fortè cum illis ventriculus nõ conſenſerit. voracitas enim ea, vel immodica fames illi conſueta, vel potiùs naturalis, videtur poſſe aſſumi tanquam argumentum frigidioris ventriculi, cuius propriũ eſt plus appetere, quàm poſtea poſsit conficere: à quo forſitan mox petenda eſt prima occaſio & pręcipua ratio præſentiũ omnium malorum. C Inde enim, ni fallor, factum eſt, vt dum plus cibi ingeritur, quàm poſsit frigidior ventriculus ſuperare & coquere, multæ fuerint congeſtæ cruditates, ac multa frigidi & pituitoſi humoris copia collecta ſit, nec modò in ventriculo, ſed illa digeſta per venas in vniuerſum ferè corporis habitũ, præſertim verò in iecur & cerebrũ, omniaq; eo humore repleta ſunt: vnde & in iecore obſtructiones multę ſunt excitatæ, quod indicat præcordij dextri tẽſio cum aliqua duritie. D Et non eſſet ab re præterea putare, lienem quoq; non omninò earum eſſe expertem. caput verò & cerebrum adeò refertum hoc excrementitio humore videtur, vt ferè illum, cùm ampliùs ferre nequeat, nitatur ad ſuppoſitas partes, in collũ impellere, q̃ ſua molli natura facilimè aliunde amandata excremẽta, præcipuè verò à cerebro, ſuſcipiunt: vnde concitati ſunt tumores illi. Nam cùm neq; colorem cutis priorem mutauerint, neq; niſi obſcuriſsimè doleant, frigidus pituitoſosq; tumores eſſe nemo dubitet. E Sed ex frigidi illius & pituitoſi excremẽti copia putarim refriguiſſe vniuerſi corporis habitum; maximè verò iecoris & ventriculi tẽperiẽm naturalem in frigidam & humidam aduentitiam degeneraſſe, quæ cùm ſatis inſignis videatur, non mirum ſit deinde, ſi ſubortus ſit malus habitus, vnde tumeſcit facies & exterior cutis capitis, &, vt puto, etiam pallida eſt. Vtinam autem hactenus res hæc his terminis contineretur, & nõdum adeſſent manifeſta etiam ſigna incipientis, vel iam incœptæ aquæ intercutem. F Nam manifeſtus iam inferioris ventris tumor, qui percuſſus perinde vt tympanum ſonum reddit, mihi inſinuare videtur, iam hydropem incœpiſſe. Vnde & mihi negotium hoc multi faciendum puto, & periculo nequaquam vacare. Nam ætas hæc, quæ neq; multa, neque inſignia medicamenta facilè admittit, non paruam huic rei difficultatem affert. Dicam tamen quo pacto in ratione curationis eſſet tractandum, ac è multis ea duntaxat pauca deligam, quę in puella adeò tenera & delicata poſſe admitti exiſtimem; G hoc accepto tãquam primario fundamento, quòd paulò antè conſtitutum fuit, nempe eſſe frigidam & humidam intemperiem, tum vniuerſi corporis, tum vel maximè iecoris & ventriculi, quæ huic illuſtriſsimæ puellæ vniuerſum hoc negotium faceſſit, quæq; non ſola eſt, ſed à multa frigida & humi-

A da craſſaq; materia fouetur, à qua multę ſunt exortæ obſtructiones. Quare medico curaturo hos ſcopos proponendos exiſtimo, primùm amouendam & immutandam hanc intẽperiem: ſed quia illa plurimum fomentũm habet à multa materia, neceſſe vtiq; erit prius illam materiam detrahere. at verò quia craſſa & lenta eſt, inepta erit euacuationi, niſi per attenuantia, & detergẽtia paretur ad faciliorem vacuationem, & corp⁹ tum hac ratione, tum etiam B apertis obſtructionibus, fluidum reddatur. Ad hęc autem peragenda, primùm ratio victus rectè inſtituenda eſt. quatenus tamen ea ætas poterit admittere; quamuis non dubitem, eam hactenus rectiſsimè fuiſſe inſtitutam, huicq; rei potiſsimùm aduertendum eſſe animum, ne plus ingeratur cibi, quàm poſsit ventriculus concoquere, & quia ætati, & cõſuetudini ſemper aliquid eſt indulgendũ, partiendus quidem cibus eſt: ſæpius quidem comedat, tãtum verò temporis ſpatium inter priorem & alte- C rum cibum exhibendum intercedat, quanto poſſit prior eſſe coctus, ac de ventriculo deſcendiſſe, antequam alter ingeratur. cibus verò, quò facilior concoctu fuerit, & minus excrementuſus, & aptior ad generandum ſanguinem tenuiorem & bonum, eò erit etiam magis probandus; vnde oua recentia modicè cocta, perdices, attagenæ, turdi, meruli, auiculæ nemorales, pulli gallinacei, ſed & interdũ palumbes ſylueſtres, quæ in turribus degũt, vtiliter in vſum inter aues venire poſſunt: inter D quadrupedes, hędi, vel vituli interdum, qui tamẽ lactentes ſint; elixæ quidem carnes faciliores concoctu ſunt: neq; tamen & toſtas, modò non aſſentur, & duriores ſint, improbo. quia verò ratio attenuãtis victus maximè huic morbo curando accõmodatiſsima eſt, ideò ſi cibi pararentur condirenturq; aliquo quod vim attenuãdi haberet, mihi id magis arrideret, magis etiam, ſi facultatem eã item haberet, qua roborari poſſent prędicta viſcera. quapropter mihi maximè probaretur, vt ventres harũ E auium replerentur in primis paſſulis, nec modò illis minutulis, verùm & maioribus, quas cebibi Arabes appellauere; commendarem etiam Smirnẽſes, q̃ ante aliquot annos cœpere Venetiis eſſe in multo vſu: quib⁹ præterea & folia petroſelini adderem, & tantillum cinnamomi. ſed ſi in iuribus communes illæ radices incoquerentur, niſi illas illuſtriſsima puella faſtidiret, illud non ſine vtilitate factum iri exiſtimarem. A piſcibus, caſeo, lacticiniis, omnibusq; aliis eduliis, quæ lentum craſſúmue ſuccum F progignere poſſunt, quęq; ad craſsiorem victus rationẽ pertinent, omninò abſtinerem. Potum, quoad fieri poſſet, parciſsimum laudarem; aqua omninò fugiẽda eſſet in potu, ſi id fieri poteſt, cùm eam, vel ipſo etiam aſpectu nocere antiqui medici crediderint. Vſus medicamentorum in pueris nõ eſt adeò modum facilis, cùm appetitu potiùs, quàm ratione regantur: & quæ guſtata non ſapiunt, ſæpe omninò renuunt. ſine illis tamẽ non video quomodo aliquid rectè fieri poſsit. Si ergo aliqua ratione ad- G duci poſſet, vt admitteret aliqua amariuſcula medicamenta, mihi quàm maximè probaretur, vt quotidie decoctum acciperet, quod eſſet confectum ex foliis agrimonij, item tenerioribus germinibus abſinthij, cui, ratione ſtatus æſtuoſi huius temporis, & aliquid cichorei addendum putarem: omnia verò ex aqua vel communi, vel cichorei coquerẽtur,

huius decocti ſi ℥.ij. acciperet, addita ℥.i. ſyrupi a-
cetoſi, quem diarhodon vocauit Meſues, ſperarem
inde percepturam multam vtilitatem. quod ſi hæc
detrectaret, alia ratione agerem: acciperem pullum
gallinaceum iuuenem, & illum priùs exenteratum
his eiſdem herbis replerem, quibus tamẽ adderem
& petroſelini folia, & paſſulas, vt ſuperiùs dictum
eſt, replerem autem quantum poſſet capere vniuer
ſum internum ſpatium ventris, tã inferioris, quàm
ſuperioris, deinde coquẽdum vaſe terreo ad ignem
apponerem ex aqua communi, vel alia ex ſimilib⁹
herbis per deſtillationem extracta, & quando eſſet
ferè coctus, ab igne vas detraherem, & pullum di-
lacerarem, abiectiſque oſſibus & carnib. quoquo-
modo conciſis, acterum illis in ius, quo decoctus
priùs fuerat pullus, vnà cum herbis, quibus plenus
erat venter, omnia ſimul, nempe ius, carnem, & re-
liqua, quę in ventre cocta fuerant, vellem deſtillari,
non quidem in vaſe vel inſtrumento æneo, vel plũ-
beo, ſed potiùs vitreo, vel teſtaceo: imò ſi ex dupli-
ci vaſe fieret deſtillatio, meliùs ageretur. extrahere-
tur autem inde aqua non admodum differens ab
aliis ſtillatitiis aquis, neque odore, neq; guſtu, qua
vterer pro decoctu, addito ſupraſcripto ſyrupo. qđ
ſi neque id admitteretur, ſolis vterer ſyrupis, acci-
perem autem aut mel roſaceum, aut ſyrupum ex
ſucco roſarum confectum, & eo permixto cum ſy-
rupo acetoſo diarhodon, manè per duas ante acce-
ptum cibum horas, vellem duo cochlearia illuſtriſ-
ſimæ puellæ dari: poſtq; puſillum iuris ſui, ex quo
fercula illi parantur, ſorberet. Si verò hæc medica-
mẽti ratio interdum in aliam mutaretur, mihi hoc
quàm maximè probaretur, nempe vt aliquibus pa-
ſtillis vel trochiſcis deuorandis vteretur, quales eſ-
ſent huic rei opportuni, qui ex rhabarbaro, aut qui
ex abſinthio dicuntur: acciperem autem alterutri⁹
℈. i. vnde tria conficerẽ catapotia illis priùs in pul-
uerem redactis, & deinde aliqua aqua, vel ſyrup. aſ-
ſumtis, & inde pilulis confectis. iſtis enim in ſimili-
bus affectibus ſæpiſsimè ſum ſolitus vti. Sed & il-
lius non parua eſt cura habenda, nempè vt corpus
illuſtriſsimæ puellæ à tanta excrementorum cru-
dorum copia expietur, medicamento tamen quod
facilè admitti & ferri in hac ætate poſsit. mihi verò
& rhabarbarum, & agaricum aliis omnibus præfe-
renda videntur, quibus quocunq; modo poſſem,
vterer. nam vel ea aliquo decocto infonderem per
noctem maceranda, vel in pilulas redigerem, vel, vt
aiunt, in bolos: quocunque modo tandem poſſem,
his medicamentis frequenter vterer. Mihi in ſimi-
libus affectibus modus is pilularum ſolet eſſe in fre
quenti vſu: accipio rhabarbari & agarici vtriuſque
electiſsimi ℥. i. quibus aliquid aut iunci odorati, aut
ſpicæ addo, & aliquid præterea zingiberis, & om-
nia priùs vino odorato aſpergo, poſtea aliquo de-
coctu opportuno, cuiuſmodi ſuperiùs eſt facta mẽ-
tio, vel etiam ſimili aqua, macerari infuſa procuro
ſaltem per integram noctem, poſtea his perculatis,
accipio liquorem extractum, in quem iniicio pul-
ueris hieræ ſimplicis ℥. s. atque eatenus hæc com-
mixta relinquo, donec humor vniuerſus à pulueri-
bus fuerit exſuctus atq; deſiccatus: mox verò illos
pulueres aliquo ſyrupo aſſumtos, ſicut eſſet aut ſy-
rup. roſaceus ſolutiuus, aut qui de eupatorio nun-
cupatur, in quendam, vt aiunt, magdaleonem re-
digo, vnde poſtea ſint conficienda catapotia eius

A magnitudinis, quæ poſsint facilè à puella admitti:
his bis in hebdomade vterer, vel aliquanto etiam
rariùs: aliquando etiam vnam tantùm, quæ ℈. s. pẽ-
deret, alternis diebus ægroto dare ſolitus ſum. De
aliis valẽtioribus & moleſtioribus in hac ætate ne
meminero quidem. Quia verò videntur viſcera il-
la admodum labefactata, & de natiua ſua tempe-
ratura deiecta, non eſſet quidem ab re, aliquibus
remediis externis illa fota recreare & roborare: &
B ad id quidem mihi in frequẽti vſu eſſe ſolet oleum
in hunc modũ confectum: accipio ℥. iij. olei amy-
gdalini amari, cui ſuperinfundo tãtundem vini a-
licuius tenuis optimi, & ſubdulcis. deinde verò ac-
cipio comam abſinthij viridis, ac agrimoniæ, vel
eupatorij, & ſi videretur febris adeſſe, quæ alicuius
eſſet momenti, aliqua cichorei folia adderem, quæ
omnia minutim inciſa in eo oleo vinoque demer-
ſa & macerata, decoqui ſino vel ad ignem lentum,
vel in duplici potiùs vaſe ad conſumtionem vini,
C poſtea oleo exculato & expreſſo, addo maſtiches
poluerizatæ, cinnamomi item, ſingulorum ℥. s. &
addita modica cera conficio molle vnguentum,
quo vniuerſus inferior venter quotidie ieiunus in-
ungendus eſt.

CONSILIVM XXXIV.

Hydrops: Aſthma.

N.

D PRoponitur nobis, qui ſemper laborat anheli-
tus difficultate: qui cùm ſemper in nauigio &
frigore verſaretur, auctus eſt affectus. Venetiis
tamen ex parte ſubleuatus eſt, at non rectè. accedit
quòd ſcrotum, teſtes & penis ipſe ſit intumefactus.
item venter & reliqua membra cum duro quodam
tumore. eſt ergo, me indice, hydropicus, licet non
exquiſitè: iudicoque hypoſarcam eſſe. Eius cauſa
eſt ſine dubio pituita genita tum vitio ventriculi,
tum iecoris, tum etiam vniuerſi corporis, ex depra-
E uato victu contracta: item ex mora in aere frigido.
Vtitur enim malo regimine. bibit aquam ſæpiſsi-
mè in die & copioſiſsimè, & comedit etiam: ita vt
noctu bis interdum comedat. Vidimus etiã iſtam
materiam ad pulmones peruenire, & cauſare
aſthma, catarrho à cerebro deſcendente. Adeſt et-
iã anhelitus difficultas. Sed materia ipſa eſt partim
calida, partim frigida: attamen magis calida quàm
frigida apparet ex ſputo, quod interdum dulce eſt,
interdum amarum. Corpus igitur vniuerſum va-
F cuãdum primò cum caſsia & hiara, ſed magis cum
hiera. Venæ ſectionem videtur in hypoſarca Aui-
cenna concedere, ſed tum tantùm, quando ſunt re-
tenta menſtrua, vel aliæ euacuationes conſuetæ, &
hypoſarca ſuperuenit. Sed cùm hæc non adſint in
iſto viro, neceſſaria non eſt. Materiam antequam e-
uacuemus, temperabimus ſyrupo de eupatorio
Meſuæ, in quo decocta ſunt ſemina agrimoniæ, fœ-
niculi, & ſimilium. Euacuarem autem eam cum a-
garico: ſed & vehementioribus vterer, vt colocyn-
G thide & rhabarbaro, aut etiã confectione hamech,
præcipuè in quam ea omnia ingrediuntur. Inter a-
lia tamen adderem, quæ aquam educerent, & tale
eſt elaterium admixtum ad gr. ij. cum ſpeciebus
hieræ, aut trochiſcorum de rhabarbaro. Et non
ſufficiet vna purgatio: ſed ſæpiùs iteranda. Factã
euacuatione etiam ſuaderem, vt calefaceremus
hepar

hepar &totum corpus. Vnde eum immergerem in A aquas Aponeoſes, & pooerem etiam in ſudatoria. ſed aquam oon darem bibere: quia magis obſtrueretur: ſed darem theriacam, aut mitbridatium, aut confectiooem Cypboidem.

FRISIMELICA.

Proponitur nobis caſus difficilimus. temperatura eius calida & humida: & magis humida tamen. Symptomata ſunt aſthma & tumor pedum, teſtiũ B & penis. Cogitur etiam ſępe exſpuere, ob ingeotem tuſsim: laborat item difficultate anhelitus: & ferè ſemper ea eſt moleſtatus. Iecur habet admodum calidom, illudque ſemper habuit: item ventriculum debilem ab inordinato victu. Credo in ſubſtantia pulmonis & viis ad eos pertinentibus contentam eſſe multam craſſam pituitam. Cùm pudendom ſit humefactum, idcircò eſſe hypoſarcam ego ambigo. Nam memini me legere apud Galenum in libr. de atra bile, & in libr. de morbis & tu- C moribus præter naturam eſſe duo genera humorum, primò naturalem, vt mammillæ, ſecũdò præter naturam, vt ſũot alij tumores. Quod verò pudeoda ſint reddita tumida, credo ego materiam à ſuperioribus eſſe tranſmiſſam. Deuenit etiam ad erura & imum ventrem, propter inordinatam victus rationem, cùm ſit oauta & potator maximus tum vini tũ aquæ. Quod curationem attinet, cùm habeamus duos morbos, incipiendom eſt ab illo, qui magis vrget, & eſt aſthma. In primis autem vẽ- D triculum & iecor: oportet contemparare & roborare. Corpus ergo totùm primò euacuaodum: deinde optima victus ratio ioſtituenda, ita vt vtatur quidem optimis cibis & vino optimo: ſed non in magna quautitate. De ſanguinis miſsione dubito: licet is ſit robuſtus ſatis: tamen eam non tentarem ob tumorem. Leniatur venter cum caſsia & hieras vt ℥. iiij. caſsiæ, bieræ ℥. ij. concoquenda materia cũ melle roſato, ſyrupo de eupatorio Meſuæ, qui eſt conuenientiſsimus. Alij daot oxymel ſimplex. E- E uacuarem deinde cum pilolis cochiis, quę pituitoſum & melancbolicum purgant humorem, vel admiſcerem illis pilulas de agarico. Sed ante omnia aligerem confectionem hamech. Factâ primùm euacuatione, iterum concoquerem, & cum iiſdem expurgarem. item laudarem mitbridatium & theriacam, item decoctum farfaræ, agrimoniæ, vt detur poſt bolum theriacæ. Euacuarem etiam caput cum ſternutatoriis & maſticatoriis & deſtillatiooibus. Laudo quoque pro diuerſione cauteria in bra- F cbio propter aſthma. Sed diceres, in bydropicis vlcera oon conueoire, quia ſunt malè ſaoabilia: licet Aetius ſcarificauerit talos io hydrope. Igitur loco cauteriorum poſſumus vti balneis, & infuoderem eum in aquam, antequam eum ponerem in fooeam, oe induretur tumor magis. Vterer inunctionibus ex oleo chamæmelino & maſticbino. Sed præ omnibus oportet illum obſeruare bonam victus rationem.

TRINCAVELLIVS.

G Iudico ipſum capitis eſſe humidi & calidi, calidioris iecoris. Cùm autem affectibus doobus affiiciatur, videlicet aſthmate & hypoſarca: & quidem aſthmate primò correptus ſit, de eo etiam priùs dicam. Catarrhum igitur deſcendere ex capite excrementoſo, & hydropem poſſe ſeqoi aſthma: itémque hypoſarcam eſſe vobis aſſentior: atqoa eam non ſolam credo, vt ex tactu percepi, quòd adſit quidam ſooitus, ſi rectè tangatur: vereor ergo adeſſe flatus. Quòd curari poſsit, mihi ſpem optimam præbent, quòd ſit fortis, & robuſtum habeat corpos: deiode cùm Veoetiis antè ſit curatus, ſed non optimè obtemperauerit. Attamen ſi obediat diligenter, poteſt reſtitui. Generalis indicatio iſtorum morborum dependet ab euacuatione. Sed à leuioribus incipiendom, vt hiera cum caſsia, vel electuario lenitiuo. Pro pręparatione laudarem mel roſatum, oxymel ſimpl. ſyrupum de betonica, qoi ſummopere corroborat caput, decoctum betonicæ, abſinthij, agrimoniæ & cichorij, quia illud valde prodeſt hepati. Pro euacuatione potiſsimùm vterer agarico & rhabarbaro: deinde confectione hamech, vel etiam diaphœnicone. Noo etiam contemnerem pilulas cochias. Poſt illam euacuatiooem, iterum præpararem, cum validioribus, vt ſyrupo diarragon, & oxymelle ſcyllitico, ſyrup. de agrimonia. Item venirem ad confectionem Cyphoidem primùm, deinde mithridatium & thericam. De balneis verò ipſi non darem bibere, ſed infunderem etiam illum potius, quàm in ſoueam ponerem: aut lutum adhiberem. Venæ ſectione ego non vterer. Cauteria concederem poſt alia omnia. Victus ratio in iſto viro omninò ſit attenuans.

De affectibus Lienis.

NOTA.

¶ *De obſtructionibus lienis, vide titul. Ventriculi affectus, Conſil. 1. item titulum Hydropis, Conſil. 33.*

Melancholia hypochondriaca.

CONSILIVM XXXV.

Melancholia hypochondriaca.

QVandoquidem nemo dubitat, quin affectus hypocboodriacus ſit ille, quo vir excellentiſſimus ac Iuriſconſultiſsimus tenetur: an affectus is etiam melancholicus mereatur appellari, ad id, quod oos pręcipuè quęrimus, nibil mea quidem ſententia, vel parum admodum refert. Nam quod rationem curationis ferè vniuerſam indicat, eſt locus primariò affectus, ac ipſe primarius affectus. quæ verò conſenſu læduntur, ſponte ad priſtinum ſtatum redeunt, ſi id reſtituatur, quod primariò afficiebatur. Hypochondriacus autem morbus melancholicus dicitur, non ex affectu primario in præcordiis, ſed ex conſenſu cerebri cum vẽtriculo & præcordiis. Timor enim & mœror, quæ veluti caracteriſtica ſuot melancholiæ, atq; etiam delirium, ex conſenſu cerebri ortum habent, oou autem proximè & immediatè ex bypocbondriaco affectu. Vnde & ego medico peritiſsimo aſſentior, non ſemper hypochondriacum, item & melancholicum eſſe. Nam non puto ſemper neceſſarium eſſe, vt cerebrum in hypochondriaca affectione conſentiat: fieri enim poteſt, vt cerebrũ adeò validum ſit, vt oon admittens melanchnlicos vapores aſcẽdeotes ab infernis partibus, immò eos repellens

aliò, non trahatur in cooſenſum: vti poſſem in multis aliis affectibus, in quibos altera pars quidem primariò afficitur, altera verò per conſenſum, slariſsimè oſteodere; quod tamen, ne oimis in longom protrahatur oratio, in præſentia prætermittendum puto. Et proiode Diocles medicus eximius, dum receoſeret ea ſymptumata, quæ bypochondriacis plerumque ſolent euenire, melanchnlica ſub ſilentio præteriit, vtpote quæ non eſſent propria primo affectui, ſed vt philoſophi aiunt per accidens, ratione videlicet conſeotientis particulæ ſequantur. Quamuis autem hæc res ita ſe habeat, ego tamé, ſi quis vellet morbum clariſsimi viri melancholicum etiam appellare, ei nũ ad modnm pertinaciter aduerſarer; qnia non puto, eos taotùm melancholicos iudicandos, qoi omoinò inſaniũt, ac iam ita hallucinantur, vt ſaxa iaciant, atque omnino nullam rerum ſuarum ratiooem babeaot. Nam & Galenos amplinribus ac latioribus terminis delirandi rationem comprehendit. qui enim dom bene valent, loquaces ſunt, ſi præter eorum cooſuetudinem, & ex morbn fiaot taciturni, eos delirare cenſuit: contrà, ſi qni ſint ſuapte natura taciturni, & poſtea loquaces ex mnrbo fiant, & hos iuxtà ac priores, quamuis mentis alioquin compotes videantur, delirare putauit. Vnde omnis ferè tranſmntatio morborum naturalium, facta ex vi mnrbi, in delirin poneretur à Galeno. Quare ſi vir hic excellentiſsimos & triſtior, quàm etiam præſens ſtatns in prudenti viro requireret, & timidinr eſſet, etſi alinquin cordatiſsimus ſit, nno video, cur oon eſſet melancholicus hypochondriacus appellandus. Neqoe etiam ratin illa efficax admndum, ſi ingennè loqni velim, mihi videtur, videlicet quòd propterea melancholicus minimè diceodus ſit, quia mœreat & timeat, vtpote qui euidentes & vehemeotes cauſas mœrendi & timeodi habuerit, cùm animi triſtibos affectionibus, & eis quidem maximis, atque fortunæ iniuriis fuerit pauló antè obnoxius. Nam qnid tum? immò cùm hæ ſint maximæ & efficaciſsimæ cauſæ, & quæ ferè ſupra omnes alias magis propè affectus ioelancbnlicos excitent, rationi ſatis conſonnm eſſe videtur, eas iam pntuiſſe non ſolùm partes ad meſenteriom pertinentes malè afficere, ſed etiam cerebrum aptum reddere, vt conſeoſu ſaltem, ſi non primariò, læſionis alicnius particeps fieret, maximè in corpore, quod etiam ſatis ad hnc erat paratum. Qui enim calidn inſigniter iecnre ſont, veotriculo verò frigidn & imbecilli, hi ſunt proni, vt ab hypochondriaca melaochnlia corripiantnr, & magis etiam, ſi calidnm ſit cerebrum. Quod antem, vt dixi, ratin qnæ affertur, cnr mœrens & timens non ſtatim & melaocbolicus ſit, cùm canſas habuerit mœroris & timoris ioſignes & maoifeſtas, mioimè vim illins argumentatinnis iofringet, manifeſtum eſt. Nam alioquin ex triſtibus animi affectibus, ab euideotibns cauſis exortis, non poſſet qniſpiam effici melanchnlicus, ſi oeceſſe ſit eum tantùm melancbolicum cenſeri, in qno nolla præceſſerit canſa mœroris & timoris, & tameo timet & mœſtus eſt. At cùm ſermo à onbis io præſentia noo diſputandi gratia, ſed vt ratiooem ineamns curandi doctiſsimum virum, habendus ſit, relinquamns has ſalebroſas diſputationes, & permittamus, excellentiſsimos viros in hoc oegotio, quan-

A tum ad rationem melancboliæ pertinet, vt ipſis viſum fuerit, ſentire, hocque, quod ad rem noſtram maximè attinet, pro conſtitnto accipiamos, nimirum affectum eſſe hypochondriacum; neqne de hoc maiorem diſquiſitionem ioſtitoamus. Cùm verò hypochondriaci affectus duæ ſint differentiæ: Altera quidem, quæ ex vitio in venis meſenterij contracto ortum habet, videlicet ex multo calore earum partium aſſante ſanguioem & homores
B in venis illis contentos, qoi deinde ea ratione illos craſsiores raddens, obſtructionum io cauſa eſt: iſtius autem tertio de Locis affectis memioit Galenos: Altera verò, cnius qointo eiuſdem operia idem Galenus meminit, qnæ ex liene potius oritur, cùm videlicet obſtructo lieoe melanchnlicos humor per cooſueta loca non excernitur, ſed eiua aliquis ichor in ventriculum effunditur. Cùm nihil ſcribatur de malo lienis affectu, ideò puto primam eſſe differentiam, quæ nobilem virum tenet.
C Quibus ita ſtatutis, non ero moltus in ſymptomatibus, qoæ narrant, in ſuas cauſas referendis, quia nemo eſt ferè, qui neſciat, io hoc affectu flatum gigni copioſum: quod fit, tnm ratione efficientis cauſæ, tum materiæ: Efficiens enim calnr eſt debilis; calnr verò ventriculi & inteſtinnrum admodum imbecillis eſt, quod inde patet, quia multæ gignontur cruditates. Etſi enim nrign iſtiua mnrbi (vt ex Dincle refert Galenus) ſit mala temperatura calida ſaoguinem aſſans, dum tamen po-
D ſtea calor ille impreſſus ex aſſatione & vſtione diſflatur & euaporat, materia qnæ remanet, frigida eſt, ſicuti & carbnnibns extioctis accidit, & ab illa ventriculos & ſnbinde inteſtina refrigeraotur. Ex flatu verò & rugitu etiam dnlor inferinris ventris excitatur. Appetitus autem deiectio efficitur à vitioſis bomoribus, tum crudis & pituitoſis, tum etiam melancholicis, occnpantibus & malè afficientibus veotriculum, & io primis os eius. Grauitas verò illa capitis indicat, omninò caput à vapori-
E bus elatis lædi, magis tamen membranas, quàm cerebri ſubſtantiam aut ventriculos; his enim læſis, non grauitas, vel dnlor inſurgeret, ſed potiùs ſymptnmata melancbolica. Nocte verò maiores dnlnres excitantur, quia claoſis meatibos à frigore nocturnn vapores in aerem digeri oequennt: vnde retenti maiorem faciunt flatum & extenſionem. Demacratur etiam corpns, quia oó alitur tnm propter obſtructiones, tum quia alimentum ex mala venarum illarum, per quas in iecur fertur, tempe-
F ratura vitiatur, & ineptum nutritinoi efficitur. Eadem etiam cauſa decolorationis eſt: cnlor enim corporis homnrum eſt, ait Hippncrates in principio lib. de Humoribns. Alnus autem adſtricta eſt, partim quia in melaocholico hnmore non eſt vis abſtergẽs, partim verò & magis propter craſſam multamque pituitam in ventriculn & inteſtinis, quæ præterea maximè tenax & lenta eſt, qua ionnluuntur feces & commiſcentnr, vnde redditur difficilis traoſitus earum per inteſtina: cui adde, quòd bilis
G quæ per meatum felleum delata vim babet excitandi expnltricem facultatem inteſtinorũ ad excretionem, à mulia ea pituita obtũditur & impeditur, ne officin ſuo fungi poſsit. ſed & excremeotorum color viridis & ſubniger hnmores exnſtos & melãcholicos indicat. His itaq; in bunc modum expoſitis, reſoluamus vniuerſam rationem horũ tã morborum,

borum, qoàm ſymptomatum in duo prima & ſum
ma capita, videlicet earum venarũ intemperiē cum
valida obſtructione ex materia craſſa & melancbo-
lica, & io frigidam temperaturam cæterorum ferè
viſcerum, aut ſaltem ventrieuli & inteſtinorũ, cum
multa craſſa & lenta materia, nimirum pituitoſa, &
portione etiam melancholicæ. A quibus ſtatim pri
mæ & generales inſorgunt indicationes, videlicet
materiam vacuandam eſſe, & intemperaturas eſſe
permutandas. Verùm cùm hæc ſimul effici cômo-
dè & ex ratiooe minimè poſsiot: intēperaturæ ve-
rò tom à præſente materia, tom ab obſtructionib.
contioèter foueátur: ideò indicatio à materia, atqı
ſcopus, qui ab hac iodicatione ortum habet, opoa
eſt, vt alteri pręcedat. Sed quoniā corpora, vbi quia
purgare voluerit, ait Hippocr. oportet prius fluida
facere: id verò fiet, vt ibidem Gal. docet, ſi craſſos
humorea incidamus, & attenuemus, & detergam⁹,
atqı ſi meat⁹, per quos humores tranſmittēdi ſunt,
aperiamus: quapropter antequā purgationem mo
liamur, hæc oionia antecedere debeot. At cùm in-
ſtrumenta, quibus in hia moliēdis medicos vtitur,
ſint illa tria, videlicet victus ratio, medicamenta, &
manuum mioiſteriom vel operatio: à victus ratio-
ne incipiamus. Victus itaqı ille ſit, qui à Galeno &
priſcis medicis victus attenuans nũcupatus eſt, ita
vt moderatè calefaciat, nec tamen ſiccet inſigniter:
alioquin enim oiſi aliquantò calefecerit, attenuari
& detergi humores minimè poterunt: nam & hoc
præceptum ex eodem loco Gal. depromtum eſt. I-
ta ergo in vniuerſum ſatis dictum eſſe puto, cùm
eximius vir curæ doctiſsimi viri commiſſus ſit, cui
vel ſolum innuiſſe exiſtimem ſatis eſſe. Hoc tamen
oō ab re fuerit meminiſſe, quòd in primis procurá-
dum eſt, vt proba fiat concoctio, quia à nolla re ita
hi læduntur, ſicuti à moltis cruditatibus. Rectè au-
tem concoquet, ſi & illi cibi offerantur, qui ſuapte
natura facilè concoquantur, & booom ſanguinem
gignant, atqı ea copia, & ita parati, eoq; ordine, vt
facilè coqui poſsint. Præterea quo ad ipſum fieri
poterit, curam omnem & operam vir excellentiſsi-
mus adhibeat, vt à triſtibus animi perturbatiooib.
ſe eximat. Quo rectè inſtituto, ad alia inſtrumenta
ſermo conuertendus eſt, & de chirurgico quidem
pauca dicenda ſunt: oiſi quiſpiam fortaſſe in diſ-
quiſitionem vocare vellet, an ſanguinem mittere
opportunum eſſet. quę res nō expers videri poteſt
alicuius difficultatis. Nam ſi affectus is ſit hypo-
chondriacus ille, quem deſcripſit Diocles, excita-
tus à calore partium pertinentium ad meſaræum,
eum valida venarom illarom obſtructiooe, ſanguis
quidem miſſus, & ad remittendam temperaturam
non parum facere poteſt, & aliqoid etiam ad ob-
ſtructiones. Ex parte tamen alia corpus iam dema-
cratum eſt, & imbecillius redditum, & pallidum,
præterea frigidis & craſsis homoribos ſcatens: quę
omnia à cogitatione miſsioois ſanguinis retrahũt.
Nihilominus in hac re ita dicerem, quòd ſi venæ to
midæ & nigræ viderentur, & tales eſſent vires, vt
perferre commodè poſſe viderentur aliquam ſan-
guinis detractionem, equidem ab ea oon eſſem alie
nos, non tamen ſtatim, ſed prius paratis, & aliqoa
ex parte craſsis humoribus vacuatis, ne attracti ab
inaoitis venis, in totios corporis habitũ digereren
tor, & obſtructiones augerent. Mihi verò ſummo-
pere probaretur, ſi aliquaodo venæ hæmorrhoi-

A des tumidę eſſent, vel alioquin ipſe eſſet ſolitos per
eas vacoationem ſanguinis habere, vt illæ aperiren
tur, & ſanguis effluere permitteretur, quantus vi-
deretur poſſe eſſe ſatis, pro ratiooe qualitatis, & co-
loris ſanguioia, qoi diligeoter eſſet obſeruandus &
inſpiciendus, vt omnes conſulunt. Aggrediamur
præterea & tertiom inſtrumentum, quod medica-
menta reſpicit. Vbi io primis cooſideraodum eſſe
poto, quòd, etſi dixerimus, corpora paranda eſſe, &
B humores quoq; ante vacoatiooem, noo tamen ita
ad viuum rem ſecaodam cenſeo, vt ſi videaotur in
ventriculo, atqı in communibus vijs contineri cro
diores humores, illis relictis, ſit ad aperientia & at-
tenuaotia ſtatim deueniendum, imò conſulerem,
vt lenienti aliqoo medicamēto & leui tentaret me-
dicus eos educere: nam timerem, ne attenuaotia &
aperientia attenuatos humores & rarefactos io ve
nas deducerent, & incommodi maioris io cauſa eſ-
ſent. Mihi autem medicamentum maximè congru
C om ad hoc præſtandum videretur, flos caſsiæ Ae-
gyptiæ cum puluere hieræ ex aloe à Galeno ſæpi-
us deſcriptæ: vel ſi quis fortè timeret caſsiam, quia
aliquando tormina excitat, (puto tamen, id à hie-
ra emendari poſſe) eius loco aut lenitiuum ele-
ctuarium, aut diacatholicon eligerem. Aluo ita le-
nita, ſi opus tamen fuerit, parantia humores aggre
derer. ex multis verò ea tantùm eligam, quæ mihi
præſtantiora ſemper viſa ſunt, & experientia com-
probata. Pararem itaque primùm hoc decoctum
D ex radicum cichorij, comæ abſinthij, agrimonij,
& betonicæ, paribus portionibus, & io ℥. iij. vel iiij.
huius decocti diſſoluerem ſyrupi ex cichorea cum
rhabarbaro, itē oxymelitis ſimplicis, & interdum,
ſi valde craſſus humor ſit, ſcyllitici, & ſyrupi ex fu-
moterræ, primum quidem ſimplicis, mox verò &
compoſiti, ſingolorum ℥. s Interim verò, dum hæc
aguntur, niſi aluus ſponte flueret, clyſteribus vte-
rer, & eis non frequenter, quæ acria ſint, quia viſce-
ribus non admodom ſunt amica, ſed leuioribus, io
E quibus tamen eſſent decocta, chamæmelum, abſin-
thiom, & qoæ illius generis ſunt. Qoantum verò
ad euacoationem pertinet, mihi quidem ooo po-
teſt non ſemper probari hiera, cui, præter iam ſu-
prà dicta electuaria, ſi adderetur & id, quod dia-
phœnicon à Meſue, & Paulo dicitur, magis place-
ret, quàm vſus agarici: ſubuertit enim ventricu-
lum: quamuis neque propterea adeò pertinax ſim,
vt omnino velim interdicere vſum agarici. Corpo-
re ſemel, aut iterum, aot etiam tertio euacuato, ſuc-
F cedant corroborantia caput & viſcera, qualis eſſet
Mithridatia antidotus, aut Theriaca, aut aliæ ſimi-
les: vel hæc confectio leuior & facilior: Vt acci-
piantor flores boragiois, roris marini, folia be-
tonicæ, omnia ſaccharo parata & condita, myro-
bolani chebuli, & emblici item ſaccharo conditi,
ac radices item zingiberis eodem modo paratæ, ſin
gulorum verò accipiatur par portio: quæ omnia
ſimul contuſa miſcenda ſunt, addito ſyrupo ex ci-
tris parato. His autem ex arte & ratione paratis,
G niſi morbus his communioribus tolleretur, ego
conſulerem vt aqoas thermarum aut Aqoariana-
rom, aut etiam Apooenſium noſtrarum Patauia-
narum biberet tempore opportuno: illæ enim atte-
noant tam pituitoſos quàm melancholicos homo-
res, obſtructiones aperiunt, & euacoāt vitioſos hu-
mores; & quāuis videantur aliqoib. ſoſpectæ, quia

caleſaciunt & ſiccant, magis tamen proſunt obſtru
ctiones aperiendo, quàm obſint calefaciendo. illis
enim apertis facilè diſſlatur & diſcutitur, ſi quid ca
loris ſit relictum: licet etiam alia ratione non poſ-
ſint multum calorem imprimere, nec ſiccitatem:
quod nimirum citò effluunt nec diu retinentur in
corpore, vt plurimùm alterare poſsint. Nam & id
experientia oſtendit, quòd raró nos multùm cale-
faciant, in quibus citò redduntur: eos veró, qui eas
non excernunt, inſigniter calefaciant. ſæpiſsimè au
tem in eiuſmodi affectib. plurimùm proſuiſſe vidi.

CONSILIVM XXXVI.

Melancholia hypochondriaca.

POſitum ſit huc fundamẽtum, morbum iſtum
in affectum hypochondriacũ referendum eſ-
ſe, atq; tria mẽbra in primis eſſe malè affecta,
& contrariis ferè affectibus teneri, videlicet ventri-
culum, iecur, & cerebrum. Iecur enim vnà cum ve-
nis, præſertim meſaraicis, quæ ad illud pertinent,
obſtructionibus obſidetur, & inſigni calore vel in-
flammatione tentatur: vnde ſanguis, & cæteri hu-
mores exuſti in humorem melancholicum vertun
tur. Ventriculus verò perfrigeratus & crudus eſt,
cuius vitio multa generatur pituita, multusq; cru-
dus humor: vterque autem excrementoſus hu-
mor propria materia eſt, ex qua flatus multi & craſ
ſi generantur, qui inferiorem ventrem tum inflant
& inflatum dolore afficiũt, tum verò in eo rugitus
& ſtrepitus concitant. Præterea cùm tàm iecur ca-
lidius, quàm frigidior vẽtriculus caput plurimùm
ſoleant replere, non mirandum deinde eſt, ſi & ca-
pitis grauitas ſit ſæpius moleſta. Sed cùm id genus
morbi ſuapte natura ſemper, teſte Galeno, in quo-
cunque contigerint, diuturni euadant, ad tollen-
dos autem diuturnos morbos, vt idem nos docuit,
nihil ſit quod maiorem vim habeat, quàm accom-
modata victus ratio: (multus enim & frequẽs me-
dicamentorum vſus in longo morbo corpus con-
ſumit) ideò in hoc capite præcipuè verſabimur.
Cura ergo maxima adhibenda eſt, vt cruditates e-
uitentur, quod fieri poterit, ſi diligens in hac re fu-
erit patiens, procurauerit que vt cibus & potus mu
tuò & qualitate & quantitate commenſurati ſint.
Nam ſi cibus multus & ſolidior fuerit, paucus ve-
rò potus, difficilis euadet concoctio: ſi verò potus
ſuperauerit plurimùm cibi rationem, fluctuabunt
omnia in ventriculo, vt ea ventriculus complecti
minimè aptè valeat, & ſubinde neq; concoquere
poſsit: vt tamẽ ſemper temporis & conſuetudinis
ſit non parua ratio habenda. Nam copioſiori ege-
mus potu æſtate, quàm hyeme, & ſemper aliquid
conſuetudini dandum, dummodò modeſtis ter-
minis illa concludatur. Cibi verò ſint in vſu con-
coctu faciles, neque excrementoſi, ſed qui bonum
gignant ſuccum. Vnde vt à pane incipiamus, qui
quidem noſtris his temporibus veluti materia eſt,
& fundamẽtum aliorum omnium ſit ille bene con
fectus, modeſtè coctus, non azymus, non comeda-
tur calens adhuc, non etiam plurimùm inuetera-
tus, potiùs recens, quàm antiquus. quòd ſi condia-
tur modico feniculo, aut aniſo, aut modico cimi-
no, vt multi Germani conſueuere, non erit ea mi-
xtura inutilis, cùm hæc omnia craſſos & lentos hu
A mores incidant & attenuent, flatusq́ue diſcutiant:
Id autem præcipuè hyeme, & frigidioribus tum
temporibus tum regionibus erit vtile. At carnibus
veſci oportet, quales ſunt gallinaceæ ſiue caponũ,
hædinæ, vitulinæ quoq;, dummodò lactentes ſint
vituli, interdum etiam veruecum vel caſtratorum,
præcipuè ſi paſcuis vtantur ſiccioribus, non humi
dis & paluſtribus, ſed potius montanis. ſed neque
perdices, faſiani, auiculæ, quæ in dumis & monti-
B bus degunt, alienæ ſunt ab hoc inſtituto, fugiendæ
autem ſunt carnes ſuillæ, bubulæ, auium omnium
paluſtrium, & quæ in aquis degunt, vt anates, &
anſeres, & in vniuerſum omnium veterum ani-
malium. ſalitarum quoq; multus vſus nocuus eſt:
dixi autem multum vſum eſſe nocuum, quia ali-
quid boni alicuius ſalſamenti deguſtare in prima
menſa, magis prodeſſe quàm obeſſe poteſt. præter-
quàm enim quòd facit ad conciliandum appeti-
tum, vim etiam habet detergendi & ſecandi craſſa
C & lenta excrementa ex cruditatibus congeſta, &
aluum ciendi. Fercula etiam ex rebus, quæ craſſum
& flatuoſum ſuccum gignunt, & melancholicum,
declinanda ſunt, vt ſunt legumina omnia, & braſ-
ſica, rizumq́ue. Fructus etiam qui crudiores ſunt
& admodum frigidi, vt cucumeres, cucurbitæ, &
melun indus ab Arabibus appellatus, noſtri angu-
riam vocant vulgari vocabulo, fugiendi ſunt: hæc
enim omnia apta ſunt pituitæ gignendæ: aliis ve-
ſcendum, quæ minùs nocere poſſunt, parcè tamẽ,
D vt ſunt ficus optimè maturæ, & vuæ pẽſiles, donec
aliquantiſper detumeſcant & flacceſcant. Somni
horis congruis vtiles admodum ſunt, nempe no-
cturni potiùs quàm diurni, & matutini potiùs quã
pomeridiani: hi enim replent & grauant. Sed neq;
vtile fuerit ſtatim à cibo, præſertim verò à cœna, ſe
ſomno tradere, nam & hoc caput replet. Modeſta
præterea exercitatio horis opportunis, non ſtatim
à prandio vel cœna, probanda plurimùm eſt, quã-
uis leuis & facilis inambulatio poſt cibum potiùs
E iuuet quàm noceat. Animi etiam omnes perturba
tiones triſtes, quoad eius fieri poteſt, vitandæ ſunt.
Cùm etiã & venus ventriculo in primis, deinde &
capiti non parum noxia ſit, ideò conſuluerim, ab
ea aut omnino, donec corporis vires reficiantur,
abſtinendum, aut parcè admodum illi eſſe indul-
gendum. Hæc quidem, quatenus ad victus rationẽ
pertinet, ſatis eſſe poſſe putamus. De his, quæ ad
alia medica inſtrumenta pertinent, primùm puto,
venæ ſectione in præſentia, vtpote corpore langui
F do, & iam adeò attenuato à morbo diuturno, non
eſſe opus: neque id genus alio inſtrumento, quod
in manuum opere conſiſtat. At de medicamentis,
primumq́ue de illis, quę vim habent purgandi cor
pus, hoc dixerim, quòd horum multus & frequẽs
vſus incommodus & importunus futurus potiùs
ſit quàm vtilis. diſſoluit enim vires præſertim ven
triculi & iecoris, imò viſcerum omnium: maximè
cùm iam ferè languidum ſit, præ morbi diuturnita
te, vniuerſum corpus: vt tamen non propterea per
G tinax in hoc ſim, quòd omninò nolim aliquam eſſe
vnquam adhibendam purgationem, quia ex viſce-
rum imbecillitate, & intemperie, neceſſe eſt, ſi cor-
pus ſit alendum, multa in dies excrementa colligi,
quæ continenter corpus turbant, & fouent intem-
periem, & imbecillitatem affectorum locorum: Vn
de neceſſum eſt aliquando euacuare eiuſmodi ex-
cre-

crementoſam materiam, dnmmodo tamen id nequaquam violentioribos moliamur medicamentis, ſed illis quæ ſint viribus ſimilia his qoibus vſi ſumus, dum porgatus eſt bic, cùm eſſet Patauij, videlicet accipiatur medulla caſsiæ ad ℥.i. vel pauló minus, & illi immiſceatur pulueris hieræ ſimplicis ʒ.i.s. indeq́ue fiat bolos: interdum veró temporibus minus calidis mihi non videretur imprubãdũ diacatholicon, addito illi rbabarbaro bene maturo ad ʒ.s. ſed & pilulæ maſticbinæ ſatis huic negotio accommodatæ mihi viderentur, ſi frigidioribus têporibus nonnũquam eas ad pondus ʒ.i. acciperet. Puto prætarea aliqnibus medicamentis procurandnm, vt viſcerum obſtructiones reſerentur, quemadmodũ, ſi decocto ex cichorio, agrimonio, & abſinthio vteretur: præſertim veró commodum erit hoc decoctum, cùm aer non admodum æſtuoſus fuerit, ſed temperatior. qnod qnidem ex modico ſaccharo, vel aliqoo ſyrupo, vt eſſet ex endiuia, vel roſaceo dicto, vel ex bugloſſo, vel ſimili alio, biberetur ſummo mane. calentioribos autem temporibus cichoreum doplum ſit ad alia. Quòd ſi interdum in hoc eodem decocto demerſum rhabarbarum per noctem maceraretur, atque ſomeretur: atque id bis aut ter in menſe, mihi videretur ſatis opportunè factum, vel ſi aliqoando huic eidem decocto adderetur ſenæ ℥.s. ſed interdum oec ab re fuerit, ſi interpoſito horum omnium vſu, aliquibus vteremur, qnæ poſſunt robur aliquod ventriculo capitiq́ue afferre: vt eſſet hæc confectio, nimirum vt accipiatur ſacchari ruſacei, conſeruæ florum roris marini, ſacchari boraginati, ſiogulorum ℥.i. quibus addantur pulueris diarhodon Abbatis ʒ.iij & deinde omnia ex ſyrupo de betonica aſſumta deducantur ad formam electuarij, cuius quotidie mane ſummo & veſpere à cœna accipiatur ℥.s. & hoc æſtate, hyeme varó pro diarhodon indantur puluetes aromatici roſati. Præterea veró quæ exteriùs adhibentur non parum etiam interdum prudeſſe ſolent: qoapropter nec ea prætermittenda putamns: Vnde ſi ventriculus foneatur hoc decocto, nimirum vt accipiantur comæ abſinthij, florom roſarum aridarnm, chamæmeli ſingulorum M.i. cinnamomi, galangæ, vtrinſq; parum, quæ omnia ex aqua coquantur, & ex decocto foueatur locus ventricnli: qoi deinde illinlatur hoc vnguento. Accipe olei amygdalarũ amararum ℥.iij. vini albi ſubdulcis tantundem, abſinthij viridis minutim inciſi qnantnm capere videatur poſſa humor ille, vt commodè coqni poſsit, & addita cinnamomi, & maſtichæ, ſingulorum ʒ.i. coqnantor omnia lento igne ad conſumtionem vini: mox excolato oleo & expreſſo addatur modica cera. ſed ſi & præcordium dextrum fooeator ſuccis expreſsis ex cichoreo & endiuia, non parum prodeſſe poterit. Caput veró, vt exſiccetur eius hnmiditas, vnde ortum habet copioſa deſtillatio, erit abluendum interdum lixiuio, in quo bollierint roſæ aridæ, cbamæmelnm, betonica, aſarum, folia myrti, rubi, & pòſt aſſpergator ſincipot, vbi futura eſt coronalis, hoc pnluere: accipe corallorum, reſiozæ iuniperi, quam iuniores ſandaracham vocant, roſarum rubearum, ſpicæ nardi, ſpicæ celticæ, cinnamomi, ſandalorum rubeorum, citrinorũ, ſingulorum ʒ.s. omnia trita in puluerem tenuem capiti inſpergenda redigantur,

CONSILIVM XXXVII.

Melancholia hypochondriaca.

A SIcot aliàs, ita & nunc in eadem perſto ſententia, nempe ex inæqualibos, imò omnino inter ſe aduerſariis internorum viſcerum intemperatoris ortnm habere omnia Incõmoda & vniuerſa ſymptomata, qoæ Magnificum & nobiliſsimũ iuuenem adeò importunè exercent. Ex frigidiori

B ſiquidem ventriculo fit generatio moltæ pituitæ frigidæ & craſſæ, ex calidiori veró iecore qnotidie multa congeritur bilis: ſed deinde ex obſtructionibus non modó iecur, ſed venas etiam meſaraicas occupantibus, additur earum partium calori, vnde poſtea fit ſanguinis aſſatio, & eius conuerſio in hnmorem melancholicum, & tandem, vt ſæpios iam à nobis fuit dictnm, hypochondriacus affectus: in quo ſolent & crudiores plurimæ materiæ, & flatus plurimi gigni, qui delati ad varias partes;

C ſicuti flatibus nulla pars io noſtro corpore non peruia eſt, diuerſa & plurima ſymptomata variasq; afferunt moleſtias. Sed cùm renes tum vicinitate; tum etiam naturali connexione cum iecore plurimùm conſentiant, ſunt & illi iiſdem ferè de cauſis & imbecilliores, & calidiores redditi. vnde & ipſi non parum negotij iuueni Magnifico interdum faceſſunt: qni etſi meliùs multo ſe habere videretur, doin tamen equitauit, concalefacto ex motn corpore, & commotis in eo hnmoribos, vapores inde ela-

D ti ad eapnt, illud qnaſi attonitum reddidere: & aliqoi illorum in ventom conoerſi, io aure ſiniſtra edidere quaſi tonitrn. qoia tamen vaporoſa erat materia, citó etiam diſſolnebatur. Et quia vapores & ventus ſolent non in vno loco cõſiſtere, ſed per diuerſas partes vagari, ideò neque mirum videri debet, ſi in brachio ſiniſtro manuq; & crure etiã, atq; pede frigus interdom percepit, cùm corpus refertũ ſit multo melancholico hnmore. magis aũt ex ſiniſtra parte percipiebatur ꝓpter directũ lienis ſitũ.

E craſsiores veró eorum humorũ partes, vtpote quæ grauiores ſint, faciliùs deorſnm per venas cruris & pedis dextri deſcendnnt: & quidem eã ob cauſam; quia aliqua cõtracta eſt io liene obſtructio, ob quã nnn poteſt melancholica excrementa in iecore per aſſationẽ ſanguinis genita, attrahere: vnde vel leui etiam præſtita occaſione, ab hepate expulſa per venas ad pedes ferontur. Quia veró etiã adeſt multa materia exuſta, anteqoam diſſlentur & refrigerentur reliquiæ ex vſtione relictæ, ſicut in calce, acres

F ſunt & mordaces: præſertim veró cùm non deſint etiam biliſa excrementa, quæ omnia attenuata in vapores, & ad cutem lata, pungunt, ibi retenta propter craſsitiem, ſed poſtea exhalant, ac flatulentus vapor propulſos ad digitos pednm, eos mouet. Et cùm varij, imó contrarij ſint humores, qui congeruntur ex diuerſis & contrariis intemperaturis hẽpatis & vẽtricoli, Interdũ frigidus, interdũ calidus ſudor apparet, ioterdum etiã capilli videntnr cum cute capitis rigere, cum ſenſu frigoris. Interdũ etiã

G crudns humor ob imbecillitatẽ in vẽtriculo genitus, aliqnã contrahit pntredinẽ, & inde accidit, vt fætorẽ ſimul & frigus manè aliquãdo percipiatur. Simili modo pro varia ratione humorum, qui in ventriculo reſident, pituitoſi vel billoſi, ſitit aliquãdo, & ooonunqnam ſiti caret. Arena autem, quam multã gignit cum vrina, vrinæq; craſsities cauſam

habent renum caliditatem , à qua imbecilliores ſunt facti : & prupterea dolent ſi reſupinus decumbat, vel in latus, quia ſuſpenſi quaſi grauant, & vincula diſtendunt. Multus denique flatus , qui in affectu hypochondriaco ſolet excitari, in cauſa eſt, cur ita doleat venter. Quatenus ad rationem ſuccurrendi Magnifico iuueni, illumq́ue à tot moleſtiis liberandi, pertinet, mihi quidem primùm non parum probatur , quòd illi fuerit ſanguis miſſus, tum ob hepatis aliquam refrigerationem , tum etiam ad aperiendas aliquas eius obſtructiones : iterumq́ue mihi præterea prubatur frequens eorum clyſteriorum vſus , à quibus ſe non parum iuuari confeſſus eſt. nam cùm ſubtrahant fomentum prædictis affectibus , euacuata nempe multa eorum excrementorum copia, pituitoſorum in primis, ſed & aliorum , reuellendiq́; vim habeant à capite vapores , præſertim à ſubiectis partibus aſcendentes, non poſſunt non prodeſſe. quare neque in præſentia ab eorum vſu abſtinerem , imò illis inſiſterem, maximè his vehementibus, & æſtuoſis caloribus , in quibus non eſt admodum vtilis & tuta adminiſtratio valentiorum medicamétorum. Quòd ſi aliquando ex superuentu alicuius pluuiæ, accideret aerem aliquantiſper refrigerari, quia tunc vis clyſteriorum non pertingit ventriculum & vias ſuperiores, purgarem leui aliquo & illi conſueto medicamento , vt corpus ſeruaretur magis mundum & deſecatum : vnde maximè prubaretur flos caſſiæ, addita ℥. ı. puluerum hieræ ſimpl. aut electuarium lenitiuum, aut ſi magis pilulas cuperat, aggregatiuis ad ℥. ı. vterer : atque ita tranſirem moleſta hæc tempora, vſque ad temperatiora poſt medium Auguſtum: quibus aduentantibus , vellem iterum diligenter corpus expurgare ab excrementis, præcipuè craſsioribus & crudioribus , vt viæ expeditiores redderentur & apertiores, vtererq́; decoctis aut ſyrupis , in quibus vis eſſet attenuandi & aperiendi, non plurimùm calefaciendi. vnde mihi ſyrupi placerēt, primùm, oxymel , mel roſaceum, deinde byſantinus etiam cum aceto , imò & complextus cum ſyrupo de cichorea compoſito , tandem & ad oxymel compoſitum progrederer , atque etiam ad ſyrupum de fumoterræ compoſitum. Decocta fiant ex cichoreo, boragine, agrimonia, & citrach ſeu aſpleno, quibus ſi & tantillum radicis dulcis adderetur, non eſſet niſi bonum. Rationem medicamentorum , quibus purgandum eſſet corpus, relinquam excellentiſsimis illis medicis , qui peritiam naturæ illius corporis habent. mihi tamen probaretur infuſio rhabarbari , ſi bibenda medicamenta admitteret , quæ fieret ex decocto ſenæ , cui ſi adderetur ℥. ı. veratri nigri, mihi id accommodatum videretur medicamentum : poſtea his diluerē ſyrupum roſaceum ſolutiuum. & hoc vel ſimili medicamento vterer ſæpius etiam repetito, quoadusque exquiſitè videretur corpus expiatum & factū expeditum & peruium. Quòd ſi nollet bibere medicamenta , vterer quidem electuario lenitiuo additis ℥. ij. vel pauló plus hieræ diacolocynthidos. Si veró potiùs cuperet pilulas, vterer aggregatiuis, & indis. Optimè expurgato corpore, illius eſſem opinionis, vt iterum experiretur, temperatiori tempore, aquas thermarum Aquarij, quæ & maiori copia, vt ſuperioribus diebus ſignificauimus , eſſent bibendæ; & præſtantiſsimi illi medici omnis expe

A rirentur, vt penetrarent, tranſirentq́ue, clyſteribus vſi : imò interdum exhibita ſimul cum aqua vna vel altera pilula ex aloe, vel in primo cyatho aliquando immiſcerentur, aut ℥. ij. ſyrupi roſacei ſolutiui, aut ℥. ı. mannæ, aut quidpiá aliud ſimile. Nam plurimum, modò facilè per aluum vel vrinam reddatur aqua, in ea ſperarem.

CONSILIVM XXXVIII.

B

Melancholia hypochondriaca.

NOn ero admodum longus in his exponēdis, quæ mihi maximè pertinere videntur ad rationem curationis affectus huius , atque etiā ad rationem præcauendi, ne in deterius labatur, cū aliàs de hac re diffuſius etiam conſuluerim. Dicam ergo, me in eadem eſſe ſententia , affectum, de quo conqueritur Reuerendus dominus, eſſe melancholicū, qui hypochondriacus dicitur à medicis Græ-

C cis, mirachialis autem ab Arabibus. Habet autem ortum à copioſo melancholico ſucco, qui continēter à nimio hepatis calore ſanguinem aſſante, gignitur. nam color corporis obſcurior hoc poteſt apertè demonſtrare. Natura verò ſępe eiuſmodi excrementoſum & noxium humorem excernere aggreſſa eſt per hæmorrhoidas: non tamen eum potuit pro ratione multitudinis copioſè excernere, quare ille redundans in vniuerſas ferè venas, præſertim verò in meſaraicas, quæ ad ventriculum per-

D tinent, hominem melancholicum reddidit, easque obſtruxit: præter alias autem partes, ventriculum labefactauit, illumq́; cruditatibus & flatibus , propter eius imbecillitatem, refertum reddidit. Hæc eſt ergo ſumma totius iſtius negotij, qua recte exiſtimata & perpenſa, mihi ſanè videtur, quòd cùm affectus is ſuapte natura ſoleat & difficilis & diuturnus eſſe, difficilior multo etiam euadit, quò magis inueteraſcit , requiritq́; maximam diligentiam tam ægrotantis, quàm medici, vt ab eo homo ſe ex-

E plicet Et quamuis omnia inſtrumenta medica in hac re vtiliter admitti poſsint, primū tamen & pręcipuum locum ſibi vendicat ratio victus proba & commoda: cùm ſine ea cætera omnia tanquàm vana & ſuperuacanea cenſeri poſsint. De ea ergo in primis agemus in præſentia. Et quia hoc præcipuū eſſe exiſtimauit Galenus , vt quantum fieri poteſt in hac ægritudine, procuremus, vt proba fiat ventriculi concoctio, fit autem quando neque quantitate, neque qualitate ciborum, neque ordine aber-

F ratur: tantum ergo cibi tam in cœna, quàm in prandio aſſumēdum eſt, quantum facilè ſuperari & confici à ventriculo poteſt, tantum itidem potus, quātum ratio comeſti cibi requirere videtur. nam cùm ex multo potu cibus in ventriculo innatat , proba nequit fieri cōcoctio. qualitas verò ciborum ea ſit, vt illi facilè coquantur , & ſanguinem bonum gignant. Cauendum ergo in primis eſt à flatulentis & ventoſis cibis, vt præſertim ſunt legumina omnia, quæ præter id, quòd ventum plurimum in in-

G feriori ventre generant, ſunt etiam aptiſsima materia ad procreationem ſucci melancholici. Sed neque vſus olerum poteſt eſſe vtilis, vtpote quoniam inde generatur aquoſus & pituitoſus, ſubindeq́ue flatulentus ſuccus. neque præterea eſus piſciū futurus eſt commodus eadem ferè de cauſa: ſed neq; ſalitæ carnes vel piſces futuri ſunt in hoc caſu ſalubres,

bres,& ferè neque ea in vniuerſum,quibus in quadrageſimalibus ieiuniis vti ſoliti ſumus. Exercitatio,ſtudium, aut venus poſt cibum nullo modo vtilia eſſe poſſunt. Vinum nigrum & craſſum inimicum huic aſſectui eſt,præterea & dulce, & quod nimis auſterum & crudum ſit. Triſtes etiam animi perturbationes maximè noxiæ ſunt. Et quantum ad rationem victus pertinet, hæc mihi ſatis eſſe in præſentia videntur. Quantum autem ad alia medica inſtrumenta, oportebit ſanè corpus tempore opportuno vacuare, obſtructiones aperire, & fortaſſa etiam duplici vacuationis ratione, nempe ſanguinis miſsione,& purgatione. verùm hæc erunt ſuo tempore conſideranda melius, nempe menſe Aprili, quo etiam tẽpore illud erit conſiderandum, num potus aliquarum thermarum poſsit eſſe vtilis, ſicuti mea ſententia vtilis eſſet. quia tamen nunc tempus non eſt iſtis opportunum, ideo in aliud differemos exquiſitiorem iſtius rei diſquiſitionem.

CONSILIVM XXXIX.

Melancholia hypochondriaca, cum palpitatione cordis, flatibus & rugitu circa regionem lienis & ventriculi.

ACcipiam tanquam conſtitutum quod à præſtantiſsimo medico literis traditum eſt, nobiliſsimum hunc & generoſum Dominum iuuenilem ætatem agere, ac temperaturà eſſe calida & ſicca inſigniter, & qui multum quidem ſanguinem gignat, verùm eum non bonum, ſed ex adustione in melancholicum vergẽtem. id enim oſtẽdere poſſunt & animi triſtes affectus, & excrementa, tam quæ deorſum per ſedem excernũtur, & ſurſum per vomitum, quàm quæ ad cutim à natura ſponte propulſa, eam abradunt & exulcerant. quæ expulſio cùm à primo etiam ortu nobiliſsimo viro fuerit moleſta, eſſe argumẽto cuique facilè poteſt, corpus hoc ſuapte natura ex aliquorum viſcerum intemperatura admodum excrementoſum fuiſſe. Ea verò viſcera fuere, iecur in primis, quod calidũ inſigniter & ſiccum factum à natura eſt, deinde vẽtriculus, qui frigidus etiam non parum extitit: horum alterum plurimam bilem, eamq; acrem & adustam procreat, & excrementoſum craſſumq; ſanguinem, vt qui exuſtus ſubinduat naturam melancholicam: alterum verò copioſam pituitam. & inde fit, vt vomitus varius ſit, interdum pituitam referens, interdum verò melancholicum humorem. Variis etiam coloribus inſecta per aluum deiiciuntur, cineritia ſiquidem oſtendunt mixturam ex albo, & nigro, nimirum pituitæ cum atra bile: crocea verò bilem flauam, vel rufam; Subcruenta autem ichoras exuſti ſanguinis. Sanguinem verò atrum illum & grumoſum facilè ex hæmorrhoidib. effluere putarim. His ergo ita conſtitutis, duo narrãtur, quæ generoſum dominum ſæpe & iam diu cruciant: Primum, quod & illi maiorem incutit timorẽ, eſt cordis inſignis adeò palpitatio, vt ad animi deliquium ſæpe deducat, & vires ferè concidant, & pulſus ſubmergatur, paruusq; & inæqualis & quaſi interfectos ſit: alterum eſt flatuoſus quidã & dolorificus affectus, cum ſtrepitu & rugitu, occupãs

A præcordia, in latere tamen ſiniſtro, in regione, vbi ſitus eſt lien, nec non & ipſum ventriculum moleſtans, & id quidem iamdiu & ab initio magis quàm nunc: quem affectum ſequitur vehemẽs animi mœror & timor, vt etiam relatum eſt, ſed accepti veneni ſuſpicio ei non deeſt. At verò cùm hæc omnia in ſymptomatum genere ſint conſtituenda, à quibus quidem nulla, quatenus ſymptomata ſunt, indicationis ratio depromenda eſt, oportet cauſam inue-

B ſtigare, vnde hæc efficiantur; ſtatim enim ea inuenta, & morbum inueniſſe nos, erit exiſtimandũ, cùm morbus ſymptomatum cauſa ſit. Palpitatio itaq; vt ab ea exordium ſumamus, ad cor pertinet, & ex cordis affectu aliquo neceſſe eſt, vt originem ſuam habeat. Et cũ dupliciter cor, vt quinto de Locis affectis docuit Galenus, poſsit affici, videlicet primario affectu, & per conſenſum, ego adduci non poſſum, vt credam cor primario affectu laborare, quia cùm diuturnus ſit hic affectus & magnus, nunquã

C putarem tam inſignem affectum tam diu cor potuiſſe perferre, ſed, mea quidem ſententia, iam ipſa obiiſſet: Præterea cùm palpitatio non ſit continẽs & perpetua, non poteſt ſequi proprium cordis affectum. quæ enim per periodos inuadunt, neceſſe eſt, vt non habeant fundamentum in ea particula, quæ per periodos affligitur, ſed vt aliunde occaſionem habeant. huic etiam atteſtatur, quòd, cùm intercipiuntur vacuationes, quibus hoc corpus à natura ſtatutis temporibus purgari ſponte ſolet,

D nẽpe aut ſanguinis à mariſcis effluuio, aut aliqua deiectione, aut papularum per cutim expulſione, magis dominus hic affligitur his ſymptomatibus. vitioſus enim humor retẽtus, malo ſuo vapore cor petit, & ſymptoma hoc excitat. Ponamus itaq; conſenſu cor affici, & vlterius progredientes inquiramus, cuius conſenſu cor lædatur. Equidem dum conſidero varias regiones, quibus vitioſus hic humor à natura excernitur, per mariſcas, per aliquam deiectionem, per vomitũ, per cutaneas partes, non

E poſſum non credere, cacochymiam multam in totum corpus diſperſam eſſe, & quoniã cor cũ ſepto tranſuerſo multo citius & magis cõſentit, quã cum ventriculo, qui & ipſe malè affectus eſt, vt ex præcedentibus facilè percipi poteſt, ſiniſtrumq; etiã præcordium, qua parte cõtinetur lien: ideo neq; viſcus hoc noxa carere puto. Forſitan verò & prima omnium horũ malorum origo à iecore petenda eſt, quòd magna ex parte ex vitiata ſua cõcoctione fomentum omnibus his incommodis ſubminiſtret.

F Sed fortè hæc omnia clariùs percipientur, ſi antequã hunc ſermonem perficiamus, aliqua verba de altero affectu priùs fecerimus: de quo ita ſtatuerẽ, ſi verum eſt, quod ab Hippocrate pronunciatũ eſt, & ab omnib. medicis receptũ, quòd ſi timor & mœſtitia diu hominẽ detinuerint, eum melancholicũ cenſendum eſſe oſtendant, non video, cur idem de hoc nobiliſsimo viro non ſit ſtatuendum; neq; tamen puto ipſum melancholicum eſſe ex primo cerebri affectu, ſed conſenſu. Et cùm ſigna omnia,

G quæ referuntur, videlicet inflammatio ventriculi, & ſiniſtri præcordij cum rugitu & ſtrepitu, dolor vẽtriculi, vomitus pituitoſus, altbilioſus, & melãcholicus. ſigna ſint hypochondriaci, vel flatuoſi affectus, ideò omnino eũ hypochondriacũ ſtatuarim, Addo, quòd ſuapte natura ipſe in hunc affectũ fuerit procliuis, vt qui calidiori & ſicciori ſit iecore, vẽ-

triculo verò frigidiore. cùm anim iecur ſanguinem
& bumores exurat, vẽtriculus cruditates geoeret,
quæ obſtructioues excitare poſſuut, inde facilimè
originem trahit hic affectus. Humor verò is, qui io
cauſa eſt iu bypochondriaco affecto, vt cerebrom
à ſymptomate melancholico corripiator, vapori-
bos iude ad caput ex ventriculo elatis, poteſt illis
eiſdem ad cor delatis, palpitatiooem afferre. ple-
runque anim, mea quidem ſententia, cùm per cou
ſenſum ſit palpitatio, id fit ab homore vel vapore
melancbolico, vnde Aetius & Paulus ex Galeno
affirmant, palpitatiooem cordis in ea ætate pleruo
que fieri, in qua maxima copia gigoitur humoris
melaocholici, videlicet io primo ſenio, ſupra qoa-
drageſimum annum, & infra quinqoageſimum.
Qnaotom ergo ad affectos & ſymptomata nobi-
liſsimi iſtios domini, hæc ſuot, quæ ſentiam. Quia
verò & de veneno eſt aliqua facta mentio, ideò &
de hoc itidem meam proferam ſeotentiam. oihil e-
quidem ex illis, quæ mihi relata ſuat, percipere
poſſum, quod ratiooi cooſouam ſuſpicionem ali-
quam mihi poſsit excitare: quamuis enim probè
nouerim, varia interdum parari veoena, quæ non
ſtatim val breuiori tempore interficiãt, ſed diutius
hominem crucient, & taodem interficiant, cùm ta-
mau facilè vnuſquiſque, vel leniter etiam artis me
dicæ peritus, comprehendare ex relatis poſsit, ſua-
pte oatura corpus viri generoſi ſemper excremen-
toſum fuiſſe, ac malæ cuiuſdam oaturæ excremeo-
ta procreaſſe, quæ facilè, dum ant omoino, aut ex
parte retioeotur, poſsiot eioſmodi mala concitare:
cui ſi & mala victus ratio accedat, quæ plerunque
in oobilibus ac magois viris, maximeque in Ger-
maoia ſolet accidare, vbi ſympoſiis frequenter va-
cant, & iu cibo potuq; iis vtuntur, qoæ plorimùm
calefaciuot, Iam oulli mirom poſtea videri poterit,
ſi citra etiam veneui ſuſpicionem aioſmodi appa-
rueriot ſymptomata: ſoperuacaneum ſiqoidẽ mi-
hi ſemper viſum eſt, vbi cauſas maniſeſtas & aptas
ad aliquam rem efficieodam babemus, velle abdi-
tas & occultas ſectari. Si varò, quid ſentiendum ſit
de ſucceſſu iſtius rei, ſenteutia profereoda eſt, ne-
mioem eſſe puto, qoi Galenom legerit quinto de
Loc. affect. qui non ſibi facilè parſuadeat, difficile
admodum fore boc uegotium, & non citra tãdem
iuſigne pericolum. qoo enim perducat cordis pal-
pitatio, ſatis aptè ipſe declarat, qoi tertio quoqua
eioſdem operis dixit, affectum bypochondriacum
in quocuoque cootigerit, ſemper & difficilem &
diuturnom eſſe. Verùm qoia oou id ex nobis pri-
mùm requiritor, ſed qua ratione potius ope medi-
ci poſsit à tot iocommodis eximi, ad corandi ratio-
nem taodem accedamus. Quatenos ergo ad hanc
partem pertioet, etſi putem triplicia illa, nolli oou
nota, medicæ artis inſtrumenta in curaudo genero
ſo hoc domino fore neceſſaria, eorũ tamen nullum
eſſe exiſtimaoerim, io quo magis ſperandum, & cui
magis fidendum ſit, quàm exquiſitam & accõmo-
datam victus ratiooem. vt enim Gslenus in libro
de Rat. vict. attenu. prædicat, hac potius qoàm alia
quapiam re ſoperantur ac tolluotur diuturni &
difficiles morbi. Vnde nobiliſsimo huic viro con-
ſulerem primùm, vt ſibi omoi ope ipſe perſuadere
vellet, victus omnimodam rationem exquiſitiſsi-
mè eſſe cuſtodiendam, alioquin enim cætera fru-
ſtra molieuda eſſe putarem. Victus autem ratio in

A vniuerſum ſemper aliquid attenuantis habeat, ex
ratiooe à Gal. in noper citato libro ioſtituta, vt ta-
meu neqoe plurimum calefaciat, oec plorimùm
ſiccet. Siot verò cibi & potus, qui ſanguinem bo-
uum, cæteroſq; humores laudabiles gignant, ex me
dia materia, neque copia vires ventriculi ſupereut,
naque ea qualitate affecti ſiot, vel natura, val ex ar-
te & condimentis, vt idooei ſiut ad augendam ca-
cochymiam. vnde neque moltus potus neque fre-
B quens vſus vinorum potentium & calidorum, ne-
que aromatum, neque eorũ, quæ ſapore acria ſunt,
mihi probaretur: ea enim omnia corpos & iecur ca
leſaciuot, & ad exuſtiooem incitant: & ipſa eriam
ſua natura io calidos & exuſtos humores & vitio-
ſos facilè commutantur. Calidiores etiam herbæ
vitandæ ſunt, & legumioa. Sed & ſalitorum omni-
um eſos illi iocongruus erit: At in primis mode-
ſtus ſit potos. Si verò cibi aliqua re cõdiantur, qua
calor iecoris reprimatur, & acredo bumorum lenia
C tur, ſicut ſunt folia oxalidis, boragiois, & eodiuiæ,
id noo erit ab hoc ſcopo alienum. Prçterea vt ſeroe
tur etiam ratio aliqoa atteouantis victus, ſi tantil-
lom foliorum petroſelioi iocoquatur, uequa id ab
re fuerit. Caroes elixæ potiùs ſint, quàm toſtæ. ex
eoococtioue enim à calido ſicco quidpiam cootra-
hitur, qood acrimooię particeps eſt: quòd ſi ille eis
magis delectatur, abiiciaotur circumcirca partes
quę peruſtæ ſunt. Siot autẽ carues gallioaceæ, hæ-
dinæ, vitulioæ, ex lactentibus vitulis: oon iuutiles
D etiam erunt perdices, faſiaui, turdi, attagenæ, auicu
læ nemorales, & reliquæ, quæ ad idem geous perti
nent Si acetariis ſit vtendum, fiaot ex cocto cicho-
reo, lactuca, boragioe, & aceto, uon admodom acri.
Fercula ex farre, hordeo confracto, & excorticato:
Oua etiam tremula appellata uõ eroot iocõgrua.
Panis verò modeſtè coctus, externis cruſtis reie-
ctis, mediocriter fermentatus & parom ſalitus con
ueniet. Sed & moderata exercitatio vtilis erit, oon
tamen ea, quæ poſsit plorimùm excitare calorem.
E Somnus etiam illi moderatus concedatur, plus ta-
meo uimia vigilia, quàm longior ſomnus, illi offica
re poteſt, calefaciendo & exſiccando. A biracoodia
& animi triſtibos perturbationibos, quautum per
ipſum fieri poterit, abſtineat. Aer temperatus ſit in
calore & frigore: quòd ſi aliquantulum in humidũ
inclioauerit, melius erit. Vtatur cooſuetudine &
conuerſationibus eorum, quorum conſuetudine
hilarior fiat, & qui ipſi nihil afferaot, qood poſsit i-
racondiam, mœrorem, vel timorem mooere. In ra-
F bos venereis admodom modeſtè ſegerat. Et bæc
qoidem de ratiooe victus ſatis mibi videntur eſſe.
Cui ſecundum inſtrumentum ſuccedit, quod in
manuum adminiſtratione io primis cooſiſtit. Ac ſi
Galeno & antiquioribos medicis fides ſit præſtan
da, quàm maximè expediet, vt nobiliſsimo viro ſau
guis mittatur, iu hoc ſiquidem morbo præcipuom
remedium eſt. quinto enim de Loc. affect. videtur
aſſerere, qoòd quicuuqoe vel curati ſunt, vel præ-
ſeruati, hi ſanguioe miſſo id conſecuti ſuot. verùm
G maior fortaſſe poterit dubitatio exoriri, ex qua ve-
ua, & ex qua parra ſit mitteodus, ex dextrò ne, an
ex ſiniſtro brachio. nam ſi per directum ſemper ſit
mitteodos ex Hippocratis ſentantia, magiſqoe vi-
deatur læſa pars ſiniſtra, (flatus etenim & rugitua
dolorque magis ad ſioiſtra, quàm ad dextra præ-
cordia inclinat, & cor in ſiuiſtram partem magis
ver-

vergit) à ſiniſtro eſſet mittendus: attamen ſi putamus maximam partem iecur in hoc negotio habere, maximè illi proſpiciendum erit. Vnde ſi vires corporis id perferre poſſe viderentur, ego vtrinq; ſanguinem detraherem, ex brachio nimirum dextro, item ex ſiniſtro: inciperem autem à dextro, ſecta videlicet vena interiori in cubito, quam iunioresa cum Arabibus baſilicam nuncupant: ſemperq; cautelam eam ſeruandam putarem, cuius omnes medici ferè meminere, nempè vt præſens medicus obſeruaret colorem & ſubſtantiam effluentis ſanguinis, qui ſi ater & craſſus exiret, liberiùs eſſet permittendus fluere, ſin autem tenuis & clarus, parcè id eſſet agendum, & potiùs ſupprimendus. Interpoſitis deinde aliquibus diebus, vt natura interim parum recreetur, mox & venam ſiniſtri brachij eodem modo pertunderem. Sed & animaduerterem, vt hoc non fieret, niſi quando nulla adeſſet palpitatio, aut animi deliquium, verùm quietioribus interuallis. Poſtremò tertio quoque inſtrumento opus exiſtimo, medicamentis nimirum, vt ſcilicet vitioſi humores coquâtur & corrigantur, necnon etiam vacuentur, qui alioqoin per concoctionem in vtilem ſtatum nequeunt reuocari. Primùm ergo aut ſyrupis, aut decoctis erit agẽdum. Syrupi mihi probati ſunt, qualis aſt de fumoterræ ſimplex, mox & compoſitus, item ex ſucco pomorum dulcium, poſtea & qui regis Sabor nuncupatur: ſed nihilominus ſyropum de cichorea ſimplicem, & multò etiam magis ſyrupum de cichorea compoſitum ex deſcriptione Nicolai Florentini probarem. Decoctum verò hoc mihi quàm maximè probaretur, ſi accipiamus cichoream, endiuiam, oxalidem, meliſſam ſeu meliſſophyllon, boraginem, radicem fœniculi, ſingulorum M. I. quibus radicis etiam dulcis ſeu glycyrrhizæ aliquantulum addatur, deinde coquantur omnia ex aqua: cuius decocti portio vnà cum melle roſaceo, aut cum aliquo ex antedictis ſyrupis per aliquot dies exhibeatur. poſtea ſuccedat purgatio. hoc medicamento, videlicet vt accipiamus ſeri lactis caprini ℥.vj. atq; illi iniiciamus foliorum ſenæ electæ ℥ I. radicis dulcis ʒ.iij. paſſularum mundatarum ʒ.iiij. florum boraginis, bugloſſæ, fumiterræ, violarum, ſingulorum ʒ I. hordei decorticati parum: omnia per noctem demergantur in ſero ſupradicto, mane verò coquantur pro ratione artis, deinde colantur, & facta expreſsione, in eo liquore diſſoluantur ſyrupi roſati ſolutiui, qui paratur ex multiplici roſarũ viridium infuſione ℥.iij. mannæ electæ ℥. I. ſummoq; mane bibatur potus hic per horas quatuor. vel quinque ante cibum. Si deinde per plures dies offeratur prius decoctum ex illis herbis paratum, ex ſero caprino, pro aqua, vel iure, res mihi quàm maximè probaretur, copioſiusq; daretur, videlicet ad ℥.viij. & vltra etiam. Huic euacuationi altera iterum ſuccedere debet euacuatio: atq; ita ſæpiùs parando ſuccos vitioſos, ac eos etiam vacuando, corpus, quoad fieri poterit, mundum reddere, ac ſimul viſcerum intemperaturas corrigere ſtudebimus. Quod ſi conſecuti fuerimus, ſupererit dicendum, vt præterea confirmandis internis membris, præcipuè principalibus, operam demus: cui rei accommodata erunt plura medicamẽta: ſed ne nimiùm noſtra oratio in longum prorogetur, aliqua in exemplum proponemus. Inter temperatas medicinas ſatis elegãs ea eſt, quam

A diarhodon Abbatis nominant: calidius enim aliquanto eſt aromaticum roſatum. ego hac, quam ſubſcribam, frequenter vtor: Accipio ſacchari ex roſis, ex floribus boraginis, atque ex floribus roris marini parati, ſingul. ℥.I. myrobalanorum chebulorum indorumq; ſingulorum ℥.s. ſimul omnia terantur, & addito ſyrupo ex citri cortice parato, redigantur in formam electuarij vel eclegmatis, & eo vtatur manè & veſperi, ieiuno ſtomacho. Sed & B exteriùs aliqua erunt adminiſtranda, quibus cor cõfirmetur, & defendatur ab ingruentib. vaporib. malis, à quibus adeò affligitur. poterit ergo foueri hoc decocto: accipe folia boraginis, cichorei, meliſſæ, oxalidis vel acetoſæ, ſingulorum M. I. carnis pomi dulcis odorati ℥. iiij. corticum citri ℥. s. cinnamomi electi ʒ iij. omnia bulliant in aquę roſaceæ ſ.q. ad conſumtionem tertiæ partis, quibus addantur vini albi aromatici ℥ iij aceti roſacei ℥.I.s. Pòſt totus locus inungatur hoc linimento: accipe vn- C guenti roſati ex deſcriptione Meſuę ℥.I.s. cinnamomi electi ʒ.s. corticis citri puluerizati ʒ.s. muſci, ambræ ſingulorum ℈ s. floris nenupharis, violarum, ſingulorum ʒ.s. miſce, fiat vnguentum molle, addito oleo roſaceo completo.

CONSILIVM XL.

Melancholia hypochondriaca cum conuulſionibus, flatibus & lacrymis.

D HOneſta & ingenua adoleſcentula annum nata decimum ſeptimum, temperaturæ, quatenus cõiectura poſſum aſſequi, calidę & ſiccę, iecoris item calidi & ſicci, ventriculi verò frigidi & imbecillis, necnon & vteri, ab hinc tribus annis cœpit ægrotare morbis difficilimis tum cognitu tum curatu. Hæc verò in ipſa poſſunt ſymptomata obſeruari: plurimùm mœſta eſt, ſolitudinẽ potiùs quã hominum conſuetudinem diligit, ſępe in lacrymas abſq; cauſa manifeſta & rationali prorumpit, timi- E dior etiam eſt, infirmo ventriculo, qui flatus plurimos gignat, tardè cõcoquit, dolet etiam, interdum; maximè verò ſuperiori tempore, euomebat varias materias, flatu etiam inferior vẽter interdum turget, obſtrepit atq; dolet quãdoq;, tumor item quãdoq; inſignis magnitudinis infra vmbilicũ in partibus penitiorib. non exteriorib. muſculis abdominis percipitur: qui tamẽ dum cõprimitur, aliquantiſper cedere videtur, & variè ſe habet. nam interdum excreſcere videtur in magnum tumorem, in- F terdum plurimùm detumeſcere, non tamen adeò, vt nequaquã percipiatur: poſtremum ſymptoma eſt, quòd per quædam temporũ interualla & quaſdam periodos cõtrahitur & cõuellitur omnib mẽbris & vniuerſo corpore, præterquàm facie: neque enim illa mutari videtur: eo etiam tempore loqui nequit, omnia tamẽ quæ dicũtur, quæq; aguntur, audit & percipit. parcè verò, quamuis ſingulis mẽſibus, mẽſtrua profluunt. Quibus obſeruatis & diligẽter examinatis, hoc primùm poſſe cõſtitui puto, G ipſam melancholico affectu in primis teneri. id enim indicat timor & triſtitia, ſolitudinis dilectio, lacrymæ illæ. cùmq; ea non ſint perpetua, ſed per interualla, eo maximè tẽpore, quo cõuulſio vel cõtractio corporis inſtare videtur, ideò etiã ſequitur non eſſe primarium illum affectũ in capite, ſed ex conſenſu cum ſuppoſitis partibus. præterea cùm

A non videantur ſigna illa, quæ conſenſom cum toto oſtendunt, ſed potiùs malè affecta ea videntur quæ ad veutriculom pertinent & præcordia vel hypochondria, nec etiam regio lienis vacet aliqua tenſione: proinde cenſendom puto, hypochondriacam vel flatuoſam affectionem hâc eſſe, cuius prima ſedes in venis meſenterij eſt, & à calore earum excitatur, aſſato videlicet ſanguine in illis, & craſſiori reddito, ac ſubinde illis obſtructis. Nam ventriculus B malè affectus id indicat: maximè enim in eiuſmodi affectu læditur. Sed & flatus plurimos, atque etiam ſtrepitus & rugitus in inferiori ventre huic ſententiæ atteſtantur. forſitanque hęc omnia, tum ex cõminutis menſtruis porgationibus, tum veró ex animi vehementibus & triſtibus perturbationibus proueniunt. Ex eiſdem etiam cauſis laborat vterus. nam cùm magna ex parte ſint obſtructę venæ, ex qoibus menſes in mulieribus prudeunt, ita vt liberè & quantum ſatis ſit, nequeant expurgari: C quod eſt tenuius, effluit, quod veró craſsius, continetur, & à calore infirmo vteri rareſcit, & in flatum vertitur: atque inde vterusin tumorem attollitur interdom maiorem, interdum minorem, qui tamen nunqnam deliteſcit penitus, quia ſemper ibi aliquod eſt fomentum craſsiorum humorum, melancbolicorum in primis, & pituitoſorum etiam. Ab eiſdem quoque fit conuulſio illa totius corporis, dũ videlicet vapor malus & acris ex molta & mala ea materia in vterum congeſta & ſemiputrida, ad neruos & neruorum principium defer D tur. Nam oon addoci poſſum, vt ſymptoma illod in comiòslem morbum eſſe referendum putem, cùm facultates cerebri non lædaotur, atque eo tempore & videat, & audiat: ſed potiùs ſtrangulationem vel præſocationem ex vtero. Hæc ſunt quę de his incommodis, quibus ingenua adoleſcentula affligitor, cenſenda puto: quæ, ſi ingenuè loqui velim, difficilimè curari poterunt, & non niſi multa paoentia & diligentia. vnuſquiſq; horum enim E affectuũ & ſymptomatom ſeorſum poſſet vel peritiſsimo medico eòsm negotium faceſſere, nedum tot malorum farrago. Cùm tamen adoleſcens ſit & prudens ac bene inſtituta, non eſſe etism deſperandam eios ſalutem exiſtimaoerim, ſi illa peritis & prudentibus medicis committatur. Ratio curationis in hoc conſiſtere videtur, vt primùm congrua inſtituatur victus ratio. In diuturnis enim morbis plus facit victus accõmodata ratio, quàm reliqus omnia, vt Galenus in libello de victus ratione attenuantis docet. F Ergo in cibum accipiantur, quæ facilè cõcoquantur, (croditstes enim maximè ſugiendæ ſunt) quæq́ue ſanguinem bonum, clsrum, & tenuem generent, vt ſunt recentia oua ſorbilia, pulli gallinacei recentes, lactentes vituli, & hædi, perdices; auiculæ quæ in ſeuócetis degunt, & huioſcemodi cætera. Vinum tenue ſit, clarum, potiùs album vel flauum quàm nigrum, ſapore medium, & potentia. Cætera, vt in vniuerſum & breuiter negotium expediam, quæ pertinent ad rationem victus attenuantis (cùm à craſ- G ſioribos ſuccis ſint hi morbi excitsti) ex media facultate ſint, ita vt neque plurimùm calefiat, neque etiam ſiccetur ob humorem & affectum melancholicum. De ſanguine mittendo, quamuis etiam menſes ex parte ſuppreſsi ſint, in corpore exſangui, & vndique referto crudis, craſsis, & frigidis ſuccis,

A diores, qui plurimùm attrahunt, hinc plurima auctio materiei pituitoſæ. Cætera referenda ſunt in falſam aliquam imaginationem, quia timidus præter conſuetudinem & ſuſpicioſus factus eſt, quæ ſuſpicio timorem includit. Accedit autem iſta imaginatio maximè trib⁹ horis poſt cibum, quia dum feruet materia in ventriculo, eleuatur materia ab ipſo, & feruido etiam hepate. Curato igitur hypochondriaco affectu timor iſte facilè tolletur. Do-
B lor pubis ortum habere poteſt à partibus ſuperioribus, vel ab exſiccatione. Cùm enim plurima vtatur venere, plurimùm exſiccatur humiditas circa ceruicem veſicæ. Hypochondriacus affectus ſiue recens ſiue inueteratus ſit, difficulter curatur: quo tamen curato, credo quòd cætera omnia faciliùs tolerabit. Sed curationé in aliud tẽpus differendã exiſtimo, quòd ruſeſcant colores, cùm nihil ſit quod vrgeat. Probantur lenitiua iam dicta, & ſyrupus de cichorio in corpore tam ſicco. Purgetur
C pòſt decocto ſenæ, epithymi, liquiritiæ ſeu paſſularum. Pòſt in altera vacuatione probatur mihi veratrum in moderata copia. Tandem vterer ſaccharo roſato, boraginato, violaceo, quę ardorem iſtum remitterent. Probantur mihi etiam aquæ Aquarianæ, quæ mirum in modum roborant ventriculum & obſtructiones aperiunt. Laudo errhina, primò leuiora, vt hoc tempore, aquam hordei cum ſaccharo, ſuccum ſampſuci: aliquando lauarem caput iam dictis. Frigidiore tempore vtatur pilulis ma-
D ſtichinis, decocto ſenæ, &c. his fomentis etiam podagræ ſubduceretur, ſi ad temperatam aliquam victus rationem ſe reduceret. In venere ſit modeſtus.

NOTA.

¶ De melancholia hypochondriaca præterea vide libro primo titulum Catarrhi, conſilium quadrageſimum tertium, & quadrageſimumquartum. Item lib. iſto titulum Ventriculi affectus, Conſilium tertium, & octauum.

E

De affectibus Inteſtinorum.

De doloribus Colicis.

CONSILIVM L.

Colicus morbus.

CONſoluit me vir Magnific⁹, quomodo poſſet
F præſeruari à multo & frequenti dolore cùm ventriculi tum coli. Cùm ergo iudicauerim illum fieri maximè à flatu & phlegmate, originem habente, à mala frigida & humida qualitate ſtomachi, cuius rei ſignum eſt, quòd quotidie reiiciuntur multa pituitoſa excrementa vnà cum multo flatu: arbitratus ſum, non fore abs re, ſi Nobilis vir congruo quodam tempore, & maximè aduentante vere, vteretur decocto ligni ſancti. Id autem tutò fieri non poterit, niſi prius facta vniuerſali to-
G tius corporis euacuatione. Fiat ergo euacuatio, quam inſtituat præſens Medicus, cum quo conſilium capiat. Modus præparandi decoctum ligni: Recipe ligni Indi optimi & electi minutim inciſi ℥.iiij. cortic. eiuſdem ℥.i. infunde per 12. horas in ℔. i. s. aquę & ℔. i. vini albi cum aqua ſimul miſce, deinde decoquantur ad cõſumtionem ferè medietatis,

tatis:fist colstura. ℞. ſupra ſcripti decocti ℥ vj. vel vij.ſommo mane, poſtea qnieſcat per duas horas, inde vtatur ſolito exercitio. Tempore, quo vtetur dicto decocto,obſeruet bonam rationé victus. Poterit vti illo decocto per qnindecim vel ad ſummũ per viginti dies. Interim boc animaduertat,vt ſingulis octo diebus vtatur leni aliqua porgatione:de quibus omnibus conſulat præſentem Medicum. Ita enim ſpero,vt remittant ſoliti dolores correcta videlicet mala ſtomachi qualitate. Si quia modó lue gallica laborans vellet vti conſimili decocto, quo paſsim vtontur quicunque afficiontur tali affectu,poſſet ſeruatis ſeruandis, videlicet conuenienti purgamine vel venæ ſectione, quemadmodum expediens eſſe videbitur Medico,illo hoc modo vti:Recipe ligni optimi & electi ℥. iiij minutim incidator & infundatur per xx.horas in ℔.s.aquę, deinde bullist lento igne ad conſumtionem ferè medietatis,fiat colatura,de qua capiat ℥. vj.vel vij. ſummo mane plus quâm tepidè, quieſcat inde ad duas horas vti poterit ad xx.vel ad xxvj. dies. Hoc probè obſeruet,vt hoc decoctum,quemadmndnm & ſupraſcriptum,ſingulis ternis aut quaternis diebus renouetur,& hoc propter facilem eius corruptionem. Quicunqoe vtnntur hoc decocto debent ſiogulis octo dicbus purgari medicamento ex Medici conſilio præſcripto.vistur booo victus regimine, cibariis boni ſucci & paucarum ſuperfluitatum: Carnibus potiùs aſsis quàm elixis,vſus tempore abſtineat à venere vt & poſt aſſumtiooem abſtinest per viginti ſex dies.

CONSILIVM LI.

Dolor Colicus.

FRANCANZANVS.

PRoponitur nobis vir quadragintaquinqꝫ snnorom, temperaturæ calidæ & humidæ,ſed bumidæ non valdè excedentis: patitur is ventriculi debilitstem ex flatibns,item paſſus eſt pruritum in podice, exereuitq; multos aſcarides, ſed iam non tam copioſè excernit:perpeſſus eſt etiam tenſionem hypochondrij dextri,& dolorem,à quo leuatus eſt, ex multorum remediorum appoſitione:rediit tamen dolor ſingulis menſibus circa ilium dextrum vſque ad cutim. Vir autem eſt deditus moltis curis & negotiis ad Rempublicam ſpectantibus. Primnm dico eſſe colicum doloré,quod oſtendit,excretio pituitæ vitreæ, & medicamenta adhibita, ſcilicet oleum amygdalarũ dulcium, & clyſteria anodyna. Dolor eſt circs ilia pongens inſtsr pugionis,vnde putare aliquis poſsit,eſſe calculum renum vel veſicę,qnem præcedit dolor circa ilium dextrum,ideoq; contentá eſſe materiá in poris propinquis renibus, non inteſtinis. Sed quoniã & ſitus doloris buie opinioni refragatur: non enim ſentit doloré circá renes, nec præterea craſſa eſt vrina à principio, ſed tenuis: ideirco inteſtins potiùs,quàm reoes affectos iudico, ſicut nſtẽdunt vermiculi & pituita vitres. Eſt sũt ventricnli imbelli, vnde multæ cruditates oriuotur, & hinc vermes,qui generantur à materia pituitoſs. Cæterùm cùm tota materia non ſit conuerſa in vermes, ex teliqoa flatus orti ſunt, & iſta punctio ac laceratio

A in inteſtinis. Ego igitur omiſsis acribos & vehemẽter calidis,anodynis tantùm vterer,vt maluis, anetho,chamæmelo,vitello oni, ſeminibus aniſorum, & oleo chamæmelino. per os darem hieram cnm paucisſima qoantitate caſsiæ. Item sromsticnm roſatum. In vero colico dolnre non vterer oleo amygdal.dulcium,qoia nimis laxat ventriculum, conuenit qnidem in bilioſis humorib. per os datum; ſed potiùs per ſedem inijcerem,vt & rutaceum. Sedato dolore, B ventriculns roborãdus victu attenuante. Purgetur rhabarbaro cum hiera vel caſsia. potet aquas Aponenſes. lando aloen cum hiera vel caſsia in æſtate,item aromaticum roſatum: hyeme mithridaticam confectionem. Sæpè autem exhiberem hieram.

FRESTMELICA.

De ſignis & cauſis eonſentio, eum eſſe pituitoſum & melancbolicum. Materiam concoquerẽ ſyrupis de betonica,de eiehorio,de mentha,mèlle ro- C ſato cum modico oxymelitis, pòſt ſyrupis de praſſio, & de calameotho. Pnrgatio maior noo ſit, quã cum hiera & diaphœnicone ſimnl mixtis, item pilulis cochiis,quib. vterer familiariter. Repetatur talis euacuatio plnries ob morbi dioturnitatem. laudo aquas Aponeoſes vel ſnlphnreas Aquarianas. Theriacam & mithridatium Galenns etiam laudauit,vel diapipereoo,diacalsmenthum, diaſpoliticon, diaciminum. Relinquo innoctiones. & fomentationes,& emplaſtra,& cerata,quæ diſſolnũt; D vt eſt diapalma. Illis tamen poterit roborari ventriculus. Cibi ſint euchymi, vt aues montanæ:vitulinam propter viſciditatem omitterem, hędinam concedo,& pullos qnoque,niſi vslde humidi ſint. Quod ſi clyſteria prædicta oil profecerint tutó vtemur philonio, quia recipit ea, quæ flatus diſcutinnt. Dantnr & pilnlæ aureæ: interdum oleum amygd.dulcinm cum ſaccharo per os.

TRINCAVELLIVS.

De temperatnra iam dicta sſſentior. Materiam E veró iſtam flatulentam cõtioeri puto inter tunicas ioteſtinorum. In dolore colico ferè primum eſt indicium alui ſuppreſsio,vt experientia oſtẽdit, item vrina craſſa & ſubnigra in calcolo. Cæterùm quia illum dolnrem pręceſsit exercitium vehemens,vnde immodica renum calefactio & dolor, ſubſecuti ſunt;ideò credo dolorem iſtum eſſe mixtũ, partim ex colico,partim reoali,vt ex vrina poſſumus colligere. Laudo igitur clyſteria anodyna, nam vtriuſqꝫ morbi eadem ferè eſt euratio Difficnlter autem cu- F rabitur, cùm in victu ſubinde delinquat, & cnris ſit deditus, quæ coctionem impediunt. Cætera laudo: ſed agaricum non omnino deſpicerem & hamech. Vellem frequẽter vteretur hiera cnm caſsia pilulis item maſticinis & de rhabarb melle quoqꝫ roſato pro abſterſione ventriculi: hyeme iheriaca. laudo potum aqnarum Aponẽſium & Aquarianarom,quas experientia probsuit. Item pro doloris remotiooe cuocedo anodyns, oon autem vehementer calefacientia,&c.

G

CONSILIVM LII.

Dolor colicus,& renis dextri:

BELLOCATVS.

DIfficilis proponitur caſus msgnifici Domini, in quo moleſtatur ſæuiſsimis dolorib. in in-

feriori ventre circa vmbilicum, qui dolores quandoque pertingunt ád regionem renis dextri,& deſcendnnt ad os pobis. Pro quibus ſedandis acta ſunt præclara à Medicis Veronéſibus, qoæ partim profuerunt,partim nocuerunt. Perpeſſos eſt etiam icteritiem,ſed curatus. Verùm cùm redierint dolores iſti,petit à nobis auxilium. Conſiderans igitur vitam anteactam,comperio conſueuiſſe illum plurimùm ludere pila & exercere ſe magnopere, deinde bibere pluriinnm aquæ frigidæ, ex qua multæ materiæ collectæ in ventriculo vel inteſtinis, potueront facere tales obſtructiones. Sed dolores iſtns fieri ratione flatus certiſsimum eſt. Nam in inferiori ventre plurimos ſentit flatus, qoi quidem orti ſunt ex inordinato victu, cumque non poſſint per ſedem emitti, ad partes ſoperiores aſſcendont. Sed vbi ſubſiſtant iſti dolores an in inteſtinis, an in renibus, non ita facilè cognitu eſt: materiam tamen eſſa in renibos vrina oſtendit, quæ admodom craſſa eſt & rubiconda. de qoa rubedine dubitatio eſt,cùm illi dolores oriantor à pituita craſſa viſcida & lenta in inteſtinis. Sed poteſt eſſa materia quædam aduſta, in hepate contenta, quæ etiam cauſa fuit icteritiæ. Præſagij loco dico maximam difficultateio fore in corádo, præſertim cùm perpeſſus etiam ſit aliquam febrem ab obſtructione. Sed poſſe tamen curari non dubito. Præcipoæ autem curandi indicationes erunt, vt aperiantnr obſtructiones,& poſtea ventricolus & inteſtina roborentur. Sed quamuis antea exporgatus ſatis fuerit ab excellentibos Medicis: crediderim tamen ego,cùm redierint iſti dolores, iterum porgádum eſſe electuario lanitiuo,coius ℥.1.adderem,ʒ. 1. diaphæniconis ſeu de dactylis,darem pilulas alephanginas,vel maſtichinas. nam per clyſteria nnn agerem propter inteſtina gracilia. Pro ſedando dolore profuturom mihi videtur inteſtinom lupi datum ad ʒ.1. ſi aotem non ceſſarẽt dolores iſti, ſoaderem vt biheret aquas S.Petri. Darem tamẽ interim theriacam & mithridatiom, pro diſcutienda materia & roborandis viſceribus. Laudarem etiam polypodiom,& corticem elleberi nigri,ſed in pauca qoantitate,pro diſcutiendis flatibos & ſedandis, & darem iuſculom galli antiqui. Seruet autem victus rationem optimam. Carnes ſint facilis concoctionis. vinom bibat mediocre. Quod ſi adeſſet febris, mitioribus vterer ad euacuandum, vel etiam roborandom,& ſedandum dolorem,ſicut eſſet ſyrupus de cichorio recens cnm rhabarbaro.

FRANCANZANVS.

Ventriculi intemperies eſt frigidior & humidior: hepar calidius, ſed obſtructum. Credo ſanari poſſe,ſed difficulter. Inſiſterem in clyſteriis lenientibus,& non calefacientibus vltra primom aut ſecundum gradom,vt chamæmelo, anetho, maluis, betonica,cum oleo chamæmelino,item melle roſato, non enim venirem ad narcotica. Vterer etiam iore galli nõ admodum veteris: item ſemine aniſi, & amygdalis.& ſyrupo de cichorin, vel de rbabarbaro. Velin vt fomento vteretur ad ventrieolum, & inunctione quoque per ſingulos dies: item confectione aromatici roſati pro roboratione ventriculi: in ferculis decoquerem petroſelinom. Et ſimilia quæ attenuarent & inciderent: velim item, vt vteretur victu attenuante: veſcatnr ouis, piſcibus ſalitis,& capparibus,ſed in paoca qnantitate. Concederem etiam medieamentum illud, qood fit ex inteſtino lopi iuxta Galen. atque ſic procederem vſq; ad antumni principiom. póſt ſumeret aquas thermales,præſertim S.Petri.

FRISIMELICA.

Vacuarem com leoioribus, vt hiera cum caſsia, poſtea præpararem materiam cum ſyrupo de cichorio,& ſyrupo de rhabarbaro, cum decocto ſeminum aniſi,fæniculi,petroſelini. póſt darem diaphænicon cum caſsia pro roborando ventriculo, & ſedandis doloribus. Omnino ſuaderem illi potom aqoarum thermalium,potiſsimùm S. Petri, quæ ſunt moderatæ,idque in principio autumni. Victu vtatur attennante.

TRINCAVELLIVS.

Vbi hodie acceſsi virum nobiliſsimum, conquerebatur de intenſiſsimo dolore dextri laieris, vſq; ad ilinm,iuxta hepar,& ille non potuit tolli niſi linteis calidiſsimis appoſitis: vnde ego collegi materiam eſſe frigidam admodnm & flatnlentá ex craſſa pituita: & qoidem eam potiſsimùm pronenire à ventricolo. Nam pituita in eo propriè generatur. Cauſa autem præcipoa iſtarum obſtructionum eſt labor & exercitiom repleto ventricolo. Nihil enim magis obſtructiones generat & humores liqoat,& in anguſtos meatus propellit. Renem etiam dextrum maximè dolere ex eadem materia pituitoſa, ibi collecta, atque ob illom renum affectum potiſsimùm dolores illos oriri credo, licet concedam & ob inteſtina affecta fieri poſſe. Rubedinis vrinæ cauſam refero ego in caliditatẽ renom & iecoris. Coratio erit difficilis, qoia qoæ longo tempore extenoata ſunt corpora,longo etiam tempora reficiuntur. Niſi autem aperiantur obſtructiones, incaſsùm laborabimus. Pro coacnatione mihi maximè placerent pilulæ maſtichinæ vel alephanginæ,vel de tribus cum rhabarb. aut ex aloe, quia eæ maximè roborant ventricolom & inteſtina.& darem alternis diebos pilulas, altero die clyſtere qunddam leue cum hiera ſimul nec redderetur acre. Darem etiam aliqood decnctum,quod attenuaret & incideret,vt eſt ex agrimonia, cichorio & abſinthio, cui adderem ſyrupom de betonica. Hoc non proficiente ad fortiora deuenirem, ſicut eſt biera hepatica, quam ſæpiſsimè in talibus doloribus experti ſumos. Pro ventricolo & iecore etiam vterer inonctione ex oleo amygd. dulcium,cui imponerem abſinthinm viride. poteſt etiam vti aniſo,fæniculo, petroſelino cum fercolis. vtatur aquis Aquarianis. Nam qoædam nobilis matrona Veneta,quæ etiam moleſtabatur talibus, & morbo regio, illa multis adhibitis auxiliis tandem vſa potu Aquarianarnm,ſanata eſt. Aquæ S. Petri mihi non ſunt perſpectæ.

CONSILIVM LIII.

Colicus dolor: ſterilitas: ſtupor duorum digitorum pedis ſiniſtri.

FALLOPIVS.

NObiliſsima mulier annos triginta duos habens, temperaturæ calidæ, procera, carnoſa priùs, iam gracilior. Cor, item caput calidom & hu

mi-

midum, pariter & hepar, qood oſtenduot venæ
amplæ ſuper ſexum moliebrem. Hic quartus eſt
aonus, cùm domi eſſetotioſa, & ſederet, deſtioa-
tio quædam membrorum facta, & qoaſi conuulſio
nem paſſa eſt, dolor in dorſo ortus. ſecta ergo vena
eſt, decoctum guaiaci exhibitom, quo liberata eſt,
iotegra permanens tres annos. Soperiore anho ob
fratris mortem mœſta ex calido thalamo in frigi-
diſsimum abioit, hic primùm ſenſit dolores varios
ſub thorace ſiniſtro latere, ac circa mammas, & re-
nes ad hypochondrion item deſcenderont, & I-
ſchion, femor & pedē integrum. Dolent hæ partes
ſæpiſsimè, tormina vexaot grauiſsima, claudicat
interdum ob illa: digitos pedis minimus & ſequēs
quaſi ſtupidi ſuot. Abdominis quoque pars affi-
citur, & commuoicatur dolor qoaſi grauans &
eomprimens poſterioribos partibus, oon tameo
vt io ſioiſtra parte. Arbitrata eſt deſtillatioois hu-
ius ex materia calida ortum eſſe, ideò & medica-
menta calida adhibuit. hinc ventriculus imbecil-
lior factus eſt adeò, vt deprauatè & malè conco-
quat. Multis anois ſterilis eſt, ſeptendecim an-
nos oupta viro. non vnus autem doloris locos.
poteſt igitur inteſtinalis dolor appellari, cùm in
dextra parte ſit, vbi colon & cæcum reperiuntur,
eomqoe Iſchio communicetur, Iſchiadicus dici
poteſt: affligatur autem tum exterioribus tum in-
terioribus partibus: & licet variùs ſit dolor, eadem
tamen eſt materia pituitoſa tenois & flatuoſa: fla-
tibus enim emiſsis ooanihil leuatur, licet non ex
toto, quia torioina non omninò cedunt, flatibus
ſolutionem continui facientibus tum in inteſti-
nis, tum in oeruis, tum articulis locorum, quibus
dolor ſentitur. Materia porrò viſcida & pituitoſa
facilè in flatos ſoluitur habeos aliqoid calidi: per-
ſentit enim nonnihil caloris: quare materia mi-
xta erit, cùm corpos calidum & homidum ſit, præ-
ter ventriculum & vterom, caput item calidum ex
eapillorum ornatione, & aeribus lixioiorum lo-
tionibus, vnde potuit nonnihil augeri calor, & fie-
ri excrementoſum magis tom caput, tum veotri-
culus: cooqueritur eoim de cruditatibos, de ru-
ctibus, qoæ cruditates vapores eleuaotes malum
augent. Sed oec bile carebit hæc materia. In de-
xtro enim hypochondrio ſentio tenſionem, quæ
indicat obſtructionem, vode cùm illa materia pro-
prium locom petere non poſsit, permanat per to-
tum corpos. Saoatio difficilis eſt: remouēda enim
materia, roboranda membra, obſtructio tollenda,
eoacuādum hierâ & caſsiâ. Abundat ſanguis quod
oſtendont venæ, igitur vena ſecetur atque itere-
tur, qoò & faciliùs admittat & tutiùs medicamen-
ta. ſit verò iecoraria dextri brachij propter obſtro-
ctiooē factam: pro ſanguiois qualitate copia meo-
ſuretor. Leniter præparetur materia attenuantib.
& digerentibus: purgetur etiam leoiter. Repeten-
da potiùs omnia, qoàm valentia exhibenda. Medi-
camenta ſiot agarici nonoihil eom rhabarbaro, aot
mixta, aut in iofuſione, Hamech modicum, item
portio caſsiæ cum ſpeciebus hieræ aut rhabarba-
ri temperata, ob flatus, qoos gigoere ſolet. Hepa-
tis obſtructio tollenda cum aperientibus, & diſcu-
tientib. Inonctiones fiant ex oleo chamæmelino,
cum oleo abſiothij & maſtichino. Fomenta pareo-
tur ex aoiſo, fæniculo, chamæmelo & ſimilibus.
Deinde vacuandum diureticis, aut aluum ſoluen

A tibos, iiſque moderatis, vt liqoiritia, capillis vene-
ris, ſeminibos frigidis, quib. obſtructio auferri po-
teſt. Dehinc ventriculus roboraodus, quia niſi ro-
bores, nihil ages calefacientibus: ſed cùm lenibus
non cedat malum, vehementioribus autem hepar
magis incaleſcat: idcirco mihi aquæ thermales pro
bantur, quæ contemperarent hepar. Aponenſes
autem nimis calidæ ſuot, Aquarianæ verò mitio-
res illis: his ergo vtatur quinque aut ſex diebos, do
B nec contemperetur hepar: aperiunt enim & mate-
riam ibi repertam ſecum trahunt. Qoia aotem do-
lor lateris dextri in interno magis vrget, egeris
cum difficoltate feces molto muco, & pituita per-
mixtas, dentur moderatæ thermæ. Nerui incaleſa-
cti flatibus vacuentur, moltum exſpuat per oares,
expurgeotur ſpota, ſimiliter & per aores capot eſt
expurgandum ſioe puluerib. ſiue lotionibus ex be
tonica, ex cupreſſo, lixiuio, ex dulciſsimis. Aponen
ſis aquæ ſtillicidiom calidius eſt, S. Petri modera-
C tios, magis ergo coooeniet. Si non ceſſerit mor-
bus hiſce, valentiora adhibēda ſunt, vt cauterium
in brachio dextro, qoo extrahatur & retrahatur
materia. Renes cootemperandi: calidi enim ſunt:
inungendi igitur iiſdem, quibus hepar, ſimiliter
crus & totus pes. In aqua ſedeat emollitis parti-
bos. Nerui doorum digitorum extremorum ad-
eò iodurati, vt ſtupida membra faciaot, quare
non pyrethro, non ſinapiſmo, non iberide agen-
dum, ſed ſoffici ent thermæ: ita tamen, oe reoes
D nimiùm iucaleſcaot & hepar. opportuoè igitur ad-
hibendæ.

Francanzanvs.

Caſus iſte variis ſymptomatibos perplexus, va-
rij dolores, obſtructio, ſuppreſsio menſium, ſte-
rilitas, dolor in dorſi inferiori parte vehementior,
qoi ſæpe redit, ſæuiſsimus, acerbiſsimos: tamen
ſemper dolorem ſentit à mamilla ſiniſtra ad imom
pedis ſiniſtri lateris in toto inferiore veotre, ac in
ventriculo, qui arceri ſolet acrioribos clyſteribos
E & fomentis. præter hæc ſymptomata adeſt tarda
concoctio, ſtupor duorū ſiniſtri pedis digitorum.
Temperies corporis calida & humida: de ventricu
li & hepatis natura dubito. Duo principalia mem-
bra calida & humida oſteodunt latæ venæ, ſangui-
nis copia color, habituſq; corporis. Iuoencola fe-
bribus bilioſis laborauit, & ſcabie molta & frequē-
ti: Iraſcitur facilè, & ponit iram facilè. Caput oon-
qusm excremeotoſum fertur: non enim multum
exſpuit, nec à naribus ſpurca multa. ventriculi tem
F peries natoralis qoalis ſit neſcitur. vteri frigiditas
ex ſterilitate coniici poteſt. vētricolom ounc frigi-
dum & humidum factum oſtendunt tardæ & mi-
nutæ coctiones, ructus acidi, flatus, dolores in i-
mo ventre, ex cuius refrigeratione cruditates ge-
nerantur. Iecur ſupercalefactum ſuprà quàm natu
raliter. Alui feces duræ & exſiccatæ per longa in-
terualla, à leui calefaciente etiam vioi hauſti ſeo-
tit ſupercalefactionem, hinc obſtructiones non
modò in muſculis, ſed & io inferioribus partibus.
G Lotij color ſobfuſcus. Cerebrum nō dixerim diſtē-
peratū, nec ipſum caput, collectis etiam omnibos
quæ poſſum ſignis. Nam in imbecillo vētricolo ſo-
leot plurimū exſpuere, quod hic noo fit. Omnium
ſymptomatū, cauſæ io vētriculū & hepar referēde.
Cootractio doloris ſubitò facta non à materia à ca-
pite trāſmiſſa, ſed à vētriculo & hepate, licet ſuper

calefactum ſit & liqueſactæ ſuperfluitates deſceo-dentes fueriot cauſa ſpaſmi. Duplex igitur materia viſcida craſſa vētriculi, & calida ab hepate. Hine dolores vehemanriſsimi tranſmittuntur noo modd ad durſum, ſed & muſculos externos duorum digitorum pedis ſioiſtri & totius pedis. Intèrim doloris cauſam dixerlm colicam paſsionem, vt intemperata vita oſtendit. frigidis eoim delectatur ferculis, arantiis & ſimilibus veſcitur. Leuatur doloribus colicis clyſteribus & vomitionibus. obſtru-ctiones à materia craſſa aduſtiore & pituitoſiore proueoiuot, vnde & meoſium retentio. Duo igitur illa membra footes ſout ſympiomatum, ventriculus tamen præ hepate potior eſt. Curatio vētriculi perficltur exſiccaodo & calefacieodo, hepatis refrigerando & aperiendo vias io vterum per neruos. Euacuandum corpus, & licet difficilis ſit curatiu, oon impoſsibilis tamen. Leoienda igitur aluus. venæ etſi turgeant, quis tamen aliunde, quā è ſanguine, facts eſt euacuatio, & antea quoque bis ſecta vena, num ſanguiois detractioni per ſectionē parcendom. vomitio quoque copioſa iu nauigatione facta eſt: præparatio igitur leuis erit, & lotia craſſa oſtenduot leuem præparationam. Caſsiæ ℥.1. & hieræ ʒ.ij. obeſſe nou poſſuot, cootemperatur enim per hanc illa. ſyrupus ſit de cichorio compoſitus, & omnia cichoracea ſine rhabarbaro. Euacuandum cum rhabarbaro & agarico, iterandaq́ euacuatio hæc, donec ſit temperata. Thermarum potum veotriculus poſtulat, bepar refugit. obſtructio primùm auferendà, quare vtatur frequenter trochiſcis de abſyothio, da rhabarbaro: val exhibeautur io forma pilularū, quas ſtatim ſequetur decoctum. His adderem fomentum ex chamæmelo, cum betooica, cum endiuia ciboraces ſimul permiſta. Iouoctio fiat cum oleo chamæmelino & maſticiuio permiſtis, ita vt uocere non poſsint. præparatur per æſtatem: euacuetur caſsia & hiera. Toto expurgato darem thermas Aponeuſes, ſed iecur tuendum aliis auxiliis. Veotriculus roborandus aquis illis: Materia etiam vacuanda è vētrieulo. Ad reues vſque eà aquis immergerem. Cauteria in muliere imbecilla, & latere membriſque adeò debilitatis nou poſſom probare. Victus ſit attenuans, non tameu omuia extenuantia. Vt ſummatim dicam, remoueuda omnis obſtructiò.

Trincavellivs.

Afflictatur variis ſymptomatibus, quorum cauſa referenda iu ventriculum, iecur, & caput: ſimiliter & renes non ſuot immunes. Heper calidom & humidum fuit, iam verū ſiccius totum corpus & emacietum. Renes admodum calidi, quia conſentiuot hepar & renes: adde cauſam procatarcticam, quod verſo ad ignem dorſo incaluit. Vitium ventriculi maximum: ructus acidi oſtenduot frigiditatem & humiditatem ipſius. Caput excremētoſum, licet non expurgetur: ſi enim exporgaretur, minus haberet malurom. Nam illis ſuperfluitatibus ſupercalefectis & liquatis coouulſioois cauſa fuit. Breuis conoulſio oſteodit cauſam non fuiſſe craſſam admodū ſed tenuiorem. Capot calidum oſtēdunt venæ in oculis conſpicoæ & latæ. Accèdit mala victus ratio, vt ſolent tales, vodè malum fouetur, & licet nounibil fuerit adiuta, tamen noo facta eſt libera. Quiuetiam ex decocto guaiaci plus noxæ

A quàm commodi nacta eſt, eliquata materia & influente ad partes inferiores. Quare cenſeo caput cauſam eſſe, oec nego io ventriculum quoque referri poſſe. Colicus dolores ſeqoitur reſolutio inferiorum partium: oon ab hepate, quia huiuſmodi influxus fit potiùs ſecundum rectitudinem, hîc autem ſymptomata & mala io ſiniſtra parte. Dolor inteſtiualis eſt, quod oſtendunt clyſterib. eductæ materiæ & lenitus dolor, ortū babet ex multa ma-B teria collecta propter cruditates veotriculi, quæ in flatus conuerſa tormina facit. dolor exacerbatur calidis, quare renes iotemperie calida inſigni laborant, quam communicauit dorſo ſimul & capiti: Hepatis intemperies calida & ſicca, validæ obſtructiones: binc calores augentur magis magiſque. Difficilis quidem curatio erit, tamen ſperauda ſalus, licet lapſus à tēperatura oaturali ſit magnus, tum ventriculi, tum hepatis, tum aliorū membrorum. Spem autem præbent booæ naturæ iodicia, C vires, ætas, & alia. Cauſa & fomentum morbi auferenda, noo vehementioribus nec multis medicamentis, ſed paucis leuibusq́;. Euacuationes enim multæ præceſſerunt. Quia vero acceſsit ad bibendum thermas, vnde quotidie excrementa geoerātur, leoienda aluus caſsiā cum hiera: diſcutit cum quadam adſtrictione leui. Paraoda materia valentioribus ſyrupis, obſtruct. tollendæ, quibus remotis facilior erit aliis medicameotis via. probatur decoctum dictum, & cichorea, quę aperit & præterea D leuem habet caliditatem, egrimonia item io qua uon magoa caliditas, paululum abſinthij: ex quibus facerem decoctum, cui adderem ſyrupum de cichorio vel cum rhabarbaro vel ſine rhab. vt ℥.1. ſyr. de cichor. adderem ℥. ß. ſyrup. de beton. Vena ſecanda potiùs hepatis refrigeraodi quàm alia de cauſa: ſecetur autem dextra iecoraria, ſed modicè euacuādum rhabarbaro cum agarico. probatur ſyrup. de melle roſato, probatur quoqoe Hamech; ſed parcè calidis vteodum. Apooenſes mihi non E probātor, niſi magna cum diligentia propinētur. Calida & aeria clyſteria ioiecta cōferunt inteſtinis, dorſoque, ſed calida extrinſeca noceut: Ratiu bæc aſsignari poteſt, quia clyſteras non perueoiunt ad locum dolentem. Aquæ porrò iſtæ nou diu morantur io corpore, & quaquam ventriculum debilitatum corroborēt, materiam è veotriculo, ioteſtinis & venis proximis educant: cenſeo tamen magna diligentia eligēdas pauló calidiores: purgata enim ſatis eſt. Iiuimanta fiant ex uleo amygd. dulc. & vi-F uo dulci & tenui, item abſinthij & cichorij modico: in duplici vaſe coquantur ad conſumtionem liqooris ſeu vini. Fomentum etiam fieri poteſt ax ijſdem Cauterium ſeu vltimum remedium non poſſum uon probere, vbi elia fruſtra teotata foeriut.

G

CONSILIVM LIIII.

Colici dolores, perinei & hæmorrhoidum tumores.

MOrbus, vel potiùs morbi, quibus vir nobiliſsimus affligitur, noo ſunt leues neque faciles curato, tum quia morbi iſtius generis omoes ſuleot eſſe diuturni, tum quia ætas eſt grandæua & quæ ad ſecuodam ſeoectutem iam peruenarit, tum vel maximè quia ab intēperaturis ma-

gnis

gnis tam ventriculi, quàm iecoris & renom ſonen-
tur, quæ & inueteratæ, & inter ſe aduerſariæ ſunt.
quod ſi tō morbi iſti curandi ſint, magna iodigent
medici prudentia & diligētia, atqꝫ patientia ipſios
ægrotaotis. Tres aotem pręcipuè ſont affectus, qui
huic nobili viro ſunt moleſti, præter flatus pluri-
mos, qoi ex imbecilli calore ventriculi in eo gignū-
tur: primus eſt dorus tumor hęmorrhoidū & peri-
nai, nempe inter teſtes & anum, qui etiam compre
hendit ipſum anum, protēſus ſecundum figuram
literæ C. non quidem profundus, ſed tantùm inter
cutem & carnē: deinde multas gigoit areoas rubi-
cundas, qnæ aliquando ita craſſæ excretæ ſunt, vt
iam ferè calculus poſſent appellari: & cum his in-
terdum difficilis ſit vrinæ excretio cum aliqua mo
leſtia vel dolore, ita vt ſi dyſuria illom laborare di-
ceremos, non vtique erraremus. Sed tertiò colicis
etiam doloribus eſt obnoxius: poſtremò verò re-
fertur ramicem pati, effracto nimirum peritonęo
parum ſopra pectinem in dextra parte, ex qua ru-
ptum exiens omeotum cum aliqua particula inte-
ſtiuorum infimam ſuminis partem ad pubem in
tumorem attollit. Quæ quidem incommoda om-
nia ortum habent ab inæquali intemperie, & con-
traria in primis duorum illorum viſcerum, nempe
ventriculi & iecoris, & ſubinde etiam renum. Cùm
enim ſit adeò frigidi & imbecillis ventricoli, vt re-
fertur, neceſſe eſt vt genitis multis cruditatib. mul-
ta congeratur non modò in ventriculo & inteſti-
nis, verùm etiam in venis craſſa & pituitoſa mate-
ria. Ex inſigni verò iecoris calore ſanguinem aſſan-
te, & eum in melancholicum conuertente, pluri-
mus item iſtius naturæ ſanguis craſsior in venis ag
gregatur: vt ab his deinde doobus vitioſis humo-
ribus fomentum habeât omnia, quæ expoſita ſunt
his literis mala. nam cùm multos humor crudior,
qui per venas defertur vna cum vrina, & aliqua et-
iam pars excrementitij illius ſanguinis, à renibus
calidioribus trahatur, ab eorum calore excoctus &
exſiccatus, in arenas aliqnando, interdum in calcu
lum concreſcit, pro ea ratione, qua vel magis friabi
lis, vel magis viſcida fuerit ea materia. Nam ſi ſola
pituita eſſet ea materia, non ita propter ſuos lento-
rem in arenam cōuerteretur, neqꝫ ita rubeæ eſſent
arenulę, ſed potiùs fierent calculi maiores & durio
res: ſed quia multus eſt ſanguis terreſtris & melan
cholicus, qui lentoris eſt expers, ideò potiùs arenę
fiunt: eſt enim ſanguis ille magis friabilis qoàm pi-
tuita. Præterea ex colore arenularum vel lapillo-
rum, vt docuit Galenus in commentariis ſexti epi-
demiorum, cognoſcitur homor ex qoo geniti ſunt.
Cùm enim albæ ſunt arenæ vel lapilli, aut cinericij
coloris, ex pituita ortum habent, at cùm rubēt, ſan-
guinem ſignificant. Porrò non modò in venas di-
geritur molta illa pituita, verū & magna eius pars
à ventriculo in inteſtioa detruditur, quæ ibi ab im
becilliori illorū calore (cùm enim oriātur à vētricu
lo in hoc viro inſigniter frigido, nō poſſunt & ipſa
non eſſe frigida) partim in flatom vertitur, partim
cum exſiccatis ſtercoribus, quæ non facilè excer-
nuntur, cùm ſit alui adſtrictæ, inteſtina obſtruit:
quò deinde fit, vt colici excitentur dolores. Sed cū
alui, vt diximus, ſit valde adſtrictæ. & aluom deii-
cere non poſsit ſine labore & magno conatu, facilè
fieri potuit, vt in nimia inteſtinorū compreſsione
ad excernēda illa excremēta, confractū fuerit peri-
tonæum ſupra pubem, & inde omentum & inteſti-

A norum pars eruperit. nam flatus & ſonitus, qui in
eo tumore percipitur, argumēto eſt, non ſolum o-
mentū, ſed & aliquid inteſtini in illo cōtineri, vt et-
iam factus fuerit tumor ſupra os pubis, non aūt in
ſcroto: quia meatus, per quos & in quib. deſcēdunt
vaſa ſeminaria in ſcrotū, & à qoib. pendent teſtes,
integra māſere. Sanguis porrò melancholicus, qui
plurimus ex dicta iam cauſa generatur cum aliquo
etiā crudo humore à natura propulſus ad venas ſo
B dis, quib. ſępe tanquā cloaca vel emiſſario ad huiuſ-
modi vitioſum ſanguinē vacoandum vtitur, cùm
nō potuerit illis apertis, poſteaquā clauſæ ſunt, vel
arte, vel ſponte, excerni, venis illis incolcatus & in-
truſos, primùm in tumorē eas extulit, mox verò ex
preſſus ab illis venis ex parte aliqua in anguſtas cir
cunſtantium partiū venas, poſtremò & in meatus
ac inania ſpatia effluens ſcirrhoſum illum tumorē
prope & circa anum procreauit. Qui quidē tumor,
cōmunicato affectu ceruici veſicæ, atqꝫ eo cōpreſ-
C ſo, difficultatē vrinandi affert, facto nimirum eius
meato anguſtiori, vnde poſtea ſequitur moleſtia in
mingendo. pręterea dolor, vel ardor, idqꝫ tam ex a-
ſperitate arenularum, quæ delatæ cum vrina abra-
dunt & vellicant meatū, quàm etiam ex vrinæ acri
monia. ſenes eoim generant ſeroſom humorē co-
pioſum, & valde nitroſum ac ſalſum. Quatenus ad
præſagium pertinet, difficilis omnino & longa fu-
tura eſt iſtorum malorū curatio, cùm & ſua natura
affectus hi ſoleant eſſe diuturni, quàm maximè ve-
D rò in ſene. Renum enim & veſicæ vitia, dixit Hippo
crates, aut non curantur, aut ægrè admodum: cui
accedit & alia eiuſdem ſententia: qoòd quàuis ſe-
nes minùs quàm iuuenes ſoleant ęgrotare, attamē
quando à diuturno morbo corripiuotur, cum illo
plerūqꝫ commoriūtur. Curatioois verò ratio, mea
quidem ſentētia, tribus eget medicis inſtrumētis:
primū quidem eſt victus ratio, quæ & primū ferè
præcipuomqꝫ locum in hac re ſibi vēdicat. Vniuer
ſa autem eius ratio vergat ad latus attenuantis, ita
E tñ vt neqꝫ calefaciat, neqꝫ deſiccet plorimùm. Illud
aūt præcipuè & in primis procurandum, vt proba
fiat alimentorū cōcoctio, quæ bona fiet, ſi ea edulia
deuitentor, quæ aut craſsi ſocci ſiot, aut concoctu
difficilia: ſed & vinū craſſum nigrumqꝫ & dulce ne
ſit, quod vt cōcoctu difficile eſt, ita aptum, vt in me
lancholicū ſanguinē vertatur. Quod ad alterū in-
ſtrumentū medicū, nempe chirurgicum, ſpectat:
qoàuis ea ſit ętas, qoæ iam ſexagenariū annum ex-
ceſſerit, cùm tamen referatur illius colorē eſſe rubi
F cundum, qui non modò caliditatis indicium eſt,
verùm & abundantis ſanguinis, (nam vt Hippo-
crates teſtatus eſt, color corporis abundantiam hu
morum ſignificat, niſi illi io profundum decuboe-
rint) ſi venæ præterea plenæ videreotur & nigre-
ſcentes, ita vt inde conicere poſſemus, multum in
illis eſſe ſanguinem, nec plurima macie confectum
eſſet corpus, & vires plurimùm languidæ, illi plu-
rimom profecturum ſperarem, ſi ſanguinis aliquid
è vena baſilica detraheretur. Nam Galenus, ſi
G quando illæ conditiones adeſſe videbantur, ad ſe-
xageſimum quiotum vſque annum audacter ſole-
bat ſanguinem emittere. Hoc enim remediom præ
terquàm qoòd poſſet aliquo pacto inſignem ieco-
ris & renom caloram temperare, fluentea etiam
humores ad renes & ad inferiores partes inde auer
teret, & ex parte ſaltem reuelleret: vnde fomentom
partim hæmorrhoidibus, partim verò tumoribus

illis duriorib. ſubtraheretur. Non aũt multã copiã A
ſanguinis potarẽ detrahẽdam, mihiq; ℥.vj. videren
tur poſſe eſſe ſatis, à quibus tamẽ abſtinedum non
eſſet, quãdo vires, quæ mihi non poſſunt eſſe per-
ſpectæ, qui hominem non noui, non eſſent validæ.
At præteree cùm omnes relati affectus ſint veluti
ſoboles abundantiæ vitioſorum humorum, om-
nino putarem corpus illud purgandum eſſe. Quia
tamen laborantibus ano & inteſtinis, partibusq; ua
illis vicinis, non eſt admodum vtilis motio homo- B
rum purgandorum per inferiorem aluum, cùm do
cantur verſos affecta loca, ideò quàm maximè in
hoc negotio expedire putarem, vt, quando nobiliſ-
ſimus vir non admodum difficilem vomitum ha-
beret, vomere aſſueſceret interdum, ita vt bis ſal-
tem, aut etiam ter in menſe vomitus cieretur: dum
modò non multa vis vomenti inſerretur, ſed faci-
lioribus auxiliis id ageretur, ſicuti ſi pararetur de-
coctum ex anetho, vel ad ſummum ex radicula, ad-
dito oxymelite: & ſi interdum à cibo id fieret po- C
tiùs, quàm cùm ieiunus eſt, faciliùs & minori vi
excrementa illa educerentur: ſi tamen cibi priùs
offerrentur, qui vim attenuandi & detergendi ha
herent, & ſalita aliqua non eſſant aliena ab hoc
negotio eo ipſo tempore. Nam pituita, quæ in fun-
do ventriculi ſtagnat, faciliùs com cibo miſta edu
ceretur. Quod ſi verò difficilis plurimùm illi eſſet
vomitus, ab eo abſtinendum eſſet, & alia ratione
corpus eſſet expurgandum, nempe medicamentis:
vt tamen illa caueãtur, quæ violentiora ſunt, quę- D
que turbant & agitant multùm, ſicut ea faciunt,
quæ à remotis partibus attrahunt, ne mota violen
ter materia præceps feratur ad inferiora loca malè
affecta, atque in illis intruſa tumores augeat, & hę-
morrhoidas magis irritet. Inciperem ergo ab hoc,
vel ſimili medicamento: Acciperem pulpæ caſsiæ
℥.t. pulueris hieræ ſimplicis ʒ.t.s. miſce, & fiet bo-
los cum ſaccharo ſumendus per horam vel ſeſqui-
horam ante prandium. poſtea verò vterer aliquo
medicamento præparãte, & obſtructiones aperiẽ- E
te, roborante q; malè affecte viſcera, vt poſtea vlte-
rior fieri poſsit corporis expurgatio. Nam per caſ-
ſiam & hieram materiæ communes, quę in ventri-
culo, inteſtinis, & in primis venis continentur, va-
cuari poterunt, remotior verò maiori eget appara-
tu, vt vacuari commodè poſsit ſine multa agitatio-
ne: præſtare autem illa officia poſſet, vt mea fert ſen
tentia, decoctum iſtiuſmodi: Acciperem cichorij,
boraginis, eupatorij, vel vt nunc appellamus, agri-
monij, abſinthij, ceterach, quod verò eſt ſcolopen- F
drium, ſingulorum M.I. quæ omnia decoquerem
ex aqua vel communi, vel ſtillatitia aliqua, vt eſſet
fumariæ, vel lupulorũ, vel alicuius alterius ſimilis
naturæ: cuius decocti ℥.iiij. adderem mellis roſacei
colati ℥.t. oxymelitis ℥ s. miſce, accipiantur ſummo
mane. Deinde iſtis ſuccedat altera expurgatio leuis
& facilis, qualis eſſet hæc: vt accipiamus foliorũ ſe-
næ ana ʒ. iij. paſſularũ ʒ. iij. radicis dulcis ʒ. ij. florũ
boraginis, bugloſſæ, roris marini, ſingul. ʒ. t. ſemi-
nis citri decorticati ℈. ij. aquarum buraginis, fuma- G
riæ quantum ſit ſatis: miſce, & fiat decoctio ex arte,
deinde colet̃: poſtea illius decocti accipe ℥. iij. ſqui-
nanti ℈. s. rhabarbari optimi ʒ. t. s. agarici excellen-
tiſsimi ℈. ij. zingiberis boni ℈. s. vini albi aromatici
℥. t. miſce, & fiat infuſio, & maceratio per diem &
noctem, deinde colentur facta expreſsione, ex qua

A infuſione diſſoluentur ſyrupi roſacei ſolutiui, ſeu
muchari rufati ℥. iiij. fiat potio, & ſummo mane per
quinque horas ante cibum bibatur: quòd ſi non
videretur purgatus quantum ſatis fuerit, iterum
repetitis eiſdem ſyrupis, ac eodem medicamento,
pleniùs purgetur. Quia verò adſtrictæ admodum
alui eſt propter coarctationem, vt diximus, inteſti-
norum ab ipſis hæmorrhoidibus, tum etiam ob ca
lorem iecoris ſtercora deſiccãtem, nec non ex mul-
B ta pituita ſtagnante in inteſtinis, ideò neceſſarius
eſt clyſteriorum vſus: in his ergo ſemper eſt haben
da ratio tumentium hæmorrhoidum, ac duriorum
illorum tumorũ circa ſedem, nempe vt præter vim
attenuandi & extergendi habeant quoque faculta
tem aliquam molliendi & digerendi. eos itaque in
hunc modum pararem: acciperem folia maluæ, be
tæ, mercurialis, radices altheæ, pingues carices, ſe-
minis lini, fœni græci, florum chamomillæ, anethi,
ſingulorum M.t. quibus ex aqua coctis acciperem
C illius decocti quantum ſit ſatis ad parandum cly-
ſterem, cui adderem olei chamæmelini, amygdali-
ni dulcis, interdum amari, ſingulorum ℥ ij. mellis
roſacei ℥ iij. Quandoque verò conficerem clyſterẽ
ex ſolo & ſimplici oleo communi: ſed magis etiam
ex oleo ſeminis lini: nam ſatis commodè mollit, le-
nit, digerit, diſſoluit q; duritiem. Sed hactenus qui-
dem de his egimus, quantum ad apparatum, tum
verò ad vacuationem excrementorum, quæ indies
gignuntur, & affectos fouent: reliquum eſt, vt præ
D terea de illis quoque agamus, quæ interna viſcera
facta imbecillia poſſunt corroborare: quamuis &
ſyrupi antea deſcripti non parum ad hoc faciant.
mihi ergo probaretur, ſi conficeremus talem miſtu
ram: accipe ſacchari roſacei, boraginacei, ſingulor.
℥. t. pulpæ myrobalanorum chebularum, emblica-
rum, corticis citri conditi, conſeruæ roris marini,
ſingul. ℥. s. miſce omnia cũ ſyrupo ex ſucco betoni-
cæ, vel ex ſucco citri, quantũ ſufficit, & fiet cõfectio
vel miſtura, & includet̃, cuius poſt purgationes ac-
E cipiatur ℥. s. manè tẽpeſtiuè, & tantũdem poſt cœ-
nam, quãdo traditurus eſt ſe ſomno. quãdoq; verò
aromatico roſaceo poterit vti, nõnunquã etiã mihi
maximè probaretur, ſi pro his matutinis horis acci
peret aut theriacæ optimæ, aut Mithridaticæ anti-
doti ʒ. i. cum ʒ. iij. ſacchari roſacei vel boraginacei,
ſemel quidem aut etiam bis in hebdomade. Non
erit prætera inutilis vſus localiũ & externorum
medicamentorum, quibus tam ventriculus, quàm
renes & iecur fouenda ſint, præſertim verò partes
F illæ, quæ ad ſedem induruere. quia verò renes & ie
cur in præſentia non egent refrigerãtibus, quæ va-
lidè adſtringãt, ne detineantur craſſæ materiæ, &
obſtructionum, vel lapillorum cauſa ſint, ideò pu-
tarem ſatis fore, ſi vtraque hæc viſcera aut oleo ro-
ſaceo, quod completum appellant, aut vnguento
roſaceo illinerentur. Duriores verò tumores in in-
fernis partibus orti maiori negotio diſcutiendi e-
runt, & longiori tẽpore, partim quia à dura & craſ-
ſa materia ſunt excitati, partim verò quia partes e-
G as inferiores occupant, ad quas ſolent ſuapte natu
rã declinare omnia ferè excremẽta, præſertim craſ-
ſiora & melancholica: vnde his medicamẽtis opus
eſt in illis curandis, quæ partim mollient, partim
attenuent, & digerant. Primùm ergo à leuioribus
curationem inchoarẽ hunc in modum: acciperem
olei anethini, amygdalarum dulcium, liliorum al-
borum,

borum, pinguedinis gallinę, anſerū, ſingul. ℥. s. cerę parum, fiat linimētum, quo illinirem ſæpius etiá in die durities illas: poſt aliquot itidem dies acciperē diachylon cum gummis, & eo in modum cerati, ſi in hac forma poterit locis illis accómodari, ſin minus, eo diſſoluto ex aliquo oleo, ſicut eſſet ol. amygdal. dolc. & oleum liliorum alborū, & redacto in molle vnguētum, ſępius illinerē partes illas, tádem aūt vterer emplaſtro ex meliloto ſimul cum œſypi cerato cómixto: vtrūq; verò à Meſue deſcribitur. B

De adſtricta Aluo.

CONSILIVM LV.

Aluus adſtricta, inuoluntaria excretio ſeminis & vrinæ.

COnqueritur doctiſsimus vir de ſtypticitate alui, qui cùm interdum beneficium ventris habere cupit, tam ingenti dolore vrgetur, vt ſimul & ſemel maximo cum conatu emittere fœces, lotiū & ſemē cogatur. C Hæc ſymptomata vt in morbum & ſuas cauſas deducantur, ſupponendum priùs eſt naturale eius temperamentum eſſe calidum & ſiccum, quod quidem colligi poteſt ex temperamento aliarū & præcipuè principaliū partium. Hepatis n. caliditatē teſtantur color corporis fuſcus, hypochondria hirſuta, abūdantia flauæ bilis, vt patet ex lotio, & deniq; caliditas, quæ ſenſibiliter ab eo per vniuerſum corpus perſentitur. Siccitatem D autem hepatis nobis indicant habitus gracilis, nec nō & venæ duriores. Similiter cor, quod ad actiuas qualitates, eſt temperamenti calidioris, vt patet ex audacia, promptitudine ad actiones, ex thorace piloſo, & deniq; ex velocitate & frequētia pulſus. Quo verò ad paſsiuas qualitates, cor potiùs vergit ad ſiccitatem, quàm ad inſigne eius cōtrarium, vt arguit nobis pulſus durior. Et licet in eo nō adſit fera ira, non tamen propterhoc oppoſitum temperamentum in paſsiuis qualitatibus eſt iudicandum, quo- E niam ſua prudentia eius mores mutantur. Similiter cerebrum in eo eſt temperamenti calidi & ſicci: Cuius quidem caliditatem nobis patefacere poſſunt, color niger capillorum, vnoæ oculorum patētas, perfectio actionū principalium ipſius cerebri, & omnia tandem, quæ circa caput apparent, caliditatem ipſius manifeſtant. Siccitatem aūt ipſius denunciare nobis poteſt paucitas excremētorum, & ſenſus perſpicaces, & licet in eo non adſint breues ſomni, propter hoc non eſt arguendum aliud tem- F peramentum à propoſito, quoniam talis vel ex viuēdi ratione poteſt prouenire. Quod verò ad eius ventriculum, rectè ſe habet, quoniam habet proprias deiectiones & operationes. Quibus ſic conſtitutis, deſcendo ad cognitionem horum ſymptomatum. Et quoniam vnum dependet ex alio: ideò ad ſtypticitatem me priùs conuertam, cuius quidem cauſam crediderim eſſe temperaturam calidam & ſiccam iecoris, quæ intemperies ſui caliditate valde exſiccet alimentum ipſum, quod quidem cùm G inops humiditatis reddatur, facile eſt vt fæces alui exſiccentur, & per conſequens aluus reddatur adſtrictior: Huius autem intemperiei cauſa eſt flaua bilis præſtò exiſtens, ætas illa virilis, fortaſſe & nimius vſus medicamentorum, mala viuēdi ratio in cibo & potu, deniq; immoderata & indebita exer-

A citia. Ex quo deinde innoteſcit & aliud ſymptoma, quoniam ratione conſortij inter muſculos ventris inferioris & vaſa illa ſeminaria facile eſt, vt motus horum muſculorum inuicem ſeſe comprimētium communicetur vaſis illis ſeminalibus & veſicæ, vt per conſequens in illo enixu emiſsionis fæcū ſimul & ſemel emittatur ſemē & vrina. Quibus quidem ſic cōſtitutis, ſupereſt vt ad curationē accedamus: ſed priùs eliciēdæ ſunt indicationes curatiuę. Cùm B igitur habeatur intemperies calida & ſicca iecoris, indicatio curatiua erit refrigerandi atq; humectandi ipſum iecur. Et quoniam talis intemperies fouetur ab aliqua materia, iam corpus vniuerſum eſt purgandum. His indicationibus ſatisfieri poſſe crediderim, ſed non ita facilè, & maximè cùm habeatur intemperies vnius membri principalis. Omitto autem chirurgiam. Ex medicamentis verò aliquo leniente primùm vtatur, vt flore caſsiæ nuiter tractæ vſq; ad ℥. ſ. s. ſiue corrigatur cum puluere aniſorum, ſiue non, quoniā vtroq; modo in C præſenti caſu poſſumus vti. pro præparatione vtatur ſyrupo roſato recenti, aut de ſucco endiuiæ, boraginis, bugloſſæ, cō decocto endiuiæ, boraginis, aut additis paſſulis aut liquiritia. Pro purgatione autē vtatur rhabarbaro in infuſione prædictorum cum ſyrupo roſato & violato ſolutiuo: poteſt etiam vti pro purgatione iure galli decrepiti iuxta Dioſcoridem. Præparare cum endiuia, paſſulis & hordeo, & ſi modicū rhabarbari addetur, nō erit ab re. Pro cor D roboratione exterius poteſt inungi hepar oleo roſato cōpleto, aut vnguento roſato Meſuę, aut infrigidante Gal. Pro internis aūt poſsūt ſumi ſaccharū roſatum cum ſaccharo violato, aut ſi ſaccharo roſato addatur modicum ſucci amygd. dolc. etiam conferret. Similiter debēt fieri clyſteres cum butyro eloto in decocto maluarū matrum violarū & hordaceū iure ſimplici, vel prædicta decoctione, addendo mel violatum aut oleum violarū & ſal. vel fiat clyſter ex ptiſana hordeacea, ſiue addatur caſsia, ſiue E non, addendo vitellos ouorū duos aut tres, ſal, &c. Quibus quidem clyſteriis poteſt vti etiá pro lenitione, quinimo etiam tempore inſtantis doloris, in minori tamē copia, atq; ipſum ſal dimittēdo. Deinde inſtituatur recta victus ratio. Vitet igitur aerem calidiorem, & vtatur temperato aut frigidiori. Pro cibariis autem eliget ptiſanam hordeaceam, & tandem cibos facilioris cōcoctionis, quos ſemper præmittat iis, quæ ſunt difficilioris coctionis. Vtatur pro acetariis, endiuia, cichorio, & interdum lactu- F ca. Vitet etiam aromata, & delectetur potiùs cibis elixis quàm aſsis, habeat beneficium ventris ſingulis vel ſaltem alternis diebus, naturā aut arte comparatum. vtatur debita quiete debitoq; ſomno, & hilaris valeat.

NOTA.

¶ De adſtricta aluo, vide lib. 1. tit. Catarrhi, Conſ. 37.

De fluxu Alui.

CONSILIVM LVI.

Fluxus alui cum vomitu ſanguinis & febre continua.

FALLOPIVS.

G PVer octo annorum, ortus ex patre boni habitus, præditus & ipſe bono habitu à natiuitate,

ex eo quòd ingruenta peſtilentia, mater ipſius pro-
peer timorem paſſa fuerat tremores & alios affe-
ctus. Poſt octo dies paſſus eſt inflammationem in
nare dextra inſignem abſque febre: ſed bene poſtea
ſe habnit per integrnm annum: poſt annuum verò
tempus in æſtate cœpit fluxum pati dyſentericum:
Maio, Iunio, & Iulio menſibns, Autumno quieſce-
bat. Sic vſq; ad quintum annum ſemper fuit per æ-
ſtatem aſflictua: quinto anno commutatus eſt hic
fluxus in febres peracutas, deinde etiá chronicas,
per quatuor menſes æſtiuos cũ catarrbis difficilib.
Liberabatnr tandem ſoperueniéte autumno, & in
eo ſtatu per duos annos vſque ad octaunm annum
permanſit. Superiori anno in thorace dextro dolo-
rem paſſus ab hypochondriu inferiore vſq; ad iugu
lum: ceſſauit dolor, dnmq; deſcenderet per ſcalas,
ſenſit ſanguinẽ deſtillanté, & exſpuit vſq; ad duas
libras. hoc in fine Martij factũ eſt: ipſe verò ſanatus
vſq; ad Iulium méſem, tunc rediit dolor in eodem
latere, ſuperuenit ſputũ ſanguinis longũ, facile tñ,
etiá cùm emungeret nares, aliqnid ſanguinis excer
nebat. Octobri mẽſe denuo cepit exſpuere ſangui
nẽ ſomno correpť, perdnrauitq; hæc excretio per
octo dies, cui ſuperuenẽre tormina vẽtriculi & in-
feriorũ maximè: ſuperuenit vumitus etiá inſignis
ſanguinis concreti, vt ferè paluim integrá vnà cum
cibo impleuerit. Inde qeuit vſq; ad Decembré, quo
iterum erupit ſanguinis vomitus vnà cũ cibo. Tan
dam etiá menſe Martio exſpuere cœpit ſangninem
aluo fluẽte per octo dies, vbi prodierũt liquida, ni-
gra, fœtida, variorũ colorum. Cum alui fluore con-
iungebatur torminis ſpecies: facta excretione ceſſa-
uit: ité & cœpit excerni ſangnis. Acceſsit nũc febris
quotidiana cõtinna, alui fluor adeſt, excernit varia;
liquida modò & limoſa nõ valdè atra, modò ſubru-
ſa, cum plurimis cruditatib. pituitoſis: adſunt & fe-
ces craſsioras. Habitus eius ſatis calid' cognoſcitur
ex magnitudine & amplitudinc venarum. Mores
quoq; & polſos cor calidũ argoũt. Capitis calidita-
té oculorũ venę & excreméta interdum ſalſa oſté-
dũt. Cęterũ ſanguiné credo manaſſe ex hepate, qđ
aliqoa imbecillitate laborás & qualitaté ferre non
potés excreoerit ſanguiné. Nam facta eſt inflamma
tio in pueru primũ nato, quę indicat labé ſanguinis
calidioris, qui nõ potuit ratineri in ſua ſede, inſuper
etiá dyſenteria ipſa quę ſnperuenit. Redditis dein-
de inteſtinis ipſis calloſiorib. fortè & robuſtiorib. vt
non admitterẽt excremẽta illa, retento ſanguine &
factis obſtructionib. in febres incidit æſtiuaa. Cũq;
ex priori fluxu ſanguinis hepar imbecill' factũ ſit,
vt nõ potuerit continere materiá ſanguinẽ: idcirco
excreuit illum per ſuperiora, eò maximè qđ in ipſo
ſputo ſentiat acrẽdinẽ quádam, via aũt eius procul
dubio eſt in faucibus, ſiquidem per ſcnatũ eductus
eſt, & ſenſit dolorem aſſcendenté ad iugulum, quẽ
poſt breue ſpacium ſubſecutum eſt ſpntum ſangui
nis. Verùm viæ ipſæ videntur ineptæ ad hãc excre
tioné, quia exiles ſunt illæ, quæ à caua vena ad gut-
tur perueniunt: niſi fortè dicamus venas illas exi-
les capillares dilatatas fuiſſe ex vehementi voce
qua vtebatur in legendo. Nihilominus credo ego
potiùs ſanguinem hunc excerni à ſuperioribus ve
nis ventriculi, quæ inſtar corunæ cingunt orificiũ
eius, in vena portarum exortæ, per quas expurga-
tur materia, quæ aliàs per inteſtina ſolebat axcer-
ni, per febresque abſumi, præcipuè cùm ſanguis
natura ſua exilire ſoleat, inſuper œſophagus ipſe

A in ſe contractus ad ſnpariora expulerit, ſcreatu id-
ipſum adiuuante, qnt id quod in principio eſt œ-
ſophagi & tracheæ enaenat. Quare ſanguinis ſpu-
tum cauſam habet non exulcerationem ventricu-
li, quia abſq; ſanie, & dulore fit, neqne læditur à re-
bns acribus: ſed ἀναῤῥήξιν vaſorum ſubitá, ex qua
cùm maxima taudem exierit copia, nec putuerit
per œſuphagum ſtatim expelli; factum eſt, vt in
ventriculum defluxerit & ibi concretus tandem
B cum cibo per vomitum fuerit reiectus. Quòd au-
decim annos affligitur. Tumor porrò eſt durus &
renitens, ergo ſcirrhus: aut potiùs σκλήρωμα, quod à
ſcirrho differt. Nam cùm in ſcirrho ſint ſigna gra-
uitas & ſegnities ad motum, & cùm protrahitur, et-
iam hydrops: at verò hic adſit quidem grauitas, ſed
ſit ſatis agilis, ideò non ſcirrhus, ſed σκλήρωμα vteri
erit. Cæterùm tumor iſte non ſemper ſeruat ean-
dem figuram & ſitum, quia ad duritiem in vtero ac-
cedit materia vel tenuis, vel flatulenta, vt videatur
mutare locum ſuum, flatu ipſo deſcendente: atta-
men ſemper redit ad tumorem orbicularem. De
loco tumoris multæ occurrunt difficultates. Nam
ſi conſiſteret in cullo, perciperetur ab obſtetricib⁹.
Ergo videtur aut in ore vteri aut in fundo eius ſe-
des eſſe. Verùm ſi in ore, os vteri conuerteretur, &
in coitu perciperet ſummos dolores at in coitu li-
cèt non percipiat delectationem, tamen neque do-
lorem ſentit. Ergo veriſimile eſt in fundo vteri eſ-
ſe, & quidem in ea parte ſundi quę eſt circa os, quia
inclinat ad coxam ſiniſtram, accedente ſcilicet no-
ua materia, quam crediderim eſſe & pituitá & me-
lancholiam: vt plus tamen de materia lenta & pi-
tuitoſa adſit. Suppreſsionem mēſium credo ex in-
ordinato victu prioris vitæ occaſionem habuiſſe.
Nam quibuſuis eduliis craſsis veſcuntur Hunga-
ri, & decies vel ſæpius in die, vinis item fortibus v-
tuntur. Vnde cùm & iſta nobiliſsima Domina eſ-
ſet conſueta bibere vina fortiſsima, iecur ſupercale
factum materias aduſtas generauit, quæ cum pitui
toſis permixtæ fecerunt vt σκλήρωμα fieret. nam ag-
grauata à ſanguine feculento per hæmorrhoidas

A expurgabatur. Vnde credo & feculentum & craſ-
ſam materiam in cauſa eſſe ſcleromatis. Ventriculi
& omnium membrorum concoctionis imbecilli-
tatem, quæ apparet ex ſpuma & turbulentia lotij
priuati omni hypoſtaſi, credo prouenire ex potu
aquæ frigidæ: nam conſueta priùs vinis fortibus
ex mutatione tanta maximoperè læditur. Vt cure-
mus, euacuabimus, materia priùs præparata, ſcili-
cet emollita & liquidiore facta, primùm toto cor-
B pore euacuato. Præſagij loco ſciendum, quòd etſi
durities vteri raró ſanatur, propter ſuſceptam ma-
teriam penitùs imbibitam, tamen quia eſt ſcleroma
& ad os vteri magis vergit, vbi eſt carnoſitas quæ-
dam, ſanari forſan poterit. Quòd poſsit concipere
vtero affecto, non exiſtimo, cùm ſit frigidiſsimus,
quod patet ex ſemine mariti, quod ſubitò emittit
frigidiſsimum. Sed neque, ſi ſanetur, cùm vir agat
quinquageſimumquartum annum, mulier trigeſi-
mum quartum, videtur concipere poſſe, vtero ad-
C eò frigefacto ex morbo diuturno quatuordecim
annorum. Sectionem venæ in muliera, quæ ſupe-
riori anno fuerit planè euacuata & exhauſta medi-
camentis, non tentarem: ſed expurgarem pluries
& ſenſim, ac inter cætera pilulis de tribus cum rha-
barbaro. Pro euacuatione autem humorum melan
cholicorum laudarem radices ellebori nigri, & vl-
timó cochias cum elleboro. Expurgato toto, expur
garem & vterum, per peſſaria propria, de quibus a-
gitur 5. de ſimplicibus: vt ſi fierent ex colocynthi-
D de permiſta cum aliquo, quod illius calefactionem
& acrimoniam retunderet, cum lana & bombyce,
&c. Potus thermarum placet, ſi ſint nitroſæ parum
& remiſſæ caliditatis, vt Aquarianæ, quas curabit
aduehi. Sic enim expurgabuntur cruda excremen
ta, temperabitur iecur & ipſe ventricolus robora-
bitur. Illas autem vidi Florentinæ per aliquot an-
nos durare. Pro emollitione ſint olea, pinguedines,
ſuffitus, inſeſſus, &c. Laudo maximè vt expurgato
toto, dorſo & pectini cucurbitulæ adbibeātur pro
E deriuanda materia. Gummi illa, vt ammoniacum
& bdellium diſcutientia tantùm videntur, non au-
tem emollientia, quia admodū exſiccata aduehun-
tur: Galenus autem, qui habuit recentia, in illis e-
mollitionem agnouit. Pro inſeſſu quia omnes lau-
dant thermarum aquas nitroſas, vel bitu minoſas,
Aquarianæ, vtpote nitroſæ, concedi poſſunt: Illæ
autem, quibus eſt vſa, ſunt valde calidæ & ſulfu-
reæ, & ideò nocuerunt. Ad decoctum guaiaci &
ſarſam parillam proculdubio deueniendum, cùm
F non ſit in regione calida. quia decocta illa diſcutiūt
etiam ſcrofulas. Aquæ potus etſi videatur admittē-
dus eſſe, propterea quòd non velit redire ad vinū,
&, cùm tota eſſet emaciata, omiſſo vino, ſemper &
continoè hauſta aqua meliùs ſe habuerit: ego ta-
men nó probarem aquam, etiam ſi ſanaretur à ſcir-
rho, quia maximè infrigidaret vterum. Ideò vinum
album optimè lymphatum bibat, & ſenſim incre-
ſcat. ſic enim & abſtemij naturâ ad vini potum ſont
deducti.

G

Crassvs.

Tumorem credo non admodum inſignem nec
magnum, quia aliàs tanto tempore non potuiſſet
durare, nec ita recuperare ſanitatem. Quòd autem
tumor mutet ſitum & figuram, id fit propter flatus,
qui & ratione vteri & ventriculi generantur aſsi-
doè,

duè, & ideò materia non eſt craſſa, cùm etiam ali-
quando aueneſcat tumor. Cauſam morbi credo
fuiſſe materiæ multitudinem præcipitatam ad ea
loca, præcipuè cum ſuppreſsi eſſent menſes, quæ
dein ex medicamentis externis fota eſt, calidis &
ſiccis, ita vt materiâ tenui reſolutâ craſſa fuerit re-
licta. Adde & victus rationem inordinatam. Vnde
eſt ſcirrhus ſiue ſcirrhoma, quia iſta non dicuntur
niſi ratione loci, ſcirrhus quidem ſi in ea parte fue-
rit ipſius fundi, quæ neruoſa eſt. non quòd ſit na-
turæ neruoſæ, ſed quia extenditur & dilatatur &
contrahitur ſicuti neruus. Credo curari poſſe. &
quidem hac via, vt, cùm ex materia conſtet morbus,
ille remoueatur ex loco, quod fiet, toto priùs purga
to, cùm adhuc noua generentur excrementa ex v-
ſu aquæ frigidæ. Hippocrates 3. de vict. acut. & Ga-
lenus 7. Method. dicunt ex potu aquæ puræ nul-
lam ſequi vtilitatem, quia parit flatus: ſed quòd vi-
ſa ſit iuuari ad aqua frigida, illud credo fieri, quia
hanc iam aſſueuit, & contraria contrariorum ſunt
remedia: nam nulla aſſuefacta vinis potentibus,
iuuari viſa eſt aquâ frigidâ. De ſectione venæ hoc
obſeruãdum: cùm ceciderit ſuperiori anno in ma-
ciem, ſi ſecemus venam, timendum, ne eo denuò
relabatur: ſin fieret robuſtior, cùm habeat venas
plenas, parcè laudarem fieri ſectionem: quod ta-
men committo iudicio Medicorum, qui illam cu-
rabunt. Quo ad purgationem corporis, leniatur al-
uus cum hiera, diacatholicone &c. caſsia, electua-
rio lenitiuo. Euacuarem cum pilulis cochiis confe-
ctione hamech, corticibus ellebori nigri. Purgato
corpore, euacuentur & materiæ in vtero, vt colo-
cynthide correcta, ſucco cyclaminis. Pro diſſolu-
tione ſcirrhi, licet multa ſint tentata, tamen denuò
eadem repetenda, quæ vim habeant fundendi &
molliendi, non tamen valde calefaciendi: cuiuſmò-
di ſunt multa olea, medullæ, reſinæ, &c. 5. de ſim-
plic. medic. 2. ad Glauconem 14. Method. & quam-
uis gummi tranſmarina exſiccata planè apportẽ-
tur, tamen vtendum illis quæ habemus. Peſſaria
non multùm proderunt, cùm non ſit in collo ſcir-
rhus. Ideò per inſtrumentum conſulerem infundi
in matricem decocta. Aquis etiam thermarum v-
tendum cenſeo, cùm vterus ſit frigidus, & humi-
ditas præternaturalis impacta illius ventriculis: itẽ
per inſeſsionem & potum guaiaci decoctum ex-
pertus ſum nunquam bene eueniſſe in huiuſmodi
ſcirrhis, quemadmodum & nuper in ſcirrho mam-
millæ cuiuſdam monachæ, cùm non bene cederet,
coactus ſum illud relinquere. Si enim admixta ſit
materia melancholica huic ſcirrho, timendum, ne
efferueſcat, quia, vt dicitur quinto de ſimplic. medi-
cament. ſcirrhi cum materia melancholica ſapiunt
naturam cancri. Sarſæ perillæ potus mihi ſemper
bene ceſsit, & nunc exhibeo cuidam matronæ, quę
vlcus habet & tumorem in vtero. Quod attinet po
tum aquæ, licet eâ delectetur & iuuetur, hortarer
vt deſiſteret & deligeret vinum debile, vel cum a-
qua miſceret. Quod quæritur, an permanente ſcir-
rho poſsit concipere, minimè fieri poſſe exiſtimo,
quia nunc ſtatim eiicit ſemen viri, & ſine delecta-
tione: quamuis & quaſdam mulieres ſciam affir-
mãtes ſe cõcepiſſe abſq; delectatione Vtrùm curato
ſcirrho concipiet? Videndũ cuius ſit ſtaturæ, an
hũ lumbi, latum ſumeo, mãmillę & clunes extãtes:
quæ ſi adſint, ſpes eſt: ſed cùm non multum men-
A ſtruorũ emittere ſoleat, videtur naturâ eſſe ſterilis.

TRINCAVELLIVS.

Naturalis temperatura calida & ſicca, ex colore
corporis, promtitudine agendi, macie corporis. Ie-
coris calidi & ſicci, item & cordis, cùm facilè iraſca-
tur & placetur. Ventriculi imbecilli, & item vteri;
nam multa ſigna cruditatis, item quia circa ſumen
gracilis & non pinguis eſt, indicant ventriculi im-
becillitatem, qui ab illis partibus foueri ſolet: cre-
B do & humidum fuiſſe. Vterus frigidus eſt ſuapte
natura: nam ſi eſſet calidus & humidus, & menſes
profluerent copioſiores & ordinatiores: præterea
ſignum vteri calidi eſt fęcunditas, at illa non eſt fę-
cunda, cùm iam decimoquarto anno eſſet nupta &
vigeſimo tandem inciperet laborare. Quòd porrò
aliquando in cibi faſtidium incidit, non propter
frigiditatem hoc accidit, quia intemperies frigida
potiùs appetitum prouocat, nec adeò frigida tem-
peries fuit, quæ deiecerit appetitũ. Ergo e bile ipſa
C prouenit deiectio appetitus. Cæterùm, cùm appe-
tamus ſimilia in temperie naturali, in præternatu-
rali cõtraria: inquirendum hìc eſt, cur ventriculus,
cùm frigidus ſit, appetat frigidam: Sed reſponderi
poteſt, cùm ſit inæqualis temperies viſcerum, cali-
da & ſicca iecoris, ventriculi frigida & humida, exi-
ſtimandum eſſe à iecore deferri ad ventriculum bi-
lem, quæ & appetitum deiicit, & ipſam ſitim pro-
uocat & facit vt aquam appetat, vtpote contrariũ
ſuum: nam ſi in ventriculo eſſet putredo, quæ illud
D cauſaret, laboraret certè ventriculus. Quare vel ni-
mis calida hepatis temperies in cauſa eſt, vel adeſt
inæqualis temperies in ventriculo, in ore calida, in
fundo frigida. Neque à pituita ſalſa deiectio appe-
titus prouenit, quia nihil percipit ſalſedinis. Adde
quòd hæmorrhoides habet frequentes, vnde hu-
mor exuſtus generatus eſſe videtur. Vterum frigi-
dum eſſe apparet, cùm coitu non delectetur, & acri-
monia careat ſemẽ, vt poſsit titillare, ex natura ſua
& mala victus ratione: vnde & ſua natura infęcun-
E dam credo. Morbus eſt tumor præter naturam, re-
ſiſtens tactui, ſine dolore: durus ergo, vel ſcirrhus,
vel cancer: non cancer, quia non adeſt perſtans do-
lor nec ardor: ergo ſcirrhus, & quidem non exqui-
ſitus, quia adeſt ſenſus manifeſtus dum tractatur,
& dolores illi excitantur à materia flatuoſa. Nã ſcir-
rhus exquiſitus eſt à materia pituitoſa craſſa & in-
durata, in qua aufertur omnis ſenſus. non exquiſi-
tus, à materia melãcholica: quãuis & materia adſit
pituitoſa. Eſſe aũt materiam melancholicam appa-
F ret, q; ſuppreſſæ ſint hæmorrhoides & menſes, pręc-
ipuè cùm in tẽpore menſiũ intumeſcat magis lo-
cus & doleat. Sed q; tumor iſte mouatur aliquan-
do ad os pubis, aliquando ad coxã deſcendit, ſiqui-
dem oportet in membro ſit, quod mouetur: refero
hunc motũ in craſſam vẽtoſitatem. Et quia ceruix
per cõſenſum aliquãdo patitur intumeſcitq;, ideò
tũ figura oblonga videtur. Augmentum aũt tumo-
ris fit, ex materiæ affluxu. Quatenus ad prognoſti-
cũ ſpectat, monialem curari vidi ex ſcirrho ſex mẽ-
G ſiũ in vtero, ſed nullam aliã Ideoq; & hic tumor cũ
ſit inueteratus, iamq; exſiccatis partib. tenuioribus
per medicamenta calefacientia & exſiccantia, à mu
liercnlis adhibita, materia reddita ſit contumax: in-
ſuper cũ etſi melius habeat quo ad alias omnes o-
perationes, ſcirrhos tñ permaneat: affect⁹ hic ferè in-
curabilis videtur. Sed etiã curato ſcirrho, cõcipere

nequaquam poterit, idque propter maximam intemperiem frigidam, quæ niſi valentibos calefacientibus corrigi nequit. Ac vt maximè illa adhiberentur, metus tamen eſſet, ne tandem deſinat in cancrum, in corpore pręſertim naturâ calido, vt Galenus in libro de atra bile ait. Veruntamen ſi nihilominus curatio tentanda ſit, cùm murbus materialis ſit, calefaciendum moderatè, emolliendum & diſcutiendum eſt, &c. Corpus tamen ſiquidem excrementoſum eſt, priùs euacuandum tutum; vbi cautè procedendum. Mittere ſanguinem non auderem, quia miſsio ſanguinis ex venis ſuperioribus ſupprimit menſes: ex inferioribus attrahit ad vterum ipſam materiam. Hæmorrhoides igitur aperirem, quod credo præſtari puſſe vſu medicamentorum. Expurgarem corpus, quia debile eſt, leniter, vomitu maximè, quia euacuat & reuellit, rũ etiam quia valde concutit. Verùm ante hoc decoctum ſenæ, ex lacte caprino exhiberem, vt priùs materia ipſa diuerteretur, quàm vehementer concuteretur. Tandem ad localia deuenirem, quæ amolliunt & digerũt, emplaſtris, iniectionibus, peſſariis, &c. vellem quoque infundi vſque ad vmbilicum in oleo dulci, & ex ſemine lini, in quo eſt vis emolliendi & digerendi. Inde cùm diſcutientibus & reſoluentibus agerem: item cum gummis, cum quibus emollientia miſcẽda, vt oleum amygdalarum dulcium, ſi nimis exſiccarant. Ceratis etiam vterer. Et ſimilia iniicerem vtero, oleum ex liliis albis, viola matronali, amygdalarum dulcium, &c. Et his magis vterer, quàm peſſariis, quia minùs exacerbant. Educentibus menſtrua non vterer, qoia valde exaſperant locom. In principio inter euacuationem cum caſsia aut diacatholicone, commiſcerem hieram. Nam ſiue appetitus aquæ ex humore bilioſo, vel ſalſo proueniat, educeror hoc modo iſtis lenib. Decoctum ligni darem hac ſolùm ratione, vt aſſueſceret bibere aliud quàm aquam. nam vidi quidem huius vires maximas in morbo gallico, ſed non itẽ in aliis. Sed & ideò quòd noo valde calefacit. (vidi enim in febrib⁹ exhiberi) nec exſiccat, cùm habeat partes vnctuoſas: & diſcutit etiam. Aquæ thermarum in potu Aquarianæ conducent, itèm balnea S. Bartbolomæi. Ad lotiones autem, cùm omnes aquæ attenueot & exſiccent, non emolliant, non credo multùm profuturas. De ſarſa parilla eadem eſt ratio, quæ de ligno, qoamuis lignum magis laudarem, quia videtur magis diſcutere, licet nec illa emolliat.

ODVS DE ODIS.

Habet venas paruas, ſed apparentes & plenas, & ideò dubium, num à principio fuerit calidi & ſicci temperamenti: nunc quidem eſt propter vina fortia, quibus vſa eſt. Et ideò licet à principio fuerit frigida, quia venas habet paruas: tameo proceſſu temporis temperaturã aduentitiã calidam eſt ſortita. Quod dicitur, eã, ſi fuiſſet calidi vteri, dum non ægrotaret, fœcundam futurã fuiſſe, animaduertendum, ſterilitatem iſtam noo accidiſſe ratione frigidi vteri, ſed potiùs, quòd immatura adhuc viro iuncta fuit, qua ratione matrix ita debilitari potuit. Quo ad vires præſentes, & murbum, puſſet mitti ſanguis, ſed prupter futuras non licet. Si natura tẽtaret euacuationem per bæmurrhoides, ſummopere iuuaret, tum pro euacuatione, tum pro deri-

A uatiune ab vtero. Vomitus coouenire poſſet, niſi in cauſa eſſet vehementis concuſsionis io corpore. Aquis thermarum mediocriter calidis in potu vtatur: ſic enim remiſsio fiet malæ temperaturæ ventriculi & vteri, & euacuaretur materia. Si alia noo conferant, etiam decoctum ligni aſſumi poſſet. Vidi enim plurimos tumores hinc accepiſſe vtilitatẽ, licet oon prorſus fuerint ſanati. Cùm tumor ſit maximè exſiccatus, ideò humectandus & emolliendus

B mediocriter calidis & humidis: miſcẽda etiã diſcutientia. Si hæc non profuerint, eo vtendum, quo Galenus fuit vſus, qui pyriteo ſeu lapidẽ molarem excandefactum aceto infundebat, & ſuffitu iſto tumores in chordis & ligamentis remouere tẽtabat: nam omnia ſunt tentanda. Et quamuis ſanetur, tamen cùm tanta adſit intemperies vteri, non credo quòd concipere poſsit: qoia propter frigiditatem membranæ non puſſunt adnaſci vtero, quæ fœtum cõtineant, nec ſanguis pro alendo fœtu po-

C teſt attrahi bonus, ſed tantùm feroſos & aquens.

NOTA.

¶ Vteri ſcirrhus cum affectu hypochondr. vide tit. Melanchol. hypochondr. Conſilium 41.

Menſtruorum ſymptomata.

CONSILIVM LXXIII.

D *Menſium ſuppreſsio primò: deinde profluuium hæmorrhoidum dolor & tumor.*

SI rectè mihi videor ea percipere, quæ literis cõmiſſa legi, quatuor præſertim prauis affectibus illuſtris matrona anno ſuperiori fuit obnoxia: (licet in pręſentia bene ſe habere illi videatur) ſi tamen affectus, vt ſecundo Methodi ait Galenus, ex

E ipſis ſymptomatibus nuncupationem aliquando habere ſolent. Ac hi non modũ diuerſi fuere, ſed ex aliqua etiam parte contrarij: nam quamuis fortaſſe potuerint ortum habuiſſe ab vna prima & communi cauſa, neceſſe tamen eſt, ſi ſymptomata fuerint diuerſa, & aliquando contraria, quòd proximas & priuatas cauſas aliqua ratione diuerſas habuerint. Affectus autem, vel, ſi potiùs ita loquendũ videatur, ſymptomata hæc fuere, menſium ſuppreſſio, immodica eorundem eruptio, muliebre proflu

F uium, dolur vehemens & tumor hæmorrhoidum. Hæc videntur præcipua, & quæ magis afflixere, reliqua verò ex magna ſaltem parte, ſi non omninò, ab his defluxere, nempe tarda & languida concoctio, flatus, aliquis tomor ventris & faciei, & quaſi initium mali habitus, poſtremò dolor capitis. Et qoia pleraque horum ab aliqua iotemperatura pẽdent, aut vniuerſi corporis, aut alicuius vel pluriũ principum particularum, aut aliarum, quæ plurimam cunnexionem vel conſenſum habeot cum

G principibus: fieri noo poteſt, vt rectè & ex methodo conſulamus, qua ratione poſsint hi affectus depelli, ſi aliquæ adhuc ſuperſint eorum reliquiæ, vel ſaltem quo pacto poſsit à Medico illa cuſtodiri, quò minùs iterum in eoſdem relabatur, niſi horum omniom rationes ſint nobis perſpectæ: ideoque quò breuiùs poterimus, borum omnium cauſas ſcruta-

ſerutabimur:& cùm morbus ſit lapſus,vel receſſus
à ſanitate, nec ſufficiat ſolùm nouiſſe quis ſit mor-
bus,ſed non minùs etiam ſit præterea neceſſarium,
tenere quantus ſit is morbus, qui præſens nobis
curandus offertur, hæc omnia diſquiremus, vt his
tanquam pręcipuis fundamentis innixa oratio re-
cta methodo progredi poſsit. Plurimum verò, ni
mea me fallit ſententia, ad inueſtigandas horum
omnium ſymptomatum cauſas, referebat nouiſſe
quod eorum præceſſerit, quodq; ſubinde ſequu-
tum ſit. Etenim ſi horum omnium prior extitiſſet
menſtruorum ſuppreſsio, quæ poterat habere or-
tum à morbo in via, nempe ab obſtructione vena-
rum vteri,qui princeps & primus videtur fuiſſe lo-
cus affectus, in hac illuſtri domina, inde ſerie qua-
dam alios omnes affectus,tanquam à primario fon
te defluxiſſe,facilè & rationabili coniectura putare
poſſemus. Sed & iſtarum obſtructionũ cauſas non
eſſet difficilè inueſtigare,ſumta iſtius rei occaſione
ab illis, quæ tradita literis ab excellenti medico di-
ligentiſsimè fuerũt. cùm enim vitam degeret qua-
lem pleræq; nobiles matronæ degere ſolent, nem-
pe otioſam magna ex parte, alioquin tamen ſplen-
didam & opiparam, vt nobiliſsimã illam familiam
decet, & illi in more eſt, fieri ferè nequit, quin tan-
dem cõgerantur excrementa craſsiora & crudiora,
quæ ſimul cum ſanguine, præſtita illi occaſione ex
aliquo pręterea errore in victus ratione, ad vterum
quaſi ad cloacam, qui tum ad expiationem vniuer-
ſi corporis muliebris, tum propter alias cauſas om-
nibus notas, à natura inſtitutus & genitus eſt, dela
ta, illas obſtruxiſſe potuere, ac intercepiſſe tranſitũ
menſtruis purgationibus. Quantum autem labis
& incõmodi afferre poſsit excremẽtoſus is ſanguis,
ſi retineatur, introq; receſſerit, primùm ventriculo,
& iecori, mox verò & reliquis viſceribꝰ, vel ipſæ et-
iam mulieres norunt, quæ dum vtero gerunt, pri-
mis præſertim menſibus ſæpè vomunt, plurimùm
exſpuunt, ventriculus illis eſt inflatus ſpiritu flatu-
lento, aliquibus œdemate pedes intumeſcunt, aliæ
& decolores fiunt. crudior enim & frigidior eſt is
excrementitius ſanguis, qui tum in multitudine fe
rè ſtrãgulans natiuum calorem, tum verò frigidio-
ri, qua prædita eſt, natura ſolet ventriculum ac e-
ius cõcoctricem facultatem labefactare, ſubindeq;
iecur, nec minus etiã vterum. Vnde natura à multi
tudine aggrauata & excitata, quæ nondũ vires ad-
eò amiſerat in hoc optimo habitu & temperatura,
vt facto impetu, non poſſet collectum ſanguinem
ad loca in mulieribus conſueta impellere, concita-
to motu, propulſa ea excrementoſi ſanguinis con-
gerie ad vterum, & illata vi venis, illiſq; apertis, fa-
cere ſibi viam poterat. Et cùm vterus, ac illius venę
imbecilliores eſſent redditę, non poterant modum
ſanguini erumpenti & profluenti imponere, vt de-
inde ex immodico illo profluuio, prædictis viſceri-
bus addita ſit imbecillitas, maiorq; pręſtita occaſio,
cur non admodum feliciter, in concoquendo, ſuo
fungerentur officio naturalia viſcera, maximeque
ventriculus & hepar. Vnde multã pituitã à ventri-
culo genita, multoq; aquoſo, frigido, ſeroſoq; ſan-
guine ab hepate, illiſq; ad vterũ expulſis, muliebris
profluuij cauſa fuere, quòd hac deinde de cauſa di-
uerſorum colorum erat: albus etenim color pitui-
tam demonſtrat: ruber verò ſanguinem, & illum
vitioſum, vtpote ſeroſum: flauus alicui bili atteſta-

A batur, quæ in hac temperatura & ætate non poteſt
non generari in aliqua copia. Poſſunt hæc item ea-
dem excrementa, ex aliqua corruptione vel putre-
dine, in viridem colorem degenerare. Cæterùm ſi
interdum vi medicamentorum, & curationis à me-
dicis adhibitę, ſiſtatur ſanguis menſtruus, vt nimis
illi fluenti occurrant, facilè tum vicinitate, tũ con-
nexione, quæ eſt inter has partes, diuertunt ea ex-
crementa ad mariſcas, quæ nimis poſtea repletæ &
B inflatæ dolent, præſertim, cùm is crudior ſanguis,
cui & pituita intermixta eſt, facilè in flatum digeri
poſsit, qui venas illas diſtendens ſubminiſtrat fo-
mentum dolori. Nam neque ſemper hæmorrhoi-
des increſcunt & dolent ex humore melancholico,
ſed & variis humoribus, vt & iuniores ferè omnes
affirmant, qui Rhaſin & Auicen. in hoc ſequuntur,
quiq; multas hæmorrhoidum differentias nouere.
Quod autem ab eiſdem excrementis ad has partes
defluentib. ortum habuerint tam vteri ꝙ hæmor-
C rhoidum affectus, apertiſsimè id indicat, ꝙ plerũq;
ſuppreſsis menſib. excitari ſolitus erat, tũ dolor tũ
tumor hæmorrhoidum, qui fluentibus menſtruis
quieſcebat. Quo aũt pacto, ex non proba tam ven-
triculi quàm iecoris concoctione, corpus decolor
potuerit euadere, tumidiq; pedes & oculi, & tandẽ
ſuperuenire quidam quaſi malus habitus, non eſt
cur à nobis ſit referendum, cùm nulli medico hoc
obſcurum ſit, vt neq; illud, quo modo, cùm excre-
menta hæc à natura commota, vt ad vias excretio-
D nis illa impellat, mouentur, à vaporib. ab illis exci-
tatis caput petentibus dolor concitari poſsit. Hanc
ergo omnium horum affectuũ ſeriem, ſi prior fuit
menſium ſuppreſsio, hoc modo inde defluxiſſe pu-
tarem. At ſi præceſſerit immodica eorundem eru-
ptio effuſioq;, inde pariter petenda eſſet princeps
cæterorum omnium occaſio. Ac dum habitum &
temperaturam conſidero, præterea verò & victus
rationem, non poſſum non niſi in hanc ſententiam
deſcendere, quòd id acciderit tũ ratione copiæ ſan-
E guinis in hoc corpore congeſti, tum etiam qualita-
tis eiuſdem. Nam quãuis omnia, quę de illuſtri ma-
trona relata legi, oſtendant eam nõ parum eſſe ſan-
guineæ naturæ: nonnulla tamen etiam oſtendunt,
illam quoq, eſſe bilioſæ ſatis inſigniter participem.
Nam etſi ſit bene colorata ſuapte natura, hilaris, co-
mes, eſt tamẽ etiam facilis admodum & prompta vt
iraſcatur, vehementerq; excandeſcit cùm iraſcitur:
quamuis poſtea à plurimo ſanguine retuſa bili, fa-
cilimè citiſsimeq; ſedetur & miteſcat. A multo itaq;
F ſanguine, eoq; calido, atq; etiã à miſcella bilis red-
dito calidiori & tenuiori, irritata facultas expultrix
valida, poteſt tantò impetu ad vterum illum amã-
dare, vt vi apertis venis, confertim adeò erũpat, vt
detentrix facultas nequiuerit deinde illum immo-
dicè effluentem ita moderari, quin factã multã ſpi-
rituum & ſanguinis profuſione, vniuerſum corpus
euaſerit languidius & frigidius, exinanitã non exi-
guã copiã natiui caloris: præſertim verò vterus, ie-
cur, & ventriculus. Vnde facilè poterant ſerie qua-
G dam cętera ſequi: redundantib. enim cruditatibus,
obſtrui potuere venæ vteri, quæ ſubinde factæ im-
becilliores, redditæ itidem ſunt aptiores, vt cuiuſ-
cunq; generis excrementa eò cõfluentia ſuſcipiãt,
tum craſſa & lenta, à quib. ſolent obſtrui, tũ tenuia
& ſeroſa, vel aquoſa, quæ continenter ferè defluen-
tia ad locos, poſſunt concitare profluuiũ illud mu-

A

liebre. Sed ſi profluuiom tempore prins extitiſſet,
tiihilò ſeciùs ab illo potuiſſent cætera omnia ordi-
ne quodam ortum habuiſſe, hoc ſanè modo : cùm
enim fuerit alioquin nobilis hæc matrona, optimi
ferè & ſalubris tum habitus, tum temperaturę, nul-
la poteſt rationabilis cauſa afferri, vode poſsimus
cogitare, quòd ex aliqoa naturali propenſione oc-
caſionē habuerit hoc vitium, cùm nulla viſcera vi-
deâtur in hoc corpore à natura procreata adeò in-
temperata, vt inde cauſa aliqua poſsit peti iſti⁹ in-
commodi: confogiendum ergo eſſet ad externas &
procatarcticas, præſertim ad errores in ratione vi-
ctus, à quib. & ventriculi ſit labefactata princeps fa
cultas, & præterea iecoris vel renū: ventriculi qui-
dem, ob ea alba excrementa, qoæ interdum excre-
ta cōſpiciuntur: iecoris aūt, vel renum, quia ſeroſus
ille humor, & ruber propterea multus excernitur,
quia ex errore ſecundę concoctionis multus in he-
pate genitor, aut quia à renib. non expiatur pro ra-
tione exigētiæ naturalis, ſanguis à ſeroſo excremē-
to, quod mixtim cū ſanguioe fluens, illum tenuio-
rē & ſeroſiorem, q̃ par ſit, reddens, efficit vt ad fluo-
rem ſit promtior, ſit etiam magis vitioſus, & ad alē-
dum ioeptior, vnde à natura reiectus, facilè cōfluit
ad loca in mulierib. excretiooi accōmodata. Quòd
verò diuturoius factū hoc profluuium poſsit om-
nia viſcera frigidiora reddere, & vniuerſum tādem
habitum corporis, demōſtrant medici omnes, præ-
ſertim Galen. Aetius, Paulus, dum ſigna indicantia
honc affectum exponunt, quæ ſunt malus color,
ſubtumidi oculi, flatus plorimus, & malos habit⁹,
& taodem aqua inter cutem, quæ itidem ab excal-
lenti medico diligenter in hac matrona & obſerua-
ta, & literis tradita ſunt. Non ergo iniuria à me fuit
quæſitum, à qoo habuerit initinm ſeries hęc malo-
rum, ſicuti poſt vltimum filium in lucem editum,
habuerit in vtero, & an abortū aliquando paſſa fue-
rit, quia ſæpè ex incommodis tom partus, tum ab-
ortus, ſolent ſequi bæc profluuia. Cùm verò ex his
quæ ſcripta legi, horum nullom fuerit definitnm,
illis, quæ ſcripta ſunt, quàm optimè per me fieri po
tuit, diligentiſsimè æſtimatis, eam ſententiam, in q̃
magis & potiùs iui, tandem exponam. Summa ita-
que vniuerſæ iſtius rei atq; vniuerſum inomētum
mihi videtur conſiſtere in frigida & homida, tnm v-
niuerſi corporis tom vel maximè internorum vi-
ſcerum intemperie : nempe ventriculi, hepatis, ac
rennm, qui & ipſi à nimia homiditate laxiores red-
diti, & à frigore langueſcentes, nequeunt ſanguinē,
à multo ſeroſo humore in iecore præ eius infirmi-
tate genito, purum, quantom ſatis eſt, reddere. ouę
quidem viſcera mutuò, & quaſi io orbem hos affe-
ctus fouere & augere ſolent, cùm vigent. Hioc ergo
tam proprię indicationes, quàio communes peteo
dæ ſunt. & ſubinde etiam ſcopi, qui in hac curatio-
oe ſpectandi ſunt : & cùm cooſtet, morbos omnea
hos io intemperie eum materia ponoodos eſſe, oe-
qoe poſsit alioquin tolli intemperatura quæ à ma-
teria ſouetur, niſi priùs detractâ materiâ, primùm
porgandom erit corpos, per eas videlicet partes, q̃
aptiores ſunt: deinde verò intemperies vitioſa cor-
rigēda, poſtremò imbecillioribus viſcerib. erit robur
addendum. Quia verò materia tū pituitoſa eſt, tum
ſeroſa, & ea copioſa, qoæ momentum in primis ha
bet ad vterum, ita ducenda eſt, vt tum ab vtero re-
uellatur, tom etiā aliò deriuetur. Statim ergo opor-

A tet aggredi vnioerſi corporis expurgationē, ita ta-
men, vt ſi quę ſint excrementa, ſicuti fermè non eſ-
ſe nequeunt, illa priùs coquantur & ad purgationē
parentur : niſi quòd ſemper in bis frigidiorib. intē-
peraturis, circa ventriculum, inteſtina, communeſ-
que venas, crudiora cōgeri ſolent excrementa, quæ
obſtant, quò minùs facultas medicamentorum fa-
cilem poſsit tranſitum habere ad penitiores partes.
Ab his ergo, mea ſententia, eſſet auſpicandum, vt &
B hac ratione corpus magis fluidom redderetur: q̃d
tamen lenib. medicamentis eſſet agendum, illis ſa-
nè, quæ ad remotiora loca, quàm primæ illæ venæ
ſint, pertingere non poſſent. Ad hoc autē officiom,
oullum pręferrem medicamentum hieræ ſimplici,
cuius puluerū ʒ.ij. acciperem, vel pauló plus, qoan
tum tamē magis opportunnm videretur excellen-
ti Medico, qui vſu ipſo poteſt illius corporis, quan-
tom ad facilitatem ſolutionis pertinet, maiorem ha
bere peritiam: hieræ autem adderem ℥.s. caſsiæ, vel
C aliquantum ſyr. roſ. ſolutiui, atq; boc medicamen-
to cōmunes illas materias deponerē: mox verò ag-
grederer tū apparatū, tum etiā reuulſionē & deriua
tionē horum excrementoſorum bumorum. Reuul
ſio quidē, ni fallor maximè apta eſſe poſſet vomit⁹,
pręſertim ſi multam pituitā reſpexerimus q̃ præſefe-
runt alba illa excrementa. pręcipoè igitur vomitus
mibi probaretor, ſi facilis ad vomitū eſſet, alioquin
aūt nollem violenter illum excitare. Sed & ſectâ ve-
nâ in brachio, fieret quidem vehemēs reuulſio, ve-
D rùm cùm ita inmutatus & refrigeratus ſit vniuerſi
corporis habitus, vt propenſa videatur io aquam
intercotem: (nam & decolor facies, & ſubtumidi o-
culi, pedesq́; œdemate in maiorem molem elati, v-
nà etiam cum abdomine, videntur mooere medi-
cos, vt in hac cauti ſint:) ideò non facilè adduci poſ
ſem, niſi aliud quidpiā, præter illa quę hactenos le-
gi referantur, vt putarem poſſe illi eſſe vtilem venę
alicoius ſectionem: vnde alia ratione & via cogita-
rē corpus eſſe exinaniendom, & mox deriuandum.
E Ad apparatum autem iſtorum humorum, atq; vt
fluidum corpus redderetur, partimq́; vt ea materia
aliò derioaretur, mihi q̃ maximè probaretur deco-
ctum confectum ex agrimonio antiquorum eupa-
torio, item & cetrach, quod ſcolopendrium eſſe eredi-
mus, & ex abſinthio. tiā eupatorium citra caliditatē
inſignem, mirificè amicum iecori eſt, illud roborās
ſi quod aliud, eiusq́; obſtructiones aperiens (vode nō-
oulli illo ad cieoda lotia vtnntur, neq; id abſq; ra-
tione, cùm tenui ſubſtantia conſtet, vel tennib. par-
F tib.) atq; præterea ſatis exſiccat: qnàm autem com-
moda ſint, quæ vrinas cieunt, hnic affectui, omnes
antiqoi Medici, vt Gal. Aetios & Paulus, prædicāt.
abſinthio verò ad roborādum ventricolū nullum
ferè accommodatius medicamentum eſt: & quam-
uis non videatur inſignis labes eſſe in liene cōtra-
cta, fieri tamen ferè nequit, vt hoc item viſcus iote-
grum ſit, cui optimū medicamentum eſt aſplenoo,
vel ſcolopendriū, quod & ipſum tenui cōſtat ſubſtātia,
vnde & ſtrāgurię vtile eſt medicamentū, & calculos
G in renib. atterit: quò ſit vt nō poſsim nō credere, quod
& ipſum quoq; vrinā prolectet. Huius aūt decocti
ex aqua parati acciperē ℥.iij. vel iiij illisq́; adderem
ſyr. ex cichorea ex deſcriptione Nicolai Florētini ℥.
ʒ. acetoſi diarhodō ℥ s hisq́; vterer, quoad vſq; pre-
ſenti & excellenti medico videretur ſatis, conſide-
ratis lotiis & alui, quæ ſolent obſeruari à Medicis.
Mox

Mox corpus porgarem, facilimis tamẽ, vt ſoperiùs
diximus, medicamentis, in qnibos rhabarbarum
eſſet præcipuom, quod ex ſupraſcripto decocto
macerarem: acciperem aotem illius ad ʒ.t.s. addito
potiùs ſquinantho etiam, quàm ſpica, & facta ex-
preſsione, diluto illi adderem mucbari, vel ſyropi
roſacei ſoluóut, quantum videbitur ſatis poſſe eſſe
ad purgaudum corpus iſtud: oiſi qnòd mihi etiam
probaretor, ſi ℈. t. eiuſdem rhabarbari triti ac in
puluerem redacti adderetor, vt eo aliquantiſper
fluxio ad vterum coerceretor. Poſtea verò per all-
qoot dies vterer paſtillis, vel trochiſcis ex abſin-
thio, vel ex rbabarb. vel ex eopatorio, à Meſoe da-
ſcriptis, ad ℈.ij. poſt quos ſuperbiberetur decoctũ
ex radicibos apij. petroſelini, aſparagorom, mihi vi
deretur ex raoone id fieri, vt ſuperuacuæ illæ hu-
miditates, per lotia ad renea & veſicam deriuaren-
tur, vt antiqui omnes, præſertim verò Galenos,
Paulos, & Aeóus inſtituère. Quod ſi iudicaret Ma-
dicos oondom plenè inanitum & purgatom eſſe
corpos, repetendom eſſe ſupraſcriptum, pharma-
cum putarem, vel ſi etiam illi ʒ.t. myrobalanorum
chebularum, in eodem decocto maceratarum ad-
deretur, id vtiliter fiari putarem. Sed qoia neqꝫ in-
utilis eſſet, oi fallor, auerſio iſtorũ excremantorum
ad cutem, ſudore excitato, prȩſertim plenè iam ex-
purgato corpore, ſi balneæ dumi pararentur ex de-
coctis earum rerum, quæ exſiccare & roborare poſ-
ſeot inferiorem ventrem, crederem vtile fore aoxi-
lium, poſteaquàm omnes in his affectibus hunc in
allis ſcopia poſuere, oempe exſiccare, & ſudorem
clere. Vode incoctis roſis, chamæmelo, betonica, a-
grimonio, radicibos fȩniculi, & aliis id genus ſim-
plicibos, vellem vt tali decocto inſideret, ibiqꝫ ali-
quandiu ſudaret. Sed & inunctio aliqua, qoa illina
tur vniuerſos inferior venter, non eſſet præter hoc
inſtitotum: ſicuti ſi acciperetnr oleũ abſinthinom,
nardioum, & maſticbinum, ſingulorum ℥.t. puloe-
rum aromatici roſ. ʒ.iij. ceræ quantũ ſit ſatis. Quod
ſi neqoe his cederet morbos pertinax, mihi nõ pa-
rum probaretur, vt thermis vteretur calefacientib.
& ſiccantibos, roborantibusqꝫ interna viſcera op-
portuno tẽpore, aot Porrettanis, aut Aqoarianis:
eas aotem eligerem, qnas magis ſtatus illius nobi-
liſsimæ matrunæ eo tempore videretur indicare,
vt eas biberet, itemque in eis lauaretur.

CONSILIVM LXXIIII.

Menſium ſuppreſsio.

IN caſu propoſito habemus mulierem, quæ labo
rat menſiom retentione & aliis ſymptomanbus.
In qoo negotio omiſsis iis, quæ ad morbi eſſen-
tiam & cauſas ſpectant, dicam de eorum ablatio-
ne, qoæ mihi præcipua viſa fuerint. Primum quidẽ
de menſium retentione, cùm in ȩtate anni quadra-
[illegible] plorimis an-
nis ſuppreſsi ſint, parum nobis ſperãdum. Verùm
qoia fortaſsis & capitis dolor, & nauſea, ac pedum
moleſtia, cum eorum aliquo tomore, nec nõ & mã-
millæ tumore, ab hac retentione menſtroorum de-
pendere videatur, omnibus modis conabimur oa
pronocare, nec deſiſtemus ab aliorum etiam abla-
tione. Quare inſtituatur victus ratio attenoans, vi-
delicet ex optimo pane, carnibus gallinaceorum,
perdicum, phaſiaoorum, suicularũ oemoralium,

A ouis recentibus: quæ cibaria com modico cinnam.
& croci condita ſint. Vtator vino albo aot ſaltẽ ru-
bro tenuiũ partium. Abſtineat à craſsis & viſcidis
omnib. cibis & caſeo, lacticiniis omnib. butyri pau-
ca quantitate duntaxat accepta pro coodimento.
Deambulet manè, ſi poteſt, ieiuoo ventriculo. fu-
giat omnia animi triſtia pathemata, curas ac malas
cogitationes, quantum eios fert conditio & prodẽ-
ria. Dormiat noctu, minimè verò meridie, niſi ob a-
B liquam caoſam noctem doxerit inſomnem. Quod
ad alui adſtrictionẽ, laudo vt vtator ferculis in prã-
dio factis ex beta aut ſpinacbia, non tamen ex cau-
lib. ſalitis: quæ condita ſint ex oleo oliuȩ aot amyg.
dol. aut, ſi iſta deſint, ex botyro admodum recenti.
Comedat in buuc vſum etiã caricas pingoes, vuas
paſſas, pruoa decocta cum ſacch. aut io vino dulci,
aut condita cum melle. fiat etiam ferculum eodem
modo paratum ex ſummitaõb. maluarum teneris
& mercorialis mulli, comedatqꝫ cum iis panem fa-
C ctum ex teouiore furfurum parte cum modica fari
oa, non tamẽ in multa quantitate: verùm duas aut
quatuor offas. Vuas etiã optimè maturas ante prã-
dium comedat, ſicut & ficus ſi ibi inueniatur. Su-
mat etiam aliquando ante cȩnam ʒ.s. aloes optimȩ
aot ʒ.t. pil. maſtichinarum. Aeris omnes euitet inio
rias, tam admodum calidi, qoàm frigidi, & maximè
ploniosi & flatooſi, quia plurimùm menſes ſoppri
muntur ob craſsitiẽ ac lentorem, licet etiam ex via-
rum anguſtia hoc fiat aliquando. Itaqꝫ vt eos pro-
D uocare valeamus, corpus òptimè expurgandũ etic
à talib. ſuperfluitatib. nec nõ & à melancholia. Qua-
re inprimis & aute omnia vno maoe aote prandiũ
per horam ſumat boc lenitiuum: ℞. caſsiæ nuuiter
tractȩ ℥.t. ſpec. hierȩ ſimp. ʒ.ij. cum ſacch. fiat bolos.
Deinde attenuandi & diſſecandi ac detergendi hu
mores erũt hoc ſyr. ℞. ſyr. acetoſi ſimp. de betou. de
ioa an. ℥.s. decocti betooicæ, cichorij, agrimoniæ,
ceterach, ana ℥.1. miſ. cùm his ſex aut octo dieb. vſus
fuerit, purgetur hoc pharmaco in aurora aſſumto:
E ℞. ſpec hieræ diacolocyntb. ʒ.1.s. diacath. ʒ.iij. cum
ſacch. fiat bolus. Et ſi temporis conditio tolerit, vt
poſsimꝰ etiam vterum expurgare, reiteratis iiſdem
ſyr. purgarem cum iſtis pil. ſumnis in aurora. ℞. pil.
cochiarum præparatarum cum elleboro oigro ʒ.1.
aut ℈. iiij prout aluus mollior aut adſtrictior fue-
rit. Cùm facta fuerit purgatio, deuenirem ad aliqua
quæ ciere poſſent mẽſes, vt ſi ſumat hoc decoctum
immediatè poſt vnam ex pil. infra deſcribendis: ℞.
calamenthi, diptami cretici, ſenecionis an. M.1. bul-
F liant in ſufficieoti quantitare aqoæ ad conſomtio-
nem tertiæ partis. Ex hoc exhibeantur ℥.iiij. priùs
Immediatè aſſumta vna ex his pil. ℞. caſtorei, cala-
menthi, diptami cretici an. ℥.t. cinnam. ℈ s. mellis
roſati parum. miſ. com decocto maioranȩ, mentha-
ſtri, roriſmarini, ſaluiæ, ſabinæ & ſimiliũ calefacien-
tiom. Nec nun in eodem decocto inſideat mulier
vſqꝫ ad vmbilicum. Siqꝫ ſanguis fuerit abuudans,
nun abs re fuerit, anteq̃ primo fiat per pharmacum
purgatio, vt mittatur ſanguis ex ſaphena dextri pe-
G dis aut ſiniſtri. Nam etſi ex ea non fieret menſium
euacuatio, proderit tamen ad mouẽdos bumores,
qui ſurſum repunt, & alios affectus gignunt. At ſi
eodem tempore pedes malè affecti eſſent, minimè
per eam ſedem mittendus ſanguis eſt. Laudamus
vt ſingulis ſeptimanis ſumat, præcipuè temporib.
noo admodum calidis, ſemel ℥.s. reſinæ terebiothi-

næ ant abietioæ, cut laricea cum ℈.t. pnloeris cha-
mæpitbyos. Qnod ad mamillam intumeſcentem,
facilè poſſet indureſcerc & cancer fieri: ꝙ ab exper-
to Medico maximè venit conſiderandum, ao vide-
licet ex ipſo iam ſit aliqoid ꝑ forib. qnia nullis ve-
hementiorib. remediis erit irrltandus, & ſatis ſit ol.
roſ. in plnmbeo mprtario cum plombeo piſtillo o-
ptimè conqnaſſatū. Porrò ſæpe expurgãda veniat
aliquo medicamento malancholiá educente, & a-
lios humores pcccantes ſecū trahente, ſicot eſt bie-
ra diacolocynth. aut pil. cocbiæ cū elleboro nigro
ꝑparatæ, vt in temporib. non admodum ęſtuantib.
Nam hoc pacto præſeruabitor, ne augeator, aut ad
vlcus deueniat. Pro dolore frontis laudatnr, vt eo
sempore, quo nihil molimur pro menſium prono-
eatione, affigantur cncurbitulæ ſpatnlis, aliquãdo
cum aliquando ſine ſcarificatione. In anbelitus dif
ficultate conſiderandū venit, an ex catarrho in pe-
ctus decūbente id fiat, an verò ex cōſenſu partinm
ventris inferioris. Si hoc fuerit, erit agendum iis, q̃
ipſum conuertant, euocent, & qnę, ne defluat, pro-
hibeant: ſin ex poſteriore can ſa fuerit, videlicet ax
eatarrbo io pectore confiſtente, eclegmatib. ac de-
coctis erit agendum: ideò ſæpiùs lambat ex hoc me
dicamēto in ore tenendo, ne in aſperam arteriá de-
labstur: ℞. penid. ſyr. de liquir. de farfara an. ℥. t s. fa-
rinæ amyli ℥. s. aquæ farfaræ parū, fiat miſtura. Fiat
atiá hoc decoctum, qno vtatur mane in anrora vice
ſyr. ℞. botryos M. ij. rad. farfaræ M. I. bnl. in ſ. q. aquę
ad conſumtionē tertiæ partis, culatnræ adde aquę
limaciorum ℔. I. peoid. ℥. ij. bnlliant in dnplice va-
ſe per borã, ac vtatur modo iá dicto. At ſi prohibere
voluerlmus defluentem in pectus catarrhum per
fauces, teneat in ore ex hac paſta, quãtum granum
fabæ minoris pendit: Recipe tragacanthi, ſucci li-
qoiritiæ, ſapæ quantum ſatis, miſce fist paſta.

CONSILIVM LXXV.

Menſium diminutio: ſterilitas.

BELLOCATVS.

MAgnifica matrona annum vigeſimū nonom
agens, conqueritur de dlminuta & depra-
uata menſtrna purgatione, de vētricnli im-
becillitate, & capitis dolore cū ſterilitate. Cui rei vt
eonſulamus, cōſiderandæ ſnnt cauſæ ſeu morbi ad
quos iſta cōſeqnuntnr. Quod erit nobis clarum ex
pręcedentib. antcq̃ enim nuberet boni erat habit⁹,
ſtatis tēporib. expurgsbat optimè: ſed trā ſacto an-
no vno poſt nuptias fęmellá peperit, á partu poſtea
animi ſymptomata perpeſſa eſt, vode mēſtruorum
fluxus imminutos eſt, diminuto calore naturalı i-
pſius vētriculi. Gcnitis. n. plurimis ſuperfloitatib⁹
pituitoſis, & ad illas vias delatis mēſtrua ſuppreſſa
ſunt, atq; etiá deprauata. Effluunt namq; albida in-
ſtar lotnræ carnis. Eadē cauſa & doloré capitis pe-
perit non perpetuū, & tardã concoctioné in ventri
culo, vnde plorimos ſentit ructos acidos. Inde etiá
ſequutū eſt, vt ſanguinem ineptū imprægnationi
geoerarit, & patiat aliquando ſuffocationes vteri-
oas cū eructationib. frequentib. & ſputo dulci, ſapo
ré ſanguinis referēte. Facta eſt quoq; diſcolor & ma
cilenta magis, q̃ antea: vt credá eius tēperamētum
oaturale calidū & hnmidū, verſum eſſe in frigidū &
humidum. Nã & Gsl. ait coloré corporis fieri ex ſan
guine, q cū hic non generetur probus, noo eſt mi-
rū, magnificá matroná noo eſſe carnoſam, vt aotea,
A oeq; booi habitns. Nã qoaotū executia oſtendunt,
vt ſputū plorimū, cructationas acidę, & ſimilia, vē-
tricol⁹ imbecillis eſt: lotiū verò albū & craſſom, mē-
ſtroa itē alba ſeu pallida, bepar quoq; ex ventriculi
cōſenſu redditnm eſſe frigidū & humidū, declarãt.
Credo ergo cau ſam diminutæ menſtrnationis pen
dere ab vtero frigidiore: ſterilitatis verò à defectu
ſanguinis ꝓbi ad imprægnationē neceſſarij. Quod
aūt etiá patitnr mulier iſta calorem circa mammas
B & pedes & euaporationē ad faciē, credo id fieri ex
retētis menſib. Nã per venas non impeditur trãſi-
tns vaporum calidorum, qni ex obſtructiooe geoe
rãtur & corpus poſtea calefaciont. Cæterū ex mor-
bi diutnrnitate, (nã ad annos nonem iam produ-
ctus fuit) nec non ex cora Medici Clariſsimi, qnæ
ſucceſſu caruit, morbū iſtum non eſſe facilem cura-
tu exiſtimo: præſertim cū ſymptomata omoia vte-
rina diutiùs protracta ſiot, qnaſi curatu impoſsibi-
lia, ſtãte videlicet cauſa, mala ventriculi diſpoſitio-
C oe. Sed pront poſsibilis coratio proponi poteſt, vi-
deam⁹ quomodo poſsit tētari. Cumq; hìc adſit in-
tēperies ventriculi frigida & homida, ſine qna ne-
qoeuot iſta ſymptomata auferri circa vterū, ex ſen-
tētia Gal. à vētriculo eſt incipiendū, vt ſublato fun-
te huius mali vterus etiá reſtitoatur. Ventriculns
igitur alteretur, & roboratur cum confactiooibus,
vt theriaca, tripheris, aromatico roſ. & aliis infinitis.
Sed in hoc anni tēpore, cū oobis adhnc cōcedatur
potos thermarū, omoioò conſulerem, vt eas potet:
D nec enim earom mibi vſus eſt ſuſpectus, cùm cor-
pns ſit frigidins, & calefieri poſsiot inda omnia vi-
ſcera, & roborari, obſtroctionesque tolli. Quod vt
fieri poſsit, ego cras ſtatim daré bolum caſsiæ com
ſpecieb. hieræ, qua nihil eſt præſtantius pro ventri-
culo: poſtea daré mel roſatum, ſyr. de artemiſia &
betonics, & ſimilia aperiētia. Corpos expnrgarem
cum medicamento ex rhab. & agar. cum diacatho-
licone, & modico ſyr. roſ. ſolutiui, & diapbęnicone.
Deueniré tandem ad thermas. Sed & idē in dubio
E ponitur, an nunc inclinantib. menſib. ſit ſanguis ex
talo mittēdus, præſertim cū dicat bis ſibi inde miſ-
ſum ſanguinem, parum aūt fuiſſe adiutá. Quę mibi
videtur res difficilis. Saoguinē tū ex brachio oon
mitteré, ne natnra poſtea eſſet qnieta in expnrgan-
dis menſib. Quod ſi non eſſet metuendum, ibi om-
ninò mitteré, vt defectui naturæ ſnccurratur, cùm
corp⁹ hoc ſanguine ſatis abūdet. Mittatur igitur in
talo, ſi debeãt meoſes prouocari: ſi verò corpns eſt
leuandū à ſarcina, & venæ aperiēdæ ad vſum aqua-
F rū, ex brachio. Corpore expnrgato, vt dixi, thermis
noſtris vtatur in potu quidem: id. n. maximè erit ei
commodum. Neq; etiá aſpernarer, ſi & balneo vte-
retur, ob ambitum corporis frigidiorem, vt mēbra
roborentor. Bibat ergo per qnatuor dies aqoas ve-
ſperi, deinde ſe lanet: at elapſis diebus decem oe-
glecto potu poſtea per octo dies lauet ſa. Intcrea à
medicamētis abſtineat, & experiatur an poſsit con
cipere. Superueniēte autūno & hyeme, vtat ſacch.
roſ. cū calamētho, dictãno, ac ſimilib. roborantib⁹:
G Itam ioſeſsib. quibus menſes cientor. Vtatur victu
ex optimis cibis & calidis, adeoque attenuante.

TRINCAVELLIVS.

Anno fermè abhinc ſecundo qoædam concinis
hoios matronæ, quæ tenebatur huioſmodi ferè
ſymptomatibus, huc acceſsit recuperandæ ſanita-
tis ergò, & cùm potaret noſtras aquas, domom re-
uerſa

A uerſa optimè deinceps ſe habuit & vtero in integrum reſtituto feliciter poſtea prolem peperit. Sequens ergo iſta mulier veſtigia illius huc acceſsit, vt & ipſa fieret voti ſui compos: Quod tutum exiſtimo, ablatis cauſis infœcunditatis. Vitium enim illud credo non eſſe naturale, (neque enim poſſet reſtitui) cuius ſigna ſunt, quod ante iſtos malos affectus habebat corpus procreationi aptiſsimum, calidum & humidum: calor erat potens, naq; deficiebat materia, erat rubicunda, quod arguit domi- B nium ſanguinis, erat humiditatis moderatæ, natura eſt mobilis & iracunda, quod & color obſcurus indicat, q exuſtioné à calore ſignificat. Opinor ergo eam in caliditate aliquo modo exceſsiſſe, in paſsiuis verò non: erat & ſatis validi ventriculi, vteri, & hepatis: nam optimè concoquebat, & menſtruas purgationes naturaliter diſpoſitas habebat, pariebatq; fœmellam vno anno tranſacto, quæ vterum calidũ arguũt. Naturaliter ergo eſt fœcũda, ſed reddita infœcunda membris principalibus permuta- C tis, in primis ventriculo, quod colligo ex faciei pallore, qui eſt teſtis mali ventriculi & infirmi, cui occaſioné præbuit, quòd male à partu purgatam eſſe audio: item ex plurimo ſputo, ex flatibus, ex acore frequenti, quæ omnia contingunt ob lapſum ventriculi à naturali temperamento ad inſigniter frigidum. Vnde excrementa plurima ſunt genita, quæ in corporis habitum digeſta ſunt, & id ad ſimilem temperaturã mutarũt: maximè verò vterum, cùm D is ſit totius corporis ſentina. Factis enim ibi obſtructionibus menſtrua retineri incepere, quæ ſimul ſunt deprauata ab vtero frigidiore, vnde & facultas expultrix facta eſt imbecillis. Sed his omnibus licet ita ſe habentibus, exiſtimo nihilominus eam poſſe reſtitui priſtinæ ſanitati & reddi fœcundam, quin etiam curari poſſe, nec negotio difficili, cùm habitus corporis ſatis bene ſe habeat, & vis in ſolidis membris, à qua concoctiones dependent, ſit ſatis integra. Idq; credo fieri poſſe vſu noſtrarũ aquarũ, E cùm omnib. ſcopis ſatisfaciant. Pituitam enim copioſam & craſſam incidunt, & detergunt, & digerunt, cùm ſint participes nitri, ſalis & ſulfuris: ratione etiam aluminis roborãt. Si ergo eas bibat, expurgabunt totum corpus: & ſi iis infundatur, pro reliquiis digerendis, erunt loco medicamenti localis extrinſecùs. Id verò vt fieri poſsit, neceſſe eſt corpus præparare & vias reſerare, vt aqua vbiq; permeet ablatis obſtructionibus, & expurgatis humoribus viſcoſis. Sanguinem expedit mittere. Nam iſ- F ter fuit miſſus, & ſemper facta fuit leuior, ſed rurſ ſe malè habuit, cùm corpus non eſſet liberatũ prorſus à ſuperfluitatib. Mitterem autem ex talo, cùm iam fluant menſes & natura nõ ſit propenſa, ſed nequeat exonerare corpus integrè. Adiuuabimus ergo naturæ motum, vt pars ſanguinis nõ delegata faciliùs auferatur, & aqua poſtea in viis ſuis apertis ſuum munus expleat. In cubito non mitterem, ne menſes retineantur. Id ergo primò facerem, ſed parcè ad ℥. vj. ne corpus refrigeretur. Poſtquàm G fuerit abſoluta à menſibus, vel ſaltem maiore ex parte expurgarem, præparatâ priùs materiâ cum ſyrupo de betonica, melle roſaceo, de cichorea, ob dies calidiores, cum decocto ex ſimilibus. Parciùs purgarem ob æſtum iam præſentem cum agarico & rhabarbaro, cum ſyr. roſ. ſolutiuo, pro vt corpus videbitur obediens, quod nobis oſtendet lenitio prima ventris: adderem & aliquid confectionis hamech. Aliquando & clyſteriis vterer, vt citiꝰ poſsit expurgari. Demũ mitterem eam ad balnea. Si opus erit, roborarem & alterarem, prout tempus & locus poſtea nobis dabunt conſilium.

NOTA.

¶ *De ſuppreſsione menſium, vide tit. Catarrhi, Conſ. 46.*

CONSILIVM LXXVI.

Profluuium menſium cum dolore capitis obtuſo, aurium tinnitu, appetitus cibi deiectione.

ACcipiam tanquam conſtitutum, quòd ſit temperatura ſubfrigida, inſigniter etiam humida, quam intemperiem etiam fouet & auget mala victus ratio, quodq; tum ea de cauſa, tum etiam ex frigidiori ventriculi intemperie, congeritur multa copia crudorũ & pituitoſorum humorum: præterea quòd laboret muliebri profluuio iã duodecimum menſem, in initio primæ ſenectutis & inclinante iam ætate conſtituta. Sed ex eadem excrementoſa & pituitoſa materia tanquam ex primario fonte excitatis obſtructionibus, putridæ quandoq; febres, referentes naturam illius humoris, à quo putreſcant, habuere ortum, ſolent accendi, quas ſolet ſequi aurium tinnitus & dolor capitis hebes, elatis nimirum craſsis & flatulentis ſpiritib. ad caput. & interdũ palpitatio circa guttur & thoracem. Quia vero etiam eiuſdem pituitæ non parua copia ventriculum, præſertim os eius, occupat, cuius vis eſt, vt ait Gal. non modo appetitum detrahere, verùm & homines ἀνορέκτους hoc eſt abhorrentes cibum reddere, non eſt deinde mirum, ſi ab appetitione interdum prorſus deſtituatur. Sed mihi præterea videtur, quòd hinc occaſioné habeat muliebre id profluuium: nam vterus præter alia officia, & hoc peculiare habet, vt tanquam naturalis & communis vniuerſi ferè corporis cloaca, excrementa omnia ferè excernens, corpus expiat: hæc auté excrementa, quæ continenter ad vterum confluunt, poſſunt & vitiare eius naturalem tẽperiem, eumq; & humidiorem & frigidiorem, & ſubinde laxiorem reddere, quo fit vt eiuſdem vitij venæ participes, aſſequatur imbecillitatem contentricis facultatis, vnde poſtea ſanguinis mẽſtrui poteſt ſequi profluuiũ iuſto copioſius. Cui fortaſſe poteſt & accedere, q refrigerato corpore vniuerſo, præcipueq; naturalibus viſceribus, cœpit ſanguis gigni ſeroſior, aquoſiorq;, & proinde etiam tenuior & fluidior. Et quia quotidiana experientia videmus, eos, qui lue illa contaminati ſunt, contrahere quãdam in viſcerib. prauam qualitatem, vnde & omnia excremẽta prauiora & naturæ magis rebellia reddantur, & quicũque in illis oriuntur morbi, maligniores & pertinaciores ſemper ſint: ideò res hæc, quæ nõ poteſt non habuiſſe ortum, habereq; fomentum à forti cauſa, ea ratione difficilior eſt, præſertim cùm affectus iam in malum habitum videatur minari. Quibus poſitis, non poteſt non plurimùm mihi probari communis propoſita methodus, qua curandi ſunt præſentes affectus, & cauendi quos futuros timemus. nimirum enim corrigenda eſt frigida & humida intemperies tam vniuerſi, quàm particulatim etiam

viſcerum neturalium,&vteri. Verùm quia illa con-
tinenter fouatur à molta cruda & frigide meteria:
ideò, vt voti noſtri fiamus compotes, detrahenda
primùm ea materiá, poſtea modeſtè calefaciẽdum
eſt vniuerſum corpus, & liberaliùs deſiccandum,
poſtremò autem robur addendum lebefactatis par
ticulis. Primùm ergo, ne in generalib. conſiſtamus,
aggrederer expiationem locorum communium, à
quibus, ratione ſaltem loci, faciliùs abſq; multa cru
dorumq́ ſuccorum agitatione, ſolis ferè lenientib9,
exturberi poſſunt excrementa ibi congeſta. ad qđ
officium mihi præ aliis præponenda videtur hiera
illa ſimplex dieloes, cuius commiſcerem ℥. ij. cum
lenitiuo electuario, vel cum diacetholicone, vel
cum tantillo ſyrupi roſacei quento illa effingi in
bolos poſsit, vel ex melle roſaceo ſolotiuo eodem
modo. Deinde, peracta hac leni lenitione, agerem
rebus velentioribus, vt meteria illa eruda coqoa-
tur, & congruentem apparatum aſſequator. mibi
antem maximè probaretor decoctum agrimonij
ſeu eopatorij, abſintbiiq́ue & ſcolopandrij, quod
citrach vnlgò appellant: qoòd ſi aliquid cichorij
adderetur, neque illud diſpliceret, hoc decocto pu-
tarem diluendum mel roſaceum, oxymel, aot ſim-
plex, ant compoſitom, ita vt poſtmodum neqoe
ſcyllinum oxymel timerem: ſed & acetoſus ſyru-
pus mihi maximè probaretur. Paratâ materiâ, ad
illam detrahendam, quamuis multa ſint medica-
mente, qoæ mihi non diſplicant, nullum tamen vi-
deretur anteponendum hieræ diacolocynthidis,
de qoa Scribonius Largos hoc protulit, qoòd,
qnamuis ſit viroſum medicamentum, vires tamen
vantricoli ita non imbecillas reddit, vt potiùs, ſu-
prà qnàm quis credat, ſoleat roborare: nec vná eſ-
ſem purgationa cõtentus, ſed potiùs repetitas len-
darem. Expiato autem probè corpore, confirman-
tibus robur corporis ageram, tam externis quàm
internis remediis. Ac interiùs qoidem laudarẽ con
ſeruas, betonicę, ſaloiæ, roris marini, cortices pomi
citrij ſacchsro conditos, quandoque etiam radicas
eodem modo zingiberis, ſed & confectiones, aro-
maticum roſaceum, diagalengam, interdum & dia-
trion pipereon, præſertim iuxte ſimpliciorem eins
compoſitionem à Galeno traditam: tandem verò
ad antidotos illas maiores, præſertim ad mitbri-
datium concederem. Exteriùs autem fomentis, il-
litionibus, aut ceratis vterer calefacientibus, cum
alique tamen modeſtia & deſiccantibus, & robo-
rantibos. Sed his dimiſsis, ad illa tãdem ſermonem
noſtrum coouertamus, quæ vim & momentũ ma-
ximum habere his temporibos ab omnib. ferè cen
ſentur, & ad quæ, tanquam ad ſacram ancoram tã-
dem confugare ſolemus: ea verò ſunt decoctum li-
gni guaiaci, & aquæ thermarum. de his qoidem ita
ſentio, poſſe illi vtrunq; remedium eſſe vtilẽ, atque
hanc inter illa differentiam intercedere, quòd de-
coctum ligni poteſt ferè delere luem illam, prodeſ-
ſa etiam intemperaturæ frigidiori & humidiori, &
potiùs robur viſcerũ ſouere, quàm detrahere: nam
ſiccat & calefacit, & experientia etiam oſtendit ro-
borare ventriculum: non puto tamen eas vires ha-
bere, vt omninò profligate valeat imbecillitatem,
& frigidum & humidum affectum. Thermarũ ve-
rò aquæ ſecũdùm multiplicem earum vſum, dum
bibuntur, & in eis demerſa corpora lauantur, atq;
interdum in affectas partes ex altiori loco inſtillen

A do docuntur, longè vires habẽt maiores eduerſus
commones affectus, & eorum canſes, vt poſsimos
ſperare, quòd eos ſint panitus ſuperatoræ: qoate-
nus aotem ad venereem vel gallicam luem perti-
net, illi crediderim vel nihil vel parum admodum
poſſe prodeſſe: imò ſi verum fateri velim, viſus ſum
obſeruaſſe, qnòd illis, qoi boc morbo detinantur,
potiùs obeſſe, quàm prodeſſe ſolent. ſed vt tandem,
quidquid in hac re ſentiam, aperiam, ego vtro-
B que euxilio vterer, & primùm ligni decoctum ex-
perirer, poſtea etiam vellem Patauium ad balneas
illam duci: immò verò ita tempos metirer, vt vtriſ-
qne his remediis poſſet ſatis eſſa.

CONSILIVM LXXVII.

*Profluuium menſium nunc rubrorum nunc al-
borum, cum vehementibus doloribus.*

IAm integer agitur annos, cùm honeſta qoædã
C mulier, quadrageſimum annom nata, incidit in
fluxum alborom aliquando menſtruorum, & a-
liquando rubeorum. Veruntamen fluxus rubeorũ
non eſt illi adeò moleſtos, ſicut floxus alborũ. con-
tinoo enim tempore fluunt, adueniuntq; eum do-
lore cõtinuo, qoi modò parcipitor in dorſo, modò
in vtero circa ilia: aluus verò adſtricta eſt, nec vnq̃
ax ſe exſoluitur, niſi clyſteribus irritata, tuncq; ma-
ximum dolorem percipit, qui non facilè ceſſat, ma
teria verò quæ exit, pituitoſa eſt, craſſa, vitrea, & vi-
D ſcida. Iá verò octo anois antè ſoppreſſa ſont illi mẽ-
ſtrua, idq; ex animi maximis parturbationib. pro-
pter ſui viri abſentiá: nunc aũt magis quã debeant,
fluunt: prætarea babitum corporis ſatis bonũ ha-
bebet, quàuis nunc conſumta ſatis videatur. Vexa-
tor itaq; mulier hæc fluxu mẽſtruorum alborum,
& rubeorum, infeſtantium cum vehementib. dolo-
ribos vt facilè poteſt percipi. Hęc aũt ſunt duo ſym
ptomata, quorum alterum ad exiens mutatum, al-
terum verò ad actionem lęſam pertinet. eſt.n. actio
E læſa, dolor: fluxus aũt, exiens permutatũ ſecũdùm
ordinem, & naturam Ná quũ ex præſcripto naturę
debeat fluere ſanguis rubicundus, vitioſa tamen &
corrupta videtur ipſios eſſe ſubſtantia, qoia nõ ru-
biconda, ſed alba ſunt menſtrua. Sunt atiam læſa,
quantum ad ordinem: menſtrua enim ſecundum
naturam ſe habentium molierum, ſtatutis tempo-
rib. fluere conſueuerũt, qoa quidẽ ratione mẽſtrua
dicũtur, quia ſcilicet ſingulis manſib. fluere ſoleãt:
hæc aũt qua de nunc agitur, continua eſt ipſorum
F fluxio, nõ certis periodis limitata, ſed cõtinoo quo-
dam motu & abſq; intermiſsiona moleſta. Quũ aũt
à ſymptomate nõ accipiat̃ ratio curationis, ſed ab
ipſa natura corporis patiẽtis, & à morbo: ideò priùs
diſcurſo quodam breui oportet diligenter inueſti-
gare, quæ ſit cauſa iſtorũ ſymptomatum: ná ſtatim
tum omninò exquiſitam & perfectá cognitionem
morbi habemus, quando cauſam ſymptomatũ per-
cepimus. Si igitur adhibuerimus rationem tempe-
ratoræ corporis, iam originem habebimos iſtarum
G affectionũ, methodiq; curádi huiuſmodi morbos.
Conſideremus ergo primũ præcipuomq; ſympto-
ma, menſtrua videlicet illa alba, qoæ nobis demon
ſtrant ineſſe in co[...]aliquod excrementũ pitui-
toſum, quod per [...]rũ porgatur, quando ad vterũ
deriuari poteſt. Ná præter id, q ad conceptionẽ eſt
à natora formatus vterus, eſt etiá veluti ſentina &
cloaca,

cloaca,per quã omnia excreméta deducuntur. Sed
iã inueſtigare oportet,vtrũ generetur in vtero hoc
excrementum, an potiùs generetur in viſcaribus,
aut in toto corpore, & per vterum poſtea expurge
tur. Si cõſideremus copiam & quantitatem ſuper-
fluitatum,& excrementi,atq; quòd menſes ipſi fue
runt ſuppreſsi, quum eſſet eiuſmodi ſano habitu,
carnoſo,pleno,& bono, nunc verò facta ſit macilẽ-
ta,gracilis & macra: ſignum hæc eſſe videntur non
modò quòd bene ſe habeat vterus, ſed quòd ratio
morbi etiam pendeat ab vniuerſo, & quòd in toto
corpore gignantur excrementa. Sed primam ta-
men occaſionem proueniſſe puto ex vitio ventricu
li.nam,ex ſententia Galeni,maxima cauſa generan
di pituitam eſt ventriculus,qui, quum calor ipſius
deficit,conficit multum materiæ craſſæ, frigidæ &
pituitoſæ,quem errorem iecur poſtea emẽdare ne-
quit. Verùm intemperies illa ventriculi frigida &
humida cum materia cõtractam fuiſſe puto ex mul
tiplici occaſione, & ex animi perturbationibus in
primis. Ait enim Galen. in Arte medicinali,ex mœ
rore,triſtitia, & animi affectionibus deiici vires, &
vitiari primam concoctionem ventriculi. Cùm igi-
tur ex abſentia viri ſui,qui in longiores prouincias
abierat,fuerat perturbata,eo mœrore deiici potuit
concoctio in ventriculo, vnde genita ſunt excre-
menta, quibus ſucceſſerunt hæc menſtrua alba.
Huc acceſsit ſecunda cauſa, ſuppreſsio menſtruo-
rum per longum tempus,quæ facilè potuit deiice-
re vires corporis,in primis autem ventriculi. Nam
quum ſanguis menſtruus ſit non planè cõcoctus,
& ſit excrementitius, vt dicebat Ariſtoteles,aut pi-
tuitoſus,aut melancholicus, aut bilioſus, ſuppreſ-
ſio menſtrui ſanguinis poteſt afficere ægritudines
ferè omnes,& varias in corpore humano,maximè
verò in ventriculo:quòd eo argumento facilè intel
ligitur,quia in mulieribus ſuperueniunt vomitus,
nauſeæ,faſtidia,ſyncope,& eiuſmodi alia,& potiſsi
mùm ſuperueniunt in prægnantibus, circa prima
tempora,dum fœtus paruus eſt, vt non poſsit mul
tum materiæ illius conſumere: ideò ea collecta re-
gurgitat,& ad corpus ipſum excrementa redeunt,
maximeq; vires ventriculi deiiciuntur,& multa o-
riũtur ſymptomata : mirum enim conſenſum vte-
rus habet cum ventriculo. Quapropter læſa eſt fa-
cultas concoctrix,nec modò ventriculi, ſed etiam
vniuerſi corporis. nam toti corpori communica-
tum eſt vitium concoctricis facultatis, ex ſuppreſ-
ſis menſibus:imò,ex ipſa labefactatione ventriculi
& iecoris,non eſt ſanguis bonus genitus, & totum
corpus alteratum eſt. Ex parte ergo temperaturæ
vẽtriculi,& iecoris,ac demum vniuerſi corporis,ge
nerata eſt materia iſta excrementitia : non tamen
dixerim, inde pendere omnem rationem iſtorum
affectuum,vt vitium in vtero non ſit.nam cùm vi-
tiata ſint mẽſtrua,non niſi vitio vteri id poteſt pro-
uenire ex duplici occaſione, præcipuè verò , quia
ſuperſit ſuccus melancholicus craſsior, genitus ex
mœrore, vnde factæ ſunt obſtructiones multæ in
vtero, ex quibus poſtea priuata eſt purgationibus
menſtruis naturalib. accedentib. aũt albis,deiecta
eſt virtus vteri, qui ſua natura frigidus factus eſt
frigidior, ſiquidem vt audiui,eſt ſterilis: ſterilitatis
autem cauſa eſt frigiditas:frigiditatis verò ſignum
eſt ipſa ſterilitas:factus eſt ergo frigidus, vnde læſa
fuit operatio virtutis naturalis,qua læſa ſuppreſsio

A menſium ſequuta eſt: Læſa autem eſt, quia conco-
ctio ex animi perturbationibus fuit immutata,qua
immutata,multa excrementa ſunt generata. Nam
excrementa quid aliud ſunt, quàm ea pars, quæ à
calore naturali, per vim concoctricem non potuit
conuerti ad naturam ipſius corporis? Ideò expul-
trix, quæ nititur,quod ſuperfluũ & ſibi moleſtum
eſt,expurgare,per eam partem id tentat, per quam
conſueuit expurgare mulieres. Itaque hæc eſt cau-
B ſa menſtruorum alborum : vnde intelligi poteſt,
quòd,quantum ad temperiem , primò iſta mulier
fuit temperati & moderati cuiuſdam tẽperamenti:
nam quum fuerit moderati habitus,fuit moderatè
calidi & humidi tẽperamẽti, quod deinde factũ eſt
frigidũ & ſiccũ, quia humiditate naturali priuata,
facta eſt gracilis: ex quo patet,humidum eſſe ipſius
temperamentum,quantum ad excreméta,quantũ
verò ad naturalem ſtatũ,ſiccũ: nam ex defectu ſan-
guinis,& bonorum humorum,atque alimenti na-
C turalis,exſiccata eſt. Iam ergo deuenimus in cogni
tionem cauſæ primi ſymptomatis, quod eſt deflu-
xus menſtruorum: reliquum eſt, vt conſideremus
cauſam dolorum:dolet autem circa ilia,& quidem
vehementer. Sed cùm ex his non videamus,quòd
adſit acredo in excremẽtis, cũ non cõqueratur de
mordicatione, de ardore, de dolore graui : ſed po-
tiùs de dolore continente: non ergo ſigna iſta mo-
nẽt,erodentẽ eſſe humorem, verùm potiùs flatuo-
ſam cauſam ex pituita genitam: nam dum pituito-
D ſa materia à frigiditate genita mouetur,à caliditate
innata imbecilli in flatum conuerti ipſam dicebat
Ariſt. Ideò quũ degeneraſſe in frigidiorẽ habitum
dixerimus, factꝰ eſt imbecillus calor, qui dum egit
in hanc materiam pituitoſam,conuertit eam in fla-
tum: quæ poſtea concluſa in vtero, & rarefacta ca-
liditate ipſius vteri , excitat dolorem in ea parte,
quæ eſt circa ilia. Nam quùm vterus ſit colligatus
tanquam per quædam cornua oſsibus iliorum, ea
cùm repleantur materiâ pituitoſâ, tenduntur, vel
E grauitate ſua etiam vterus trahitur deorſum, & ita
cornua iſta ſentiunt dolorem. Sed ſupereſt, vt alte
rius rei reddamus rationẽ, nimirũ adſtrictæ alui,
cuius ſanè põt eſſe multiplex cauſa: prima quidem,
quòd materia pituitoſa per inteſtina eſt diſperſa &
infarcta, cui fæces excrementitiæ , dum deſcen-
dunt ad inteſtina, pertinaciter adhærent, vt non
poſsint facilè deſcendere. Prætereà bilis,quæ per
meatũ felleum ad inteſtina digeritur, vt virtutem
ad egerẽdum irritet, dum inuenit materiam illam
F pituitoſam tegentem inteſtina, impeditur, vt non
poſsit irritare inteſtina ad excretionem: vnde po-
ſtea,quum vult deiicere,vix poteſt,& non niſi cum
dolore. Præterea,quum magna pars excremẽti ge-
niti declinet ad vterum , & per vterũ expurgetur,
fit vt ſupprimatur aluus, vt non poſsit deiicere de
more: non poteſt autem niſi auxilio clyſteriorum,
quibus impoſitis,cum maximis doloribus egerit,
quod ex eo fit,quia colligitur multa materia, quæ
quum ſit pituitoſa vitrea,adhæreſcit parietibus in-
G teſtinorum , nec excitat dolorem, niſi quum clyſte
ribus exagitatur: omnis autem materia dum quie-
ta eſt,minùs lædit,quàm dum mouetur, vt inquit
Galen. in libro de ſymptomatum cauſis.nam dum
in motu eſt,ac magis exagitatur, maior etiam por-
tio flatus gignitur, quia attenuatur craſſa materia
ex eo motu,& flatus efficitur. Itaq; ſecundum hanc

rationem, habemus morbum, atque retulimus cau
ſam ſymptomatum: videndum modò quid ſperan
dũ. Procul omni dubiu nõ poterit curari, niſi mul-
to labore, quia tamen primò fuit bono tẽperamen-
to prædita, poſſemus confidere huic fundamento
quòd remediis adhibitis poterit tolli, non tamen
ſemel tentandu curationem, quia morbus antiqua
tus eſt: vterum enim ſatis infirmum habet, quum
ſuapte natura ſterilis ſit. Sed prætermiſeramus cau
ſam, quæ non eſt prætermittenda, cur ſcilicet con-
ſumta ſit hæc mulier, vireſque corporis imbecillio
res redditæ. Quia honeſta mulier hæc caruit am-
plexu viri, quod maximè facit ad debilitandas vi-
res corporis, morboſaſque reddit mulieres: hinc
eſt, quòd viduæ, quum à coitu abſtinent, fiunt va-
letudinariæ, & ferè omnes ſuppreſsionẽ menſtruo
rum patiuntur. Porrò quod ad curationem huius
affectus pertinet, prima indicatio à natura morbi
ſumitur: illa verò referenda eſt in frigidam & hu-
midam intemperiem, cum materia craſſa pituito-
ſa, quam intemperiem debemus ſecundùm om-
nem rationem, ad contrarium dedocere in ratione
victus. Nam ſi ex oppoſito oppoſiti curatio fit, vi-
ctus debet eſſe talis temperaturæ, qui calefaciat &
exſiccet, ratione materiæ frigidæ & humidæ. Pri-
mò autem ſit attenuans ratio victus, & caueamus
ab his, quæ fouent intemperamentum, atque effi-
ciunt obſtructiones. Vnde abſtinendum eſt à ge-
nerantibus craſſos humores, à carne antiquorum
animalium, à piſcibus craſsis, fructibus, & legumi-
nibus, à ferculis, quæ ex paſta conficiuntur, à rizo,
vt quę craſsiores gignant humores: indulgendum
aũt eſt his, quæ habent generare bonus ſuccos. e-
dat igitur carnes hædinas, vitulinas, gallinaceas,
perdicum, turdorum, phaſianorum, auicularum
paruarum, & oua recentia: quæ ſi condiantur cum
rebus calefacientibus, & aperientibus, non erit in-
conueniens: non erit etiam incommodum, ſi con-
diantur cum radicibus apij, vel petroſelini, vel al-
terius rei: vel accipiantur folia roriſmarini, & ma-
ioranæ, quæ ita condirentur, ſicut cinnamomo, &
pipere: ſatis enim proſperè res ſuccederet. quantũ
ad potum, vinum ſit tenue, ſubdulce, medij coloris,
ſubſtantiæ mediocris, & odoris. Exercitatio, quæ
inſtituenda ſit, erit modica, ſed purgato priùs cor-
pore: nam exercitatione calefit corpus, quod ſi ſit
plenum & ſcatens excrementis, digeruntur ea in
totum corporis habitum, & augentur obſtructio-
nes. primò ergo corpus expurgandum eſt, vt exer-
citatione poſtea poſsit commodè & ex vſu vti. & id
quod diximus de motionibus, intelligatur etiam
de his, quæ eandem habent rationem. Sed præter-
ea cauendum eſt ab animi perturbationibus, per-
maneat læta, & procuret, vt maritus ſuus redeat:
nam vtile ipſi poterit hoc eſſe. A nimia vigilia, à ni-
mio ſomno, atque à nimia quiete caueat. Sed trãſ-
eamus ad ea, quæ maiorem artem requirunt. Eua-
cuãdum totũ corpus eſt, aut per miſsionẽ ſangui-
nis, aut per expurgationẽ, aut per vomitũ. Sed quia
ſanguis mẽſtruus ſuppreſſus eſt, videtur requirere
miſsionem ſanguinis per inferiores venas, & eò
magis, quòd non aduerſetur nobis ætas: nam circa
quadrageſimum annum eſt, hoc eſt circa finem cõ-
ſiſtentiæ, aut circa principium primi ſenij: in qua
ætate cõmodiſsimè poſſumus mittere ſanguinem:
præterea & habitus corporis, qui fuit ſatis plenus,

A videtur hoc magis ſuadere. Itaq; ex his rationibus
videtur commodum, vt ſanguinem mittamus: ex
alia tamen parte, inconueniens eſſe videtur, quom
tantoperè abundent crudi, craſsi, & lenti humores
in hoc corpore, & præcipuè conſumto, in quo pa-
rum ſanguinis boni eſt: nam ſi ſanguinem eduxe-
ris, frænum crudioris materiæ auelles, vnde cru-
diores & craſsiores materias reddes. Oportet ergo
meminiſſe præceptum Auicennæ, qui ait: caue ne
B ad alterũ extremorum deducas ægrotãtem, aut ad
frigidorum incrudationem, aut ad calidorum ebul
litionem. Quare purgatio materiæ per inteſtina &
per aluum, puto, erit accommodata, niſi iſta fiat, nõ
conſulerem, vt mittatur ſanguis. Itaque ad alia de-
ueniendum eſt: & profectò ſi facilis ſit vomitus, eſ-
ſet euacuatio commoda, quia ſuppoſuimus, quòd
affectus cauſa ſit copia materiæ craſſæ & crudæ in
ventriculo, quæ digeritur in venas, vomitu autem
euacuatur huiuſmodi materia, & reuellitur, ne de-
C ſcendat ad inteſtina, & ad eam partem diſtribua-
tur, quæ affecta eſt. Sic & Galenus in commenta-
rita Epidemiorum ſcribit, quod in fluxibus men-
ſtruorum remedium reuulſiuum ſit vomitus. ita-
que ſi facilis eſſet, excitarem aliquo leui remedio
vomitũ, vt ſi impoſitu digito in internis oris parti-
bus, tentaremus, ſin minùs, cum aliquo decocto, vt
in quo imponeretur oxymel, ſatis commoda eua-
cuatio efficeretur. Quod ſi mulier non ita facilè vo
meret, non eſſet vomitus ciẽdus, quia violentus
D motus deiicit vires: præterea ex hoc violento mo-
tu, ſi partes thoracis eſſent imbecilles, poſſet rum-
pi aliqua vena, & deinde aliquod aliud incommo-
dum ſequi. ſi ergo nõ adſit aliquid, quod impediat,
ciendus eſt vomitus, vt ſi non quæramus aliquam
reuulſionem ex ipſo, ſaltem deriuationem habea-
mus ipſius materiæ contentæ in ventriculo, & ſub-
trahatur fomentum fluxus menſtrui. Quod ſi verò
de vomitu non ſuccedat, vt tamen expurgetur vẽ-
triculus, & attenuata in eo materia ad venas mesaraicas
rea deducatur, deinde ad vterum, ſtatim inter ini-
tia vtendum leui quopiam & facili medicamento,
cum hiſq; procedendum, quæ paruo negotio poſ-
ſunt euacuare: nullum autem eſt præſtantius ad
mundificandum ventriculum, quando nolumus
deuenire ad euacuationem materierum contenta-
rum in totu, atque in interioribus membris, hierã
ipſa, quæ eſt maximè accommodatum medicamẽ-
tum in hoc caſu, vel ſimplex, vel cum electuario le-
nitiuo, vel diacatholicone, vel flore caſsiæ, vt in hũc
F modum inſtitueretur medicamentum: Accipe e-
lectuarij lenitiui, vel diacatholiconis, vel caſsię ℥.x.
magis tamẽ lenitiuum, vel diacatholicon ego pro-
barem, quàm caſsiam, quæ quum ſit parumper fla-
tuoſa, excitat dolores inteſtinorum: illorum autem
vni adiungerem ʒ.ij. hieræ, quæ in bolum conclu-
ſa exhiberem per duas horas ante cibum. Eua-
cuato ventriculo, inſurgit altera indicatio eua-
cuandi materias, quæ in vtero, vel in aliis partibus
continentur: quod non debemus aggredi, niſi per
G concoctionem corpus præparetur, vt faciliùs ex-
pellantur, quia alioquin non poſſunt ſine magna
vi excrementa ipſa cruda educi. Eſt enim trita il-
la autoritas Galeni in libello, quos, quomodo,
quando & quibus medicamentis purgare oportet,
quòd tenues & feruidi humores inter initia morbi
euacuandi ſunt, craſsi & tenaces, quales ſuapte na-
tura

tura ſuut pituita & melaucholia, concoqueodi. Cruda igitur quùm ſit materia, neceſſe eſt vt concoquatur, attenuautibus ſcilicet ſyrupis, qualis eſſet ſyrupus de betouica: atteuuaret enim, altcraret, & calefaceret, atque vterer ſimill aliquo alio, iu qoo non eſſet vis multa calefaciendi: nam à plurimùm calefacientibus cauendum eſt, ne dum rareſiunt occultæ venæ, augeatur floxus. Itaqoe leoioribus ſyrupis concoquendæ ſunt materiæ, vt facilis ſequatur euacuatio: diluerem autem eos cũ decoctis, aut aquis ſtillatltiis: decoctum fieri poſſet ex cichoreo. in quo vis exiat teouaodi, & aperiendi, quo etiam vis calidorum remitteretur, item matricaria, ſaluia, hyſſopo, iunipero, cum portione aquæ, accepto pugillo iſtorum ſingulorum, quòd ſi magis placeret vti aquis deſtillatis, acciperem aquas, boraginis, cichoreæ, matricariæ, id eſt, artemiſiæ, ad ℥. iij. iu quibus diſſolueretur ſyrupus de betonica, oxymel, quod præcipuum eſt, vel mel roſaceom: differuut enim quod in oxymelite, maior vis incidendi, iu melle roſaceo confortandi & abſtergeudi. Coucoctam deinde materiam euacuarem, ſed leuibus, quia fortia medicamenta dum violenter & confertim commouent materiam, non poſſunt illam omninò euacuaré, vude ſaciuut maiorem adhuc copiam excremeutorum defluere ad locum morboſum, ad quem materia commota ſtatim defertur, vt ad imbecilliorem. quare potiùs freqoentibus euacuationibus debemus inſiſtere. Ac ego quidem laudo agaricum, iu quo eſt vis incidendi, attenuandi & euacuaudi materias, quæ ſunt in vtero: affectibus enim vteri maximè conuenit. vnde Galenus in libro de medicamentis componendis ſecundum locа, vbi de affectibus vteri loquitur, iu ſtrangulatioue vteri appellata, agarici ʒ. 1. maximè commendat. Præterea diaphænicon laudarem, quam benedictam appellant. Pararem autem primò decoctum, cui ʒ. iiij. diaphæniconis adderem, deinde acciperem ℈. iiij. agarici trocbiſcati, & hoc modo, ex electuario de Dactylis pararem medicameutum, tàm ſecundùm illod, qood deſcribitor à Meſue, quàm ſecundùm deſcriptionem Paull, quud paulùm diſtat ab eo, quod conficitur à Meſue. Verùm ego iubeo accipere illod Meſuea, quia vbique paratum ioueuitur: acciperem ergo ʒ iiij. duas, tres, vel plures, ſecundùm quod videbitur; vnam verò ʒ. aut ʒ. 1. s. agarici trochiſcati, atque exhiberem per quinque horas ante cibum, & ita etiaeuarem: quòd ſi magis dextrè quis velit euacuare, poterit is hoc modo conficere: Accipe electuarij lenitiui ℥. 1. diaphæuiconis ʒ. ij agarici trochiſcati ʒ. s. Deinde ad alterationem deuenirem, quæ fieret cum oxymelite ſimplici, aut etiam oxymelite ſcyllitico, & ita pararem ſyrupum, quem exhiberem per aliquot dies, ſtatimque deueuirem ad conſimilem euacuationem, quæ ſi ſatis eſſet, ſiſterem pedem, ſin minus, etiam ad tertiam deuenirem, & vterer hiera maiori, vt hiera Pachij, quam deſcripſit Scriboolos Largus iu ſuo libro, quam etiam Galenus appellat hieram diacolocynthidos: hancqua ſummoperè laudarem: nam quamuis videatur medicamentoſam qualitatem præ ſe ferre: tamen Galenus ipſam probat in pleuritide, ſecundo de ratione victus in morbis acutis, vbi pertractat de expurgatione pleuri-

A ticorum commento 11. circa finem. Itaque laudarem euacuationem per hanc hieram, coi egò impouerem aliquid Diaphæniconis: nam in huiuſcemodi affectionibus à frigidioribus humoribus productis, miram quaodam vim habet. Præterea vterer aliquibus corroborantibus, vt ſunt inunctiones exteriorea: inungerem euim aliquibus ventrem ipſum inferiorem: Acciperem oleum liliorum alborum, quod theriaca matricis ab B antiquis dictum eſt, hocque miſcerem cum oleo violæ citriuæ, qood Arabes oleum de cheri appellant: imponerem etiam oleum chamæmelinum, & his omuibus commixtis vngerem partem inferioris ventris totam. Superiorem verò ventriculi partem fouerem decocto ex abſinthio, mentha, maſtice, vt coioſcunque pugillus vnus ſumatur, & in lympida aqua decoquantur, quo decocto foueatur ventriculus cum ſpongia. Ego hoc oleo, qood miram facultatem habet, vti ſæpiſsimè con-C ſueui: Accipe abſiuthij, chamæmeli, auethi, maſticis, ſpicæ, borum ſingulorum M. 1. & in vino cum aqua commixto decoquantur, duabus quidem partibus aquæ, vua verò viui: poſtea ſuperinfundantur ℥. iiij olei amygdalarum amararum: deinde permittaotur bollire ad conſumtionem tertiæ vel quartæ partis: colligatur oleum, & ſeructur ad vſum: eſt enim amplæ & miræ facultatis, qoia retiouit faeultates omnium medicamentorum, quæ decocta ſunt: & hoc vterer ad fouen-D dam partem ſuperiorem ventricoli. Si quando autem poſt euacuationem vellet balueari vel lauari, & abluere corpus, ego balneum ex meo viſo ita facerem: Accipe betonicam, artemiſiam, matricariam, chamæ melum, hyſſopum, calamenthum, origanum, quæ omnia in aqua communi deeoquautur, & hoc decoctum iu vaſe ponatur, quo lauetur vſque ad vmbilicum: calefaciet euim, fortiorem reddet vterum, attenuabit, atque aperiet eas obſtructionea, qoæ ſunt in vtero. Quod E ſi præterea vlteriùs cooſortandum eſſet, id præſtarem eum autidotis maioribus, his enim poterimos vti: quemadmodum ſi exhiberemus ℈. 1. theriacæ confectionis Galeni, aut Mithridaticæ, aut alterius ſecundum hanc rationem compoſitę: nam maximè conferunt frigidioribus vitiis ipſius matricis. Et ita ſecundùm banc ratiooem poterimus in hoc caſo progredi, quia affectos aliam rationem curaudi haberi uon poſſe, quæ rectior ſit, exiſtimarem: omnia namque tolleutur. Sin ali-F quod relictum fuerit excrementum, & nnn omuinò fuerit ab affectibos liberata, interim ſuperoeniet tempus thermarum, quarum vſum tunc ego ſummopere laudarem: nam confortareut, & expurgareut ab omni ſorde vterum, ventriculom, atque vniuerſum tandem corpus. Hoc ergo caſu ego conſulerem, vt accederet Patauium, ad ſomendum potu aquam thermarum temporé congruo.

G

NOTA.

¶ *Fluxus alborum menſium, vide titulum ventriculi affectus, Conſilium ſecundum, quartum, quintum, decimum. Item titulum Febris, Conſilium vigeſimumſecundum. Item libro primo titulum Catarrbi, Conſilium quinquageſimumſeptimum.*

De impotentia veneris & ſterilitate.

CONSILIVM LXXVIII.

Impotentia veneris.

FALLOPIVS.

ADoleſcés qnidam vigintiqoatuor annorum, per interualla penem erigere non poteſt, & impotens eſt ad coitum per ſpacium ſex aut octo menſium : interdom erigit, coit, ſemenq́; copioſom eiaculatur. Cœpit autem hoc ſymptoma ab ineunte ferè ætate. Ablatio porro erectionis fit aut ratione defectus ſeminis, aut ratione pudendi fermè reſoluti: non ratione ſpirituum, quia omnes partes pudendi, teſtes, pubes, ſcrotum indicaot caliditatem aptam ad ſemen generãdum: tum etiam probum eſt temperamentum. & bonus habitus corporis, qui miniſtrat ſemini materiam, ratio victus ſatis lauta eſt. Refero igitur cauſam in vaſa cõtinentia & adhærentia, partim ipſius nerui, partim venæ & arteriæ. Vnde contrarias priapiſmo cauſas habet. Sed video illi præterea ſymptoma quoddam accidere, cuius ratione inoéta facilè in huius quoq; rei cognitionem deueniemus. Nam cùm maximè eſt incenſus, cùm valde amat & coire non poteſt, fit ebollitio circa cor, hepar, & cerebrum, vt retrahantur ſpiritus ad partes hepatis & cordis: at cũ æſtus amoris deferbuerit, demandatur rurſus ſpiritus ad inferiora hęc membra. Vnde colligi poteſt, ob intemperie quãdã frigida, obſtructioneq́; oſculorum in venis pudendi, atque anguſtia ortũ præcipuum hoc vitium habere. Quod ad curationem igitur attinet, corrigenda eſt intemperies, & aperiendæ obſtructiones, ſi quæ ſunt, vt ſpiritus copioſius demãdetur ad genitalia: prohibeatur item, ne ſpiritus ad membra principalia tanto impetu recurrat. Cùm autem corpus excrementis ſcateat, vtilis erit expurgatio, ne plus attrahamus materiæ ad locum, & maior fiat obſtructio. Purgentur igitur craſsi & frigidi humores, lenita prius aluo caſſiã, & hiera, humoribusque inciſis. Poſthæc obſtructionibus aperiendis incumberem, vbi iis vterer, quæ à proprietate quadam agunt. Hoc facto, ea etiam in vſum reciperem, quæ flatus generant, vt electuarium de dactylis, vel electuarium eleſeoph. Sed & ratione victus hoc maximè perfici poſſet, qui calefaciens, & flatuoſus ſit, non multum attenuans, ne flatus rurſus extenuentur, nec etiam qui multum ſemen generet, quo nunquam caret, ſed qui modò erigat, vt piper, ſabę, cicera, cerebelle paſſerum, legumina flatulenta: in principio cibi amurca, raphani, rapę, piper pro condimento comedatur, quod ducat flatum ad eas partes. Vitellus quoq; oui dat ſatis multum alimentum & vnctuoſum, vt inde flatus fieri poſsint : piſces ſint molliũ carnium, oſtreæ, conchæ. Vina probo ſatis plena & calidiora. Antidota ſint diaſatyrion, item ſatyria medicamenta, vt caporum, ſtincorum, nucum indicarum, auellanorum, bulborum. His non proficientibus antidota darẽtur, in quibus minimum aſſet cãtharidum, quia multũ facit ad priapiſmum, additis victui, moſcho, ambra. Locum denique affectum calefacerem. Antiqui vtebantur ſemine erucæ, naſturtio, ſemine vrticæ, caſtoreo. His omnibus ego vterer cum oleo quodam, item cum confectione ex ambra. Sed & inungerem oleo ex been, moſcho, zibeto. Vterer & fomentis calidis. A proprietate valet pudendum cerui, cuius puluis miſceretur cum prædictis medicamentis. Laudant & teſtes vulpium, & auem troglodytin. Exteriùs conferunt ſtelliones, lacertorum ſpecies. Si iſta non cunferãt, melancholiam etiam euacuarem, vt eam imaginationem & ſuſpicionem illi adimerem.

BELLOCATVS.

Spiritus deficere poteſt, & in cauſa eſſe, vt non arigatur: forté veracundatur propter gaudium rei potitæ, vnde retrahantor ſpiritus ob timorem & verecundiam: aut partes aliquo modo ſunt obſtructæ. Credo tamen cauſam eſſe potiſsimam ſpiritũ retractum & diffuſum per alias partes. Nam cùm partes omnes ſe ſecundum naturã habeant in pudendo, vix credo in ipſo eſſe defectum, aut in partium conformatione. Curari poterit, quia & antea fuit curatus adhibitis medicamentis per me & alios. Habitus autem etſi optimus videatur, non tamen calidi admodum cordis aſt: eſt enim timidus, bonorum & placidorum morum. Ad tentiginem maximè faciunt hermodactyli mixti cum medicamento purgáte, præparati cum diaphronitro, vel aliis: vel accipe eos cum ſaccharo & melle in pauca quantitate. Euacuato corpore ad ea deueniẽdum, quæ flatum generant, vt ſcolymum, tubera cum pipere cocta, cum iure Nec lac improbarem, quod laudat Albucaſis, mixtum cum caryophyllis Exteriùs apponantur aliqua, quæ ſua caliditate flatus attrahát, aperiant vias: ſint tamé adeò continuata, vt non ſint diaphoretica multùm, ne plus diſcutiant, quàm attrahant, & mixta ſint potiùs cum re viſcida, quæ prohibent exitum ſpirituum. Ea igitur miſcerem cum modico ceræ, aut terebinthinę. Non improbatur caſtoriũ, zibetum, ambra, & moſcbus. Laudo item medullam nucis Indicæ interiùs aſſumtá com iure gallinæ & ſaccharo. Laudantur etiam cerebella paſſerum maſculorum, maximè hoc tempore, quo proni ſunt in venerem : dentur cum pipere. Conueniunt & aliorum animaliũ, & hædorum, non tamen adeò multùm : item omnia calida & vnctuoſa, vt mamillæ vituli aut vitulæ, partes adenoſæ ſub arteriis, quæ vulgô comeduntur & optimi ſont guſtus, maximè conditę pipere aut aromatibus. Vinum ſubdulce laudatur.

TRINCAVELLIVS.

Accipio pro conſtituto, impotentiam fieri ratione defectus facultatis circa inſtrumentum neceſſarium. Cùm igitur ſua naturã multum ſpiritus & ſeminis generet, ratio referẽda eſt aut in corpus, aut in animũ & perturbationem aliquã: in corpus vt obſtructionem, vel vitium contractum in vaſis deferentibus. Sed quia non ſemper vſus eſt medicamentis, quando coire non potuit, & potentia tamẽ coeundi reſtituta fuit, certũ eſt, quod humor craſſus non fecit obſtructionem : quare credo quòd poſsit contingere ex ſola imaginatione, atque in hac cauſa ferè totum & præcipuum negotium pono, quia aliquando etiam in lecto, cùm eſt ſolus, erigitur penis, quod quidem oſtendit non eſſe tantùm defectum ſpirituum. Dixi autem cauſam eſſe imaginationem, quia quando verſatur cum muliere, quam amabat, ex ardore inflammantur ſpiritus ac re-

ac reſoluuntur: vnde cùm ad congreſſum ventum eſt, flaccidus factus eſt penis. Deinde contractus eſt quidam timor: metuit enim ne in aliquod dedecus incidat: at timor iſte ſpiritus quoque ad ſuperiora diuertere facit. Tandem quò magis cum ea verſatus eſt, ſine actu etiam, vitium hoc factum eſt illi familiare, ne poſſet. Sed poſtea recepto animo etiam is timor deſiit, & factus eſt audacior, potuitque interdum coire. Nihilominus & poſt illam familiaritatem reuerſa eſt impotentia, quia cùm excrementoſum eſſet corpus, credo quòd inde potuerit fieri impedimentum, vt monacho cuidam eueniſſe memini, qui multum ſe replebat cibis, & tandem plerunque impotens effectus eſt. Repletio enim ciborum cruditates & obſtructiones gignit. vnde purgationem non admodum vitupero. Credo tamen plurimum imaginationi eſſe tribuendum, cùm antea etiam non purgatus fortior factus ſit ad coitum. probo diaſatyrion, diaphœnicum, quæ tamen ad vnum actum tantùm iuuare poſſunt. Cùm enim agunt, ſequitur etiam reſolutio facultatis eorum & effunduntur ſpiritus. Expurgarem igitur re facili & leui, vt pilulis maſtichinis, hiera, pilulis ex hiera, quibus de hermodactylis quid miſceri pôt. poſtea exhibenda ſunt, roborantia hepar, cor, vt cochiæ. Dehinc ad ea veniendum, quæ à proprietate agunt: quæ tamen magis ob imaginationem iuuandam dabûtur, quàm vt reipſa multum præſtent auxilij. verùm & ea imaginationis conuerſione plurimùm iuuabunt.

CONSILIVM LXXIX.

Sterilitas.

CRASSVS.

NObiliſsima matrona conqueritur de debilitate ventriculi & inflatione à cibo, de grauitate capitis & dolore, item quòd tempore menſium percipit moleſtiam magnam, & de ſterilitate, cùm iam per trienniũ nupta fuerit marito ſatis bonæ temperaturæ, qui mihi dixit, quòd ipſa poſt concubitum ſemen retinere nequit, ſed eiicit & virile & ſuum ſemen. Laborauit autem ante multos annos quartana longa valde, & retētione menſium: cumq́ eſſet curata à quartana, menſes adhuc ſupprimebantur: tandem, acceptis aquis thermarum, ſanitati reſtituta eſt, & menſtrua fluere cœperunt. Inde ſana remanſit ſemper, niſi quòd ventriculum debiliorem ſenſit & frigidiorem. Poſtea accepto marito, menſtrua alba eiiciebat, tincta tñ colore citrino, & mordacia adeò vt vrerent quæ contigiſſent membra. Euacuata à medicis fuit, & Aponenſes bibit, fuitq́ liberata à fluxu, non tamẽ vt ſemen poſſet continere. Cuius lubricitatis cauſam in primis in debilitatem ventriculi & temperaturam videor mihi poſſe referre. Prima enim concoctione vitiata, cæteræ omnes prauæ ſunt: cuius quidem læſionis occaſionem ventriculus primùm à quartana accepit, vnde poſtea factum eſt, vt multæ coaceruatæ ſint ſuperfluitates in toto corpore, quod ex eadem ventriculi debilitate humidius redditum eſt, & frigidius, vt teſtatur eius conſtitutio pinguis & ſubpallida. Ex eadem etiam ventriculi diſpoſitione accidit, vt vapores ad caput aſcẽdant & dolores cieãt. Semen verò continere nequit, vel

A propter intẽperiem vuluæ humidam & frigidam, quæ ſæpiſsimè cauſa eſt ſterilitatis, & propter quã debilitatur virtus attractiua & retentiua: vel quòd fuerit aliquod apoſtema genitum in vtero, & cicatrix conſolidata durior & calloſior, quæ obturauerit collum vteri: vel deniq; propter flexuoſitatem vteri, ita vt rectè ſemen immitti nequeat. Sed cùm in ipſo concubitu nullum percipiat dolorem, ſed potiùs voluptatem, ab hac cauſa ſterilitatem induci

B non exiſtimo: quemadmodum nec à relicta in vtero cicatrice poſt apoſtema aliquod, cũ dicat, nunquam ſe tale vitiũ paſſam eſſe. Quare relinquitur, intemperiem humidam & frigidam cum materia in cauſa eſſe huius lubricitatis. Cui opinioni atteſtatur temperies totius corporis frigida & humida, quia media æſtate ſe quodammodo frigere dicit. Cauſa autem huius intẽperiei, vt diximus, ventriculus eſt, qui ſuam noxam capiti & iecori communicat, tandem & vtero. Curatio difficilis erit, cũ

C malum iam ſit veluti inueteratum. In curatione tamen in primis ventriculus corrigẽdus, vt bene concoquat: ſic enim maxima pars curationis erit perfecta: ſanguis melior generabitur, dolores capitis ex vaporibus ceſſabunt. Sed cùm abũdent multa excrementa, etſi iam antè fuerit euacuata per pilulas nimiùm euacuantes, adeò vt ferè in ſyncopen inciderit: aliquid lene detur & ſuauiſsimũ, veluti manna, (nam dicit ſe à quouis pharmaco lædi) quia craſsiores humores iam fuerũt euacuati. quare nõ

D deſpicerem vel pilulas de hiera, vel hieram Galeni in electuario. vtatur cibis optimi ſucci: vino meraciore, ſed parco. abſtineat cibis humidioribus, vtatur ſiccis potiùs, & aſsis carnib. quàm elixis. Exerceatur mediocriter ante cibum, cùm ſit pinguis: abſtineat à moleſtiis animi. Vtero adhibenda ſunt exſiccantia, roborantia virtutem retẽtricem, & adſtringentia. Quare vltra victum erit bonum ſi vtatur potu thermarum, quæ exſiccant ratione aluminis & calcis, calefaciunt item & adſtringũt: vtatur

E etiam balneo iſtarum aquarum. Poterit quoq; dari mithridatium, & theriaca, ſi poſſet haberi. Exteriùs inungatur ſumen oleo liliorum albotum cum aromatibus, oleo de ſpica, laurino, &c. Imponãtur emplaſtra ex ſiccantibus, veluti ex myrrha, aloe, galbano, & caſtoreo. quod per os exhibitum mirè iuuat. Peſſoli etiam fieri poſſunt ex galla, nuce cupreſſi, felle bubulo, coagulo leporis, ſcobe eboris, &c. Ab Auicenna præcipuè laudatur ſemẽ ſeſeleos, quod exhibent paſtores gregib. vt matres fœcundæ red-

F dantur. Fomenta laudantur ex artemiſia, origano, polegio, &c. quæ per cannulam fumigent in vterum mulieris.

FRISIMELICA.

Nobilis matrona viginti ſeptem annorum, calidior & humida, ante duos annos conſilio Medici Aponenſes bibit, & menſtrua alba abierunt, menſtruorum difficultas tamen permanſit. Incidit eadem anno ætatis decimoquarto in tertianam notham, poſtea in quartanam, qua laborauit per o-

G cto menſes. Non continet ſemen, quia matrix imbecilla & lubrica reddita eſt à phlegmate. Nam rugoſa matrix eſt facta à natura, vt poſſet ſemen ipſum continere: has rugas recentiores cellulas eſſe generationis putarunt. Pituita autem iſta primò oritur ex intemperie frigida & humida ipſius matricis: deinde q̀, cùm matrix ſit cloaca corporis,

recipit à ſuperioribus partibus excremanta, vnde ſuperioribus annis menſtrua alba eueniebant, quę tamen ceſſarunt poſtea, exſiccata matrice. Intemperies varù matricis (quæ, etſi contineretur ſemen viri, corrumperet nimia ſui frigiditate) facta eſt ex quartana ipſa, quæ ferè ſulet naturalia membra debilitare: quemadmudum tertiauæ maximè ventriculum. Porrù menſtrua, cùm per ſex ſuppreſſa fuiſſent menſes, puſtea corrupta & diminùta rurſus fluere cœperunt, rubea & acria valde. Ventriculus eſt frigidus & bumidua, refertus multa pituita craſſa, quud ex vrina deprehenditur, quæ licet fuerit expurgata, tamen craſſa ſnit & pitulloſa. Curari poſſa credo, quia valde fuit adiuta ab aquis iſtis: ſed dumum reuerſa, peſsimâ vſa ratione victus, recidiuam paſſa eſt. Hiera axhibeatur, quæ commodiſsima eſt pru humorib. craſsis. permiſceatur cum caſsia, propter aeris caliditatem. Syrupum bibat mel roſaceum, & bis in die. Puſtea cochiæ vel agaricum dari poſſunt, nec verenda caliditas æſtatis, cùm curpus non ſit excalefactum. Inde mitterem Abanum; aut etiam ad calidiores, ſi baberentur. Putatis aquis, mithridatium valde conduceret. Ratiu victus optima ſit, ſcilicet attenuans: nam murbi frigidi & humidi victu attenuante præcipuè curantur. vtatur confectionibus, diamoſco, diambra, &c.

TRINCAVALLIVS.

Non concipit, eo quòd ſemen effluit: hæcq́ eſt cauſa proxima. Aquæ ſterilitatem auferent, ſi cauſam profluuij ſuſtulerint. Coli curtuitas in cauſa nō eſt, quia recipit ſemen & retinat Interdum per boram. Quara aut imbecillitas retantricis, aut attractricis accuſanda erit: ſed non attractrix, quia attrahit, etiam ſatis valenter: neque etiam expultrix, quæ nun axpellit niſi nocua: ipſa autem dum vtitur venere, delectatur, nac aliquid eſt, quod vterum ad expulſionem ſtimulet veluti nuciuum atque inimicum. quare erit debilitas retentricis, primò propter intemperiem vteri bumidam, qua lubricus redditur, & frigidam, quæ reſoluit calorem natiuum. Porrò credu tum à natura intemperiem hanc fuiſſe, tum etiam per conſenſum. Excernitur etiam ſemen à concubitu cum flatu quodam & ſtrepitu craſsiore, qui ab imbecilli calure oritur, ex materia pituitoſa, quæ in vtero conſiſtit, &, vt credo, generata eſt in ipſo vtero, cùm propter ſterilitatem, tum quùd antequam traderetur viro, habuit mēſtrua difficilia, dulorem capitis, &c. quæ arguunt difficilem exitū materię. Accedit eó quùd ventriculi eſt frigidi & humidi, quia mulier ipſa alba eſt cum quodam humiditate, vnde ex primu intuitu ſtomachicam eſſe indicaui: ex ventriculu autem ad vterum veluti ad cluacam demittitur pituitoſa materia. Iecoris non fuit frigidi inſigniter, præcipuè cū fuerit correpta à tertiana notha, quæ ex bile & pituita oritur. calidum igitur fuit, ſed magis humidum, quàm ſiccum, vnde menſtrua alba cum citrinettate quadam atri & calida exierunt. Curari illam puſſe axiſtimo, cùm lapſus iſte non fuerit adeù inſignis, præſertim cùm puſt quartanā ſuppreſsis menſibus optimè habuerit, ſcilicet calore ipſo ſatis forti exiſtente, qui menſtrua ipſa concuqueret, & in nutrimentum verteret. Quartana autam maximè debilitatum reliquit ventriculum: cui & hypochundriaca affectio atteſtatur. Ex mala etiam rationa victus, oleribus. balncis frigidis, &c. factum eſt, vt magis fuerit debilitatus ventriculus, ita vt natura & calore ſatis forti exiſtente, tamen propter ſummam Intemperiam pituitam generarit. Quùd ſi ipſa ita eſſet lapſa, ſeruandu buuam victus ratiunem, non iudicarim eam facilè puſſe curari: ſed cùm mala fuerit vſa, curari poterit, in tali habitu & tam florenti ætate. Victus ſit attenuans, magiſq́ue caleſaciens. Cùm maximè reluctetur medicamentu abundantiſsimè euacuetur. (quod arguit humiditatē illorum membrorum) probarem hieram cum caſsia, aut pilulas da biera, aut maſtichinas, aut de tribus cum rhabarbaro. Sed cùm nō ſint octo dies quibus eſt euacuata, & curpus ſit excrementuſum, tempuſq́ue ſit valde anguſtum prudaudis aquis, & inſtet nouilunium, quod forſan puſſet ſæuiura afferre ſymptumata, ad aquas iam ſtatim deuenirem, (omiſsis ſyrupis & aliis euacuationibus) quæ euacuant, & etiam cuncuquunt, inciduntq́ue & propter aluminis adſtringentiam etiam faciliùs penetrant: adde quòd curpus habet aptum, vt quæuis facilè penetrent. Poſt potum aquarum Aponēſium, & earum inſeſſum aſſuetum, forſan lauanda atiá in balneo S. Helenæ eſſet, quod magis exſiccât & roborat, pro vtero: nec timerem, cùm nunquam viſa fuerit lædi à calefacientibus. Aeſtate conſerua betonicæ, floriſq́ue roriſmarini, hyeme conditis nuclbus moſcatis vterer, quæ exſiccant & ruborant ventriculum & vterum. Item zingiber conditum byeme darem. Mithridatium & theriaca valda mihi probantur: nac video quomodo theriaca nun tam beuè comparari poſsit, ſicut mithridatium in his partibus.

CONSILIVM LXXX.

Sterilitas.

CAPOVACCIVS.

MEnſes ſunt ſubflaui, pòſt etiam nigri, vomitus interdum amari, interdum inſipidi, dolor durſi & partis ſiniſtræ, & vellicatio quędam in parte ſiniſtra. Cauſam præcipuam ſterilitatis eſſe puto ex vitio vteri, videlicet ingentem ipſius obſtructiunem, vnde menſes nun liberè fluunt. Ea ubſtructio à pitulta urtum habet, quæ à ventriculu cauſatur. Menſium varietas dependet ab humorum diuerſitate: nam primò fluūt biliuſa ratione ſeri tenuioris & calidiuris, deinde pituituſa, quia craſſus & viſcidus humor tardiùs affluit: Pallidorum denique & rubicundorum cauſá eſt caliditas iecoris, quam ipſe color mēſium arguit: item quòd coloris ſit citrini, & venas latas babeat, & ſetas rubicūdas, quodq́ue piloſa ſit, atque etiam vomat biliuſa: nun minùs etiam, quòd ex temperatis benè habuit, & denique ætas ſit iuuenilis, & medicamenta exhibita ſint calidiura. Atri ſunt etiá menſes ob aduſtionem ſanguinis, tum ipſius hepatis ratione, tum ex rerum non naturalium abuſu: quibus accedit mœror ex aduerſu viri caſu. Albi porrò ſunt menſes ratione ventriculi imbecillioris. Anticipant autem & poſtponunt ratione victus diuerſi, in quo illa plurimùm eſt licentioſa. Dolores verò menſibus apparentibus in dorſo & latere fiunt ob conſenſum vteri. vomitus fit ratione hepatis copio-

copioſam generantis bilem, & ventriculi imbecil-
litatis: ventriculi namq; eſt debilioris & hepatis ca
lidioris: non tanta tamen hepatis caliditas, quanta
fortè creditur, quia non ſentimus immodicam ma
nuum & pedum caliditatem, neq; vllam fluétibus
menſibus caliditatem percipit. Cæterùm in cura-
tione, ad fœcunditatem inducendam, méſium flu-
or temperandus & vterus, corrigendus erit, quod
fiet fluentibus illis debito modo & qualitate. Ro-
boretur igitur vterus quia multis annis imbecillus
fuit. Nam non ſolùm in partibus ſimilaribus in-
troducta eſt intemperies, ſed etiam in inſtrumen-
tali vitium eſt ex abſtructione, à viſciditate & craſ-
ſitie: quæ tollitur correctis, vtero, iecore, & ventri-
culo. Credo tamen maxima cum difficultate illi ſa-
tis fieri poſſe: ſunt enim iam quatuordecim anni,
ex quo laborare cœpit, neq; à præſtantiſsimis Me-
dicis curata fuit: quibus accedit aliorum viſcerum
intemperies & illorum diſcraſia. Tamen adhibita
diligétia ad ſalubrem ſtatũ reducetur. Venam non
ſecaré, cùm viribus non admodum ſit validis. Nam
licet venæ ſectio obſtructiones expediat: hoc tamé
de copia & craſsis humoribus intelligendum. Me-
dicamenta ſint moderata vniuerſum corpus priùs
purgantia, vt caſsia, ſyrup. violarum, ſyrupus roſa-
ceus recens, de cichorio, capillis veneris, acetoſus
ſimplex: ſiquidem æſtate ſuperiore ex oxymelite
ſimplici & aqua iuuamentum percepit Deutur au
tem ſyrupi in iure, cùm aliuqui non toleret. Medi-
camentis contentus eſſem rhabarbaro & ſyr. roſa-
to, & foliis ſenæ, reiterando ea bis aut ſæpius. Nec
admitterem agaricum: nam & rhabarbarum pitui-
tam euacuat: eamq; clyſteriis educerem. De aqua
credo non tantùm fore vtile ſed ſummè neceſſari-
um, vt veniamus ad earum vſum, quoniam cùm
nullis adiuta ſit medicamentis, in hoc ſolo ferè om
nis ſpes conſiſtere videtur: Eligerem autem aquas
S. Petri vtpote quæ valde penetrant, qua intentio-
ne nobis ſummoperè opus eſt: daremq; eas in po-
tu: lotione verò vterer non vteri cauſâ ſolùm, ſed
roborandæ etiam partis ſiniſtræ. Inijcerem etiam
in ipſum vterum. victus ratio optima ſit.

BALLOCATVS.

Hepatis eſt aliquátulum calidioris, vt venarum
manus magnitudo indicat, bilis abũdantia vomi-
tu reiecta, méſes nigri. Sed incertum an ex acciden
te an naturâ tale fuerit. Pulſus ſatis velox & du-
rus, qui cordis caliditatem & ſiccitatem arguit. ven
triculus frigidus, quia intensè appetit, & grauatur
à cibo, cùm concoqui debet. Nam quòd bilem eum
mit, id fit materiâ ab hepate tranſmiſsâ, vnde etiam
ructus nidoroſi. magnum enim conſenſum habet
cum ventriculo hepar propter naturalem conne-
xionem & vicinitatem. Hepatis caliditatem etiam
arguunt menſes nigri: menſes autem poſtponen-
tes fiunt ex materiæ inæqualitate. Sterilitatis præ-
cipua cauſa eſt menſium fluxus inordinatus & di-
uerſæ qualitates. Dolores ad latus ſiniſtrum & dor
ſum ad humorũ craſsitiem referendi imbecillitatis
ſiniſtrę partis cauſam nõ facilè percipio: tamé cum
motum illius amiſerit, cerebri ratione áccidere po-
to, tráſmittentis eò aliquâ materiâ pituitoſam. Pul
ſus ſiniſtræ partis debilitatus fieri poteſt ratione or
tus ipſarum arteriarum. Thermarũ qualitatem in-
dicant affectus, qui cùm frigidi plures ſint, calidas
exigunt. Sed quòd ab oxymelite frigido adiuta eſt;

A eò factum eſſe exiſtimo, quòd ſupercalefactu hepa-
te & multa bile ad vétriculum tráſmiſſa, bilis inde
contéperata fuit: nam ex illo medicamento curata
nõ eſt, quare frigida non cõuenient Purgato ergo
corpore præparatiſq; humorib. cõſentio cum col-
lega. Venam ſecaré, ſi multum adeſſet ſanguinis in
brachio: ſin minus, in pede ſaphenâ: priùs attenua
tis humorib. vt faciliùs ad vterum deducãtur Phar
maca cùm fortiora non ferat, ſtarem in caſsia & rha
B barbaro: ſi tñ fortiora ferret, vterer hiera Galeni,
quæ diacolocynthis dicitur, & craſſos humores va
cuat. Poſt vacuationé laudo theriacá, mithridatiũ,
& trypheram, diacalométhum præſertim tẽporib.
frigidiorib. Aquæ ſunt mediocres Aquarianæ, q̃ in
huiuſmodi affectib. plurimùm cómendant̃, vel S.
Petri his nõ diſsimiles. Adminiſtrarem aũt illas eo
modo, quo dictũ eſt. Nam etſi in ſeſsione caliditas
hepatis augeatur, tñ corrigi põt cùm internis tũ ex-
ternis, vt cichoraceis & roſaceis. Vict⁹ ſit attenuãs.
C FRISMALICA.
In partium intéperatura priorib. ſubſcribo. La-
borauit ante quadrienniũ febre peſtilenti, cuius ve
ſtigiũ adhuc permanſit, diarrhœa videlicet. Inęqua
litas aũt membrorũ omnium horũ ſymptomatum
cauſa eſt, & maximè ventriculi frigiditas & hepatis
caliditas. Ventriculus aũt non naturaliter frigidus
eſt, ſed præter naturá, quod ex cruda cõcoctione,
& cæteris colligitur. Sed eiuſdem debilitaté maxi-
mè augere potuit longinqua peregrinatio in Au-
D ſtriá vſq;. Horum igitur duorũ viſcerum intépera-
turam, vteri etiá frigiditas cóſequitur, qui quaſi cor
poris eſt cloaca, vnde mirũ non eſt méſtrua admo-
dum eſſe affecta, quorũ diuerſitas ab humorum di-
uerſitate depédet, inter quos tamen pituitam do-
minari exiſtimo, quia excreméta ſubalbida ſunt cũ
filamétis. In liene etiam tumor leuis eſt, qui humo-
rem melancholicum augere potuit, cum animi ac-
cidentib. Menſtruorum aũt paucitas fit à ſummá
vteri obſtructione. Si curaturi ſumus, mébrorum
E omnium téperies reſtituéda eſt, incipiédo à ventri
culo, quia illo téperato, non eſt metus, ne aliis mé-
bris humores tráſmittat Sed id difficulter fieri põt
propter morbos cõpoſitos, & q̃ Medici præclariſsi
mi nihil profecerũt: quare magnis auxiliis indige-
m⁹, in quib. ſolam ſpem pono. Ventriculum igitur
téperaré vacuaréq; habita iecoris ratione. victus ſit
attenuás, vt Gal. in morbis frigidis impat: attenuás
tñ non primi ordinis, ſed ſecũdi, vt ſunt carnes lau
dabiles. Exhiberem aũt hieram cum caſsia aut ele-
F ctuário lenitiuo, quia plurimá pituitam genitá exi-
ſtimo. Præpararem ſyrup de beton. oxymellite, mel
le roſ. Ad euacuandum, cùm humores craſsi ſint, le
nientib. fortiora adderem. vnde caſsię cóſectionem
hamech admiſceré, agaricum pręparatum, & rhab.
Sanguinem detraheré, materia multa & craſſa exi-
ſtente, ex ſaphena, propter ſuppreſſa méſtrua: præ-
paratis tñ humorib: Membra temperaré calidiorib.
quæ tñ iecori non obeſſent. Decoctum ligni nõ lau
darem, niſi in morbo gallico. Conſectiones etiá, vt
G theriacam, mithridatiũ, diacalométhum, omitteré,
cùm tanto illorum vſu nihil profectũ ſit. Aquarum
calidarũ noxam non metuo in hepate, quia bibétes
nunquá ex illis ſitiunt, pręterea quoq; pituitá & bi
lem expurgant. Darem aũt non Aquarianas, neq;
Porretanas. quę illis ſimiles ſunt: nam illæ aliquan
tùm craſſæ ſunt, nec ita facilè penetrãt: ſed S. Petri

vel Mutinenſes, qoæ mirum in modum penetrãt. Quod ſi his non fidamus, tranſeamus ad Aquarianss, ſed illas tamen præfero: vterer aotem priùs io iofuſione, temparato ventriculo.

TRINCAVELLIVS.

Inæqualitas temperaturæ membrorum, de qua dictum eſt copioſè, aliquãdo membra aó perducit, vt morbi fiant nõ ſolùın curatu, ſed & cognitu difficiles. Sed ſi ventriculus adeò frigidus eſt, vnde ſitia, ructus nidoroſi, famia impatientia proueniunt. B Picrocholi.n. famem nullo modo tolerant. Sin aũt calidior, vnde fames illa ingans, & tanta difficultae cõcoquendi, vt cibos altero mane vix concoquat? Si iecoris etiã tanta eſt caliditas, vnde color rubeus & modeſtus ſatis? Nam qui hepatici ſunt, illorũ color croceum habitũ refert. Item cur melius habet æſtate, quàm hyeme? quara poſt exercitium? Ecce ergo quãta ſit ſymptomatum diuerſitas, quæ haud immeritò tantos torſit medicos: ſed illa tñ à veſtris excell. in ſuas ceuſas relata ſunt. Credo ego dum a- C doleſcẽs eſſet, ſatis boni fuiſſe babitus: nam tum ſalubriter vixit: & vterus rectè habcbat, vt & cæteræ functiones. Quod aũt non concepit, de illo poſt dicam. Quod ad habitũ corporis, iudico illum calidiorem eſſe, ſed in paſsiuis non multũ receſsiſſe à tẽperatura. Quatenus ad alia iudico capitis eſſe ſatie calidi, ex promtitudine, & capillie nigriorib. item excremẽtoſi etiam: nam multa emongit, & nõ pauca ſpuit. vẽtriculi tẽperies qualis fuerit nõ poſſum dicere: nunc tñ frigidum ex ꝓprio affectu eſſe iudi D eo. Quod aũt multa generetur bilis, indicaot excramẽta alui, & vteri, quę primũ pallida, pòſt rubra, nigra, & raró alba ſunt. vnde cũ bilis nõ babeat fortè, propter obſtructiooẽ, aliam viã per quã expurgetur, fit vt per vẽtriculum expurgetur. Qoòd veró poſt cibũ ſitit, cau ſa eſt, quia bilis craſsior in fundo ventriculi reſidens, & cum aliis cõmixta aſcendens ad os vẽtriculi ipſam ſitim cõcitat. Laborat aũt tẽpora coctionis, quod illis propriũ eſt, qui tenui bile laborant. Ex inedia malè habet propterea, ꝙ bilis tum E magis extenuatur. Affectus ergo vẽtriculi frigidus, qui fouetur à pituita, pòſt augetur etiam à bile. Iecur ſecundòm propriam naturã calidom videtur, non ex his ſymptumatib. quia multã bilem flauam generat: nam liuida corruptione potiùs fit ac generatur: ſed qđ calidiſsimorũ medicamantorũ vſum tolerauit, vt zingiber conditũ, & alia. quò accedit ꝙ color in facie ſemper florid⁹ fuit, quod nõ fieret iecore frigido exiſtẽte. Lien morbom vehamẽter augere pũt, quem animi motus nõ parum debilitauit. F Affectum aũt illum eſſe oſteodit hoc, ꝙ vniuerſum corp⁹ ſecũdùm latus ſiniſtrũ reſolutum fuit, à quo non põt fieri quin lien etiã affligatur. vnda cùm is nõ expurget ſanguinẽ craſſum, fit vt interdom per mẽſtrua expurgetur. Nam aduſtionis ſigna mihi oulla apparẽt. Quod ſi adſit durities res eſſet multò certior Quare lienẽ ex intẽperie frigidiore debiliorem factũ exiſtimo. Quod ad vterũ, iudico illum nature fuiſſe frigidum, hoc argumẽto, ꝙ primo ſtatim anno, cũ nulla ægritudinis ſigna eſſent, nõ concepit. G Iecoris caliditatẽ moderatã eſſe puto: nam alioqui, cùm ab illius caliditate venæ & vaſa dilatẽtur, neceſſe eſſet veoas crurũ & partium inferiorũ eſſa latiora. Virtus aũt expultrix debilitata à fluxionũ tarditate arguit, quod videlicet primò tenuiores, poſt craſsiores & pituitoſi humores profluõt. Cęterùm A ex hac mẽſium difficultate factum eſt vt venę ed vterum repleiæ dolorẽ inducerẽt, caput etiam incaleſcebat ex ſublatis vaporib. à quib. & ſeptum trãſuerſum cõpreſſum fuit, & animi deliquie cõſequuta, vnde io cordis anguſtiã & mœrorem incidit: ſed & præterea cùm maxim⁹ ſit cerebri & capitis cũ vtero cõſenſus propter neruos, eodem tẽpora capnt dolet, vt quaſi nouaculae iu capite habere videatur, impreſsis flatib. vaporoſis in ipſa membrana tenul. B Sed an filamẽta illa ſiot à pituita potiùs, an ab ipſo ſenguine, incertũ aſt: oam illa ſępè à ſanguioe ꝓueniunt. Quòd porrò materię alio cõfluunt mẽſtruorum tẽpore, ideó fit, quia natura ſibi breoiorẽ viam inuenit. Quod ad prognoſticũ ſpectat: vt oẽs morbi antiquati difficulter curantur, ſic & hic difficilis erit curationis, pręſertim cùm ab aliis curari neqoiuerit. Sed ſi tñ curari debeat: ego illius ſum opinionis, ſi vlla ſpes ſit, ponẽdam eam eſſe in aquis, priùs purgato corpore, habita ratione pituitoſorũ & me- C lancholicorũ bumorum. Quare lenientib. adderem quæ craſsiores humores vacuarẽt, vt hieram, agar. electiſ. quem ſi recuſet, darem diaphœnicon, & hamech, item hierã diacolocynthidis, quæ ſi in pleuritide, ꝙ cum febre aſt, dari pũt, cur non bic etiam vbi materiæ multæ ſuot & pituitoſæ? Verùm quidem: ſed committerem rem medicis peritis, & qui corporis illius temperaturã perſpectam haberent. victus laudatur attenuans. Aquas darem Aponẽſes: nem ſi cõceduntur in melancholia hypochondria- D ca, quæ cum iecoris caliditate eſt, & hic etiam concedi poterunt, pręſertim cùm iecor calidiſsima medicamanta pertulerit. aceedit, quod quæ tenuium ſunt partium, propter exiguam moram non multùm calcfacere poſſunt. Sed perfundendum etiam cenſeo. Venam ſecarem ſi venæ admodum nigræ eſſent, oon tamen niſi extenuatis bumoribus.

CONSILIVM LXXXI.

Pro muliere quæ vitales fœtus alere non potuit.

E NObilis hęc matrona ætate quidem viget, tẽperaturæ veró naturalis calidæ eſt & ſiccæ. Calorem oſtẽdit color optimus, & procera ſtatura, præterea procliuitas in iram, caloris enim hæc omnia apertiſsima ſunt argumẽta: gracilitas verò ſiccitatẽ demonſtrat Et ipſa quidem multo abũdat ſanguine, qoi & ad rationẽ caloris nõ parum facit, verùm non admodũ bono, ſed potiùs bilioſo & excrementitio, vt facilè poteſt moltis argumẽtis comprehen F di, primó ex ſcabie, qua ſecũdùm tibias vltimis mẽſib. cœpit laborare: ea. n. excremeotoſum ſanguinẽ ad eas partes ꝓpulſum demonſtrat. Sed & eo tẽpore, quo habet in vtero, ità malè habet, vt frequẽtiſsimè mingat: qđ vitium plurimũ in ſanguine ſeroſum humorẽ contineri manifeſtò oſtẽdit, cùm frequẽter ad migẽdum excitet. Sed & ꝙ ſitibunda ſit, indiciũ eſt copiæ calidorũ & ſiccorum humorũ eo tẽpore cõgeſtorũ. Ac huic eidẽ & alia adſtipulantur, videlicet ꝙ abhorreat cibos bonos, vt ſunt carues G quadrupedum & altilium, iioò & potũ vini, & pręter id ꝙ incongrua capiat cibaria, potum aquæ & lactis deſiderat. quę omnia vitioſos, calidos nempè & ſiccos ſuccos ad vẽtriculum delatos, eamq; malè ex his habere, demonſtrant. At veró quo tempore grauida eſt, eiuſmodi ſymptomata magis, quàm alio, excitantur, quia dum non gerit in vtero, habet

fuer

ſuas menſtruas purgationes, per quas, ſi non omnino ſaltem magoa ex parte corpus ab iſtiuſmodi excremaotis expurgatur, maximè io hac viridi ætate, qoa vires ſuapte natura firmas habere & calidam eſſe, rationi conſooom eſt. nam & fœcunditas,& liberi omnes maſcoli, qui & bene alti io lucem eduotor, poſſuot iſtius rei locuples teſtimonium præſtare. Sed quiſpiam fortaſsis dobitabit, cur ex nouem tantùm tres fuerint vitales, reliqui verò
B ita facili negotio interierint. Reſpooderem ad hanc dubitatiooam, ꝙ quamuis videbantur boni habitus, dum adebantur: larebat tamē in illis prioribus aliqood vitiom ab vtero cootractum ex malo ſanguine, quo notriebantur, quod non niſi tempore longiori potuit vim ſoam manifeſtare. Poſtremi verò citiſsimè extincti ſunt, ob nimiam virium imbecillitatem, quam ſecum in partum afferunt. cauſa autem iſtius languoris viriom fuit, fluxus ille præpoſterus menſtrui ſaoguinis, qui per octiduum ante opportunom parieodi tempus ingruit:
C ſubtrahitur eoim alimentum fœtui, fortuita fluxio ne: qui tameo tonc eo eget copioſo, cùm grandior fit Iſtius verò profluuij puto cauſam eſſe, copiam multorum congeſtorum excrementorum, & quidem acrium, in venis vteri, tempore, quo menſes ſunt ſuppreſsi: fœtus autem attraxit eas illius ſanguinis partes, quæ illi alendo erant aptiores, relictis magis excrementoſis, à qnibus excitata & irritata facoltas expultrix, quæ oequit vſque ad tem
D pos eam perferre moleſtiam, præceps ioſorgit ad expellenda ea, imò non ſolùm excrementoſum ſuccum expellit, ſed & ſi qoid boni immixtum ſit, & ea ratione ioſans adeò languet, vt viuere deinde nequeat. Hæc ſunt ergo, qoæ de ratione eorum, quæ honeſtæ huic molieri circa partom contiogunt, ſentio: quantum verò ſpectare poteſt ad ea, quibus poſſemus ipſam ab his moleſtiis in poſterum tueri, io primis procurandom erit, vt omois occaſio excrementorom io hoc corpore generan-
E dorum tollatur: tolletur autem per commodam & rectam victus ratiooem, tàm in cibo & potu, quàm in cæteris reboſ, quæ à medicis oon naturales appellari ſolent. in vniuerſum ergo ab his caueodom eſt, quæ ſanguinem calefaciunt & aſſanr: fit enim ea ratione malos & excrementoſus: calefaciunt autem aromata, acruminaque, vt allia, cœpe, porri, & alia eiuſce generis reliqua, multus raphani vſus, herbarum prætereà, quæ calefaciunt, immoderatus vſus, vt eruca, ſerpillum, ſaluia, petroſelinum,
F ſatureia, item & ſemina fœniculi, aniſi, cymini, & eiuſmodi reliqua: ſed & legumina non ſunt illi multum ſalubria: præterea verò & vina potentiora: vnde vinum quidem illi bibendum eſt, ſed leue, modeſtè autem id fiet. Vtatur carnibus, quæ concoctu ſint faciles, ac ſanguinem booum gignant, vt ſunt vitulioæ, bædinę, gallioaceę, ſed & perdicum, faſianorum, cęterarumq; auium nemoralium, non erunt incongruæ. à ſalitis omnibus, aut ſaltem ab eorum multo vſu illi caoeodum eſt. Piſces aliqui
G ex bis, qoi non damnantur, & in bonis aquis capiuntur, ioterdum concedi poſſoot, modò oon condiaotor coodimentis acribus & calefacientibus: omnia prætereà elixa, magis quàm toſta frequentiùs offerantur, ꝙ ſi elixa interdum faſtidiaorur, ea toſta dêtur, quæ oon ſint aſſata adeò, vr exuſta videaotur. nimia etiam exercitatio, qua ſanguis ac-

A cendatur, incongrua omninò eſt, vt & vehemens ira, & eiuſmodi reliqua, ſed & oimia venus. His rectè inſtitutis, deinda antequam grauida fiat, corpus à congeſtis iam excrementis purgandum & mundum reddendum eſt, atque præterea aliquo modo ea intemperies cùm iecoris, tùm verò vniuerſi corporis, ex qua vitioſus ſanguis gignitur, temperanda. Quantum ergo ad corporis purgationem pertinet, conſulerem vt ſtatim ab initio cura-
B tionis, aliquo leui & facili medicamento aloos leoiretur, vt communia excrementa, quæ in communibus viis reſideot, facilè educerentur. Medicamentum verò id mihi parandum honc in modom videretur, vt acciperetur caſsiæ noſtræ iſtius vulgaris ℥. 1. diacatholiconis ℥. s. quæ in forma boli ſaccharo inuoluti deuoranda per horam ante prandium exhibeaotur: vel ſi deuorare nequeat, & malit bibere, diſſoluantur ex aqua cichorij, aut boraginis, aur alia ſimili. Mox verò ſequenti die corpus
C ad vberiorem vacuatiooem erit parandum, per aliquos ſyrupos, aut decocta aliqua, verùm priùs interpoſito vno, vel altero die, à prima hac expurgatiooe. Sanguinem ſectâ veoâ mitterem eâ copiâ, quæ videbitur ſatisfacere præſenti medico, conſiderata ſanguiois qualitate, habitu corporis, pleoitudioe venarom, viribus, & tempore, nempe vt vitioſo ſanguine vacuato, per rectâ victus rationem, probus congerator, atque ſi ipſa de more copioſas haberet meoſtruas purgatiooes, ex vana in cubito,
D qnam cephalicam appellanr, ſanguioem detraherem: ſin autem contrà, ex venis pedum prope malleolos. Syrupis verò primùm vterer, ex cichoreo, ex fumaria, roſaceo, ex recẽtibus roſis, ſiogulorom ℥. s. aquarum verò endiuiæ, boraginis, lupulorum, ſingulorum ℥. 1. miſce omnia, & exbibe ſummo mane per aliqoot dies, vt ex vriois videbitur præſenti medico. Mox verò medicamentum ſobſeriptum exhibeatur: accipe ſenæ electæ ℥. s. paſſularum, liquiritiæ raſæ, granorum hordei excorticatorom,
E ſiogul. parum: fructos ſebeſten N. iiij. pruoa arida N. iij. florum violarum, boraginis, fumiterræ, ſiog. ʒ. 1. aquarum capillorum veneris, cichorei, boragiois, quantom ſatis ſit: coquantur omoia ex arte, & io expreſſo decocto maceretur vel infundatur rhabarb. ʒ. s. ſquinanti ℈ s. quæ tamē vino albo odorato pauco priùs aſſpargâtur, & ſimul immergantur io decocto præſcripto per noctē: poſteà vero ſummo mane exprimatur homor, & ex eo diſſoleantur ſyr. roſ. ſolutiui, ex multiplici roſarum infuſio-
F ne facti ℥. iiij. confectionis hameeb ʒ. ij. miſce, & fiat potus, & io aorora bibatur: atque eo bibito, per horam, ſi poterit, dormiat, differat autem praodium, ad quintam horam ab aſſumto medicamenro. Ac ſi plenè videbitur eo corpos expurgatum, qoieſcat, ſin mioùs, ijdem ſyrupi, ac mox idem etiam medicamentum erit repetendum, vt corpus axquiſitè inuodom reddatur. Expurgato autem hoc modo corpore, iis erit agendum, quę etiam concoctricem vim poſſunt roborare, & intemperiem, ſi qua
G relicta ſit, temperare, ita ergo agerem, diarhodone Abbatis, cuius rotulam, quæ ʒ. iij. ponderet, per ſeſquihoram maoè ante praodium, & tantundem ſerò ante cœnam acciperet: vel aliam miſturam pararem, ex ſaccharo roſaceo, & boraginato, portionibus paribus ſimol commixtis, ita vr qootidiè manè tempeſtiuè ℥. s. comederet.

CONSILIVM LXXXII.

Abortus.

NVpſit, tredecim annns nata, viro robuſtiſsi-
mn, primn ſtatim anno quater abortiuit, tettio
anno bis, quintn, pariter bis, diſpari tamen tempo-
re, mndò bimeſtrem, modò menſtruum, atq; etiam
ſeptimeſtrum. In cauſa eſt nnn vteri intemperies,
cùm ſatis ſit ferax: ſed qoia is debilitatus eſt tum
nimia ſalacitate, tum ætate nimis tenera, tum à vi-
ro potenti & robuſto: præterea etiam quia affluit
materia pituitoſa ă vantricnlo malè affecto, qund
ſatis indicarnnt mēſes albi, qui in primo ſtatim ab-
ortu finere cœperunt. Pitoita enim iſta ad oſculs
venarum vteri perueniens obſtruit & impedit ea,
ne poſsint rectè cum venis membranarum fœtns
coniungi atq; cōnecti. Mittatur ad aquas Aquaria-
nas, vel montis Catini, val etiam Lucenſes Poreta-
nas, qnæ cnnſnrtaot, aperinnt ſimul, & nnn admo-
dnm refrigerant. Inſideat autem aqnis thermarum
calidinribus: prædictas in pntu aſſumat. A nimio
coitu ſibi temperet. Vt enim ventriculus freqnen-
tem cibum perferre nequit, ita neq; vterus oimium
coitum abſq; moleſtia.

De Seminis vitioſa excretione & Gonorrhœa.

CONSILIVM LXXXIII.

Pollutio: Lumborum dolor: Ventriculi in-temperies frigida.

FRANCANZANVS.

VIr agens trigeſimomſecundum annnm, qoi
maximè ſe exercebat equitationib. & deam-
bulatinnibns, iam à dunbus annis dnrſi dn-
lorem pstitur, vnde mutatæ ſæpè ſunt vrinæ, vt vi-
derētur ſaoguineæ cum ſabnlo: item etſi moderatè
vtatnr venere, tamen ſingulis ferè noctib. pollutin-
nas patitur, vnde plurimū immutatnſ & amaciat*
eſt. Aliàs ſnit ſnſcepta curatio iſtorum ſymptoma-
tum ſumſitq; squsſ S. Petri, & aliis refrigerantibns
vſns eſt, vt lactucis, à quibus nunc maximam ven-
tricoli frigiditatem percipit, non qund eructet aut
tardè coocoqnat, ſed quòd quaſi qunddam nnus
percipiat. Temperameotū vniuerſi calidum & ſic-
cum eſt. Cnrdiſ quidē calidi: facilè enim iraſcitur,
etſi facilè etiam placetur, pulſus habet magnns, ve-
nas latas, ſebrib. tertianis ſæpè obnnxius fuit: Colo
ris eſt medij inter nigrum & flauū cum aliqna ru-
bedine, quæ humorum bilioſnrum, & ſanguinis a-
liquo modn dominium ſignificant. Cerebri tempe
ratnra eſt calida, vt ex actinnibus cnlligitur: nam
neq; exſpnit, neq; emnngit, vnde etiam ſiccitas ar-
guitur. Sed tameo cùm ſnmnos hsbeat prnſundns
sc lnngiſsimos, qnod nnn prnuenit ratione frigidi-
tatis, credendum pntiùs, qund ſit bumidum, licet
nolla excernat excrementa, quæ videntur inſenſi-
biliter euacuari per trāſpiratinoem ncculiam: cu-
ius rei ſignum eſt, quòd ſacilè à calore & frignre læ
ditur, qund raræ texturæ indiciū eſt. Hoic atteſta-
tur & illud, qnòd, ſi nnn abluit capnt interuallo
ſex dierum, lippitudinem patitur, propter craſsi-
tiem homoris, qui per caput euacusri non pote-
A rat. Eſt ergn sliqua adiuncta homiditas. Ventricu-
lum etiam credn fuiſſe aliqun modn frigidum, quia
eoactus ſuit ſemper vti vinis poteotibus: nam il-
lis ſi careret, facilè nffendebatur. Renum fuit val-
de calidorum. Lumbornm dnlorem credn eſſe
circa renes, maximè incaleſactn corpnre, quod o-
ſtendit lntij ad flanitiem mutatin, & ſabuloſorum
excretin. Pnllutionem credn fieri ex caliditate ſe-
minis ſtimulsntis: ſit enim maximè decumben-
B ti io renes, caleſactis vaſis reoes circumſtantibns.
Adeſt etiam intemperies calida hepatis, quam vi-
ctus ratin & exercitium augere potuerunt, vode
& renes in caliditatis cnnſnrtiom pertrahi, potue-
rūt. Areonlarum cauſa eſt victus ratin pituitoſa, &
exercitium intēpeſtinnm: calculi autem generari
non pntuerunt, prnpter facoltatem expultricem
ſnrtem. Gracilitatis & imbecillitatis cauſa ſunt
pnllutiones cnntinuæ, & renum dnlnr. Videmns
enim ſæpè ex intemperie inſigni emaciari corpo-
C ra. Ventriculus refrigeratus aſt ab vſu frigidorum,
quamuis eiuſdem natnralis cnnſtituon etiam ſit
frigida. Hæ ſunt cauſæ iſtnrum ſymptomatum.
Quod ad curationem pertinet, intemperies cali-
da renum & vaſorum, vt & hepatis, remouenda,
vnde ſaquetur ſemen ſrigidios & minùs acra. Id au
tem fieri debet priùs euacuato tnto corpore. Re-
motà intemperaturà ſimol etiam dein tnlletur e-
maciatio. Purganda ergo eſſent excrementa cali-
da & aliqoaliter pituitnſa: verùm cùm iam aluus
D lenita ſit, purgatinne illa opus nnn eſt. Veoam ſe-
earem fortè propter caliditatem hepatis. Syrupi
præpsratorij ſint, de cichorio, roſatns recens, cum
decoctn cichorij & betonicæ. vacuarem mitiori-
bns, vt caſsia cum rhabarbarn, quibos ſimiliter
roborarem vaſnrum relaxatinnem. Expurgatn cor
pnre ſemel ant bis, non darem aqoas thermarum,
vt Calderianas: Lucenſes, Sancti Petri: nam an-
no ſuperinri quidem ſumſit aquas Sancti Petri, ſed
ſine ſocceſſu. Vterer ergn cerato roſato, addito vn-
E guentn ſandalino, infrigidante Galeni, vnguen-
to roſatn Meſuę: appoſitis ceratis actu frigidis ac
ſæpè permutatis. Ventriculi refrigerationem ceſ-
ſaturam exiſtimn pnſt expurgatinnem, & rnbora-
tinnem. Pnſt concederem vſum lactis ouilli, pro-
pter rnbnrandos renes: cùm enim craſsius ſit,
ooo ita facilè diſcutitur, & magis illa loca permu-
tare poteſt. Si tamen perſeueret ventriculi refri-
geratio, nullo modo lacte vterer. ſed pntiùs ſemen
extingnèrem, radice nymphææ & ſaccharo roſa-
F to, cnm ſeminibus agni caſti, rutæ, & lactucæ, gum
mi arabico, maſtiche, &c. vino vtatur minùs forti;
& caueat à rebus nimium calidis, interiùs & exte-
riùs aſſumtis.

TRINCAVELLIVS.

Res hæc adeò clara eſt, vt non pnſsim nnn bre-
uiſsimè dicere. Temperatura eſt haud dobiè cali-
da & ſicca, cui cōſentiunt viſcera principalia, vt he-
par & cnr, quod tamen onn adeò ſiccum eſt, quia
nulli adſunt pili. Caliditatem qnidem arguunt au-
G dacia: cùm autem oulla ſit hirſutia, qoæ fit ex fuli-
gine, humidius eſſe exiſtimn. vētriculus ètiā vide-
tur aliquātiſper frigidos, licet nnlla appareat noxa.
Cùm enim eſſet in continun motu, qnoſuis eibos
facilè tnlerabat, conſomōs excrementis in ventri-
culn generatis. Eins aūt frigiditatē colligo ex muta
tione vinorū aliqoo modo frigidorū, qnod ſigoom
eſt

eſt non multum adeſſe calorem, qui noxis reſiſte-
re poſsit. Accedit facilis offenſa ex oblatione cibo-
rum frigidorum, qui alioqui febricitantibus conue
niunt. Capitis etiam mihi videtor eſſe calidi, & pro
batur ratio ſuprà adducta. Rara enim corpora faci-
lè qoidem offenduntor ab externis, ſed non inter-
nis: nam vapores iſti facilè exhalant. Cùm ergu ex-
crementum per illam viam excernatur, mirum nõ
eſt nihil exſpui. Quod verò nunc exſpuit intermiſ-
ſo exercitio refrigeratoq; vẽtricolo, id potiùs ab u-
re, quàm capite procedit. Iecoris caliditatẽ arguit
corporis color: eſt enim flauus & quodãmodu ad
croceum vergit, & cum obſcuritate cõmixtus, quæ
ubſcuritas ab exaſſatione humorum facta eſt. Re-
num caliditatem arguit ſalacitas & ſabula frequen
tia, & fortè etiã laxitas. Laxatio enim caliditatem
ſequitur vt compactio frigiditatem. Acceſsit exer-
citatio & equitatio & venatio, aſſcenſus etiã & de-
ſcenſus montium: quę res valdè debilitãt dorſum:
itẽ veneris vſus copioſos, vnde facilè ſeminis pro-
flouium ſequutum eſt. Caliditatem præterea oſtẽ-
dit ſabulũ friabile, lentoris expers. Materia eſt ſau-
guinea, ſi Gal. credimus 6. Epidem. Color aũt non
ſeqnitur naturam materiæ, ſed membri à qno gene
ratur. Ventriculus frigidus eſt, licet nullum ſignũ
appareat, vt flatus: nam habemos argumentum à
ſubſtãtia ſumtum. Flatus aũt fortè non adſunt, vel
propter raritatem, vel propter iecoris caliditatem,
vel quia ad ioteſtina tranſmittuntur. Curatio erit
difficilior propter habituio antiquũ & valdè ema-
ciatum: quę enim tardè emaciantur tardè reficiun
tur. Emaciatioois aũt cauſa eſt diotornũ iſtud pro
fluuium. Eſt enim ſemen excrementũ optimum &
vtile. Hanc difficultatẽ auget renum imbecillitas,
quæ non ita facilè reſtituitur. Sed tamen cùm iuue
nis & prodens ſit, nõ deſperandum. Credo autem
communib. remedus nihil poſſe effici, ſed adhiben
da fore metaſyncritica. Vacuetur ergo primò cor-
pus facilimis medicamentis, vt non nimium exſic-
cetur corpus: quare & ſyrupi & medicameota di-
cta probãtur. Nam licet rhabarb. aliquo modo cale
faciat, tamẽ pæparari & corrigi poteſt. Sed inun-
ctionibus, niſi longo tẽpore, nihil proficiet. Ratio-
ne ventriculi conuenieot aquæ S. Petri, vt ille ali-
quo modo præparetur, quò meliùs poſtea tolera-
ret ea, quæ renibus conferunt. Nam plorimũ ven-
triculo priùs profuerunt. Exẽplum vidi in infinitis
gonorrhœis, vt corroboratis partib. circa renes tol-
leret etiã ſeminis profluuiom. Laodo quoq; aquas
Lucenſes quæ minùs ventricnlo obeſſent. Poſt bi-
beret eaſdem roborato ventricnlo: taodem immer
geretur in aquis Piſanis, vt vidi exemplum in no-
bili quodam Veoẽto. Quod ſi aquis vti nollet, vta-
tur embrochis, emplaſtris, & iam relatis: eaq; ma-
gis probarem, quàm lac, quia cùm partes habeat ca
ſeoſas, facilè in calculos cõuerti poteſt. Iociperem
tamen prius à lacte caprino.

CONSILIVM LXXXIIII.

Gonorrhœa.

N.

EOdem penitus affectu vterque coniunx labo-
rant, niſi quòd alter ſæuiùs. Mulier à pueritia
buni habitus fuit, pòſt io imbecillitatem ventricu-
li incidit, tardè & diminutè concoquentis, flatuo-

A ſi & diſtenti: pòſt in qoartanam etiam. Primò in
duplicem, pòſt in ſimplicem, quia laborauit men
ſes ſexdecim, & adhuc laborat: præterea patitur et-
iam mẽſium alborum proflouiuoi ſiue gonorrhœ-
am: voda macilentior facta eſt & ſterilis, cùm ſit a-
lioqui è familia ſatis fœcunda, nec tamen genuit
vnquam. Dicit ſe concoquere bene: & profluere
meoſes albos, dolorem in dorſo quoque pati. Cæte
rùm cùm profluuium hoc meoſium alborum fiat
B poſt rubros mẽſes opportunè profluentes, gonor-
rhœam dicendam eſſe exiſtimo. Maritus verò la-
borauit contractã per cõtagium hac labe, quod fie-
ri experiẽtià ſæpe comprobatom eſt: vnde poſtea
vaſa mala qualitate affecta ſunt, iufectã materia in
vaſis ex malo ſemioe. Matrona porrò de calore cõ-
queritur circa manus & pedes, iu qnibus ſentit pu
ſtulas: item calorẽ ſentit circa dorſum & lombos,
quare illa omoia imbecilla facta eſſe poſſunt ex ca-
lore aſſcititio qualitate mala introducta & putredi
C ne materiæ ibi cootentæ, quod etiam ſterilitatis
cauſa eſſe poteſt. Inquit enim Auicenna, mnlieres,
quæ tali vteri caliditate laborant, non concipere,
aut conceptum ſemen non retinere aut illud cor-
rumpere. Morbus hic difficilis aſt, qoia tale proflu
nium ſiſti facilè nou poteſt, cùm vterus tanquam
ſentioa ſit ſuperfluitatom, & idem iam debilitato,
ub cootinuum fluxum & putredioem: qui fluxus
niſi ſiſtatur, & roboretur vterus, fruſtra laborabi-
tur. Veruotamen teotanda curatio, etſi enim diffi-
D eilis eſt, non tamen impoſsibilis. Roboraodus eſt
vterus, præſeoa excrementorum reduodautia va-
cuanda, ne ad locum affectum traoſmittantur. Va-
euarem caſsiã cum hiera. Secaoda item iecoraria:
ſatis enim robuſta & carnoſa eſt. Humores paran-
di, pstim bilioſi, partim pituitoſi, vt ex vrina appa
ret: quæ bilis ſtimulat materiam ad vterum. Con-
coctioni materię cichoracea maximè conueniunt
anm ſyrupis, de betonica, melle roſato, cũ decoctis
eichoreæ, boraginis, & ſimilinm, qnia nõ volumus
E adhuc hìc reſtringere profluuium, ſed materiã con
coquere. Euacuanda verò materia cũ rhabarbaro:
nam ſimul roborat membra, cõmixto agarico, con-
fectione Hamech, diaphœnicone. Deinde fluxus
prohibẽdus, vt vaſa retioeant materiam vtilem ad
certum tempus. Potus thermarum mihi cõuenire
videtur, quæ ſint mediocris caliditatis, quales ſunt
S. Petri: euacuant eoim, abſtergũt, & roborãt ratio-
ne aluminis, eaſq; meliùs ferre poterit: nam alio-
quin multa ex frigore imbecillitas oritur. Poſt octo
F dies Calderianas propooerẽ potandas. Quæ ſi nõ
ſufficerẽt, vtendum erit decocto ex plantagine, por
tulaca & radice eius, neouphare cũ radice, ſangui-
naria, ſymphyto cũ radice, cortice ſuberis & pulpa
eiuſdem: item trochiſcis de carabe. Exteriùs cõue-
nit vnguentũ Comitiſſę, item linimentum ex bolo
armena, ſaognine Draconis cum aceto aut ompha
cioo. vtatur ouis ſorbilibus, carnib. hædinis, pullis,
& cibis facilis concoctionis & boni ſucci, vino ru-
bro paucifero. Vir laborauit aote decem annos go-
G uorrhœa, & adhuc: deinde in ardorem vrinæ inci-
dit, qood iis aueoit, qui immoderata vtuntur vene
re: pòſt vrinę retentio ſubſequuta eſt ſtranguriaq;
adeò vt maxima cũ difficultate mingat, cuius cau-
ſam eſſe exiſtimauit carnis aliquã excreſcentiam,
quare Venetiis arte chirurgica aliqnàdiu liberatos
eſt, ſed affectus redit, nec mingit niſi cãdelã cereã

in penē immiſſa. Cauſa gonorrhœæ fuit motus immoderatus, & armorū geſtatio, vnde partiū ſupercalefactio ſequuta eſt. Sed preteraa etiā poſt cibum ſentit tumurem ventris, ructus edit, uō nidorolentas tamen. Vnde ventriculum diſteinperatum eſſe ſuſpicor, materiā generantē admodum fluidam, & prutrudentē ad vaſa ſeminaria. Imbecillitas vaſurū facta eſt etiam ex nimio calore, vnde penis quuq; exulcerstio ſuborta eſt. In curatione eodem modo procederē, quo in muliere, verùm cùm per decē annos laborarit, nō ita multū polliceri puſſum de ſanatione iutegra: prodeſt tñ corrigere iiſdem quib. ſupra vſi ſumus, cùm ab eadem ferè cauſa pendeat affectus. Coucoquēda tamē materia erit uon adeò validis, vt in muliere, quia magis peccat caliditas: lotium.n. diſculoratius eſt, collatū ad vxoris. Quare agarico cū diaphœnicone, addita rhabarbari particula, aut ſimili magis euacuarē. Concuquēda materia cum ſyr. de betun. melle roſ. pòſt aquas dictas propinarem, primùm calidas, deinde frigidiores, ac iiſdē prorſua medicamētis vterer quib. io muliare.

TRINCAVELLIVS.

Ego in negotio horum duorū ordine præpuſtero incipiam, ordinē naturæ ſequutus. Viri plenior habitus, bene coloratus, arguit corpus humidū & calidum, mediocritatem tñ nou multum excedēs: quāquam tenuior ſit factus hsbitus in hoc morbo quàm antea, cùm dominiū eſſet principalium mēbrorum. Quod de lotio dictum eſt, culpa referenda in ventriculum, qui cùm nō bene concoquat, eius vitium in ſecūnda cūcoctione corrigi non poteſt. Hinc ſæpè diſcolorata fiunt lotia, præſertim ſi hepar ſit calidius, quēadmodum in hoc hepar iuſigniter eſt calidum, ſicut & caput & renes: nam facilè læditur à calefacientib Ventriculus debilitatus eſt non ex natura, quoniā alia apta fuerūt, vt abdomē, quod ſatis eſt craſſum, ſed ex venere immoderata. Hinc poſt aſſumtum cibom ſentit in inferiore ventre quaſi tenſiunem & dolorem. Inuoluntaria gonorrhœa primùm fit ex debilitate cōtenta in renibus, deinde in vaſis ſeminariis, quod oſtendit communitas vaſurū ſemiuariorum cum renib. Renib. enim affectis afficiuntur, & vaſa ſeminaris. Cauſa aūt debilitatis eſt, illorum nimia ſupercalefactio ex labore, geſtatione armorum, quæ aliquando calefaciunt, aliquando cootrudunt eas partes, vode poſtea laxati ſuot renes, quam laxitatem ſequuta eſt etiam ſeminariorum vaſorum & retētricis facultatis imbecillitas, quæ cùm læſa eſt, ſemē amplius retinere nō poteſt. Non omnia aūt materia, in gonorrhœa profluens, ſemen eſt. Confluit enim pituita aliiq; humores ad locum imbecillum tanquam ad locum cuuſuetum, calore & dolore attrahēte. Sed neq; lotium, quod copioſè profluit, ſemen eſt: nam alioqui delectationem ſentiret: quare cōfuſa eſt materia, humureſq; varij, prçſertim verò pituita. Nam ſi in ſauis corpuribus multum pituitæ excernitur: multò magis hoc fit iu malè affectis. Non ſolùm aūt pituita, ſed & alij humores profluunt. ſicut color oſtendit: nam ſecundum Hippucratē color humurum indicat diuerſitatem. Adde quòd ſi ſpunte non effluerent, traherētur tamē à calure. Sed quòd bilis nū irritat ſua acredine, idcircu fit, quia permixta & cōfuſa eſt cùm pituita, qoç obtūdit eius acrimoniam. Quud ad curarionē, etſi videtur difficilia fore curatio, tñ cùm corpus ſit vigēs, ſi non ſtatim,

A ſaltem tēporis progreſſu iuoari & minoi malū pòt. vxor benè colorata eſt, boni habitus, ſcu cū marito eiuſdem tēperamēti. An profluuiū menſiū alborū referēdum ſit ad vterū, dubium eſt, quia ſtatis tēporib expurgatur per rubrus mēſes, quos albi ſequūtur, qui ſterilem vterū reddunt & iufœcūdum. Pòt tñ vteri quidem affect⁹ eſſe nō verò vaſorū ſeminaliū: verūtamen cū cootagiū locum recipiat, vbi cū putredine eſt, vt patet in ophthalmicis, aliiſq; pu-B tridis & infectis, quib. cū verſari periculoſum: ſemē aūt cùm aquoſum ſit & erudū, facilè corrūpatur & putreſcat, quādo in locū ſupercalefactū fuerit receptū, impreſſione à vaporib infectis: ideò & vter⁹ & vaſa ſeminaria infecta eſſe poſſunt Atq; eadē de cauſa etiā percipit calorē in dorſo, quēadmodum maritus cū laborauit. In gonorrhœs humorū aliorū, q̄ ſeminis eſt maior copia, quare nō ſtatim ſupprimēdus eſt flux⁹. Vidi.n. iis ſuppreſſis alia ſequuta ſymptomata, vt teſtiū inflammationē, febrē, &c. Quare C corpus & omnia mēbra vacuāda. A violentis abſtinēdum, quia exſoluunt atq; lædunt magiſq; debilitant membrà, præſertim ſi inferiores partes laborāt. Ergo potiùs leuiora reiterāda ſunt. Laudo caſſiam, electuariū lenitiuū, cum modico hieræ: nam quanquā illa uon ſit admodum calida, tñ membra attrahūt aliquam caliditatem, quare ad ʒ.1. ſaltem illius ſumerē, aut loco eius rhabarbarum, q retinet materiam, & corroborat membra, nec multum adſtringit. Parāda etiam materia cum ℥.1. ſyrupi de ciD chorea, cum ℥.s. ſyr. de beton. ſimiliter cū decoctis eurundem. Euacuāda autem materia com rhabarbaro infuſo in decocto liquiritiæ, ſebeſteu, florum boraginis, florum de betonica, de cichurca, vt ſimiliter vacuet & ruboret, citra maguā calefactionem. Item ſyrupus ruſatua ſolutiuus maximè conuenit in corporib calidis, efficaciorq; eſt ad euacuationē. Hæc ſi ſufficcrent, abſtinerem à ſcāmoneatis, & leuioribua tentarem, quæ ſi non ſucceſſeriut, fortiorib vrendum poſt purgationē tertiam, quæ corroE borēt ſimul & colligant laxitatē partium iſtarū, vt myrobalanis chebulis & citrinis In calidis & abundantibus ſanguine vterer ſanguinis miſsiune modica, quia refrigerat, diuertitq; materiam, ſed non niſi poſt mēſtruas euacuationes. In marito copioſiorem, quàm in muliere ſanguinis miſsiunē pateter Venā ſectā corroborāda viſcera corallo rubro, dato in ferculis & potu, item ſaccharu viulaceo, myrubalanis cōditis Experientia probaui raſurā eboris & carabe in cibo data. Linimēta ſint vnguētum F ſandalinum, & excorticatarum caſtanearum, tandem vnguenium Comitiſſæ. Quibua tamē iu marito lubentiùs, quàm in vxure, vtēdum cēſeo Balnea laudarē niſi membra qualicunq; caliditate læderētur. & magnua eſſet huius æſtatia æſtus. Quare metuo ne pro exſiccatione & roboratione, ventriculua, dorſum, vaſaq; ſeminaria iucēdantur. Ergo eorum loco vterer Veronēſium balueis, ad quæ etiam aeris mutatiu iuuabit. Sunt illæ tepidæ, refrigerant moderatè, nec ventriculum læduut, ſed G expurgaut: ſi aliqua caliditas inuſta fuerit, tolli poteſt ceratis & inunctionibus.

NOTA.

¶ De gonorrhœa vide tit ventric. affect. conſ. 12. Item tit. Renum affect. conſ. 50. Item tit. veſicæ affect. conſ. 66 Item tit. Gallicæ Iuu, conſ. 120. (conſ. 55.

Inuoluntaria excretio ſeminis, vide tit. Aluus adſtricta, Affec

Affectus dorſi, & ſpinæ dorſi.

CONSILIVM LXXXV.

Caſus ab alto in ſiniſtrum latus & ſpinam dorſi.

FALLOPIVS.

AGitor ſecondus annos, quòd nobilis mulier (temperaturæ calidæ & humidæ, habitos carnoſi, calidi & humidi capitis,) per ſcalam deſcendens in latus cecidit ſiniſtrum, cumque adeſſet ſcamnum, in tabulam illius illidit contuditq́; partem circa ſextam & ſeptimam coſtam, quaſi ſub mammillis: ictus ingeminatus eſt ex caſu, primùm in ſcamnum, deinde in ſcalam. Hinc dolor ſequutus eſt dorſi mordicans cum ardore, ita vehemens, vt in latus dextrum decumbens non perferret, vnde diutiſsimè in dorſo decubuit. Hinc ſputum etiam ſanguineum ſequutum, quod non diu tamen perdurauit. Inde ſectâ venâ, & exhibitis atque etiam impoſitis multis medicamentis mitigatus eſt dolor, vt in vtrumque latus decumberet. Verùm cùm exurgeret gradus interceptus eſt. Superueniente quadrageſima, & greſſu reſtituto, nouum impedimentum ſucceſsit videlicet vt difficilimè incederet, cùm valde cruribos eſſet debilitatis: remanſit etiam in ea dorſi parte quædam grauitas & laſſitudo, quæ laſsitudinis vlceroſæ ſpecies eſſe videtur. Hic dolor interdum intenditur, interdum mitescit, præſertim ſi decumbat: imo ex toto auſertur, & videatur liberè incedere poſſe. Exacerbatur autem dolor. poſt cibum ſumtum, in dorſo & parte laterali, plorimùm debilitatis cruribus & brachiis, qui per quietem acquieſcit. Accedit quòd circa quintam coſtam, qua parte facta eſt primùm contuſio, habet aliquid duri, quod ad tactum duriorem doloroſum eſt. Poſt caſum etiam crurum tremor ſequutos eſt, qui nunc, ſuperueniente aliqua animi affectione, multùm tremunt. Dextrum quoque brachium omni motus generi eſt inepiſſimum. Patitur item vtriuſque poplitis conuulſionem, quæ ſpecies conuulſionis grampffu ſimilis eſt: nam etiam circa partes neruoſas patitur. Accedit his in oculo etiam quædam ſuffuſio. Hæc ergo ſymptomata ſunt, quibus nobilis mulier obnoxia eſt: quæ omnia ex contuſione proueniſſe exiſtimo, maximè affectis iſtis coſtis. Spina autem rectè habet, & ductus coſtarum, tantùm reperio partem contuſam aliquo modo eminentiorem & dolentiorem, vnde dolor per dorſum tranſuerſum communicatur. Maxima tamen eſt contuſio, quæ etiam fracturam arguit: nam in corpore ſenili (agit enim annum ſexageſimum) & grauiore, fieri vix potuit, quin rupta ſit in parte ſiniſtra membrana ſuccingens, interna vel externa: quarum hæc contuſa non magni momenti eſſet, ſed maioris illa, quæ coſtas veſtit. Poſſunt autem etiam nerui iſtarum coſtarum contuſi eſſe, vnde crederem, illis neruis contuſis, ligamenta coſtarum rupta eſſe, quibus cum ſpina dorſi coniunguntur: credo etiam totum periostium & ligamenta coſtarum contuſa eſſe, atque vtriuſque horum dolorem ſpinæ communicatum eſſe: nam afflictione perſeuerante, dolor etiam omnibus partibus membriſque communicatur; niſi

A quòd thorax haud affectus eſt. quod indicat libertas reſpirationis. Intenditur autem dolor poſt cibum propter maximum connexum inter ſeptum tranſuerſum & membranas coſtarum & ventriculum, item inter membranas ſuccingentes coſtas. Nam cùm neruorum ſepti tranſuerſi propago deſcendat ad meſenterium, ventricolo pleno exiſtente, & degrauante meſenterium, credo tenſionem fieri illius nerui, qui ad ſeptum tranſuerſum & mē-
B branas illas intercoſtales peruenit. Vnde cùm dolor illis cōmunicetur & ſpinali etiam medullę: non proinde videtur adeo eſſe veriſimile, q̄d adſit adhuc aliqua cōtuſio. ſed quia reliqua ſit adhuc quædam imbecillitas. Patiente autem ſpinali medulla, mirum non eſt ſi patiatur etiam ceruix, totumq́; corpus tremoris & conuulſionis aliam cauſam eſſe exiſtimo. Credo enim quòd à vitæ primordiis debilior fuerit in parte ſiniſtra, q̄d oculi ſuffuſio, ante viginti annos inchoata, arguit, quam tamen i-
C pſe neglexit, vt mirum non ſit, quia etiam alios dolores neglexerit. Porrò quia illa ſæpè eſt mala victus ratione, mala excremēta coaceruata ſecere aliquas deſtillationes ad partes inferiores, quas tamen illa non percipit, hinc & neruorū obſtructiones & imbecillitates ſequutæ ſunt, & tandem etiam conuulſiones. Ab eadem cauſa & greſſus interceptus fuit, & tremor quoq; ſubortus, aucta neruorum imbecillitate. Curatio difficilior erit, quia affect⁹ iſti omnes cum ætate ſenili conſentiunt. Quare cùm mor-
D bum ſuperare non poſsimus, ſaltem mitigemus. Difficultatem curandi arguit, quod à præſtantiſsimis Medicis curari non potuit. Caput igitur primùm expurgetur ab excrementis pituitoſis & frigidis, cùm non multis euacuantibus vſa ſit: vnde aluum lenirem caſſ à cum hiera: præpararem attenuantibus & thoracem reſpicientibus, vt hyſſopo, calamentho, iua arthetica, factis ſyr & decoctis, nō neglecto ſyr. viol de liquiritia. & de betonica: cichoracea etiam ob hepatis caliditatē adderem. Vacua-
E rem autem pil fœtidis. quæ à neruis euacuant, cochiis: eſt enim ſatis robuſta mulier. & omne genus pharmaci perferet: magis tamen probantur fœtidæ. Si minùs fortes viderentur, vterer agar cū trochiſcis alhādal, vel hiera diacolocynthidis. Poſt ad locum affectum venirem, & diſcuterem illum tumorem, qui neruulos ligat. Primò interiùs ſumeret aquas thermales: nam & diſcutiunt & detergēt: aut Aponēſes, vel Aquarianas, ratione nitri, quę domū deferri poſſunt. Quod ſi aquas recuſaret, vterer te-
F rebinthina vel laricinia, ieiuno ſtomacho, per quatuor aut quinque horas ante prandium: nam quātum neruis conferant notorium eſt. Laudo etiam caſtoreum, aut medicamentum ex caſtoreo, vt theriacam, & mithridatium, quæ crebrò exhiberē ante calores. His ſemper adhiberem hyſſopum, liquir. & thoracem reſpicientia. Poſt robur partium, tentarē & diſcuſsionem, vt per aquas thermales & luti vſum admodum calfacientis & laxantis, q in fonte calidiſsimo Diui Petri reperitur, adhibendi circa
G principium neruorum & partes affectas. Quod ſi aquis vti nollet, inungerem totum dorſum diſcutientib⁹, vt vulpino oleo, vel de euphorbio, vel liliaceo cum aromatib⁹, reſina, pice nauali, & caſtoreo: auſpicarer autem à liliaceo, quo totum dorſum inungerem & partē affectam: vel acciperem reſinam & colophoniam, vel ex pino, cum oleis quibuſdam

vel pinguedinibus conficerem medicamentum ex lini ſemine & fœnugræci, pòſt inungerem medicamento dicto, & tandem ad fortiora illa iterum peruenirem, tandem vterer & laurino, vt etiam philoſophorum, & de lateribus, vel balſamo. His non iuuátibus imponerem emplaſtrum ceroneum: nam quantum diſcutiat & ex alto attrahat, ex Galen. deſcriptione notum eſt, diſſoluatur cum baſilico ſimplici. Cauteriis, cùm morbi non ſolùm in ſuperioribus partibus conſiſtant, ſed etiam in extremis, non vterer, cum aliquando plus attrahant, quàm euacuent.

Trincavellivs.

Puto ego, quòd ex illa colliſione concuſſio etiam vniuerſæ ſpinæ facta ſit, quia omnia inſtrumenta ab illa dependentia laborant, & articuli omnes. Nã & dorſum vniuerſum & muſculi omnes videntur læſi, brachia etiam & crura. Vnde non eſt putandum, quòd principium neruorum læſum non ſit, læſis ſimul chordis ſupradictis. Nam niſi aliquid huic incommodo ſomentum præberet, facilè vires inſtaurari poſſent. Hinc ergo excrementorũ omnium influxus factus eſt, ſcatente toto corpore, humoribus, maximè autem cerebro. Attrahitur autem materia etiam ratione concuſſionis & motionis, vnde præter continui ſolutionem etiam humores defluunt, à capite præcipuè: qui non ſolùm frigidi ſunt ſed mixti, quod ex venarum oculorum magnitudine coniicio, quæ capitis caliditatem arguunt: quare etiam neruorum facilior perfuſio fit: nam à frigidis potiùs ſtupidi redderentur. Quod ad ſanguinis ſputum, qui filamentis ſimilis fuit, is à vena capillari promanauit, aperto aliquo oſculo vel rupta vena. Puto autem ex partibus potiùs vicinis, quàm remotioribus emanaſſe, cùm per tuſsim non promanarit. Hanc opinionem meam de influxu materiæ cõfirmat praua victus ratio, à qua grauiùs habuit, & facta eſt velut recidua, cùm noua materia iſtas partes imbuerit. Cõtinuè autem fluit iſta materia, quia inſigniter repletum eſt caput, quod grauitas & vertigo indicant. Quare niſi huic rei ſuccurratur, curatio perfici non poteſt, non neglecta tamen imbecillitate. Cùm igitur imbecilli ſint nerui & magis laxentur perfuſione iſtius humoris, mirum non eſt, ſi debilitas & laſsitudo ſubſequatur. Quòd laborat ſecundum vẽtriculum poſt cibum, credo fieri ob affectos neruos muſculorum internorum & externorum, & propter connexionem diaphragmatis: nam grauato vẽtriculo & pendente omnes iſti muſculi laborant. Curationis negotium credo fore difficile propter corpus ſenile, excrementoſum, & morbum inueteratum, eſt enim duorum annorum. Sed tamen credo ad meliorem ſtatum reduci poſſe, ſtatuto fundamento vacuatione capitis, tanquam mandantis, & vniuerſi. Primò mihi probatur lenitiuum dictum ex caſsia, vel magis electuarium lenitiuum. Deinde roborantibus agerem vt cichorio, fumaria, betonica, melle roſato, ſyrupo roſato. Póſt vacuarem agarico cum rhabarbaro, vel confectione hamech, vel diaphœnicone. Nam corpus hoc eſt admodum adſtrictæ alui, quare fortioribus agendum. Tandem denuò pararem materiam calamentho, betonica, cum ſyrupo de betonica compoſito, melle roſato, vel de cichorio. Póſt iterum euacuarem ferè cum ſimilibus: inde cum pilulis cochiis, quæ præſtantiſsimæ videntur, ſubtrahendo fomentum, illis aliquid fœtidarum addi poteſt. Vlteriùs etiam progrederer ad hieram Pachij dictam, quæ humores exſiccat: nam membra confirmat, ſuprà quàm dici poteſt, quam Galenus in pleuritide non valida etiam concedit. Tandem etiam particularibus caput euacuarem, vt maſticatoriis. Balneis iã dictis vterer. Quod ſi exſiccationem metuerem, inungerem oleo liliorum, vel ſimilibus. Póſt deuenire ad perfuſionem totius ſpinæ, & capitis etiam, vt ſi aquam bibere nollet, ſaltem pro infuſione vterer. Laudo etiam lutum Bartholomæi, quod non permittit materias exſiccari: item montis Orthonis. Laudo item multa linimẽta, vt ex chamæmelo cum lumbricis, item liliorum alborum, ſemper ad fortiora progrediendo, ſi ita videretur. Póſt habeat medicamentum aliquod ſibi frequens, vt ſunt reſinæ illæ, & pilulæ quædam, vt continuò generata materia continuò euacuetur. Placet etiam mithridatium & theriaca, quam noſtro tempore infantibus ſine noxa exhibent: item conſerua betonicæ, anthos, & myrobal. In primis verò victus ratio proba ſeruetur: quod ſi corpus eſſet iuuenile, vinum ſubtraherem, quare parum bibat. Vellem etiã vt potiùs ruri quàm Teruiſij degeret propter aeris humiditatem.

Nota.

¶ Dolor dorſi, vide titul. Ventricul. affect. Conſilium 8. Gibboſitas, vide in libr. 2. titulum Phthiſis, Conſil. 10.

De Arthritide, Podagra, Iſchiade.

CONSILIVM LXXXVI.

Præſeruatio ab Arthritide & Podagra.

PRoponitur caſus morbi difficilis, vertiturq́ue in dubium, vtrùm filius poſsit renuntiare hæreditati paternæ, ſaltem in parte, ſi nõ in toto: deſiderat enim à paterna & auita ægritudine liberari, & præſeruari à chiragricis, & podagricis, atque in vniuerſum ab articularibus doloribus, quibus parentes afficiebantur. Quærit ergo nunquid poſſit caueri, vt ſequenti tempore nõ arripiatur à morbis, quib. ſui parentes antea fuere obnoxij De quo quid ſperandum ſit, nos quidem conſtituere poterimus, ſi priùs naturã corporis huius nobilis iuuenis & affectus, quem timemus, conſiderauerimus. Affectus autem is eſt, à quo dolores articulares & podagrici proficiſcuntur, quemq́ue ait ſe exſpectare. Et quamuis præſentes non viderimus dolores illos in parentibus: ſciendum tamen, eos ſequi ad intemperiem cum materia, in articulos decumbente, quam definitè non poſſumus pronuntiare, qualis fuerit, quoniam non vidimus eam, calidã ne, an frigida, an ex vtraque mixta fuerit. ſi tamen examinemus temperaturam huius corporis, potiùs timendum eſt de materia mixta ex calidiori & humidiori. Nam ex habitu totius, ſtructura, colore, & ex operationibus, quas & ipſi notauimus viſu, & ex aliorum atque fratris ipſius relatione cognouimus, non poſſumus non dicere, omnia ferè in iuuene temperaturæ eſſe inſigniter calidæ. Statura enim corporis recta & oblonga in calorem, cuius proprium ex extendere materiam, referri debet; color

color etiam rubicũdus clarus calorem indicat dominantem: actiones quoque idem demonſtrant, qooniam eſt impiger ad omnes actiones obeundas. In paſsiuis verò qualitatibos potiùs ad homiditatem qoàm ad ſiccitatem vergit, non tamen excedentem, qoandoquidem videmos ipſum moderatè carnoſum: non enim valde excedit modum corporis quadrati, cùm etiam ſit agilis, expeditus, & ideò nõ ſit admodum excedens humiditas. oam vbi dominatur humiditas, corpora fiunt grauia, pigra, & admodum inepta. Sed præterea quia appareot aliqoa ſigna, quę exuſtionem ſignificaot, & qooad pilos, non videtur carere pilis in hac ætate nigris ſobrubicundis, qoi ex aduſta gignontur materia, idcircò & hæc ratio perſuadet, quòd dominatur humiditas non intenſa, quia obtondit actiones caloris, vt ſiccitas acuit. Quocirca cùm maior ſit actio caloris quàm homiditatis, ſic vt ſit aliqua etiá exuſtio, ideò potiòs calidum quàm humidum dicerem iuuenem. Credo etiam cum hac temperatura totius conoenire iecur, & quòd ſit in eo ratio caloris exuperans: nam hoc mane dum vrinam inſpiceremus, in illa colorem croceũ obſeruauimos, io qoantitate copioſa, qui eſſe ſolet in corpore, in quo bomiditas non abundat, quique calorem in venis & bilem maniſeſtè indicat. Porrò quod eſt conſiderandum ratione eorum quæ dicenda erũt, capot eſt calidum & humidom, eaque ratione valde excrementoſum. color enim quem videmos in facie calorem atteſtatur: obid & promtitudinem habet ingenij, aliasq; actiones animales expeditas. Cor putarem itidem eſſe calidum atq; aliqoátiſper bumidum, nõ tamen moltùm, quia cùm adſint pili, id fit potiùs ex ſiccitate, quàm ex humiditate: nam pili ex vſtione materiæ geniti, ſiccum indicát, vnde oriontur, membrum: at calidum ex audacia & vitalium operationum promtitodine iodicamus. Ventriculum oón conſeotire exiſtimo cum his in tẽperatura, ſed aliquátiſper potiùs frigidum eſſe, quàm calidom atqoe bumidum, & quòd plurimòm exſpuat, credo ex vtroque prouenire, tum frigiditate ventriculi, tum cerebri humiditate: has duas cauſas retulit Galenus. Itaque cùm iſta ſit tẽperatura, (vt colligamus quæ ſeminaoimos) materia, qoam in hoc iouene abundare veriſimile eſt, mixta eſt ex pituitoſa &律bilioſa, quę, timendom eſt, ne magis generetur procedente ętate, aucto calore naturali: nam qui creſcunt, plurimum habent caloris innati. Porrò hæc materia, vt omnes Medici fateotur, maximè apta eſt ad gignendos dolores arſiculares. Sed quia materia à ſe ipſa moueri non poteſt, nec à ſe excitari, (neq; enim habet principium à qoo moueri poſsit) ſi debet deferri ad membra doleotia, oportet habere cauſas cientes & impellentes. Quapropter cùm in membro aliqoo generatur, ab eoque ad aliud poſtea tranſmittitur collecta materia, dum ſua mole aggrauat illud membrum, vel mala qualitate pongit & irritat, ioſurgit virtus membri, & quærit aliò tranſmittere, vt membrum oon occupetur: tranſmittit autem ad membra aptiora ad recipiendam fluxionem materiæ, vnde ſi qoæ poſtea nequeũt ad alia ob imbecillitaté tranſmittere, in bis figitor materia. Sed in primis etiam requiritur, vt materia apta admouẽdum reddatur, quæ mouẽti obediat. Cæterùm membro alicui accidit imbecillitas quãdoq; ex tẽperamento,

A & quandoq; ex ſtructura: ex tẽperamento qoidem vel à natura inſito, vel præter naturam inducto: ex modo verò compoſitionis, ſi præter modum membra ſint laxiora, vt tonũ vel robur proprium omiſerint. At talia membra ſunt articoli, vtpote naturâ ſuâ frigidi & exſangues, vt noo multum ipſis inſit robor: præterea & iuncturæ ſunt iam propter motum redditæ laxiores, vnde ſuapte natura ex imbecillitate, vtraque de cauſa acquiſita, aptę ſunt ad
B recipiendum materiam ab aliis validioribos tranſmiſſam. Quòd ſi accidat aliquid aliod extrinſecùs, hæc adiuuaos, vt quòd à parentibus per ſucceſsiooem articuli imbecilliores contingant tanquam hæreditarij, promtitudo qoædam axſurgit ad hos affectus, qui ex fluxione proueniunt: quod maximè ſuſpicandum eſt in hoc iuuene, oe habuerit quádam connatam imbecillitatem ex vtero, quòd iuncturæ laxiores & imbecilliores ſint, & quòd capot excrementoſum calidum & homidom, quod
C ſuâ naturâ multipliciter excrementa & bumores ſuperfluos, & maximè ſi vniuerſum hoic capitis tẽperamento cooſeoſerit. qoi enim tales ſont, ex habitu huius corporia maximè fiont apti repletioni ipſios capitis: cootinoè namque exhalaot ad caput vapores ex humorib⁹ eleuati. Accedit qoòd caput etiam excremeota continuò generet, de quib. metuendom eſt, ne ad imbecilliores partes tranſmittantur & demandentur, & ita parentum conſoetis affectibus & doloribos afficiator. Hæc ſunt, quę re-
D mouenda erunt, vt puto, ſi velimos præſeruare iuuenem ab huiuſmodi labe. Si quis autem quærat à me, nonquid poſsit præcoſtodiri, ne his corripiatur doloribus, dico quòd Collega meus & ego vidimus áliquos dio paſſos huioſmodi morbos, qoi à nobis curati fuere, adhibita tamen exactiſsima cuſtodia ac diligentia: & præſertim curauimos queodam virum annorum quinquaginta, adhuc viuentem & agentem anoum octuageſimom, qui nunquam ampliùs hoſce dolores percepit, adhibi-
E ta (vt dixi) ſumma diligentia. Si argo hoc in ſene & qui iam fuerat affectus, potoit eſſa, vt fuit re vera, quanto magis iuueois iſte congruæ ſatis tamperaturæ & habitus corporis atqoe ætatis, ſi voluerit curam adhibere, potuit liberari. & eo magis qui nondum correptus ſit, ſed timeat ſolòm. Attamen neceſſarium eſt, vt plurimũ adhibeat curæ ac diligentiæ, quia diſſicile eſt admodom propenſioni ipſius naturæ occurrere: quòd ſi omninò non poterit cauere, leuiùs ſaltem afficietur & minòs offen-
F detur. Illud autem in quo conſiſtit fundamentum huius totius rei, eſt ratio victus verè inſtituta, ne generentor excrementa: caueat etiá ne partes qootidie reddantur imbecilliores. Verùm cùm id minimè exactè præſtari poſsit, vt in corpore iſtius iuoenis omoinò non generentor excrementa, idcircò indigent vt & euacuentur atque per aliam viam reoellantor. dicebat enim Galenus in ſecundo de natura bomaoa aphor. nono com Hippocrat. ipſo, quòd ſi qoando contigerit in corpore ſanguinem
G colligi, & humores maximè redundare tempore ſanitatis, oportet Medicom tunc ad contraria loca trahere, vt natura aſſueſcat humores redoodantes in alias partes deſerre & detrudere ab his, in quas conſueuit, vt io eundem locum ampliùs oon confluant. Caueat igitur ab omoibus, quæ poſſunt imbecilliores reddere iuncturas, vt puta relaxando,

COnqueritur da affecto articulo io geno ſiniſtro,vnlnere accepio abbinc tribus annis, ea parte qua ligamétum cingés tibiam & femur cootinetur. vulnus ex ſni natura malignú ſuit ſcilicet in articolo,abſceſſus plurimi ſecuti ſunt,ita vt adhnc magnus appareat in muſculo ſeptimo abſceſſns.Fuit vulnus diuturnum ita vt refrigeratum ſit genn,& ideò vix tandem cicatrix inducta, cum læſione articuli & contractione veluti quadam & conoolſione, mnſculis anterioribus non potentibus validè extédere. quare motus interceptus eſt, ita vt claudus ſit factus. Inſnper exiennatum eſt crus,& totú adeň femnr. Cnnqueritur præter hoc & de imbecillitate ventriculi: & petit an conductu ræ ſint aqnę thermarum,eò quia hepar calidum ſibi habere videatur,inſnper & renes. Cauſa impedimanti articuli hioc patebit. Nam cùm ad motum articuli,os,muſculi,& ligamentum molle,vt poſsit extendi & contrahi, requirantur, inſuper vt os ipſum lobricum ſit & probè conformatum, vt poſſit moueri: ligamenta pręter naturam affecta videntur: nam paſſa cicatricem ſunt, & callo coniuocta, qui axtendi nequit. Adde, qnòd credo in cauitate media non adeſſe debitam conformationem, ſcilicet cauitatet doas paruas,easq; lubricas: credo enim matetiam eò deſluxiſſe, & cauitates illas repleſſa,vt motos fieri non qneat. Verùm cùm ſecta ſit tantùm chorda ſexti muſculi, (qnia vulnus in parte ſylueſtri ſuit acceptum) quæ cùm non ſit opifex ſola extenſionis,ideò non dicendum eſt, illius ſolùm ſectione & cicatrice prohiberi motum, ſed potiùs propter repletas cauitates humore aliquo: nam adeò immnbilis eſt articulus, vt nollo modo extendi poſsit,etiamſi ſuper illo ſtet. Maciei duæ caoſæ propononthr à Galeoo: prima, quando partes nimis diu qoieſcuot,atqoe ita refrigerantur, vt nequeaot excrementa expellere: ſecunda, mala faſciarum applicatio,quæ boni alimenti afflnxum impedientes, obſtructionem fecerunt etiam in parte neruoſa. Ambæ hæ duæ cauſæ in hoc crure contingere potuerunt. vltimò forſan dicere poſſemns,cùm iam incuruatum ſit crus, non dari liberum acceſſum alimento per venas & arterias incurnatas. Non negarim etiam, cùm exſpuat frequēter, & imbecillo ſit ventriculo, qoin materia malè concocta ad partem illam læſam deſluat. Difficillima mibi videtur curatio: primò, quia magnus eſt affectns,deinde,quia confirmatur, tertiò, qoia medicamentia licet validia primò adiutus videatnr, poſtea tamen nocumentum ſuſcepit: nam ſuffumigia Puteolana habuit,quæ primò molle ganu reddiderunt & flexile,poſtea verò omninò indurarût. Adda qnòd maciem auferendo,obſtructiones omoes tollendę erunt,per expurgationem materierum, lenita aloo,cum præparátibus & detargentibus materiá tum pitnitoſam tum melancholicam. Expurgato corpore, corroborandus ventriculus, na amplius talem gignat materiam. Concederem aqnas thermarum, præcipuè Aponenſes,quæ hepar non calefacient,nec renes, quia cùm aqua ſit tenuiſsima, facilè diſſolui poterit, in ventriculo etiam ipſo, antequam partingat ad bepar. Hoc facto, macies poterit tolli optimè, attracto ad locom ſangnine bono per frictiones, medicamenta, aquarum infuſiones, item & faſciis, quibus tamen nuoe io altero potiùs vtemur crure, vt exprimamus alimentum ad crus affectnm. Aqna bituminoſa quæ oritur in agro Mutinenſi mihi valde probaretur, quia ſtrenoè calefacit, parùm autem exſiccat: item pyrethrum, ſulphur ἄπυρον, pix liquida, thapſia etiam, ſi recens inueniri poſſet. Quòd ſi crus noo intumeſceret, bumidis vterer: ſi ſic, ſiccis. poſtea oleo amygdalarum dulcium, aut ſimili aliquo, illinirem. Sed an macies priùs, an articuli immobilitas tollenda? Si articulo proſpiciemus, per emollientia, velnti oleum amygdalarum dulcium, oleum purum, item humorem qui exit ex teſticulis boum aut arietum, erunt nimis imbacillia: quare per aliqua vehemētiora id conandum eſt: ſed bona oberit maclei, quia talia etiam diſcutiunt. Si ergo curatio aliqna ſperari poteſt, credo priùs emollitionem tentandam, pinguedine humana, oleo coſtino, amygdalarum dulcium, vulpino, qoæ magis emolliunt, quàm diſcutiunt, pinguedine ſerpentum domeſticorum, pinguedina vrſina, leonina, &c. Attaman vix credo, quòd iſta tophom hunc duriſsimum poſsint emollire: quare ad fortiora deueniendum, veluti ad ſuffumigia, & lutom. Lutum S. Bartholomæi multùm profuit quoodam, ounc nibil planè, eò qnòd accolę ſtercoribus piſcinam contaminant. Lutum vero S. Petri, ſi imponatur leniter in ſole non admodum feruenti, non admodum reſoluit. Poſtea vellem, vt etiam aquâ iſtius ſnueæ ablueret crus: item bonum foret, ſi imponeret crus in ipſam ſoueam. vidi ego ſuperiori anno monachum, cui crus erat contractum omninò, vt ambulare non poſſet, quem cùm ad lutum dimiſiſſem, ita conualuit, vt nunc rectè incedat, ſine vlla noxa. Sed ſi emollirentur partes illæ ab iſtis, chordæ poſteriores magis attrahent, & callus reddetor ſiccior. Quare ego ſimnlac extrahetur ex

fouea & mollitũ appareat genu, vellem vt aliquo A
humido inongeretoc, veloti oleo dulciſsimo cũ aliqua pinguedine, aut ſpongiæ tantùm madidæ aqua applicarentur, &c. Quòd ſi iſtam humiditatem extrinſecam nõ poſſe iutrudi ſperemus, ſatiùs arit erectum & extenſum habere geuu, quàm curoum. Ergo ſi emolliretur genu aliquo pacto, per ſuffumigia & lutum, ocreis ferreis popliti applicitis ſtatim à ſuffumigatioue firmaremus crus & extenderemus ſenſim. Inde deuenirem ad maciem i- B
ſtam ſuperandam per frictiones, &c.

FRISIMELICA.

Octobri præterito cecidit ab equo in crus, vnde magis crus fuit imbecillom factum. Malè concoquit, etſi bene appetat: iecur calidum eſſe, omnia atteſtantur. Credo chordas eſſe repletas & exſiccatas mirum in modum, defluentibus matericbus ad partem imbecillam & doleutem, immuo do præſertim corpore ex ventriculi imbecillitate. C
vnde inflammatum ſæpè fuit crus, abſceſſus plurimi ſecuti, & articuli ſuâ naturâ frigidi & ſicci facilè ad iutemperiem hanc labi potuere, materiâ inſupec in concauitatibus illis infarctâ, dura & congelata. Tabes facta eſt, diminuto calore partium & nutritione impedita: hepar euim calidius facile potuit reſoluere humidum naturale veutriculi, & per conſequens etiam calorem naturalem, qui fundatur in humido, ſicuti præteruaturalis iu ſicco. Venæ ſectionem uon vſurparem, quia paucus D
adeſt ſanguis, & humores cum ſanguine miſti uou ſunt. Leniatur aluus: concoqoatuc materia ſyrupo de betonica, de iua ſimplice, quia ioa reſiuoſa cùm ſit, multùm facit ad articulos. euacuarem agarico, rhabarbaro, &c. pro pitoita & melancholia. Poſtea attenderem ventriculo, non neglecto genu: quia aliàs ſemper tranſmittetur materia: idcirco potus Aponenſium conducet valde: poſtea geou aliqua adhiberem, quia ſic inflammatio eoitabitur, euacuato corpore. Conferunt autem aquæ E
non tantùm ipſis membris interioribus ſed etiam exterioribus, quod ex ſudore totius corporis colligimus. Poſtea primò emollieudum genu, & materia conſtipata, deinde digerenda, & roboraudus locus. Curatio tamen ecit admodum difficilis: quia non facilè lapidoſa iſta materia emollietur per emollientia, ſed pec diſcutientia aggredi oportet, quæ cùm calida valde ſint & exſicceut, ſorſan etiam materiam impactam magis craſſefacerent. Tamen non omnino negligendum cros: nam vide- F
mus aliquando vel pinguedine ſola emolliri partes adeò induratas. Cum emollientibos ergo & roborãtibus procedendum, veluti decocto radicum & herbarum eom pedibus caſtratorũ, aut diſſoluta pinguedine in aqnis balneorũ: radices ſiut, altheæ, bryoniç, cucumenis ſylueſtris: ſemina, aniſi, fœuicu li, lini. fœnugræci: decocta in oleo antiquo, in quo decocto ſouerat genu, poſtea exſiccaretur & inoogeretur oleo reſolutiuo Gal. 14. Meth. quod priora ferè omnia recipit, aut pingnedine vrſi caſtrati, G
& c præcipuè Montanellæ, muris nimirum monta ni. Pinguedo humana non credo, quòd differat à porcina in temperie calida & humida: emplaſtrum diachylon diſſoluatur cum oleo aliqoo emolliẽte. Laudarem picem, bitumẽ indaicom, diſſoluta com oleo, item oleum petræũ ex lapidib. aotiqois, item

bitumen Mutinenſe. Lotum S. Bartholomæi mirũ iu modum eonfert ad emolliendum: ſed quidam nebulo peſsimus inijcit ſtereora & aliud lutum alinnde traoſlatum, & nobis ita imponit. Tamen ſi purum habere poſſamos, eređo multùm cõducturum: verùm tantùm in Iulio & eanicularib. diebua effodi debet. Quare luto S. Petri vterer, quod præſtantius eſt quàm lotum S. Heleuæ. Foueæ liqueſaciunt materiam, & ideò probautuc mibi, inuucta parte oleo antiqno, & incoctis iam ſupcà dictis.

TRINCAVELLIVS.

Aetas eſt conſiſtens, temperatura calida & ſicca, præcipuè hepatis & renum. Genu laborat, operationa læſa, & figura ſua læſa, quia curuum aſt. Vulnus fuit in parte ſylueſtri genu ſiniſtri, & videtur iuciſa eſſe chorda muſculi, ooo quidem tota, quia lata eſt & circundat totum ganu, ſed tantùm pars. Licet aũt chorda iſta contrahat tautùm erus, non extendat: tameu per communicationem fibra rum potuit impadire motum aliquo pacto, ſed tameu parũ admodum. Poſtea defluente materia varia, iu vulnere tã adeò durante, repletus eſt articu lus: quâ exſiccatâ, tophus quidam generatur, quo poſtea articulus cõiunctos eſt, non ſecos qoàm oſſa fracta calloſa quadam materia colligautur. Inſupec cùm ibi circa articulum plurimi fuecint facti abſceſſus & inflammatioues, credo ligamenta fuiſſe læſa & veluti diſrupta. Præterea chocdas quoq; cepletas eſſe ccedo, atque ideo contractas etiam ſi oe conuulſas: video euim chordam eſſa tenſam ſimul & duram magis, quàm ferat natura, vt veluti ſcirrhus quidam factus ſit. vnde & figura & operatio cruris impedita eſt. Præcedentibus etiam doloribus multis, qui reſoluerunt ealorem naturalem, item & connulſione veluti quadam ipſius cru cis, inflammatione item & abſceſſu adhæc ceſertia partibus materia frigida & indurata, facilè potuit extingui calor naturalis & macies obomri. Obſtructio ex ſitu iucuruo venarum & arteriarum non poteſt eſſa, quia etiam pars ſuperior emaciata eſt, non tãtùm inferior, quod tamen fieret, ſi tantummodò ex obſtructione & iueuroatione vaſorum id fieret. Ventriculi ratio maxima eſt habenda, vtpote qui curari poterit: uam de geuu curatioue valde dubito: magis autem illi innitendum, quod fieri poteſt, quàm de quo deſperata eſt ſalus. Ceterùm cùm materias iſtas tophi iuſtar concratas, authores ſe emollire deſperent, ſicuti ſcirrhum cõfirmatum, nec videam, quomodo emolliri poſsit, cùm iam pec trienniom duraoerit, in membro frigido & ſicco, inſupec cùm chocdæ ipſæ veluti ſint induratæ: idcircò aut uihil aut parum proderit illi lutum, & quamuis aliqoid proſit, uon tamen certè tale iuuamentum erit, vt debeat ſe idcirco exponere labori & moleſtiæ, iuſupar & periculo, quia aer ille valde eſt inſalubcis. Illyrica quædam puella, ſedecim annorum, ambo brachia con tracta habebat validiſsimè, ita vt ua chordis quidem poſſent diuelli: in ſomuis adeò reſoluebantur, vt ſana videretur: miſi ergo illam ad lutum S. Bartholomæi, quod inter initia quidem aam oil iuuit, immò peius ſe habuit, ſed poſtea cùm corrupiſſet ſoſſorem luti pecunia, vt verum lutom afferret, integrè conualuit. Quòd ſi brachiis ferreis crus extendi poſſet, abſque dolore, probarem. Dando lutum, ooo darem aquas thermarum, quia planè

cootra-

contraria ſunt: aquæ enim exſiccant validè, ſed mollit & humectat lutum. Sed & aquæ per vniuerſas diſtribuuntur venas, quod ex ſudore patet, quodque ij, qui illas biberunt, etiam poſt quinque vel ſex dies eaſdem mingunt. Quare abſtinerem ab aquis & confectionibus: linimentis, &c. vterer, præcipuè cùm intemperies non ſit inſignis. Quòd ſi lutum non probaretur, laudarem aquas, non metuendo ſiccitatem, quia aliàs ſatis eſt carnoſus. Macies meo quidem iudicio difficulter remoueri poterit, cùm videatur propemodum perpetuus eſſe comes membris affectis.

De habitu totius corporis vitiato.

CONSILIVM CI.

Moles corporis immodicè aucta.

DVo præcipuè circa affectum hunc (videtur enim malum hoc in numero affectuum ponendum eſſe, cùm actionibus neceſſariis impedimento ſit) quatenus ex his, quæ relata ſunt, percipere potui, conſideratione & diſquiſitione indigent: primùm, quia adeò pleni habitus factus eſt illuſtriſsimus Comes, adeóq; obeſus, vt iam ægrè admodum ſe mouere poſsit: deinde, quòd, dum vel modicè mouetur, vel ambulando, vel aſcendendo, deſcendendóue ſcalas, vel etiam manus dimouendo, & brachia, & tandem ex quacunq; vel leui exercitatione, ab anguſtia difficultateque ſpirandi corripitur. Iudicarunt autem, & rectè (mea quidem ſententia) excellentiſsimi illi Medici, primum incommodum, nempè vaſtam illam ventris molem in cauſa eſſe, cur ex leui motione anhelare & cum difficultate ſpirare cogatur. vires enim tanto pondere grauantur, vires inquam muſculorum pectus mouentium, vt ægrè poſsint ſuo munere fungi, cùm reſpirationis neceſsitas augetur ex corporis motu & exercitatione. Rectè autē excellentiſsimos Medicos iudicaſſe puto, ſiquidē nulla alia audio ſymptomata referri, quę poſsint alium affectum in hoc corpore indicare, à quo poſsit difficultas hæc progredi: ſicuti eſſet aut deſtillatio, aut quidpiam aliud iſtius generis. Sed & hoc nobis relatum eſt, quòd ea fuit cauſa, cur ita obeſo vētre euaſerit, nimirum quia, cùm iunior eſſet, quàm maximè exercebatur validiſsimis atq; vehementiſsimis exercitationum generibus: mox autem poſtquam ſanguinem exſpuit, monitus à Medicis, vt à vehementibus motionibus caueret, non modò ab illis ſe abſtinuit, verùm & à modicis moderatisque. Ex otio itaque, & ex lauta & ſplendida victus ratione, dum cibis optimis, vt & vinis, vtitur, quæ & multum, & bonum ſanguinem gignere ſolent, in eum habitum deuenit. Puto præterea eam fuiſſe corporis totius, præcipuè verò iecoris temperaturam, à natura contractam, quę fuerit aptiſsima ad congerendum plurimum boni ſucci. vnde neque mirum videri debet, ſi excreuerit venter in eandem molem. His procōpertis & conſtitutis acceptis, & illis addita ætate Illuſtriſsimi Comitis, quam audio in ſenectutem iam vergere, conſideremus qua ratione fieri poſsit, vt vel omninò, vel aliqua ſaltem ex parte deduca-

A tur nobiliſsimum hoc corpus ad mediocrem habitum, aut ſaltem tantum de plenitudine illius detrahatur, quantum poſsit ad hoc eſſe ſatis, vt ipſe commodè & ſine ea moleſtia ſe mouere queat. Sed antequàm vlteriùs progrediamur, ponam⁹ quædam fundamenta neceſſaria in hoc negotio: primum autem eſt hoc, quòd cùm, præter nimiam eam carnis & pinguedinis copiam, nullus ſit præterea malus affectus in hoc corpore, neq; malorum humo-
B rum aceruus aliquis, proindeneque purgatione aliqua inſigni ſit opus. nam & Hippoc. monuit, non eſſe purgandos, qui ſana habent corpora, niſi interdum ſolita excremēta intercepta non flueꝛent. Deinde & hoc præſupponamus, quòd neq; ſit neceſſaria venę ſectio, quatenus ad rationem præſentis affectus, niſi eius habitus talis eſſet, qualem deſcripſit in athletis Hip. adeoque plenæ eſſent ſanguine venæ, vt aliquam minarentur ruinam. tunc enim habitus ille ſoluendus ſtatim eſſet vacuatione: illa ta-
C men rarò eſſe ſolet in prępinguibus corporibus, in quib. plus ferè pinguedinis eſt, quàm carnis: cùm hi potiùs inepti ſint ad vacuationes, præſertim verò ad copioſam ſanguinis miſsionem, eò maximè, quòd alia etiā ratione, quàm per ſectionem venæ, ſanguinis copia, vbi res non vrgeat, demi poſsit. Quare vniuerſa rei peragendæ ratio à victus ratione petenda eſt, in qua, ſi Medicorum antiquorum decreta ſequamur, duo ſcopi nobis ſunt proponēdi, omninò contrarij illis, quos ſpectare oportet,
D quando emaciatum & attenuatum hominem reficere & ad pleniorem habitum adducere volumus. Hi verò duo ſcopi ſunt, quos ſexto de tuenda ſanitate exponit Gal. nempe vt minimè copioſa fiat alimētorum in particulas corporis diſtributio, multa autem & copioſa fiat euaporatio & diſcuſsio. qui deinde explanans in vniuerſum, quònam pacto hæc peragenda ſint, ait, minor erit diſtributio, ſi aluus fluida fuerit ſæpeque deiecerit. nam ſi nutrimenti inſtrumenta aſſuefecerimus, vt quæ in eis
E continentur citò deorſum propellant, id agemus, ne multa in habitum totius corporis fiat alimentorum diſtributio, quæ præcipua cauſa eſt plenioris habitus congerendi. Multa verò euaporatio & diſcuſsio erit, ſi exercitatio fuerit valida & celeris, pręterea ſi multas & longas adhibuerimus frictiones. Sed ad id faciunt & balneæ, in quibus diutina ſit mora, atque inunctiones adminiſtratæ ex oleis, in quibus vis ſit diſcutiendi. Hęc itaq; eſt totius iſtius rei ſumma. Quam dum conſidero & cum his con-
F fero, quæ mihi de nobiliſsimo hoc Illuſtriſsimoq; viro relata ſunt, videtur omninò quaſi contraria, non dixerim naturæ illius, ſed ſaltem diuturnæ victus rationi, quam hactenus ſeruauit, vt ferè in naturam eius trāſiſſe iudicare poſsimus. mutationes autē corporum in contrarias rationes, vt non tolerat facilè natura, ita etiā neq; ſine periculo fieri poſſunt, neq; niſi longiori tempore, atq; maximam requirunt aſsiſtentium Medicorum prudentiam & iudicium, vt videlicet id paulatim fiat, & nō illi in-
G iungatur, niſi quantum commodè natura videatur perferre poſſe, & maximè huic intēdamus, ne rem nimis acceleremus. Atq; adeò etiā ipſi non erit deinde mirandum, ſi non ita citò aſſequatur, quod deſiderat: aſſequetur autem, ſi patienter & prudenter ſe geſſerit. Verùm magis particulatim negotiū hoc tractandum erit. Et cùm iam poſuerimus to-

tam iſtios rei vim lo victus ratioue ſitam eſſe, illam
particolanm percurramos, ſumto initio à cibo &
potu. Cibi verò recta admiuiſtratio quatuor,
quautum ad uoſtrum oegotium pertiuet, capitib⁹
continetur, videlicet quautitate, qualitate, tempo-
re, & ordioe. ſed quautitatē cibi mentiri poſſumus,
vel eius, quod offertur, conſideratâ copiâ, vel refe-
rendo ad alimentum, quod corpus inde elicit. nam
multa ſont, quibus quamuis repleatur vētriculus,
modicum tameu exhibeut corpori alimentum, a-
lia autem quamuis oon copia eorum magna inge-
ratur, pro ratione tamen illius quautitatis pluri-
mùm aluut. Sed autea quàm ad defioitiones parti-
eulatim deuenismus, hoc conſiderandum, quòd
multa ratio ſit habenda conſuetudiuis, & uaturæ
iſtius corpnris. nam ſi aſſuetus ſit pluriiuum come
dere, omoinò aliquid de cibo couſueto detraben-
dum erit: paulatim tameu, & vt Hippocrates do-
cuit, gradatim agendum eſt, vt primùm quidem pa
rum mious ſolito comedat, mox verò pluſculum
magis detrahatur, ac ita ſubinde ſeuſim procedat,
vt vix animaduerteos aſſueſcat moderatæ cuidam
parſimoniæ io victu. Præterea & eius uatnra per-
peodenda, qoia ſi ex his eſſet, qui ieiuuij & famis
ſunt impatieutes ſuapte natura, illi quidem offerē-
dus erit copioſior cibus, ſed qui nou multom alat.
hac euim ratiooe, & cooſuetudini vel naturæ pro-
ſpiciemus, atq; corpuleutiam non augebimus, quę
augeri nequit, niſi alimoniæ aboodantia. Verùm
quia hoc magis ad cibi qualitatem pertinere vide-
tur: ideò ad ſecundum caput accedamus. In eligeu
dis itaq; cibis noſtro inſtituto accommodatis duos
ſcopos ſpectare oportet, vt uos docuit Galenus,
primùm ue plurimùm alant, deiude vt citas habeāt
deiectioues. In his autem, quę uō alont plurimùm,
ſunt olera quæcunque, atque etiam ſemina, vt le-
gumina, milium, panicum, oriza, & id genus alia:
ptiſana etiam bordeacea bouum quidem alimen-
tum præſtat, uoo tamen multum, pauis quoque
coctus, ſed priùs lotus, non multum admodnm ex-
hibet nutrimentum. Sed iu vniuerſum ait Galen.
7. meth. cibi, qoi facilè & citò coquuutur, non pnſ-
ſunt plurimùm alcre, quantum ad naturam ſuam
pertinet, niſi eioſmodi plurimos edat: tum enim
poteruut plurimùm etiam alere. Sed & boc addit
Galenus ſecundo aphoriſm. 18. quòd alimentum
ex his genitum oou admodom conſtans eſt: vt e-
oim citò alunt, ita etiam facilimè & citò diſflantur.
ſed iidem oiſi adſtringeutibus condiantur, veloci-
ter deiiciuntur excernuoturque: nam eibi humidi
eitas habent deiectiones: ſed & ſalita accelerant ex-
cretiones alui, præterea & adſtriugentia moderata
in ſecunda meoſa ad axcretiooem celeriorem ioci-
taot. Vſus itaq; vel in ferculis, vel in acetariis, præ-
ſertim in prima menſa, tantus, quautum admitti
poteſt à ratione ſalubris victus, illi erit cougruus:
vnde in acetariis lactuca, cichorium, endiuia, cap-
pares, non erunt præter rationem noſtram. qood
ſi ſaccharo aſpergantor, vt granor reddator ali
qusoto vis aceti, neque id ab re erit. Fercula autem
illi accommodatiſsima erunt ex oleribus, qualia
ſunt betæ, atriplices, braſsicæ: quòd ſi lautior meo-
ſa nobiliſsimi viri admitteret coudimētum ex por-
ro, neque id inutile aſſet: ſed & ciceres rubei, præ-
ſertim verò eōrum ios uoo eſſet ſperneudum: pti-
ſana verò hordeacea mihi maximè probatur. Car-

A ues porrò craſſæ fugieudæ omnes, ſicuti bubolæ,
ſuillæ, anſerum, anatum, atque etiam gallorum in-
dicorum, pauonum, pullorum, columbarum, maxi
mè altilium, quæ domi alontur: plurimùm enim
nutriunt: ſed uec vitulorum mihi io hoc negotio
probarentur, potiùs lactentium hœdorum. illę ve-
rò apponendæ menſis, qoæ tenuis ſubſtantię ſunt,
vt ſunt perdices, attagenæ, quæ ſtarnæ vulgò di-
cuntur, aoiculæ montauę, ſed & gallinacei polli io-
B ueoes antequam venerem ſiut experti, laudandi:
ſit tamen & horum modeſtus vſus. piſces quoqoe,
qui parui ſunt, & iu ſaxis, & claris aquis capiontur,
non vtique erunt iuutiles, cocti ex iure albo. vel tā-
dem, qui neque magni ſunt, & carnem duram oon
habent, neque pinguem, ſed potiùs friabilem. om-
nia hæc ſi condienda ſint, coodiantur his, quæ vim
habent attenuandi, vt ſunt petroſelinum noſtrum
domeſticum, fęnicolum, ſerpillum, pulegium, mē-
tha: vel aliquib⁹ aromatibus, vt eſt cinnamomum,
C piper, zingiber, modeſtè tamen id fiat, ne uimis ie-
cur excalfiat. hæc enim parant corpus ad facilem
excretionem & diſflationem, quæ ad corpulētiam
detrahendam uou parum iuuāt. Caſeus mihi om-
oioò improbandus videtur: craſſum eteuim præ-
bet uutrimentum. Vinom autem ſit tenue, & al-
bom, clarumque, uoo potens, ſed potiùs quod oly-
gophoron Græci appellant: ſed iu his couſuetudi-
nis & naturæ eius ratio habeatur: attamen quomo-
docuuque ſe res habeat, omniuò viua valde poten
D tia & craſſa deuitanda ſout: tenuia enim, vt quæ v-
rinam proritaut, aptiora ſunt ad detrahendam ple-
oitudinem. Sed quia cibi, qoos poſtremò recenſoi-
mus, auium nempè carnes, etſi, vt diximus, ex ſen-
tentia Gal. uou plurimùm outriant, neq; conſtans
exhibeant nutrimentum: nutriunt tamen magis
quàm olera & fructus, atqoe etiam piſces, ideò ſi
ſatisfaciendum eſſet appetitui & fami, liberalior aſ-
ſem iu illis exhibendis, ſi imminuenda eſt corpu-
lentia, quæ minùs nutriunt, præſertim verò, quæ
E minùs mala ſunt, & minùs ſanitati incommoda, &
quæ etiam in ferculis ſunt in frequentiori vſu, vt
ſuut lactuca, cichorium, endiuia, borago, & id ge-
nus alia: ex fructibus verò, in prima menſa ficus,
caricæ, & vuæ, perſica, poma, ceraſa, & iſtiuſmodi:
iu ſecunda autem amygdalæ, auellanę, piſtacia: po-
ſtremò verò & pirum, & malum aliquod ex his, quę
aliquid habent adſtrictionis: nam præter id quòd
robur ſtomacho addunt, faciunt etiam ad celerio-
rem deiectionem. In exhibendis præterea cibis,
F aliqui ſaliti cibi præmittaotur: poſtea verò quæ le-
niant & lubricam aloum reddant: tertiò carnes vel
piſces: poſtremò quæ modeſtè adſtringunt. Tem-
pus aotem cibi exhibendi erit poſt corporis exerci
tationes, de qoibus paulò pòſt dicemns. Sed nec
ſtatim ab exercitatiooe comadendum eſt, verùm
aliquo iuterpoſito ſpatio, donec corpus aliquanti-
ſper quieſcat, &, qui ex motione excitatus eſt in
membris, calor ſedetor. Et hæc de cibo, & potu. Al-
terum verò, qood examinandum eſt, & in qoo eſt
G vis maxima, ad exercitationē pertinet. Quod qui-
dem caput etſi videatur difficile admodum eſſe, cū
ex facili etiam corporis dimotione, in anguſtiā ſpi-
ritus incitat: attamen prodenti nihil difficile eſt. At
ſi qua in re prudentia opus eſt, in hac ea quàm ma-
ximè eſt neceſſaria, vt videlicet nihil violeoter aga-
mus, & ſuprà quàm ipſe facilè poſsit perferre, ſed
paula-

paulatim aſſueſcat vir illuſtris laboribus exercitationique, ne ab vno extremo ad aliud repentè facto tranſitu, natura ſub munere fatiſcat, & ei ſuccumbet. Ita ergo in hoc negotio agerem: primùm, quod multę exercitationis vicem gerit, in quo etiam Galenus plurimùm fidebat, manè ieiunum diutiùs fricarem, ſi quidem priùs aſſurgeret è lecto, & quando tùm poſſet, deambularet: mox laudarem, iterum decumberet, vel ſederet, & aliquis, vel molli linteo, vel manibus etiam totum corpus iugiter fricaret, donec ille perferre poſſet, & cùm laſsitudinem aliquam perciperet, pauliſper quieſceret, poſtea iterum fricaretur: vt tamẽ, quod ſæpius diximus, paulatim longis & moroſis frictionibus aſſueſcat: hoc enim pro exercitatione & ſatis etiam valida illi erit, atq; paulatim aptiorem reddet ad alios motus. Hoc autem ita peracto, ſi vir illuſtris in vſu haberet balneas, poſt hanc exercitationem in illas deducerem, in quibus vellem vt & ſudaret, & leuaretur, atque aliquanto tempore commoraretur: vt ſemper tamen ipſius tolerantiæ ratio haberetur, & in omnibus his res non violenter inter initia tractaretur, ſed modeſtè & gradatim res hæc augeretur. Poſt balneas autem mihi probaretur, ſi aliquo oleo vel linimento grati odoris inungeretur, qualia parant vnguentarij, in quibus vis eſſet diſcutiẽdi, ſicut eſt oleum, quod ex floribus Ieſamini paratur, vel ex ſpica, vel ex cinnamomo, & id genus aliis odoratis vnguẽtis. Interpoſita verò quiete, quãta viſa fuerit ſatis excellenti Medico, qui præerit huic negotio, poſtea ducatur ad prandium, & à cibo mox quieſcat, niſi vellet leni quadam & facili deambulatione procurare, vt facilior fiat cibi deſcenſus. Ante cœnam autem & poſt prandium probè confectum, mihi quidem probaretur, vt iterum ſe exerceret, alia tamen ratione, nempe vt equum aſcendens, ſi id facere facilè poterit, eo per vnam aut alteram horam veheretur: at primùm quidem equo, qui non ipſum plurimùm exagitaret, ſed blando greſſu incederet, deinde etiam paulatim aſſueſceret velociori & vehementiori motione ferri, & tandem curſu. nam nihil poterit rem hanc faciliùs ad finem deſideratum perducere, quàm multa & aliquantulum laborioſa exercitatio, cui vt aſſueſcet, omninò erit tentandum: vel etiam ſi curru duceretur, & ea congrua eſſe exercitatio. Reliquum autem eſſe mihi videtur: vt & naturales excretiones quotidie habeat faciles & promtas, ad quod non parum faciet ea victus ratio, quę hactenus eſt inſtituta, quæ ſi non videbitur ſatis eſſe, arte natura iuuetur. Quinetiam non omninò venereorum vſus interdicendus eſt, ſed temperatus permittendus, habito reſpectu ad conſuetudiné. Sed & hoc præterea animaduertendum, quòd ſomnus, niſi quantus illi neceſſarius eſt ad cibi concoctionem, & ad ipſum reddendum aptiorem & promtiorem ad labores, minùs illi vtilis eſt, quàm quies.

CONSILIVM CII.

Maraſmus incipiens.

HOc tanquam poſitum & conſtitutum accipiam, nobis curandum propoſitum affectum ſiccum, qui corporis toti9 habitum occupauit, ex multo & vario medicamentorum vſu, tùm corpus inanientium, tum ſubſtantiam & humorem ĩ-

A pſius diſſoluentium & diſcutientium. plerunque enim diuturnæ febres, præter vacuantia, medicamentis attenuantibus & diſcutientibus curari ſolent. Emaciatum ergo & conſumtum corpus eſt, ita vt iam in marcorem vel tabem vergat, non illam quidem, quam Philippus antiquus Medicus, vt retulit Galen. torridum Maraſmum appellauit, cuius comes eſt febris hectice: ſed potiùs alter, qui citra febrem eſt, & qui ſimiliter Maraſmus dici ſolet. B narrat enim excellens Medicus, virum nobiliſsimum omni febre vacare. Dixi autem vergere in marcorem: neque enim puto adhuc factum marcidum, vel omninò tabefactum corpus, ita vt ſolidiora corpora, in quibus, vt ſentit Galenus, conſiſtit in animente omnis ferè naturæ vis, mutauerint omninò habitum. Ex autem argumento coniicio, nõdum eſſe corporis habitum omninò vitiatum, quia vires viſus eſt poſt ablatam febrem ſatis commodè recuperaſſe: procliue tamen eſſe corpus hoc in mar- C corem, niſi illi occurratur, puto: occurri autem etiã poſſe non dubito. Modum verò curationis in vniuerſum oſtendit natura affectus, qui cùm conſiſtat in intemperatura ſicca præcipuè, & forſitan frigida, ſaltem ob priuationem vel inopiam caloris naturalis, exuſti vi morbi & medicamentorum: ſtatim hæ inſurgunt primæ indicationes, humectandum eſſe corpus duplici ratione, humiditate videlicet naturali per inſtaurationem, naturalis humoris, ac etiã externa humiditate per ea remedia, quæ D ſiccitatem extraneam remoueant: ſicuti duplici ratione exaruit corpus, nimirum conſumto naturali humore, & exſiccatione ex febre, & areſacientibus medicamentis. Præterea verò etiam reparatione & inſtauratione natiui caloris. Inſtaurandus verò eſt calor natiuus, atque etiam naturalis corporis humor, præcipuè cibo & poto: cibo quidem qui probum & temperatum ſanguinem generet: in temperato enim ſanguine conſiſtit omnis innati caloris ratio, atque etiam humiditatis. Mihi itaque ma- E ximè cibi propoſiti probantur, oua ſorbilia, carnes pullorum gallinaceorum iuuenum & bene altorum, ſed & hœdorum lactentium, & interdum pullorum, perdicum iuuenum. etſi enim ſicciores ſint carnes hæ: dum iuuenes tamen & tenellæ ſunt, ac omninò ſanguinem bonum & clarum gignunt, nõ putarem damnari poſſe eſum earum interdum: fercula præterea ex hordeo, interdum verò & ex farre exquiſitè cocta. vinum ſit maturum quidem, non acerbum, & quod ventriculo commodum ſit, non F potens, nec antiquum, neq; tamen omninò aquoſum, vt & ventriculi vires reficere poſsit, non craſſum, neque tamen omninò etiam tenue, ſed poteſtate, ſubſtantia, ſapore, & colore mediocre. Somnus illi magis quàm vigilia vtilis eſt, ſed tempore & loco congruis: vt tamen neque is immodicus ſit. Aliqua præterea facilis corporis exercitatio, quæ ad laſsitudinem ſit, non erit inutilis: excitat ſiquidem & auget natiuum calorem, & concoctionem iuuat. Aer in humidum inclinet: & in reliquis ſit tẽ- G peratus. Animi triſtes motus, qui corpus & animũ conſumunt, quoad fieri poteſt, fugiendi & declinandi ſunt. Frictiones mediocres quidem, non fortes vel vehementes, ſed potiùs molles, non parum poterunt conferre, nimirum ſi manibus non duris, ſed mollioribus potiùs, quàm linteis, nec ſiccis etiam manibus, ſed delibutis aliquo oleo admini-

ſtrentur, præſertim verò amygdalarum dolciom: ſed æſtate potiùs violaceo vterer. Quia verò duo conſideranda proponuotur, quæ in hec re præcipua ſuot, videlicet balneum, & lac: ego vtrumque laudo, & vtroque vterer. & vt de lacte priùs loquamor, quod & cibi & medicamenti ratinnem in hoc negotio ſubire poſſet, ego prę alijs omnibus laudarem quàm maximè lac mulieris, quæ iuuenis eſſet, & booi habitus, & vt ab vbere exſugeretur. alioquin enim, ſi febris adeſſet, vbi non modò eſſet indicatio à corpore emaciato reficieodo, ſed & à calida iotemperie remouenda, fortaſſe mihi magis aſioinum, aut caprinum probaretur. ſed quia præcipuus ſcopus eſt corporis inſtauratio & refectio, ideò muliebre eligerem, & vellem, vt ex vbere exſugeretur. nã dum ab aere non eſt affectum, præſtantius eſt: atq; oiſi vt aceſceret, aut corrumperetur in ventriculo, nullum hoc mihi præſtaotius remedium eſſet: imò ſi illi res feliciter ſuccederet, & aſſueſceret lacti, ego eo ſolo per dies aliquot, quoad excellenti Medico videretur expedire, vterer, & pro cibo & pro potu. Quateous ad balneum pertioet, eo qoidem omoinò vterer, prudenter tamen: hoc verò ieiuoo homini adhiberem. quamois euim nouerim, quòd balneum poſt cibum faciat ad pingue & caroosum corpus reddeodum: quia tamen potiùs calorem ab ioſtrumentis concoctionis reuocãdo, illi eſſe poteſt impedimeoto, ea propter in corpore & ventriculo imbecilli, ego non vterer balneo, niſi aote prandiũ, vel ante cœnam: vellem autem vt illi paolatim aſſueſceret, & præterea, vt aqua dulcis ſit, non admodum calida, ſed modeſtè, quateous delectet: neque plorimam io eo moram trahat, ſed diligenter proſpicietor, vt, cùm iam iocipit corporis color rubicundior fieri, ſtatim exeat, & molliter exſiccetur. mollibus lioteis, ac ſubiode inongatur aliquo oleo molliente, vt eſt oleum commune meturum dulce, vel oleum amygdalioum dulce, vel oleum violaceum odoratum, quod vngueotarij parant ex violis & amygdalis dulcibus expreſſum. Laudarem quoque vt à balneo & olei illitione io lecto molli, quantum excellentiſsimo viro videretur, quieſceret, eotequam cibum acciperet. Puterem aũt qoòd hac curationis ratiooe vſus facilè poſſet clyſterum moleſtiam effugere: nam & lac & baloeum facilè poterunt id præſtare. quod ſi adhuc omninò eis vti fuerit neceſſe, ego interdum clyſteres ex ſolo oleo commuoi dulci iniicerem.

CONSILIVM CIII.

Macies totius corporis· deſtillatio capitis: ventriculi intemperies calida & ſicca.

N.

PRoponitor matrona quadraginta & vnom aonos nata, quæ macie quadam non naturali affecta eſt, qua etism laborauit vſque ad annom quiotum & vigeſimum, tunc pinguiſsima facta eſt ad ſextum & trigeſimum annum. Incidit autem io meciem iſtam ob deſtillationem capitis, quæ aliquando ſalſa moleſtiſsimaque fuit, nooc non ſemper ſalſa eſt, ſed aquoſa plurimùm cum cruore, ooctu deſtillans, vt exſpuere cogatur, io principio ſanguinem prę ſe fereos. Pręterea io omoibos moſcu-

A lis faciei & maxillarum percipit debilitatem: laborat etiem circa palatom: oem priùs guſtus deprauatus erat, quo nunc per vices tantùm laborat. Poſtremò ventricolo leborat, vt ferè nooquam appetat, neque cibum, neque potom, oiſi diutiſsimè abſtinuerit, vnde ſe præter modum replens deoud circa cócoctionem laborat: humida omnia renuit, vt iura, oiſt ſalſediuem aut acredinem admixtam habeant: in concoquẽdo ita laborat, vt niſi magna B pannorum copia apponatur, aut io veotrem decumbat, aut ambulet, ouoquam concoquere poſſit. Sed iem ſymptomata hæc io morbos tanquam caoſas referam. Quod ad caput, laborat iotemperie calida & humida cum excrementorum copia. Caliditatem eius oſtendoot venarum letitudo, & omnia caput calfacientia, vt Ignis, curæ, ſol, deſtillatio vini maluatici. Hepatis caliditas tranſmiſsis vaporibus ad capot excrementorum copiam auget. Diuerſites materierum ex miſtionis diuerſitate eſt, C quæ io membranas palati deſcendens guſtum deprauat. His accedit venarum iugularium magnitudo. Iosipidi ſaporis cauſam eliqua ex parte veotriculo adſcribo, quòd per conſeoſum videlicet fiat. Defatigationis autem ioter maoducandum, aut loqueodum, cauſam eſſe poto refrigeratiooẽ ex violenta illa deſtillatiooe palati: fieri enim vix poteſt, vt io copioſa illa deſtillatione noo aliquid etism ad partes anteriores deſceodat. Huc acceſsit attractio aquæ frigidæ per oares freqoentiſsima, vnde re- D frigerato cerebro & neruis, per communicationem iſta quoque membrana refrigerata eſt, vtpote cùm ortum habeat à oeruis, ſecundæ & tertiæ coniugatioois. Haoc refrigeratiooem augere etiam potuit macies: ſed magis tameo attractio aquæ frigidæ: nam iſtã intermiſsâ ſtatim meliùs habuit. Veotriculi frigidi ſigna ſuot ipſa lotia, & tarditas concoctionis, item ioappetentia: vnde etiam humiditas edeſt, licet oon exſpoat, cùm ea humiditas per vrinam exceroatur. Atque hioc etiam macies ortum E habet, cùm ooo concoqoet: deiode delapſa materia ſalſa voiuerſum habitum extenuauit. Pro corationoe auferenda humiditas & frigiditas ventriculi, quod ſanè factu difficile erit, cùm iam qoinque anoos laboràrit. Cæterùm quia in lotio abundat materia pituitoſa, ab euacuatione auſpicandum, eaq; moderata, vt caſsiâ & ſpeciebus hieræ. Præpararem oxymelite, melle roſato, ſyrupo de betonica, decoctis atteouantibus. Veoam in iſta euacuatione oõ ſecarem. vacuarem ſenâ (quia illi eſt domeſtica) ed- F dito agarico & rhabarbaro. Caput vacuarem per palatum, cùm vię iam ſint apertæ, maſtiche, vel pyrethro. Pòſt alterarem ventriculum calfacientibos & ſiccantibus equis thermalibus, licet atteouatus ſit habitus, quia attenuatio illa facta, eſt à mala concoctione: ſiot autem aquæ D. Petri, quia Aponeoſes magis ſiccant. Sed etſi caput calidum eſt, quia tamen etiam valde humidum, multùm ab illis iuoabitur. Pòſt capot abluerem iococtis medicamentis ſiccaotibus, vt roſis, chamæmelo, betooica, cu- G preſſo, ſantalis. Et quooiam ferrum vehementer ſiccat, laodarem io aquis iſtis chalybis extinctiooem. Per oares attrahat ſuccum ſambuci, cyclamĩnis, & betæ. Fouerem etiam decocto calido partes circa moſculos iſtos, vt aqua S. Petri. Conſeruę placent ex ſtœchade, betooica: tempore frigidiore, illis aliquid mithridetij aut theriacæ edmiſcerem,

aut

ant penitus dimitterem, ſiquidem in emaciatis nõ admodum conueniont. Impinguatio perficiatur baloeo aquæ dulcis: poſt, ſi caput oon obſtaret, lacte vterer tenuiore: hyeme mithridatio vterer.

FRANCANZANVS.

Temperaturæ calidæ à primordiis fuiſſe exiſtimo, nec multùm exceſsiſſe, neq; in homiditate, neque ſiccitate. Capitis caliditatem arguont, promtitudo, color, & venarum latitudo. Cùm autem prima ætate fuerit gracilis, ſiccam fuiſſe exiſtimo, poſtea ratiooe victus & otij humidiorem factam. Tẽperatura verò capitis nõ plurimùm immutata fuit, quia non exſpuit, ventriculi ſemper debilioris fuit. Reoes videotur calidiſsimi, quia ſemper caliditatem & debilitatem circa dorſum percepit. Caput etiam calidius, cuius cauſa deſtillationes & reliqua circa faciem & tempora ſymptomata eueniũt. Caliditas eius primò quidem percipitur ad tactum, his acceſsit ioſolatio, & dealbatio capillorũ, & medicamenta chymica: humiditatam oſtendit ſomoi profuoditas. Ex bis ergo intemperaturis genaratur excrementorum copia, & pro varietate euaporationis nonc ſalſa, oooc ioſipida. Ichor autem iſte tranſcolatur per vaſa capitis. Ventriculi intemper. frigida patet ex iam dictis, ſimiliter humida. Attractione autem frigidæ per nares magis adiuta fuit, quàm læſa, alioquin in grauiſsimõ capitis affectum incidiſſet, ex vſu aquarum calidiſsimarum. Curatio perficitur refrigerando & exſiccando caput, deobſtruendo neruos ad faciem peruenientes. Difficilimè autem curabitur. Cæterùm cùm in lotio multa pituita appareat, & humores exuſti, iſti educendi: educantur autem caſsiâ cum modica hiera: ſed quia exſiccat bæc, potiùs mannâ lenirem, quæ ventriculum noo offenderet. Venam non ſecarem, propter ſummam exſiccationem, quia cutis corio ſimilis eſt. Præpararem melle roſato, ſyrupo de cichorio, betonica, decocto ex cichorio. Vacuarem lenitiuo, diacatholico, in potu, quia pilulæ magis exſiccant: adderem etiam agaricum. Aquas in iſta exſiccatione & iecoris caliditate non darem, ſed potiùs temperatis vterer, vt fomentis ex abſinthio, chamæmelo, ſampſucho, cum ſpica, quibus vterer per menſem. Poſt inungeretur cauendo ab exſiccaotibus. Capiti embrocham facerem exſiccantam & refrigeraotem per oares calfacieotia non attraberem, ne capitis augerem caliditatem. Iecur alterarem (dimittendo frequentes iſtas medicationes) ſaccbaro roſato com cooſeroa betonicæ, addito diarhodone, vel aromatico roſato. Victui autem potiſsimùm ioſiſterem: quòd ſi his reficeretur, vterer thermis, & taodem aquis calidis: lacte tamen propter deſtillationem non vterer.

TRINCAVELLIVS.

Habitus calidior ſecundum vniuerſum corpus, cum aliqua humiditate, licet io iuueotute macilenta fuerit, idq́ue propter incrementum: conſumitur enim bomiditas io augmenio membrorum ſpermaticorum. Nam in pleniorem habitum non peroeniſſet, oiſi aliquam ab vtero materoo ſecum humiditatem traxiſſet. Iecoris etiam calidi & humidi exiſtimo: capitis quoque calidi fuit: nam à principio excremeotitium non fuit: præterea puto fuiſſe ventriculi aliquo modo humidi, quia ſemper a-

A liqnam difficilem concoctionem percepit: vterõ fuit ſicco & frigido, qoia ſemper fuit infœcunda: nam duobus maritis tradita, à neutro tamen concepit. Nunc caput valde eſſe humidom multa deſtillans materia & ſomni longi indicant. Siccitatis autem & maciei cauſa eſt iecoris ſiccitas ventriculus frigidus & ſiccus videtur potiùs, quàm humidus: nam etſi totum corpus calfactum ſit ex vſu calfacientium: id tñ magis factum eſt ab exſiccantib. B vt aqua ardenti, & aliis, quæ partibus tenoiſsimis cooſtant. Hæc iecur minùs calfacere potuerunt, præſertim cùm multa fuerit pituita, quę reſiſtebat: accedit vſus decocti ligni, quo per duos menſes cũ ſena (quę magis exſiccat) vſa eſt. Vnde cùm totum corpus exſiccatum ſit, mirum non eſt attenuatã omnibus membris, vẽtriculum etiam attenuatũ fuiſſe, qui cauſa eſt tardæ concoctionis: cui atteſtantur excrementa σκυβαλα. Nam ſi eſſet tanta in ventricolo bumiditas, fieri noo poſſet, vt in tanta C cruditate non etiam liqoida deiicerentur. Hoc accedit, quòd plerunque hepatis caliditati adiunctã eſt frigida veotriculi intemperies, huius caliditatẽ abſumeote heparis caliditate. Etſi autem ſit intemperies veotriculi ſicca, ooo appetit tamen propter deſtillationem capitis ad os ventriculi, cùm ſit cerebri calidi & homidi, præſertim cũ noctu tantùm deſtillet. Contraria verò appetit ratione ventriculi imbuti aliqua homiditate à capite deſluente. Acria autem & acida appetit, quæ humiditatem illam pe- D oetrare poſſuot. Difficultatem maſticationis refero in humiditatem: vnde mirum non eſt ſi meliùs habeat æſtate, quàm hyeme. Curatiò difficilima erit propter intamperiẽ calidam & ſiccam, quæ difficilimè reſtituitur Galen. teſte: prętereà omnia calida & ſiccantia mihi io hoc vẽtriculo ſuſpecta ſunt: accedit capitis caliditas, quod plenõ eſt excrementitio bumore. Tutiùs igitur eſt, vt vniuerſa res victus rationi committatur, vt ſit victus coococtũ facilis, humidus, caput non tentans, vt ex pullis gal- E lioaceis. Et cùm ſena iam aſſueta ſit, vereur ne illã iotermiſsâ axcrementorum copia obrueretur: cùm autem exſiccet, adderem boraginem, liquiritiam & paſſulas ex iore. Balnea dulcia valde probantur: fomento etiam vterer, vt ex oleò amygdalarum, incoqoendo maſtichem & abſintbium: vterer & linimentis. In hoc capite prõpter ventriculum oon vterer lacte: vereor enim oe in ventricolõ aceſcat, qoare potiùs exſugat ex vberibus mulieris.

F

CONSILIVM CIIII.

Atrophia.

N.

DVobus abhinc annis Reuerendus vir, ageos aonom ætatis tertium & ſexageſimum, in dũplicem tertianã incidit cum dyſenteria. poſt per totam hyemem febribus erraticis laborauit: ſequenti æſtate bene habuit, mox iterum febribus erraticis vexatus. Exhibita ergo fuerunt remedia, G vt rbabarbarum & ſyrup. roſatus: à quibus ſemper male habuit. Temperamentum calidom & ſiccum colligimos ex operationibus & excrementis: talia autem ſuot præcipua viſcera, ventriculo excepto. Porrò laborat exſiccatione & macie corporis, & febre hectica incipiente, vt colligimus ex febribus pręcedentibus loogis, & euacuationib. pulſu &

macie totius corporis, item oculorum cauitate. A
Quibus accadit, quòd duabus horis poſt cibum
maximam anxietatem & caliditatem percipit. Cu-
rationem ergo difficilem fore iudico, propter iſtam
exſiccationem. Curabitur autem medicamentis le-
nioribus, vt caſsiâ, hiera, & diarbodone Abbatis:
pòſt vtatur iuribus alteratis, vt boragine, endiuia,
cichorio, ne magis exſiccetur. Lac non exhiberem,
cùm putredinis expers non ſit: remota tamen pu-
tredine exhiberem, niſi ventriculi imbecillitas me B
deterreret. Quare ſumat potiùs ptiſanam addito
cinnamomo, propter ventriculum: cuius ratione
vtatur etiam ſaccharo roſato, boraginato, &c.

Bellocatus.

Caſus propoſitus certè videtur difficilis, tum ad
cognitionem, tum ad curationem. Nam venerau-
dus hic pater biennio iam pluribus febribus inor-
dinatis laborauit, interdum duplici tertiana, quar-
tana, ſeptima, quintana: duplici tamen illa quàm C
diutiſsimè laborauit: tandam in maciem incidit &
ventriculi ſatis manifeſtam imbecillitatem. Nam
poſt cibum euaporatione quadam laborat, vnde fa-
cias coloratur, & laſsitudine quadam videtur op-
primi: pulſus enam intemperiem totius corporis
præ ſe ferre videtur. Iecoris fuit calidi & humidi, li-
cet habitus rarus ſit. Vẽtriculi fuit commodi, quo-
ad morbis iſtis correptus fuit. Capitis calidi eſt &
ſicci. Cùm ergo talis temperaturæ ſit, & conflicta-
tus cum morbis iſtis diuturnis, vnde etiam ventri- D
culus debilitatus eſt, hinc nutrimenti defectos &
corporis extenuatio ſecuta eſt. Verùm de febre res
dubia eſt. Quia enim pulſus frequens eſt, & præ-
ceſſerunt obſtructiones ob cruditates per morbos
diuturnos, putrida febris ſtatuenda eſſet: ſed con-
trà ex aliis habitualis conſtitui poteſt, cùm pulſus
aliis & aliis diminutus videatur, cùm poſt cibum
incaleſcat, & extenuatus ſit. Attamen credo illum
neutrâ laborare. nam caliditas mihi vndiquaque
æqualis eſſe videtur, & pulſus æqualis, præterea E
nulla adeſt excraſcentia caloris poſt cibum. Quod
ſi maximè incaleſcat poſt cibum, contra nos non
facit, quia ipſe calorem percipit, quem hectici ta-
men non percipiunt, præterea pulſus duri non vi-
dentur, neque caliditas circa arterias ſentitur, tum
calor ſiccus non eſt, ſed potiùs humidus. Laborat
autem poſt cibum ratione ventriculi & hepatis, vt-
pote exſiccatus, vt hectica potiùs ſit ventriculi. E-
ius debilitatem colligimus ex difficultate coctio-
nis, & inediæ impatientia, præterea quòd valde ſit F
excarnis. Incaleſcit verò poſt cibum, quia ventricu
lus onus ſubiturus plurimùm laborat, retracto ad
illum vniuerſo calore. Vnde poſtea fiunt euapora-
tiones. Exſpuit autem frequenter, licet ventriculi
ſit calidi & ſicci, quia materia illa à capite deſtillat.
Curato ergo capite curari poſſe exiſtimo, ſeu ad
meliorem ſtatum redigi. Sed cùm ſit intemperies
in ventriculo calida & ſicca, cum humiditate acci-
dentaria, illa erit remouenda. Alterationem tamen
hanc debet præcedere euacuatio: verùm cùm faci- G
lè à medicamentis exſoluatur, mitioribus agerem,
vt manna, prætermiſsis rhabarbaro & ſcammonio:
nam caſsia propter flatus mihi eſt ſuſpecta. Vacua-
rem autem ℥. ſ. aut ℥. ij. per interualla, prout facilè
aut difficilè deiiceret. Poſt remittenda eſt ventricu
li caliditas & ſiccitas lactis vſu cum ſaccharo, non
aſinini, ſed humani, aut caprini, in parua quantita-
te ab initio, aucta poſtea doſi. Balnei vſum non vi-
deo, cùm corpus exſiccatum non ſit, ſed potiùs e-
gere humectatione iudico per victus rationem. ſin
lac diſpliceret, vterer iuſculis alteratis. Verùm cùm
pertulerit ptiſanam, quæ frigidior, lac vtique exhi-
bendum cenſerem: foris iuncto ventriculo ex pa-
ne & iuſculo, appoſitis vuis, paſſulis, dactylis, cyto-
niis, cum maſtiche, corallo, & ventriculum robo-
rantibus. Cibi ſint oua ſorbilia, carnes pullorum
iuuenum, hœdorum, perdicum, ex pane trito, alica
optimè trita & cocta. Fructibus abſtinebit, dum la-
cte vtitur, pòſt ficum & melopepones comedat,
parciùs tamen, niſi videremus non obeſſe. Vina
non ſint acerba aut multùm adſtringentia, ſed mo-
derata. Animi curas dimittat. Aeris intemperiem
ſugiat, & motum etiam vehementiorem. Somnus
ſit nocturnus.

Trincavellius.

Plebanus hic mihi notus à iuuentute macilen-
tus & macer fuit: cùm autem ſeneſcere cœpit, etiam
impinguatus eſt. nam cùm primò eſſet intemperiei
calidæ, & ſanguis exureretur, ineptus erat is ad nu
tritionem corporis, ſed quia deferbuit deinde iſte
calor, habitus factus eſt plenior. Cordis autem &
hepatis fuit calidi & ſicci, cùm potiſsimùm macilẽ-
tus fuerit & iracundiarum tenax. Quia verò de vẽ-
triculo nunquam conqueſtus fuit, credo fuiſſe fir-
mum ſed non firmiſsimum, cùm macilentus fue-
rit. nunc autem videtur laborare ſumma imbecilli-
tate ventriculi; refrigerato nimirum eius calore à
febribus diuturnis, per reſolutionem caliditatis &
humiditatis, præterea etiam à medicamentis. Nam
etſi multa exſpuit, non tamen neceſſe eſt protinus
adeſſe intemperiem humidam. pituita enim non
generatur tantùm à frigido & humido, ſed etiam
ſicco & frigido: videtur autem præterea intempe-
rie calida hepatis laborare, vt ex vrinis coloratis
colligimus: quæ à ventriculo multùm reprimitur:
præterea ex deiectionibus obſcuris ærugini ſimili-
bus, quę in ſanguinis aſſationem ab hepate factam
referenda eſt, cùm potiùs ventriculi ratione deba-
rent eſſe alba: accedit quòd circa præcordia æſtu
laborat: nam fertur calor quidam per venas & arte-
rias per vniuerſum brachium. His conſtitutis faci-
lè eſt illorum affectuum rationem reddere. Labo-
rat enim poſt cibum ea, qua dictum eſt, ratione, &
maximè cùm ieiunus eſt, quia eo tempore aliquid
excrementi bilioſi effunditur ad ventriculum, vt
picrocholis euenire aſſolet. Hinc etiam totius cor-
poris euacuatio ſequitur. Hecticæ autem nihil de-
prehendi, ſed potiùs atrophiam: nam illa moleſtia
poſt cibum non calor eſt, ſed effectus concoctio-
nis, id eſt, labor, vt videmus etiam in ſanis, dum in
copioſiore cibo concoquendo laborant: fit enim
magna reuocatio ad interiora, vnde poſtea incale-
ſcere videntur. Labor igitur ille potiùs in ventricu
lum referendus eſt. Sed nec pulſus hecticæ atteſta-
tur: nam pulſus magnus eſt: ſi tamen durior ſit ar-
teria, id fit ratione corporis à diuturnis morbis ex-
ſiccati. Præterea nullus quoque in præcordiis ca-
lor percipitur, quod maximum ſignum eſt. Vnde
hactenus hecticus mihi non videtur: ad quam ta-
mẽ admodum procliuis eſt propter calefactionem
& ſiccitatem. De putrida video omninò ſubeſſe ali-
qua,

qoa, quæ illam indicant, vt polſos frequentia, cele-
ritas, & aliqua inæqualitas. Videtur autem potiùs
lenta, quæ ab ipſo non percipitor, & potiùs ex con-
ſenſu hepatis, quàm ex eſſentia. Cæterùm de hoc
caſu non poſſum non timere, exſiccato & debilita-
to ventriculo, cùm nulla intemperies, quàm ſicca,
curetur difficiliùs. præterea cùm doæ adſint intem
peries ſibi contrariæ. Non tamen ſalus deſperan-
da: ſont enim vires adhuc ſatis integræ. Præcipoó
verò in hoc caſo erit ratio victus concuctu facilis
& probè nutriens & humectans moderatè. Quare
pulli gallinarum præ omnibos mihi probantur, vt
palumbi etiam in turribus habitátes iuniores, qui-
bus Rhaſis in reſtauratione vtitur: namoralibus mi
nùs vterer. Oua ſint ſorbilia: viuū ſit moderatum,
non difficile coctu: oleracea non competont. Ali-
quando vacuarem corpus & rariſsimè medicamē-
tis, quibos Gal. in corporibus languidis vtebatur,
videlicet clyſteribus, & melle roſato, & manna, item
ſyrupo roſato ſolutiuo: quibos tamen rariſsimè v-
terer, & per triduum tantùm, póſt clyſteriis, additâ
caſsiâ. Læſus fuit ab oleo non ſua ratione, ſed pro
pter pręcedentes frictiones. Lactis vſos mihi ſuſpe
ctus eſt in ventriculi debilitate, ac vereor ne aceſce-
ret, quare mellis aut ſacchari aliquid adderē. Quod
ſi laxior fieret ventriculus, mel roſatum adderem,
quod vnà etiam purgaret, & lac citiùs deſcenderet,
neque ita labefactaret ventriculum: addi etiam po-
teſt ſyrupus roſatus. Sed & lacte etiam hepatis ca-
liditas remitti poſſet & corrigi iſta corporis exſicca-
tio: primò verò darē caprinum, poſtea humanom.
Balneis vterer refocillato aliqoo modo corpore. po
ſtremò vt adſit aliqoa febris lenta, in ea tamen Ga-
leoos lac permittit.

Nota.

❡ *De macie & atrophia, vide libro primo, titulum Paralyſis, Cōſilium trigeſimumquintum. Item titulum Morbi Gallici, Conſilum 102.*

De Tumoribus.

CONSILIVM CV.

Oedema in tibia cum papulis & vlceribus.

QVia corandi ratio, ſi non omninò, ſaltem ma-
gna ex parte duabus indicationibus, ſi Gale
no credimus, nititur, quarum altera petenda
eſt à malè affecti corporis, altera ab ipſios affectus
natora: idcircò quatenos ad viri ſpectatiſsimi & no
biliſsimi naturam & temperamentum pertinere
poteſt, equidem pro conſtitutis accipiam, quæ lite-
ris omiſſa ſunt, videlicet temperaturam iſtius cor-
poris eſſe inſigniter calidam, vt tamen non ita ſit
inſignis exceſſu aliarum qualitatum. nam ſi in hu-
miditatem vel ſiccitatem quoquo modo inclinet,
leuis eſt à mediocritate abſceſſus in hanc vel illam
partem: in qua quidem temperie membra penè
omnia, vel ſaltem præcipua, conſentire videntur.
& vt alia prætergrediamur, quædam de iecore &
vētriculo dicenda eſſe puto, vt deinde morborum
ratio clarior & magis perfecta reddatur. Quamuis

A itaqoe calidom ſanè ſit iecur, & in paſsiuis appel-
latis qualitatibus moderatum: exiſtimaoerim ta-
meo eios calorem humoris rationem & proportio-
nem adeò ſuperare, vt neqneat ab humoris vi mi-
tigari, & qoantum ratio reqoireret, obtundi: qoó
fit, vt is acrior aliquantò euadens, copioſum qoidē
ſanguinem gignat, ſed qui exuſtionis ſeu aſſationis
alicuius non ſit omninò expers, vnde & bilioſior
eſt, & nō parum ichoroſus. Ventriculum verò, qui-
B cunque is ſuapte natura fuerit: (nam & humidus,
validus, & calidus, vel ſaltem contemperatos, fuiſſe
videtur, cùm & concoxerit probè, & cibum appetie
rit, & in reliquis functionibus rectè ſe geſſerit) in
præſentia tamen à priſtino illo optimo ſtatu defe-
ciſſe, vt facilè credam, facit œdematodes ille tumor
adeò pertinax, vt remadiis etiam valentibus nun-
quam ceſſerit: qui cùm à pituita excitetur, (gignen
dæ verò pituitæ occaſio ferè omnis à ventriculo ſit
petenda) neceſſe eſt, fateamur, aut ex infirmitate
C contracta à ventriculo, vel ex cruditatibus ob erro-
res, qoi in victus ratione quotidiè committuntur,
eam pituitam copioſam in hoc corpore generari.
Quæ quidem ſi in hunc modum ſe habeāt, vt à no-
bis expoſita ſunt, facilimè morborum natura, qui-
bus tenetur vir nobiliſsimos, & ratio ab vno vtro-
que vel leuiter hac arte inſtructo percipi poterit.
Multam enim in hoc corpore ex improbe ventricu
li concoctione genitam pituitam, natura, quæ (vt
teſtatur Galenus) procurat, quātum per ipſam fie-
D ri poterit, vt ſanguis ab excrementoſis ſuccis por-
getor, in partes infernas depellit. eò namque & gra-
uitate ſua faciliùs fertur, potiùs verò ad ſiniſtrum,
quàm ad dextrum pedem, quia ſorte quadam ac-
cidit, vt ille eſſet, vel ſuapte natura, vel ex aliqua a-
lia occaſione imbecillior, & ea ratione aptior ad hęc
excremēta ſuſcipienda: cui dum remediis ſuis Me-
dici cooſulunt, & nituntur exſiccantibus & calefa-
cientibos diſcutere & digerere œdematoſum tu-
morem, facta eſt attractio, tom bilioſi & tenois ſan-
E goinis, tum verò multorum ichorum, qoi in venis
quotidiè, & ex iam expoſita iecoris, imò totius cor-
poris temperatura, & ex non congrua fortaſſe vi-
ctus ratione, facilè congeruntur: è quibus papulæ,
& veluti veſicolæ ortæ ſunt, vnde ſeroſus quidam
& acris emanabat humor, pręterea & eryſipelas fa-
ctum eſt vel herpes, & tandem vlcera, oon qoidem
profunda, ſed quæ per ſummas partes ſerpsēre. Et
hæc per quaſdam veluti certas periodos hominem
moleſtarunt, ea oimirum de cauſa, qua & cæteri
F morbi, qui per periodos ſolent inuadere. paulatim
enim congeritur humor noxios, tum ob vitium
aliquod alicuius particulæ, quæ intemperiem ali-
quam habet, aut naturalem, aut aſſcititiam, tum
ob errores in ratione victus commiſſos: qoi qui-
dem humor, cùm adeò increuerit, vt iam incipiat,
aut multitudine, aut mala qualitate naturam &
expultricem facultatem irritare, ad ſolitas par-
tes imbecilliores & ideò aptiores ad ſuſcipien-
dum defluxum detruditur: atque id maximè fit,
G qoando aeris, vel temporis ratio ad morbi vel in-
temperaturæ rationem accedit, & ideò papulæ
illæ in autumno, vel circiter erumpere ſolent: pe-
dum verò tumor poſt meridiem increſcit, ob de-
ſcenſum materiæ pituitoſæ, quæ ex corporis exer-
citatione, magis interdiu quàm noctu, dum quie-
ſcit, mouetur. Hęc ſi in eum modum ſe habent, quo

expoſita ſunt,oportet,vt Medicus, qui præſtantiſſimum virum & curaturus & cuſtoditurus eſt, ſibi duos ſcopos proponat, alterum quidem præcipuum & primum, quem ſi aſſequi poterit,non erit altero opus,ſin minùs,neceſſe eſt,vt alter priori ſuc cedat. Prior eſt, vt quantum fieri poterit, nitatur tollere intemperaturas, è quibus generari hæc excrementa diximus, vitiaque earum particularum emandet, vnde occaſio horum incommodorum ortum habet:nam cauſa prima ſublata,cæteræ ſpótè corruunt. Sed quia res ardua admodum eſt:(vt enim aduerſarij inter ſe ſunt hi morbi,ita & contrarias habent indicationes: œdematoſus affectus frigidus morbus eſt,& à cauſa frigida ſuam habet originem, papulæ verò & vlcera ex calidiori excremento excitantur) ideò ſi per Medicum non poterunt ea exactè abſolui, quæ ad hunc primum ſcopum pertinent,oportet,vt quatenus à primo defecerit, eatenus ſecundo ſuppleat. Secundus verò in hoc conſiſtit, vt quando fieri nequeat, vt ea vitia omninò corrigantur, vnde oriuntur hi humores noxij, ſaltem aut eorum purgatione ſuccurramus, aut auertamus, & motum ad affectum & imbecillum locum intercipiamus. Quibus ritè perfectis, tertius præterea ſcopus exſurgit,qui factum iam morbum in pede & crure ſpectat, nimirum vt digeratur & diſcutiatur tumor pedis, & ſi puſtulæ aliquæ vel vlcera reliqua ſint,ea pariter & priuatim curentur. Nam fruſtra laborauerit, qui voluerit hæc tractare, antequàm intemperaturæ ad temperamentum perducantur, aut ſaltem fluxio, quæ à ſuperioribus partibus excitata ad pedem decumbit,quæcunque illa ſit,auertatur aut intercipiatur. Sed quia generalis methodus nihil, quod vtile ſit, præſtare poteſt,niſi particulatim rem diſquiramus & tractemus,ideò ſingulatim vnuſquiſque horum ſcoporum à nobis pro viribus erit exponendus. Primùm ergo enitendum eſt, vt vitioſas temperaturas tam ventriculi, quàm iecoris & aliorum viſcerum,ſi alia etiam ſint,quę cum his conſpirarint, corrigamus: Verùm quia relatum eſt, corpus hoc plerunque plethoricum eſſe, quippe quod tum ex innata eius natura, tum ex copioſo cibo & potu, cui aſſueuit à primo ferè ortu, multorum humorum copiam congerat: ego verò ex affectu ipſo conijcio,non deeſſe etiam cacochymiam, hoc eſt, non modò multos, ſed & vitioſos ſuccos in eo procreari, qui vbi collecti ſint, fouent eas intemperaturas, vt illæ deinde non facilè tolli poſsint, niſi hi priùs purgentur:hinc & euacuandi ſcopus locum ſuum habet in hoc negotio. Ego tamen modeſtè in hoc nobili domino,quantum attinet ad purgantes medicinas, agere. quia quæ valentiores ſunt, plerunque calefaciunt & exſiccant, ac viſceribus, præcipuè verò ipſi ventriculo obſunt. Vnde lenita aluo, tentarem facili medicamento ſimul & ad euacuationem liberaliorem humores vitioſos parare, & intemperamenta dictorum viſcerum temperare, eiſq́ue robur addere. atque huic negotio accommodatum ſatis mihi videtur, ſi paretur decoctum ex cichorij partibus duabus, abſinthij parte vna: & ſi ibi reperiretur abſinthium, aut ponticum, aut illi proximum, ſicuti in multis ſeptentrionalibus regionibus reperiri mihi compertum eſt, quod & minoribus folijs conſtat,minusq́ue procerum eſt, neque adeò amarum,aut ita ingrati odoris & acuti

A vt noſtrum,eſſet præſtantius. nam minùs noſtro calefacit, & magis confirmat vires membrorum: coquerem verò in ſero lactis caprini, cuius decocti ℥. iij. ſyrupo roſaceo recenti,& ex endiuia,& ex fumaria paribus portionibus diluerem, & hoc per aliquot dies vterer. Poſtea eiuſmodi pharmaco aluũ purgarem: priori decocto adderem foliorum ſenæ electæ ℥. s. radicis dulcis vel liquiritiæ, paſſularum mundatarum, ſingulorum ʒ. iij. florum violarum, B boraginis,fumariæ ſingulorum ʒ. i. parato decocto & percolato, myrobalanorum citrinarum & chebularum ana ʒ. i. s. rhabarbari ʒ. i. maceranda per diem & noctem illi inderem, quibus percolatis & abiectis, ex eo liquore diluerem ſyrupi roſacei ex multiplici roſarum maceratione confecti, quem ſyrupum roſaceum ſolutiuum noſtri nuncupant, ℥. iiij. Nec acriori medicamento vterer,ſed hoc,vel ſimili, toties repetito, quoad corpus, quantum ſatis eſſe videatur, purgatum ſit. Sed interim dum hæc C aguntur, ſanguis mittatur ſectâ venâ interiori in brachio ſiniſtro, vt fluxio ea ratione à ſiniſtro pede auertatur, & tum iecur, tum totius corporis habitus refrigeretur, præcipuè verò cùm facilè copiam humorum congerat. In ſanguine tamen mittendo non oportet œdematis immemorem eſſe, cui potiùs aduerſaria, quàm vtilis videtur ſanguinis miſsio. frigidus enim is affectus eſt, & qui ex cauſa frigida oriatur,& proinde indicat nos non debere nimis procliues nimisq́ue liberales eſſe in D detrahendo ſanguine,ne dum Scyllam fugimus in Charybdim incidamus. Ita exinanito corpore,atq; ſyrupis & decoctis, vt diximus, quoad fieri poterit, ad temperiem deductis, aliqua erunt offerenda, quibus viſcera roborari poſsint, pro ratione inæqualis eorum temperaturæ. Remedia autem tum mixta tum ſimplicia eſſe oportet, vnde ego & myrobalanorum tam chebularũ quàm emblicarum, quas ex India ſaccharo conditas ad nos adoehunt, frequentem vſum maximè probarem æſtate,ſi matutinis horis vnã comederet: refrigerant enim, neque tamen ventriculo obſunt: ſaccharum quoque E roſaceum mihi videtur probandum. ſed vt & frigidioris affectus aliqua haberetur ratio, hæc in hunc modum commiſcerem: acciperem roſacei ſacchari, myrobalanorum horum ſingulorum ℥. i. florum roris marini ſaccharo conditorum ℥. i. s. hæc ſimul commixta & trita tanto exciperem roſaceo ſyrup. quãtum ſatis eſſet ad confectionis mediocrem ſubſtantiam, qua ſi mane & veſperi ante cœnam vtere- F tur,vtiliter id ageret. Neque tamen ab his abſtinendum, quæ corpori exteriùs adhiberi ſolent, maximè verò iecori, imò vtriſque præcordijs, & ventriculo, vt ſunt fomenta, emplaſtra, linimenta. vnde mihi probaretur,ſi ſæpe vtrinque præcordia illinirentur, aut infrigidante Galeni aut vnguento roſato Meſuę, aut eo quod ex ſandalis conficitur, aut alio ſimili,vt eorum videlicet viſcerum feruor temperetur. ſed partes etiam ventriculo incumbentes nõ ſecùs illinirem alio medicamento, quod vim haG beret eum modeſtè fouẽdo calefacere, vt eſſet oleũ abſinthij, vel maſtichinum, vel hoc quod mihi in frequenti vſu eſt: Accipio oleum ex dulcibus amygdalis expreſſum ad ℥. iij illi addo vini albi ſolutiuus,qđ commodum ſit ventriculo, tantundem, & in hæc poſtea demergo comam abſinthij inciſam minutim, quantum humores illi capere poſſunt, atque

omnia

omnia igni leui decoqno, donec conſumatur vinom, ſi tamen illis priùs adiecero maſtiches chiæ ʒ.ij. cionamomi ʒ.t.s. poſtqoam verò vinum fuerit conſumtum, ea excolantur, & addito ceræ modico fiat medicamentum, qoo illinatur & foueatur ventriculus. Quia verò ad hoc etiam caput attinere videotur illa, quæ propoſita ſunt, pertioentia ad aqoas Crinéſium vel Piperinarum thermarum, ideò operæpretiũ me facturum exiſtimo, ſi & meam de his ſententiam protulero, accipiens pro conſtituto eas duntaxat terreas eſſe: In Italia ſimiles habemus, & in Veronenſi agro, & in Hetruria in agro Lucenſi, & earum duplex eſt vſus: nam & eas bibunt, & in eis demerguntur & lauantor homines, qui calidioribus affectibus laborant, qni ex hoc & illo vſo plurimùm iuuantur: ex iis verò, quæ ſcribuntor, non adhoc percipere potui, num & idem ſit vſus Piperiosrum aqoarum. vnde ſi de earum vſu loqoamur quatenus balnearum habent rationem, & in eis demergi aut abloi ſoleut, qui calidioribus tentantur affectibus, aut pes ſolus cum tibia in illis immergendos eſt, & abluendos, vel corpus vniuerſom. ſi tantùm tibia, poterunt qoidem thermæ illæ præſentibos papulis & vlceribus ſuccurrere, & fortaſſe etiam à futuris periodis tueri, niſi tamen priùs morbi illins radix & ſcaturigo tollatur, aut nihil iouabitur, aut in maius aliquod incõmodum dedoci vir hic ſpectatiſsimus facilimè poterit. Nam ſi tibia ex aquis illis ita roborabitor, vt fluxionem non admittat in poſterum, neqoe priùs viſcerum tẽperetur affectio, vnde vitioſi ſucci gignãtur, qui eò decumbere iam aſſueuere, neceſſe eſt vt illi iterum congeſti ad alterum crus ferantur, aot in ſuperioribus partibus detenti morbi difficilioris occaſionem præſtaut, perinde vt in illis ſæpe euenire ſolet, qui à podagris curantur, remediis adminiſtratis, qoæ dolẽtes articulos roborent: ſed ſi corpus vniuerſum, præcipuè verò partes, quæ ad iecur & lienem pertinent, demergantur, poterunt ſanè corpus calidũ quoquo modo refrigerando temperare. ſed duo interim cauenda, primùm, ne ventriculus item ex earum vſo refrigeſcat, cui tamen poterunt Medici conſulere aliquibus aut ceratis, aut emplaſtris, aut illinitionibus, quæ illum calefaciant, & tueantur ab eo incommodo: alterum ne refrigerata & ſiccata cuti, conſtipẽtur exteriores meatos, per quos diſflatur corpus calidum inſigniter, qood quàm ooxinm ſit, nemo qoi Galen. & priſcorum Medicorum monomenta legerit, non nooit. Quod ſi potos earum aqnarum, ſicut hic apud nos harum noſtrarum, in vſu eſſet, & ventriculus eas poſſet admittere, (nam refertur, ipſum non facilè alioquin aquas perferre poſſe, etſi decoctum ligni indici pertulerit) ego earum potum non omninò damnarem. oihil enim aliud eſſet, quod obſtaret, niſi frigidior ventriculos, cui tamen, vt paulò antea dicebamus, poſſet calefacientibos exteriùs adhibitis, & interiùs confectionibus conſuli. Hactenus de his, qoæ ad primum ſcopum vel primũ caput pertinẽt, verba fecimus, ad ſecondum tandem tranſeamus. Difficile admodom eſſe dicebamus, primum ſcopum omninò abſoluere, ac ita temperare & corrigere vitia membrorum, à quibus gignuntor ea excrementa, quæ nobiliſsimo hoic domino tam grande negotium faceſſunt, vt non in poſterum etiam gignant: nam etſi eum forſitan temperamentũ

A hoc aliqnando poſſa cooſequi, non omninò negandum eſſe cenſeamus, putamus tamen id minimè fieri poſſe, niſi & multà diligentià & longo etiam tempore, cùm iam & inoeteraoerint morbi hi, inueteraſcat & corpos. Vt ergo iode auertantur vel derioentor, ac exitom alicubi citra inſignẽ noxam corporis habeant, purgationem aliquam crederem vtilem fore, ſi quotannis eam paulò antè qoàm ſolitæ ſint erumpere papulæ illæ, nimirum circa ve-
B ris finem, vel æſtatis initium, Medici moliantur. & præter id, etiam expedire illi exiſtimo, vt aliquando intermediis temporibus familiare aliqood medicamentum facile & leue habeat, cuios vſu ab his vitioſis ſuccis corpos mundom & purgatum ſeruare poſsit, vt eſſet aloe lota frigidioribus temporibus, vel catapotia, qoæ rhabarbaro, agar. & aloe cõſtant, vel alio ſimili, ita vt vnum tantùm, cùm illis opus fuerit, accipiat, qood ℈.i. pendat: æſtiuis verò temporib. conuenirent, caſsia Ægyptia, mãna, ſyr.
C roſ. ex multiplici roſarum maceratione. præter hęc omnia, qoę non modò vtilia ſed ferè neceſſaria puto, qoàm maximè illi cõſulerem, vt admitteret cauteria in crure, vt conſuluere præſtãtiſsimi Medici.

CONSILIVM CVI.

Tumor in genu.

BALNEATVS.

D ADoleſcens, annum agens ſecundnm & vigeſimum, ante annos ſex incidit in febricolam, qua cùm liberatus eſt, ortus eſt dolor circa renes, dorſum & manns, à quo etiam liberatus eſt, diſcuſsâ materia circa genu ſiniſtrum, qui dolor periodicus reuertebatur: hic ſextus menſis eſt, qoo dolor adeò recruduit, vt decumbere cogatur. Eſt aotem doloris modò maior, modò minor, idemq́; eioſdem lateris pedi & carpo communicatur: adeò verò rebellis, vt per medicamenta aliquot, atqoe
E etiam ligni guaiaci vſom, nihil adiutus ſit. Mihi videtur facilè lædi ab aere, qoem ægrè ferre poteſt, ſiue calidiorem, ſioe frigidiorem: reddit vomitione pituitoſa, & copioſè vſus eſt moltis medicamentis & variis, Cremonæ & Venetiis, ſed fruſtrà, repentè nimirum malo, atque etiam ſæuins. Quoad totum corpus, calidi & humidi eſt temperamenti: in homiditate tamen non æquè excedit atqoe in caliditate. Hepar habet calidum, item & cor tale, qoia promtus ad viam, quam tameo facilè depo-
F nit. Ventriculus frigidior, non quòd talis naturâ fuerit, ſed immutatus eſt, à mala victus ratione. Capot calidom & humidum, qood oſtendunt capilli nigri, & ea qoę rubicunda omnia circa faciem ſunt. In ſumma, in caliditate plus excedit, quàm in humiditate. Hanc naturalem corporis diſpoſitionem errores in ſex non naturalibus rebus immutarunt, vnde & caput excrementoſum redditum eſt, & inde ad genu prupolſa: ſed & illius aliqoid ex ventriculo videtur tranſmiſſum, qui ſiue habi-
G tu ſiue natura talis eſt. qoanta enim in eo ſit pituitæ copia, oſtendit ipſa vomitio. Cùm igitur ventricolus non bene ſuo fungatur officio, nec hepar percoquere poſsit, igitur à ventriculo in caput, ex hoc ſimul & hepate & membris in genu, quæ eſt pars debilior, aut ex natiuitate, vel accidente, materis tranſmittitur. Quia verò tamdio homores ex

habitu fluxionis eò confluxerunt, pet aſſentiam ibi
eſſe poſſunt. Humures autem mibi mixti videotur,
vaporuſi & ſpirituuſi ac flatuuſi: nam flatus & ſen-
tiuntur & audiontur, qoare pituitæ cupia adeſſe
videtur, quæ fundamentum flatuum eſt: recepta
eſt iu curatura genu, & in motu verſus puſteriora
percipit dolorem, cùm contracturus, & exienſurus
aſt crus. Sanari poteſt, noui enim, qui cùm haberēs
tumorem in vtroque genu longè vehementiorem,
opera Trincauellij liberati ſunt, prçcipuè matrona
Græca. Victus ratio inſtituatur boni ſucci, nun ex
crementoſi, pituitoſiq́ue: vinum ſit ulygophurum
albom: oam ventriculus vinum poſtulare videtur.
Aluus lenienda: præparanda materia. Caſsia, quia
lædere videtur, corrigatur com hiera, vt ℥. t. caſsiæ
addatur ℥. i. hieræ, fermentetur per horam vnam:
vel ſumat eios loco ℥. i. diacatholiconis, ʒ. i. hieræ.
Præparanda materia cum uxymelite, ſyr. de betoni
ca, de ſtœchade, de cichurea. Quibus exhibitis ſece
tur vena: ſed cùm ſuperioribos diebus ſanguis de-
tract⁹ ſit, ſi oibil obſtet, erit ſanguinis detractiu mo-
deranda, ſecetor autem iecoraria dextri lateris, val
etiam ſiniſtri. Venâ ſectâ, aliiſq́ue peractis ſufficiē-
ser, tandem totum expurgarem corpos vel in ſub-
ſtantia, vel in infuſiune, item confectiune Hamecb,
pilulis cochiis, de hermodactylis. Curpure euacua
to, ſi non vnica ſatis ſit, reiteretur euacuatiu, ſed ha
bita rationa euacoationis ſuperiurum dierum Hia
peractis mitterem illum ad thermas Sancti Petri,
quia ſunt remperatiores cætaris, ruborans ventri-
colum & calfaciunt, & vacoant materiam in ven-
sriculo, refrigerarent & nonnihil hepar: calidiores
thermę non conueniunt, ub membra calida. Inon-
gerem genu oleo de ſpica, vel maſticino. Lauet ca-
put aquis thermalibos S. Petri, quæ ſi nihil profue
rint, ad Aponenſes accedat. Ablatâ materiâ, lucos
affectus reſpiciendus eſt, vbi vterer fomentis diſcu
tientibos, principiù non ita calidis, ſcilicet oleo cha
mæmelino, maſticinu fomentum fiat ex chamæme
lo, ruſis, parte abſinthij addita. Genu abluat in fo-
uea aquarum calidarum, qoam ad rem Sancti Bar-
thulomæi videntur reqoiri, verùm, cùm non upus
ſit emullitiune, eù qoòd nulla adeſt durities, ſed
potiùs diſcotientibus reſoloentibosq́ue, præſtat
hoc ille lucus Sanctę Helenę. Curruboranda etiam
ſunt membra, ventriculus, caput, iecor, genu: ergu
per dies aliqoos accipiat ſaccharum roſatum cum
mithridatio, aos ſpecieb. diarhodon, aut ſimili, aot
ſpeciebus aromatici roſati, ſed in quautitate parua.

FALLOPIVS.

Nubilis adoleſcens conqueritur ſe nun poſſe in-
cedere commodè, duabus de caoſis, videlicet pro-
pter ſiniſtrum genu & pedem, quæ affectio partim
oous, partim vetuſta eſt. Nam ſuperiuri parte pri-
mò pes illi luxatus fuit, delapſus in terram ob genu
debilitatem, io exteriure parte tumor leuis obor-
tus eſt, pro ratione tum carnis, pinguedinia, liga-
mentorum ibi poſitorum: tubercula dura & multa
churdas extenias aſſiciunt, quæ ganglia videntur,
& ſine dolure mouentur ſimul ad mutum mem-
brorum: perſeuerarunt aliqout annos, & ſine do-
lore. Sed præterea tumor præter natoram eſt in
parte interiore, viſui & tactui perſenſilis, dolor per-
ſentitur exqoiſitus, vehementiùs taman ſuperiori-
bus menſibus, quàm ounc, nec iu tumure tantùm,
A ſed iu toto genu, videturq́ue in abſceſſum erupiſſe,
quia materia eſt ibi in cauitate collecta: locu enim
dimouetur: materia videtur multiplex: aliàs tu-
mor fuerat durior, die autem abhinc tertiu inueuī
materiam mullem, & flatuoſam nec ita ſolidam, vt-
pota quæ loco dimota ſit, vt pos ſeu aliud corpoa
ſolet, quare non videtur ſolidæ partis materia, ſed
flatooſa, viſcida & craſſa. Vnde in tuto genu talis
videtur affectiu, vs non careat morbu: nun poteſt
B actiones voluotarias perficere, flectit quidem ge-
no ſed diminutè, & inter flectendom ſentio qua-
ſi duurum aſperorum corporum colliſionem: mu-
eus igitor mihi videtur ibi cuntineri, quu capita oſ-
ſium & cartilagines impediantur à motu naturalī
& leuiuri. Membrum illod refrigeratum videtor,
minutios quoq; eſt ſiniſtrum genu quàm dextrū,
atq; manifeſtè, quæ res ex debilitatu motu orta vi-
detur. Porrò calore magnu & ſubito frigore affectus
incidit iu lumborom affectionem, à qua liberat⁹ eſt
C Venetiis. Cumq́; aqoâ frigidâ manus lauit, dolorē
ſenſit inſtar ſpaſini, adeò vt eam lutionem ferre nō
potoerit, hine non ita multù pùſt in luxationem
incidit. Exhibitum eſt inter alia decocta guaiacum
etiam, ſed fruſtra. Cæterùm qood ad curationem
pertinet, cō tumor in pede & geno ſit à materia fri-
gida, viſcida, craſſa, & flatuoſa, idcircò illa euacuan-
da erit: flatouſa qoidem diſcutientibos, craſſa atte-
ouantibus & diſcutientibus, viſcida detergenti-
bus: tum præter hæc emollire uportet in vtroqoe
D tumore. Intemperies ex variis cauſis præcedenti-
bus ortum habere potuit, vnde partim ibi materia
generata eſt, partim à membris tutios corpuris eò
confluxit, præſertim tamen à capite: peccaoit in
victu, aere, perpeſſus æſtum & frigora: excremen-
toſa omnia pituitam oſtendunt, quanquam non
umninò melancholia expertem crediderim: caput
excrementoſum & humidom oſtendont varia fre-
quentiaq́oe ſpoia. Dolor conoulſorius oſtendit
materiam aliunde eù tranſmitti, quæ illum facit
E mudù maiorem, modù minorem, pru ratione
quantitatis & qualitatis ſuæ: membra amandan-
tia dixerim, quæ tutius ſunt corporis, mala victos
ratione infrigidata. Quod curationem ſpectat,
euacuasur corpus, præparatum eo quu dictum
eſt modu, cum colocynthide, addita confectionu
Hamech, vel pilulis cochiis, aliiſque ſuprà di-
ctis. Venæ ſectioni nibil repugnas: temperatum
enim bepar eſt & moderatum potiùs. Roboretur
cum mithridanca confectione, uleo maſtichino, o-
F leo de ſpica: fomenta fiant ax mentha, abſinthio,
chamæmelo, ſeminibus aniſorum, & fœnogræci,
quæ veutriculum temperabons. Aponenſes a-
quæ ubeſſe non poſſunt, niſi ratione tempuris ca-
lidiſsimi. Sancti Petri adeù ſunt debiles, vt oiſi te-
pidæ dentur, nihil præſtent aut parum. Anudyna
circa genu applicētur, quale eſt diachylon, aut per
ſe, aut cum oleo chamæmelino diſſolutum, itē ad-
iuncta vitulina, vel anatum, vel ſimili pingoedi-
oe: aut oleo addito fomentis poſt expurgationem
G diſcutiantibus, emullientibus, principiù molliori-
bos, paolatim valenrioribus. vt oleo chamęmelinu e-
iusq́; decocto additis ſeminib. aniſorom, fœniculi.
Vngerem etiam oleu chamæmelino, pinguedine
gallinæ, vetuſto oleo lumbricatu poſtea ad valētio
ra deuenirem, quæ eadem cum ſuperiuribus præ-
ſtant. Halitus aquarum ſulphurearum emolliunt,
& diſ-

& diſcutiunt: quamdiu enim locos affectus in iis eſt, tamdiu emolliũt & diſcutiunt, vnde vidi obduratum crus tumidiſsimumq́; emollitum halitu aquarum. Immergatur igitur crus aquis in monte Ortonis ter aut quater quotidie, ſed non vltra quartam partem horæ, aliàs fruſtra erit. Eſt & luti genus in eodem monte, & S. Helenæ, quod ſiccat, quo genu illinatur & ſoli exponatur, & exſiccetur, idque bis, ſi ferre æſtum poteſt in die: nam ab æſtu nimio oboriuntur febres, ſicut quidam qui liberabatur, in maniam incidit & vitam finiuit. ſed lutum montis ferre non poteſt, adeat igitur lutum S. Helenæ, in eoius balneo lauat, poſtea illinat diachylone, tandem corroboret membra cum Aponenſibus, quæ conſpiſſant & corroborant.

Crassvs.

Habemus adoleſcentem laborantem ex pede & genu, vetuſta & noua ægritudine, tubercula in dorſo infixa inſignia ſunt, quæ impediunt motum. Tumor maior in genu non videtur œdema, quia non relinquit veſtigium, non ſcirrhus, quia non durus, ſed laxus ex inęquali materia, cuius aliqua pars reſiſtere videtur, alia ſequi. Tumores in tarſo pedis non ganglia dici debent: nam hęc propria ſunt neruorum & tendonum, ſolentq́; infeſtare pedem & genu. Cauſæ ſunt externæ & internæ: externa fuit motus inæqualis & violentus: nã in ludis vexillum geſtauit, vnde parte læua valde fatigata materia eo loci decubuit: his accedit vict⁹ inordinatus, & prolapſus in terram, vnde idem pes luxatus materiam copioſiorem effecit: Internæ cauſæ ſunt humores geniti in corpore, tum à membrorum intemperatura, tum à victu: temperatura enim inclinat ad calidum & humidum: iecoris caliditas apparet ex colore, humiditas minor eſt. Saliua multa oſtẽdit capitis & ventriculi imbecillitatem. An verò membra hæc talia ab ortu fuerint, non opus eſt hic dicere, ſuffecerit victum inordinatũ mutaſſe partium temperaturam. Dormit multùm & profundè, quæ res poteſt prouenire ex vaporum copia, quare frigiditas capitis inde colligi non poteſt. Non eſt magnus exceſſus capitis in calore ſiue frigore. Hepar calidũ oſtendunt venæ amplæ, hinc excrementa & multę exhalationes ad caput feruntur, quæ infrigidatæ deſcendunt rurſus ad membra inferiora & debiliora, vt ſunt artus, qui cùm ſint laxi, mouentur & motu incalaſcunt & recipiunt materiam tranſmiſſam. Præſagium eſt, ſanari poſſe, quod oſtendunt adoleſcentia, anni tempus, ægritudo non valde antiqua. Pro curatione materia auferenda eſſet medicamentis, quæ cùm debeant diſcutere & emollire, talia verò, quæ plus attrahant, quàm diſcutiant in corpore immundo: præmittenda eſt purgatio corporis: hanc enim ætas, tempus, morbus & vires oſtendunt. fieri autem poteſt tũ venæ ſectione, tum pharmacia: nam vtrumq; competit. Incipiendum verò erit, cùm vtrunq; exerceri debet, à venæ ſectione, quia euacuat, nec non materiam pręparat, vt etiam medicamenta faciliùs attrahantur: vbi vaſa nõ nihil fuerint exinanita moderanda eſt ſectio. Alui lenitione non eſt opus, dummodo non ſit cruditas in ventriculo. Vena autem ſecetur rectâ viâ ſcilicet brachij ſiniſtri lateris. A principio ſint lenia medicamenta, quæ expurgent ventriculum & venas meſaraicas, ſicut eſt caſsia & hiera, aut diacatholicon.

A Præparanda materia dictis ſyrupis, quia viſcida materia, vel cum oxymalite, vel ſyrup. acetoſo: nec obſtat acetum propter neruos, quia permiſcẽdum eſt cum aliis, à quibus vis illius obtunditur, priuſquã ad neruos perueniat. Mel etiam roſatum laudarem: item ſyrup. de betonica, ad neruos, de ſtœchade, ad caput: conueniunt & decocta ex iua, ſaluia. Purgatorium neruorum ſit agaricum, myrobalani, Hamech quoq; purgat & roborat, item diaphœnicon. B Euacuatio vna ſi non ſufficiat, repetatur, & exhibeantur ſyrupi valentiores: veruntamen cùm antea euacuatus ſit, ne debilitetur, non opus eſſe cenſeo. Poſtea membra corroboranda, ventriculus potiſsimùm oleo maſticino, de abſinthio, de ſpica cum chamæmelino. Interiùs aſſumantur mithridatium, diamoſchum, dianthus, ad neruorũ frigidos affectus diatrion piperenn. Capiti conueniunt, quę exſiccant, nec multùm calfaciunt: lixiuium fiat ex ſarmentis vitium cum florib. chamæmeli & beton. C cui item addantur ℥. iiij. de agarico. Apophlegmatiſmi proſunt, maſtix ſimpliciter, vel ſtaphis agria, item per nares. Aqua pro potu ſit hordeacea, in qua manna eſt diſſoluta. Succus betæ cum maiorana placet, non vehementiora. Iecur non videtur egere multa contemperatione. Victus ratio ſit attenuãs, in ægritudine longa cõuenientiſsima. Ventriculus poteſt potione artificiali roborari, vt aqua cum incocto cinnamomo, itẽ betonica, boragine. Humores cùm dependeant ex materia viſcida & flatulenta, D illa mollientibus iiſq́; valentibus, hæc diſcutientibus eſt auferenda. Mollitio in pede fiat diligẽter: inter narrata laudo radicem altheæ, permiſtis pinguedinibus anſeris & gallinæ, adde diſcutientia olea, vt chamæmelinum, cum lumbricato liliorum alborum. Decocta diſcutientia ſint ex ſeminib. aniſorum, fœniculi, chamæmelo: valentiora ex adipib. vt bubulo, cerui, vrſi, taxi: item luta diſcutientia, vapores ſouearum, cerata. Lutum S. Bartholomęi diſcutit & emollit, quo circa genu vti non auderem: E mixtum enim eſt cum aliis aquis, quare non conuenit, niſi illis aquis exſiccatis: vnde hac æſtate eo non poterit vti: præferrem interea S. Petri, S. Helenæ, quæ diſcutiunt & emolliunt vehementiùs. Vidi quinariã flaccidos humores mirum in modum diſcuti & emolliri foueis montanis. Potum thermarum eligerem, quæ temperatiſsimę eſſent: Aponenſes gypſum habent, quare ſæpè non penetrant, ſiuntq́; obſtructiones, quæ quanquam hìc timendæ non ſunt, tamen tutiores eligantur. Ab immerſione F in aquis thermalibus Gal. iubet abſtinere in tumore & ſcirrho non exquiſito, ab aquis dico, in quibus ſal, alumen, atramentum ſutorium & ſulphur continentur: quod tamen mirum.

Trincavellivs.

Adoleſcens iſte, Cremonæ & Venetiis medicos conſuluit, huc venit conſilium quæſiturus de thermis & lutis. Prodeſſe igitur poſſunt, ſed priùs purgato corpore. Tumoris in genu & tarſo pedis, materia G eſt flatuoſa, & aquea: nulla ſigna apparent inflammationis aut abſceſſus, nec eſt niſi materia tenuis: cedit enim facilè ad tactum & extenſo pede cedit ſuper genu. Deinde quia nullam video ibi cauitatem, neque in neruis, neque in chordis, neque in cute, Idcircò non erit abſceſſus: adde quòd abſceſſus non fit repentè, at hic tumor repentè factus

E 5

eſt. Cæterùm tervidi huioſmodi tumoris genus, dum artem hanc exerceo, ex coutuſione factum, quę in tumorem elata preſsioni ceſsit: adeò vt quidam ceuſereot, ſecandam eſſe partem, ſed diſcutieutibus ſauatus eſt. Tumor igitur prorſus eſt ex materia flatuoſa & corpulenta, coi & alia adeſt materia, quæ citò inflata reſoluitur, & ferè circa articulos decumbit, vnde alicubi mainr facta tenſio ambulationam impedit, nec ſtrepitus obſtat, ſicut ipſe expertus ſum ſæpe in aliis eiuſdem generis. Tubercula in tarſo etſi minora ſint, uon tamen minoris curæ. Flatus à materia fouentur defluente à ſuperioribus partibus, nec poteſt in loco generari, quia morbus repentè factus eſt Caput eſt huins mali cauſa, vnde primòm ad dorſum influxit, & tandem ad lncum iam affectum. Caput namque excrementoſum per ſe eſt, & ſimul calidom, quod oſteudit corporis color & habitus ſub niger & fuſcns, in paſsiuis qualitatibus nnu ita excedit, niſi quod inclinat ad ſiccitatem. Cruditatem ex vita immoderata contraxit. à qua temperies naturalis, videlicet calida, ita diſtemperata eſt, præſertim capitis: hinc & vêtriculi imbecillitas orta eſt. Foos ergn caput, riuus ventriculus: hunc iuuat aliorum membrorum diſcraſia. Nihil verò magis laxat, & debilitat articulos, quàm venus, quæ immoderata podagram etiam efficit. Curatio non admodum facilis, cùm à Medicis multis antè ſit curatus. Sed tentanda tamen curatio. Murbus hnmidns & frigidus eſt: etſi euim flatus ſicci ſint, tameu materiam habent aquoſam. Veruntamen ſi ratione morbi procedeudum ſit, metuendum eſſet, ne calida corporis temperatura nimiùm incaleſcat. Si igitur materia fooens tollenda eſt, nihil præſtantius ſcio aqnis thermalibus, quas bibendas propnnerem: reſpiciunt namque babitnm corporis. Potos etiam earum ad locum affectum facere poteſt, ſcilicet ad diſcutiendum ex parte flatus. Aquæ Sancti Petri mihi uon probantur, nec vnquam vidi vtiles: ſed thermarum Aponenſium potus. De lotione ita ſentio: morbi ſunt doo, & æger iuuenis. deiude malum eſt in tendouibus, tum quoque adſunt flatus. Tendones itaq; primùm ſanandi, poſtea flatus diſcutiendi, qui ſi ſoli eſſent, aquas omittendas cenſerem. Inter initia tamen ad leue lutum accederem, quia à valentioribus maior fit morbus: vnde paulatim ad valentiora tranſeundum. Maior antè eſt vis diſcuſſionis quàm emnllitionis, quare à mollitinne inciperem, deinde diſcuterem. Aponenſes mihi prubátur. Verùm priùs euacuandum corpus. Venæ ſectio non eſt neceſſaria, quia uon eſt magnus morbus: non enim cum periculo, nec ſymptomata magna exiſtût, neq; vllum magni morbi ſignom: præterea non opus eſt reuulſione nec deriuatione. Adde quód neq; pharmacia euacuandus ſit, quia priꝰ ſatis euacuatus. Sed ue longior ſim: leniatur aluus, ſecetur vena, per rectitudinem loci laborantis, pręparetur corpus cum ſyrupis dictis, præſertim ſyrupo de betonica: euacoandum puſtea cum agarico, cum confectione Hamech. Quibns peractis thermas pro piuarem.

A
CONSILIVM CVII.

Tumores & ſcirrhi glandularum abdominis cum aliis ſymptomatibus.

FALLOPIVS.

HAbemus mulierem ſeptem & triginta anno-
B rum, patientem circa abdominis regioné ſu-
periorê tubercola dura, molliora, vnû eſt in
hypochondrio dextro maios inueteratiusq;. In a-
cuminatis partib. infimis non admodum durum,
ſuprà durius, vt ſcirrhi naturam præ ſe ferat. Caſu
aût anno abhinc quiuto vterum geſtanti affectꝰ hic
ortus eſt circa muſculû rectum, cui ſuperuenit do-
lor per menſem integrum, & tñ peperit, & denuò
ſecundum partum edidit, ſiue dolore iſtius tober-
culi, niſi æſtate ſuperiore, qua aliqua ex parte excre
C uit, ab Auguſto menſe huc vſq;: non aût continous
eſt dolor pûctiuus. Talis eſt natura tumoris. vt ſub
muſculis lantans propellatur vndiqua ꝓ. Præter
hunc tnmorem habet & alios, vuum quidem cum
tenſione oris ventriculi, rotundum, vagum, non
admodum durum, couſiſtenteiu autem circa hy-
pochondrium ſiniſtrum. Sunt & alia tobercula cir-
ca lactes & fundum ventricnli. Accedunt faſtidium
ex ieiunio, & animi deliquium: aſſumto cibo idem
genus faſtidij aliquandiu perſentit: aliquando dy-
D ſenteriam vel diarrhœam patitur, cum maximo do
lore illius loci, vbi tubercula conſiſtunt: ignara ta-
men cuius generis ſit iſte dolor. Hinc ſequitur alui
lubricitas & deiectio liquidorum, interdum bilio-
ſorum, vnde dnlores ceſſant: repetit dolor vna no-
cte ſæpiùs vigeſies, ſæpiùs trigeſies: aliquando ſue-
cedit fluxus nigrorum: pòſt intumeſcit veuter, quę
tenſio ſeptem aut quindecim dierom ſpatium per-
durat, & tandem ſponte reſidet. Repetunt iſtæ de-
lectiones ſæpiùs in menſe, ſæpè in menſe ſemel tá-
E tùm, idque per quinquennium ita accidit. Hinc &
menſes diminuti ſont, & tandem ſuppreſsi. His ad-
iungitur, quód immunis á febre lenta non ſit. At-
que hi ſunt affectus. Cęterùm lncus tuberculorum
atqne pręcipnè illius maioris eſt intra peritonęum
& abdomen, videnturque ſtrumæ: aliàs enim vt ex
cicatricibus apparet, ſtrumoſa videtur, vnde mi-
rum non eſt, ſi in abdomine etiam ortæ ſint Eſt au-
tem maxima illarum copia inter ſpatium hepatis,
coli & ventriculi, non quidem in omeuto, quńd eò
F vſque nnn extenditur, ſed in illa parte, qnæ fungi-
tur vice meſenterij. Tubercola poſtremó dicta vi-
dêtur corpura pancreatis, quæ foriè magis dolent,
quòd dorſum ſubiectum durum babeant: hæc au-
tem cnnſiſtunt in corpore meſenterij circs aor-
tam. De tumora circa vêtriculum, non habeo quid
dicam, niſi quód poſsit eſſe affectus ventriculi, ob
nauſeam, & quód vná cum ventriculo hinc iude
propellatur. Poſſent tamen tumefactæ eſſe aliquæ
glandulæ meſenterij, à quo vaſa deriuantur ven-
G triculum perreptantia. Sed cur nihil affirmem, in
cauſa eſt, quòd iſtæ glandulæ magis laterales ſnnt:
niſi dicamus, eſſe vas vmbilicale, qnod etiam ſuam
habet pinguedinem & glandulas: hucque magis
inclinat ſeutentia. Hæc ſnnt loca tumorum, vt iu-
terim non negem etiam in ventricnli ſubſtantia eſ-
ſe poſſe. Faſtidij cauſam hepar calidum eſſe exiſti-
mo bi-

mu bilem exurens: hoc accedit meſeoterij magna obſtructio & ſeruor, quæ ſebrem fouent. Vnde mirum non eſt, ieiuno veotriculo nauſeã adeſſe, præſertim cùm imbecillior ſit ex intemperie frigidiore, quam inde colligo, quód licet ſebricitet, tamen nó ſitiat, niſi cùm biliosa excernit: video etiam vrinam craſsis excremẽtia refertam. Bilem exuſtam, à qoa dolor ventris & fluxos oriontur, efficiunt hepatis caliditaa, meſenterij obſtructio & eiuſdem inflaminatio. Nam materiæ cùm per ambitum corporia diffundi nequeunt, collectæ certo loco, tandem acriorea redditæ, ioſorgente facultate expoltrice, expelluntur. Cùm aũt iſta bilis facilimè excernatur, cùm peruenit ad extrema ora vaſorũ, exulcerationem inteſtioorum noo inducit. niger veró hic fluxua accidit, liene etiam non probè ſuo fungente munere. Dolorea ponctorij ortom mihi habere videntur à materia bilioſa. Curatiooem, credo, maxima eum difficultate fieri poſſe, quia eiuſmodi glaodulæ, præcipuè ex materia melancholica inclinante io cancrom, nunqusm mihi curatæ ſuot. Cauſæ aotem omniom iſtorum malorum referendæ ſont primò in ventriculum, cuius frigiditaa obſtructiooea auget, quare temperandos eſt roboranduaque: deiode io hepar calidom: tertiò in meſenterij obſtructionem, obſtructia & compreſsis venis. Auſpicanda autem curatio eſt ab euacoatione, præſertim cùm illa ſpontanea præceſſerit. Venæ ſectio admittenda videtor, præſertim ſuppreſsis menſtruis per doos menſea, in primia ſi vires etiam conſeoſerint, modò noo præceſſerit magna euacuatio. Pòſt præpararem iſtos homorea cichoraceia omois generis, addendo cetrach, capilloa veoeris, ſyrup. roſat. recant. de cichorio & ſtæchade: item quæ homorem exuſtum reſpiciont, vt ſyrup. da liquiritia. Euacuarem, ooo præcipitanter tamen, ſed per roborantia. Cùm autem vacuanda ſiot, pituita, bilis & homor ater, confereot, rhabarbarum, myrobalani, foliis ſeoæ admiſtis, vel epithimo, pòſt adderem agaricum: oec verò ſubſtaotia myrobalanorom aut rhabarbari vterer, ne tubercula iſta io caocrum deducerem. Deinceps veoirem ad ipſam obſtructionem, quæ tollitur tùm internis, tùm externis: primò ſanatis tomoribua per continuam digeſtionem, quæ fieret, cichoraceis, & io cibariia aſſumtis, vel rhabarbar. in pauca qoantitate, coi adderem magnam copiam ſeri caprini. Tuberculis adhiberem exteriùa oleom amygdalarum lotum cum oleo maſtichino: digerarem autem non valde ſiccantibua, vt amoniaco, raſoloerem veró bryonia & maluæ mucilagine, radice cucomeris aſinini. Interiùa tentarem digeſtionem terebinthioæ lacryma ablota ſucco endiuiæ: deinde mithridatica cooſectiooe: & niſi hepatis ſopercaleſactionem metuerem, deſcenderem etiam ad theriacam, quarum vtramque temperarem cum ſaccharo roſaceo. Ratione ventrìculi vterer fomentis, facta decoctiooe ex ſemioibus aniſorum & ex emollientibus, pòſt ioungerem oleo maſtichioo, chamæmelino, taodem de ſpica. Per oa darem mithridatium vt ſuprà præparatum, vel aquam aliquam thermalem mediocrem, vt Sancti Petri mediocrem, & quæ ſalem admixtam habet, Aquarianam, cui admiſcere poterimus aliqoam noſtrarum. Hepar muoiemos ſaccharo roſato, & inonctionibos. Placet poſtea diarhodoo, confectio

A ſandalorum, violarum etiam in pauca qoaotitate. Victus ſit laudabilis.

Bellocatvs.

Licet caſos propoſitus videatur indigere & longa expoſitione, & coratione diligenti: quia tamen iſta expoſita ſunt, pauca mihi dicenda reſtant, tantumq́; ſingula per capita traoſcurram. Suppono itaque Magnificam mulierem temperamenti calidi B ſicciq́; dictis affectib. ſymptomatibusq́; laborare, qoorum alij tumorea in pancreate, alij in vẽtriculo conſiſtant. Sed ſopereſſe videtur hoc circa dolores, quod ooo videotur iocepiſſe poſt orta tobercula, verùm tribos aut quatuor annis anté: non tamẽ cooſtat an illo tempore non adfuerint dolorea. Febri autem affligitur, maximè cùm à tumorib. iſtis vexatur: hodie eoim à febri iminunem reperi. Cauſas porró huiuſmodi affectuum credo eſſe humores craſſos, viſcidoa exuſtosq́; melancholicos, præ-C ſertim eius qui eſt in hypochuodrio ſiniſtro. Maiorem autem tuoorẽ ſcirrhum eſſe exquiſitum exiſtimo: alios veró quidem ſcirrhoſos etiam ooo exquiſitè tamen, ſed iſtumoſos, quod deprehẽdo ex cicatricibus: fieri enim poſſunt etiam in aliis partibus, vbi glandolæ non ſunt, vt in brachiia, quod quotidie experimur. Alium item io ipſa ventriculi ſubſtantia conſiſtere exiſtimo. Alui profluoium oritur ratione iecoris calidi & ſicci: & cùm ante exortum iſtorum tumorum paſſa ſit graoiſsima aoi-D mi ſymptomata, multa excremenia melancholica oaſci potuerunt. Materia autem videtur bilioſa, melancholicaque, quia talis excernitor. Meoſtrua à doobos meoſibus retenia ſuerunt, idq́; poſtquã lactare deſiiſſet. Cæterùm cùm videam tumores adeó rebellea & duroa eſſe, maximè qui in hypochondrio eſt & in ſcirrhum tranſiit, impoſsibilem coratu exiſtimarem, alioa veró noo ita curatu faciles, cùm io profundo cooſiſtant: nam ex toto non remouebontur, emollieotur tamen, & ſpea eſt re-E motis iſtis ſymptomatibus leuari poſſe. Scatente igitur corpore molus excrementis, licet oatura aliquid expurget, tamẽ quotidie aliqoid aggregatur, euacuationem moliter materiæ, melancholicæ, bilioſæ & pituitoſæ, quæ maximè in ventricolo generatur: priùs tameo concoquerem cichoraceis, addendo aliquid agrimoniæ, aſplenij, probatur & ſyrupus de lopolis, de fumaria. decoctum ex betonica, agrimonia. poſt expurgarem fortioribua etiam, vt helleboro nigro, confectiooe Hamech, rhabarba-F ro, myrobalaoia. Hinc iterum concoquerem ſyrup. de cichoreo compoſ. de ſumo terræ, de pomis Meſuę, in pauca quantitate. pòſt iterum euacuarẽ eiſdem medicamentis, aut addendo aliquid elleb. nigri: ootum eſt eoim, quãtum io morbis antiquis valeat. Tunc pro tumoribus exhiberem ammoniacom ad ℥. i. aut ℈. ij. in pilulis, pòſt ſuperbibendo epozema ex radice altheæ, maluæ, aſplenio. Foris vterer mucilaginibus cum ammooiaco oleo maſtichino diſſolutis, maximè in illo, qui eſt in vẽtricu-G lo. Vellem etiam prouocare menſtrua cum calamentho, temperãdo ipſius calorem cum cichorio, petroſelino. Circa tempua porgationia, ſi virea cõſtarent, non negarem omoino venæ ſectionem io talo, vt daretur impetus ſangoini. Deinde ſucceſsiois temporibus laudarem rhabarb. ad ℈. i. ſingulis ſeptimaois, modò æſtas non ſit, propter iecoris ca-

liditatem thermarũ vſus ex toto negligendus non
videtur, maximè temperatarum: ſperaremq́ robo
rato ventriculo dolores iſtos diſcuti poſſa. Victus
ratio ſit attenuans mediocriter, vt pollorum, hę
dorum, omnium vitulorum, dimittendo viſcida.

TRINCAVELLIVS.

Nobilis & honeſta matrona præter iam relata,
nobis quoque aliqua exponenda reliqoit, primò
quòd maximis ventriculi doloribus affligitur, qui
deinda per voiuerſum ventrem inferiorem diffun
duotur, idq́oa cùm ieiuoa eſt, à quibus doloribus
aquæ frigidæ medico potu ſubleuatur: anguſtia
etiam quędam circa tempos concoctionis percipi-
tur. Cauſa horum dolorum fuit bilis in hepate ca-
lidiure genita, item victus ratio depraoata, vt braſ-
ſica, blitum, ſolia rapæ, &c. His conſtitutis incipia-
mus à magis moleſtantibus doloribos, vidalicet
quorum initiom iu venis meſenterij & ventriculo
eſt. Materiam aut iſtam bilioſam eſſa indicat mor-
dacitas: vnda etiá curationis ratio indicatur. Quòd
verò illâ materiâ excreiâ venter etiam aliquo mo-
do turgidus remanet, fit ob pituitam, qoæ rationa
bilis calidæ ſimul commuta fuit. Materia ergo iſta
primùm à venis meſaraicis & hepate io veotricu-
lum delata, eiuſmodi dolores excitat, quod ex par-
te affecta intelligimus, qoia dolor ſemper ab illis
partibus ſumit initium. Tsntæ autem materiæ cao
ſa eſt hepatis caliditas & habitus tonus. Hinc acce-
dit obſtructio primùm ex mala victus ratione, &
plurima pituita in ventriculo genita, vt teſtantur
vrinæ ſquamis & fruſtulis refertæ: accedit loci cs-
liditas nsturâ talis, aucta tandem ab animi pertur-
banonibus, vt fit etiam in hypochondriacis. Eſſe
autem ibidem obſtructionem ipſa teſtatur expe-
rientia. nam cùm Medici plorimo rhabarbaro v-
ſi fuiſſent, illins In infuſiona vſum facilè pertulir,
cùm ab ipſios ſubſtantia (quæ adſtrictionem par-
ticipst) plurimùm offenderetor. Quòd porrò cir-
ca vẽtriculom plorimùm laborat, mirum noo eſt:
nam bilioſi omnes inediam difficulter ferunt: ſub-
leuatur aotem potu aquæ, contemperata videlicet
&, abluta bile: in concoquendo verò laborat ratio-
ne fscultatis cõcoctricis, & contentricis: sccedit &
glandula illa ſeu tumor ventriculi. Materia aũt mi-
ſts vidatur ex melancbolica, pituitoſa, & bilioſa,
quę tñ minùs abondat, ob copioſam illins excreti-
onem. Cæterùm referri iſte tumor poteſt in ſteato-
ma aot atheroma, conſiſtereq́oe iſta tubercula exi-
ſtimo in parta aliqua libera ſub moſculis: non au-
tem in peritonæo, neque in ipſis intaſtinis, qnæ al-
tiùs Istitaot: oam ſi in illis eſſent, ſoperuenirent ma
iora ſymptomata. itaque cùm omentum vndiqua
alligatum non ſit, credo potiùs conſiſtere in aliqoa
omenti parte, in ipſis glandulis, cumq́ omentum
ex doplici conſtet tunica, quæ venas & arterias
complectuntur, facilè intumeſcere potoerunt: ma-
ius varò iſtud in dextro hypochondrio in pancres
ta eſſe exiſtimo, cùm illa quuque pars facilè mouea
tur. Cooſiſtere autem & in meſenterij membrana,
ex dolore punctoriu iudico. Materia ergo pituitoſa
eſt, tslesq́ luci. De doloribus iſtis bene ſpero, cùm
ab obſtructione ortum babeaot, licet curatio fu-
tura ſit dinturnior. Ventriculi intemperiem emen
dari qoidem poſſe exiſtimo, oon autem tolli peni-
tùs ob iſtud tubercolum, quod niſi auferstur, ooo
credo penitùs reſtitui poſſe. Tubercula plorima

A quidam vidi, ſed paoca curata, qoare de illo in hy-
pochoodrio parom ſpei habeo: oeque etiam mul-
tùm referre exiſtimo, cùm viderim matroná qoan-
dam Venetiis, quæ totis annis duodecim non cu-
rata ea ſine aliquo incommodo circumtulit. In co-
ranooe in primis ſuccorrendom eſt doloribus, au-
ferando cauſam dependentem à iecore & venis me
ſaraicis. Atteonandum ergo priùs non qoidem in-
ſigniter calefaciẽtibus, ſed iam dictis: placet etiam
B maximè ſyrupos bizsotioos primò ſimplex, po-
ſtea compoſitus, item de ſucco roſarum, de cicho-
rio, mel roſatum, item aſplenom, agrimonia, pòſt ſy
rupos de fumaria ſimpl. & compoſitus: poſtremò
etiam ad fortiora dauenirem, vt qoæ veratrum re-
cipiont. Vacuarem ſena ex ſero cum rbabarbaro
iofuſo. Myrobalanis noo vterer propter adſtricti-
onem, à qoa ex rhabarbaro iſta offenſa eſt: placet
etism agaricus, ſyrupus roſatus: uam ventre oon
admodum adſtricta eſt, & melancbolici oon niſi le
C oibus tractandi ſont: placet etism confectio Ha-
mech. Si fortioribus eſſet vtẽdum, vterer hiera Pa-
chij, ooo quòd bis tantùm fiderem, ſed qoòd his
tanqoam exemplis propoſitis, aliis etiam vti poſsi-
mus. Corroborarem ſaccharo roſato, boraginato.
Menſes prouocarem, priùs euacuato corpore, ob
materiæ copiam, vt materia aliquo modo faciliùs
flueret, laodo ergo capillos veneris, radicem petro-
ſelini, fœniculi, addito croci momento: quæ vel io
balneo, vel per ſuffumigia admioiſtrari poſſont.
D Pòſt mitterem ſsngoinem. Thermæ moderatæ, vt
Motinenſes, valde mibi probarentur in roboran-
do ventriculo & exporganda materia pituitoſa. Tu
berculis primò adhiberem facilima & ſimol robo-
raotia, ne cooſenſo viſcerum laxetur etiam facul-
tas hepatis: eioſmodi eſſet abſinthiom: aliquando
vſus ſum oleo amygdalarum dulcium incocto ab-
ſinthio, pòſt adderam radicem altheæ, adipam a-
natis, taodem ammoniacum & acetum: aliquaodo
cerato Maſoes, emplaſtro ex meliloto & ſimilibus.

E

CONSILIVM CVIII.

Tumor hypochondriorum.

ANte quadriennium in hypochondrio dextro
vulneratus eſt, vulnus nun penetrabat. Ce-
pit poſtea perſeotire debilitatem ſtomacbi:
incidit in febrem, quæ per icteritiam ſoluta eſt, per
iotegrum aonum remanentem, cum maximo cibi
F appetitu & fame csnina: ſuborti poſtea (poſt victꝰ
rationem inordinatam & ſummsm ingluuiem) tu
mores gemini in hypochoudriis, è regione bapstis
& lienis, obloogi & qoi non niſi ſobſidente thora-
ce deprehẽduntor: quod quidem ſignum eſt, illos
eſſe non in muſculis abdominis, ſed io parte ſubie-
cta, non aotem in omento: neq́ enim tegit hoc be-
par aut lienem: nec in inteſtinis: id eſt, in colo, quia
ſitus ſuperior eſt, atque etiam nulli dolores colici
ſunt percepti: oon etiam in diaphragmate, cùm
G oulla sdſit reſpirandi difficultas & alia grauiſsima
ſymptomata. Relinqoitur ergo vt ſit aut in ligamẽ-
tis hepatis, qoibus disphragmati cooneċtitur, aot
in ipſo bepate, ooo quidem medio: (neque enim
per integrum annum potuiſſat tumor adeò Inſi-
gnis abſqoe grauioribos ſymptomatis perdurare,
nec tam floridus corporis adeſſat color) ſed io lo-
bo he-

bo hepatis extremo, & qui non magni eſt momenti. Obſtructum ergo eſt hepar in parte ignobili, ita vt nunc ſuo fungatur munere aliqua ex parte ſatis commodè. Obſtructum fuiſſe arguit icteritia, quæ præceſsit. Materia verò obſtruens eſt pituitoſa: nullus enim dolor adeſt, aut ſaltem perexiguus, & vomit frequenter pituitoſa. Lien obſtructus eſt ſimiliter, vnde ſequitur melancholia hypochondriaca dicta. Purgato optimè corpore ad aquas mittatur Aponenſes.

Nota.

¶ Tumores in collo ex materia frigida, vide titulum Hydrop. conſ. 13.

Strumæ & gibbus, vide libro ſecundo titulum Phthiſis, conſilium 10.

Tumor in meſenterio, vide titul. ventric. affect. conſ. 6. Item tit. febris, conſ. 22.

Tumor circa dextrum vmbilici latus, vide tit. Melancholiæ hypochondriacæ, conſ. 48.

Tumor dextri cruris, vide tit. Febris, conſ. 24.

De Abſceſsibus.

CONSILIVM CIX.

Vlcus tibiæ inueteratum, ortum ex contuſione.

QVantum ex literis Clariſſ. Medicorũ, ab Hieronymo Fautono ad me miſsis percipere potui, nobilis matrona maxima moleſtia tenetur ex diuturno vlcere in tibia prope talum, in parte exteriore contracto, quod à cõtuſione ex baculo illata, atq; diu deinde neglecta, ſuccedente inflammatione, ex attractis videlicet ad affectum locum humoribus, & ea in abſceſſum deſinente, ortum habuit, ipſamq; per decennium afflixit, non tamen perpetuò, cùm interdum ad cicatricem fuerit à Medicis deductum: ſed pauló pòſt iterum locus exulcerabatur. Vlceris verò hæ conditiones narrantur, figura rotundum eſt, nõ profundum vel cauum, ſed potiùs planum, doloroſum verò, vt interdum & dolor cum pulſu moleſtus ſit, coloris circum circa nonnunquam rubei, interdum liuidi, præterea & venæ tumidiores per ſuram videntur. Quibus tanquam veris acceptis, vt rectiùs, maiori fundamento nixi, conſulere poſsimus, aliqua ſunt priùs circa vlcus illud examinanda & perpendenda: nam videndum eſt, an tantùm vlcus dyſepuloton, hoc eſt ægrè cicatricem admittẽs, ſit, an cacoethe, id eſt malignũ. id verò facilè intelligemus, ſi ſciuerimus, à qua cauſa ſeruetur & foueatur diu adeo. ſolent enim vlcera diuturna & curatu difficilia, aut aliunde diuturnitatis & difficultatis habere occaſionem, à mẽbris videlicet ſuperioribus, quæ eò ſua excrementa impellentia, & curationem, & conſolidationem impediunt: aut non aliunde, ſed particulatim ex ipſo loco affecto & vlcerato, quia aliquod ſit in eo vitium ex imbecillitate illius partis, & mala aliqua intemperatura in illa ſuborta, ratione cuius alimentum, quãtumlibet bonum, eò delatum, vt inde alatur ea particula, vitiatur, & corruptum in malum ſuccũ vertitur: & hac ratione malignum latinè dicitur vlcus & græcè cacoethe: priori verò, dyſepuloton, id eſt, quod ægrè poteſt ad cicatricem duci, quæ diu A permanere valeat. Et mihi quidem videtur, quòd vtraq; in hoc vlcere cõuenerunt. [illegible] quòd & à ſuperioribus partibus, videlice[illegible], vel iecore, vel etiam à toto corpore excremẽta delata, vlcus foueant & cuſtodiant, interdum aũt & augeant, id mihi oſtendunt & venæ tumidiores illius tibiæ, & color circa vlcus interdum rubicundus, cum dolore pulſante, (hæ ſunt aũt inflammationis notæ, quę excitatur ex calidiorib. humoribus influentibus in lo- B cum affectum) conſiderata inſuper corporis calida temperie: liuidus aũt color, qui recedẽte inflammatione relinquitur, mihi indicat, imbecillum illum factum locum, qui etiam contraxerit calidam intẽperiem aſſantem & vrẽtem humores, quibus pars ea alenda erat & ſi aliud nullum habuerimus argumentum, vel morbi diuturnitas apertè oſtendaret, fieri haud potuiſſe, quin iam natura illius partis labefactata ſit, & vitiata à perpetuo influxu, à dolore, & à longo morbo. Putauerim præterea humores C ad eum locum fluentes, calidos & tenues eſſe, neq; alicuius vſtionis expertes: nam ſi craſsiores eſſent, nõ ſerperent in ſummis partib. ſed in profundiores etiã partes penetrarent: quòd verò exuſti ſint & calidi, tum dolor, tũ color liuidus oſtendit. His ergò ita expoſitis, nemini non eſſe manifeſtum poteſt, neceſſe eſſe ei, qui vlcus id curaturus eſt, vt cauſas iſtius difficultatis auferat & remoueat, priuſquàm conſolidandum & ad cicatricem ducendum ſit vlcus hoc. quæ quidem cauſæ non ita facilè remoue- D ri poterunt: quamuis enim purgetur, & ſæpiùs etiam, corpus, nũquam tamen in corpore ſenili iam & muliebri, & quòd iam exercitationes antea ſolitas cogit, aut omnino, propter crus, dimittere, aut magna ex parte, fieri poterit, rectiſsimo etiam victu inſtituto & ſeruato, quin gignantur excrementa, quæ, cùm natura iam aſſueuerit ad id crus impellere, nec ipſum iam imbecillum factum poſsit repellere, vlcus ſemper foueant: niſi fortè aliò transferãtur. ſed neq; imbecillitas & mala temperies, in loco E tam diu affecto contracta, ita facilè tranſmutari poterit. Laudo tamẽ, imò neceſſarium cẽſeo, vt purgetur, & ſæpiùs expurgetur corpus, præcipuè verò inſtãte vere & autumno, antequam moueri ad debilem locum incipiant excrementa. Nam etſi non omnino forſitan ex purgatione intercipiẽda ſit fluxio, intercipietur tamen magna ex parte, ita vt non vehementer adeò affligatur mulier. Ideo ſummopere cõſentio cum illis, qui purgationes laudant. De medicamentis autem, quibus molienda ſit vacua- F tio, non habebo ſermonem, niſi in vniuerſum, vt ea videlicet adhibeantur, quæ bilioſos & exuſtos humores vim habeãt purgãdi, cum aliqua etiã vi educẽdi pituitam. Sed nec eorum etiam cõcoctionem & præparationẽ prætermittendam cenſeo, etiamſi aliquod ſit vitium in iecore & liene, quod corrigatur. Particulatim verò hæc definiẽda præſentib. & præſtãtiſsimis Medicis relinquã, qui & naturę iſtius corporis, & roboris, & cõſuetudinis peritiam maiorem habẽt, quã ego ex ea relatione habere poſsim. G Quantum verò ad eam in crure fontanellam appellatam ſpectat, ego neq; eã damno, neq; auderẽ conſulere, vt conſolidaretur & clauderetur, maximè ſi ſcopus is ſit, vt vlcus conſolidetur. Nam cùm iam aſſueuerit multos excremẽtoſos humores per eas partes purgare, ego, quantumlibet corpus ſæpiùs vacuaretur, non putarem vſque quaque tutum

claudi vtremque vlam efflux⁹ malorum humorum, qoi per ea vlcera ſemper interdiu uoctuque exeunt. Et ſi nos vellemus conſolidere primum vlaus, neceſſe eſt, ſecundnm apertum ſeruare: uam id uobis non leui erit auxilio ad curandū primnm, eò videlicet trauslstis humoribus. Sed cùm tumidæ adeò venæ in ſura ſint, ego & ſanguinem mitterem, primùm quidem ex bracbio ſiuiſtro, per directum ad cruś affectum, deinde verd, ſi corporis huius vires admıtterent, & ætas couſentiret, mihi nou videreıur å re alienum, & pedum veues prope talum ſiniſtrum aperire, priores ſaoè reuulſiouis, has verò euacuationis graria ex loco affecto & vicinis partibus. Iu vlcere autem curando hæ ſuut iodicatioues ſeroádæ, à nature rei depromtæ: trāſmutauda quippe eſt intemperatura calida, exſiccaudu mq̃ua quautum oatura vlceris requirit, ita tamen, vt iis etiam exſiccetur, quæ inſuper aliquá baberent vim adſtringeudi, vt robur parti adderetur, & aliquam repellendi influentes ſuccos, ſine id emplaſtris fiat, ſiue ceratis, ſiue appellatis vnguentis. Quæ quidem particulatim diſtinguere nequeo, cùm mulierem non nonerim, vlceriſq́ue nullam, niſi per communes rationes, notitiam habeam: vuda hæc paritiſsımo Chirurgo determiueuda relinquem: ſi tamen his & hoe addidero, mea quidem ſententia, maximè procuraudum, vt ea, quam vulgo appeilant foutanellam, ita paretur, & eo ıu loco, vt non multam moleſtiam val dolorem afferat. De equis thermarū nullam equidem mentionem feci, quoniam quæ calefaciunt, mihi uon admodum ad hoc negotium facere videntur, vbi iam iudicatum ſit vlcus foueri ab iufluxu calidorum & tenuiorum humorum, qni participes ſint vſtionis: ſi quæ tamen couuenirent, eſſent Aquarianæ: de quibus etiam non poſſum definitam proferre ſententiam, cùm & vētriculi eius & reliquorum viſcerom nou habeam exquiſitam cognitionem, neque en eliquid ſit, quod obſtet: nam quautum ad vlcus ſpectat, forſitan & bibitæ, & in lotionibus adminiſtratæ, couferre poſſent. De decocto autem ligni indici, prætèr id, quòd unoquam mihi probata fuit eorum ſententia, qul paſsim & in omnibus diuturois affectibus, cùm diu laborauerint, & multa axperti ſint, tádem ad id decoctnm, tanquá ad ſacram ancoram confugiunt, & ſæpè, neque admodum fellciter, in hoc effectu, quid ex eo ſit ſperandum, non ideò, cùm calefaciat ſatis etiam mediocriter. ueque ego ex eo tot miracula vidi, quot multi profiteurur vidiſſe, præterquem vbi morbi Gsllici ſit aliqua ſuſpicio.

CONSILIVM CX.

Vlcus malignum ſub genu in carcinoma degenerans.

QVia maximum, ſi non vniuerſum, propoſiti uegotij momentum in præſanrie, ni fallor, iu malo illo malıgnoq. vlcare conſiſtere videtur, Ideò circa ıllud maxime ex perte noſtre verſabitur oratio Poſitum ıtaqua ſit, quòd vlcus illud eò maliguitens ſit progreſſum, vt in carcinoma iam degenerauerit. nam excellens Medlcus biſtoriam eorum omnium, quæ viro noblliſsimo & maguifico contigère, mıhi vıdetur uon delineaſſe ſnis verbis, ſed exactè eam edeò axpreſsiſſe, vt ne vllum quidem ſignum prætermiſerit. hoc ergo conſtituto, nemo nou videre poteſt, duas eſſe vias & rationes, quibus illud tractari poſsit. Altera quidem vt Medicus blandiatur, & quantum fieri per ipſum poterit, procuret, qnò minùs ſerpat & ampliat vlcus, demulceaturq; vt minùs doloroſum reddatur, poſtquâm iam dolere cœplt, neq; contandat, vt omnino curetur melignus is & partinax affect⁹. Altera verò, vt cum morbo pugnet, & illum exactè ſuperare, eiusq; ſęuitiam viucere nitatur. Et prima quidam nobis indicat, ab omnibus abſtinendum eſſe, qnæ exacerbare & irritare poſſuut melignam hanc feram: irritant autem omuia acrie, vt vrentia, erodeutia, valida detergentia: demulcent lenia, & quæ modeſtè deſiccant & refrigerant, vt ſunt plumbum, præſertim vſtum & diligentiſsimè lotum, itē pompholix, & cedmia, omnia verò iidem lota, ex quibns fiant vnguenta. præ omuibus autē aliis vtilia videntur hæc, oleum roſaceum, præſertim omphacinum diu in vaſe plumbeo ductum, donec ſtrigmētitiam compagem vel craſsitiem acquirat, vel ſuceus ſolsni eodem modo iu vaſe vel mortario plumbeo tritum. nou nulli etiam iuniores laudant herbam illam, quam virgam euream vulgò appellant, dum vel ſucco eius, vel aqua per deſtillationem extracte, delinitur locus vel abluitur. Altera verò via nos docet, malū hoc uulla alia ratione tolli poſſe, niſi per chirorgiam, oempe ferro & igne, vt ebſcindatur quicquid iofectum eſt, & locus poſtea ferro ceodenti inuratur, vt poſtea, deeidente croſta, relictnm vlcus periude curetur vt reliqua id genue vlcera. Et ſi vtramque viam mutuò conferre voluerimus, non parom dubito, ne, quoduis fecerimus, nos pœniteat: vndique enim ſunt auguſtiæ: uam ſi prima iueedemus, præter quàm quòd ſit nobilis vir permanſuros, donec vixerit, in hac magna miſeria, dubito etiá ue diu nou poſsit vluere: oam dum repeto memoria, quòd à repentino & copioſo ſanguinis profluuio bis fuerit correptus, & id ex fractura vel eroſione erteriæ, quodq́ua ægrè admodum fuerit interceptum & ſuppreſſum, & tandem non niſi ignito ferro, duo mihi tımeoda ſe offerunt: primùm, ne tandem cruſta ab ıgna iuuſta decidente, anteaquàm ſuberaſcat caro, quæ obturet foramen, iterum ſanguis erumpat, & dıfficilior deinde euadat ſuppreſsio, & non ſine inſigoi periculo vitæ: præſertim cùm illaqueari nequeat profundior arteria, & dıfficilior fiat carnis aggeneratio ın loco vlceri malıgno ſatis vicino, qui, vıx fieri poteſt. vt non ſit factus particeps malæ illius neturæ meli vlceris. deinde ponamus iam earnem accreuiſſe, cùm, vt refert excelleutiſsimus Medicus, vlcus ſerpat, & exedera viciuss partee iam vıdeatur, vt poſsimus facilè canſere eoniuuctā babere nomen vel phagedænam: & quamuis poſſimus aliqusntulum obitare ne ſerpat, ueceſſum tamen erıt, vt ſerpat & exedat. & cùm, præter veuulas, ſit ıbı & arterıa ınſignis, quî fieri poterit, vt tandam illa uon erodatur, vel ſaltem teuelle carò, quę accreuit, & ſanguinis arterialis uon ſequatur multa profuſio: quę lıcet mox intercıpiatur, ſemper imminebit idem periculum. Vnde altera via eſſet quidem maioribus exoptáde votis, ſi tameo illam conficere poſſamus, quę & ipſa multis circumſepta eſt difficultatıbus, cùm pars ille, quæ labem illam cōtraxit,

traxit,ampotãda eſſat,vt etiam abſciſsio ad vluum perueniat, vbi ſi vicinam habet inſignem arteriam, necaſſe eſt,vt propè ſint & venæ: vode res illa nou poterit ſine multa ſanguinis effuſioue, & ſubiode magoo vitæ diſcrimine abſolui. Sed & locus, in quo eſt vlcus, periculum auget: nemo anim non nouit vulnara ſub geno illata qoàm ſiut difficilie & moleſta. Omnibus tamen rectè perpenſis,credo reinus præſtare, vt medici potiùs blandiando, & priori via incedentes, tractarent nobiliſsimum & magnificũ ægrotantem, & ſi aut ſanguinis profuſio ſequeretur, illi inſtando & obſiſtendo eiſdem auxiliis,quibus hectenus vſi ſuppreſſeruut, occurrerent. Vt tamen credamus fore neceſſa priùs purgare corpus à multis, quibus ſcatet, excrementis: de quo in vniuerſum aliqua exponemus,mihi maximè in ſimplicibus medicamentis probaretur vſus modeſtos veratri uigri,& illa, qoæ id racipiũt: in medicamentis autem compoſitis, qoæ poſſent iudicari eſſe huic negotio accnmmodata, poneré, (ſi tamen viderétur eius virea bæc ferre poſſe.) cõfectionem Hamech,item & hieram illam diacolocynthidus, qusm Scribonius Largus deſcripſit, Pachioq́ue adſcripſit,temen illi aliquid veratri nigri adderetur: pręterea & pilulas,quas cochias appellant,paratas tamen cum helleboro. Sed ſi leuioribus videretur vteudum,mihi decoctum epithymi non parum probaretur,ſyrupos etiam ex fumaria,quem vulgo de fumoterræ compoſitum appellant,& qui ex pomis compoſitus dicitur: vel ſi qui alij ſunt id genus. Nullam autem ſecandæ venæ mentioné ſecimus,cùm conſideraremus quàm copioſus ſanguis ſuperioribus diebus ex vleere efflu ꝗerit,quòd corpus hoc plurimùm à natioa ſoatẽperatura degenerauerit iu frigidam & humidam, & quantũ ex relatis percipere poſſum, multis ſcateat cruditatibus: uiſi interdum tumidæ viderentor hæmorrhoides: inde enim miſſus ſanguis, niſi aut vtrium languor, aut exſangue redditum corpus obſtarent,plurimùm prodeſſet. Sed quoniam par quandam veluti inſinuationem facta eſt mentio cuiuſdam contagij,nou recẽtis, ſed iampridem contracti: ideò neq; hoc videtur prætermittẽdum, quòd non mihi à ratione alienum videretur,vt aliquod decoctum,ex bis,quæ nunc ſont in frequenti vſu,acciperet, præſertim verò ſarſæ parillæ: nam guaiaci decoctum ſæpè obſuiſſe vidi illis,qui ab huiuſcemodi vlceribus malè babebaut,uon ita eotem ſarſam parillam.

CONSILIVM CXL

Vlcus cancroſum linguæ cum Hemicrania.

Fallopivs.

VEnetos temperaturæ calidæ & ſiccæ auno ętatis ſoæ quinquagaſimo octaoo vlcere phagedęnico laborare cepit, ortũ habente à ſcirrhoſo tumore. Cùm enim ab ineunte ætate profuſiſsimè vixiſſet, vinis potentibus,ſalſamentis, & aliis vſus fuiſſat,eirca aerem deliquiſſet,ob longiſsimes nauigationes: Ante annos quadraginta vlceribus oris & labiorũ laborauit,uullo alio apparenta morbi gallici indicio: à quibos curatus in catarrhos incidit,tertio tẽdam abbiuc auno oborta puA ſtule alba rotunda iu linguæ medie parte,cuius curatio cùm in variis variè tẽtata fuiſſet, & ipſum malum exaſperatum fuit, & per cõſenſom neruorum quarti & ſexti paris temporis iſtius dolorem excitauit. Sumta chinæ radice,multis quoq; pilulis euacuantibus, nihil aliud couſequutum eſt quàm caucri exacerbatio. Quæritur argo, quomodo & quibus remediis, & au corari poſsit? Cùm cancer ſeu vlcus phagedæuicum ſit, iu eaq; parte cõſiſtat, B quæ nec frigido ſecari,nec cãdeute ferro vri poſsit, ſolis mitigantibus & detergentibus ageudum aſt. Nam perfecta cura nec ſperari nec cõſequi poreſt. vt ergu materiæ affluxus prohibeatur, vtẽdum eſt diuerſionibus & reuulſionibus, vt clyſterib. & cucurbitulis,ſubinde leuita aluo caſsia, vel electoario,vel ſyr. roſ. ſolutiuo. Præterea vtatur frequenter lacte chalybeato in magne qoſotitate,quod ita paratum aluum liberaliùs ſubducit: vel thermis Caldarianis,vel Vellę,vel Virgiuis: pòſt ſub autumnoũ C radice chinæ. Loco affecto adhibeatur lapis hæmatites,bolus armena, terra ſigillata,coralli albi & rubri,pului vnionum, ſolanum, plantago, portulaca,nymphæa,Roberti herba: partim iu forma linimeotorum, partim potionum ſeo ſyruporum: vt ſyrup. de roſis ſiccis, roſatus recens: oon tamẽ mel roſatum,quia nimis mordicat, neque roſarum decoctum. Item puluis eancrorum fluuiatilium capturum quando ſol ingreditur cancrum. Dolori temporum fieri poſſunt anodyna ex oleo chamæ D melino,maſtichino, addita portione ol. amygdal.

Francanzanvs.

Videtur à puſtulis oris ad vlcus manus ſeu lichenem perueniſſe, ab hoc ad vlcus phagedęnium: Dubitu autem an ſit vlcos canceroſum, an gallicũ: cauceroſum quidem, quia non adſunt iſtæ punctiones, deinde color non valde liuidus eſt, ſed albidus, præ ſe ferens pituitam, nec tumeut venæ. Contrà confirmant canceroſum eſſe ſordities, durities, quæ tamen pituitoſam etiam materiam ſequi po E teſt: & eò magis, quia humorem potiùs pituitoſum quàm acrem & nitroſum percipit. Cùm ergo non ſint pura ſigna vlceris cãceroſi, ſuſpicor morbi gallici eſſe, reliquias, in quo humores iſti ſeroſi abũdare ſolent, maximè in ſenib. Capitis doloris eſt eadẽ cauſa, quæ iſtius vlceris: licet etiam per couſenſum vlceris ratione neruorum quintæ & ſextæ coniugationis fieri poſsit. Curaudum eſſet vlcus prohibita influxioue Primò euacuetur caſsia & ſero lactis, non vſtulato, per aliquot interualla. Serum enim F multum facit ad euacuãdos humores ſeroſos. Ad contemperãdos humores vterer equæ dulcis balneo. Vioum ſit pauciferom. Tampore autumni vterer decocto chinæ, qood plurimùm hepar contemperat. Aquis thermarum, ſtante gallicæ luis ſuſpicione, nõ vterer. Demulceatur vlcus iam dictis; vt ablutiooe ſeri, quia nõ repercutit. Metallica deleteria vitarem. vterer & ciuere herbarum prædictarum, & plantaginis & oſtrearum. Pro reuulſionibus cauteria in brachiis adhibaretn:

G Trincavellivs.

Conſtitutus in temperatora calida & ſicca, ętatẽ iam ad ſecundum ſenĩũ accedente, tenetur morbo ſecundum linguã, primò vlcère corroſiuo, ſecũdò tumore linguæ, qui ſatis eſt inſiguis. Cùm aũt tumor ſit præter naturã, tẽdens ad rotundũ vlcus calloſom, appellabimos. Scirrhom videlicet ſoppurã:

tum: id eſt, cancrum: nam ſi œdema non aſt, & ſit A ſeirrhns exulceratus, huius aũt non alia qoàm cancri ſit curatio, neceſſariò cancer eſt: aſt enim materia dura & craſſa melancholica. Duo ergo ſunt morbi, cõplicati ex vlcere & tumore, & vlcere verè cancroſo. Primò autem fuit veſica, ablatâ pelliculâ fuit vlcus malignæ naturæ, quod poſtea cancroſum factum eſt Huiuſmodi tumores multos in palato & linguis vidi: nam in his venæ manifeſtæ non perſpiciuntur, vt in mammillis. B Nam vt omnia ſigna exquiſitiſsimè non apparuerint, non ſequitur tamen cancrum non eſſe, vt videmus in pleuritide ſæpè non omnia ſigna expoſita eſſe. Quòd autem puncturam non habet, ideò fit, quia ante ſuppurationem effluxo malo humore dolores iſti non excitantur. Non dixerim tamen etiam exquiſitiſsimum eſſe ſcirrhum: ſordes enim liuida mihi hodie viſa eſt. Nullam verò adeſſe morbi gallici ſuſpicionem ex ſarſæ parillæ decocto colligo, quòd planè nullo modo contulit, præſertim cum vlce- C ra gallica qoadraginta abhinc annis cœperint: prę̃terea ſi eſſet gallicum vlcus, omnia ſymptomata eſſent vehemẽtiora. Quòd porrò circa tempus dextrum capitis doleat, id credo fieri per conſeoſum vlceris, hinc mirum non eſt, non ſubleuatum iſtis lenieotibus remediis. Conſtituto ergo vlcera cancroſo, prognoſticum eſt difficillimum, & omnem curationem deſpero: ſatis igitur eſt, ſi aliquo modo miteſcere poſsit. Conſiſtit autem res in primis in victus ratione refrigerante: nam multa exſiccatio- D ne non egemus, ne humor magis exſiccetur, & vlcus lędatur. Vinum tanquam ſeni concedendum: non vinoſum tamen. Purgatio hoc tempore ſit modeſta, ex caſsia, electuario lenitiuo, ſyr. roſ. ſolut. ſero etiam ſiue cũ chalybe extincto ſiue non: aliquando cum ſero ſenam decoquerem: pręterea decocto cichorij, boraginis, endiuiæ. Aliquando ergo hoc aut illo vterer: frequens enim lenis & facilis euacuatio mihi probatur, quæ verè eſt deriuatio. Qoatenus ad localia, facilioribus vterer: quod ſi dolores E vrgerent, lac præberem extinctũ chalybe: nulla enim parte vlcus irritandum eſt: addito aliquando ſyrupo roſato ſolutiuo in pauca quantitate. Probarentur etiam lotiones, quia vngoentis vti non poſſumus, propter deflu xum materię copioſæ. Decoctum ſit ex plantagine, ſolano, quod præ omnibus laudatur, item ex polygono, aizoo: quæ omnia humorum acrimoniam temperant. Interdum terra aliqua vterer, vt bolo, quæ exſiccat & attenuat ſine mordicatione. Sit etiam lapis corallius dilutus F ſucco ſolatris facto linimento: quæ etiam ventriculo non obeſſe poſſunt. Sunt autem adponenda linteolo tenui, quo etiam munietur à dentium excoriatione. Quod ad radicem Chinæ, illa mihi nullum præ ſe ferre calorem poteſt: moderatè enim exſiccat & temperat. Aquas thermarum metuerem, ne ventriculum priùs læſum offenderent.

CONSILIVM CXII.

Vlcera totius corporis.

CVidam alioqui ſano, quadraginta quinque annorũ, cùm priùs toto corpore ſemper ſquamoſas, quaſdã ſuperfluitates nigras per vniuerſam vitam habuiſſet, tandem quadrageſimo an-

A no ſponte excitata eſt puſtula in thorace, exulcerata eſt, neglecta tamen: tandem increuit ita, vt totum thoracem occupet, præterea per totum corpus ſerpat, vt à capite ad pedes vſque non ſit ſanitas. Vlcera ſunt in hoc quatuor generum ſcilicet herpetes, tum exedentes cutim, tum ſimplices pſoræ, præterea cancri. Vlcera, quæ ſunt in thorace, quia nigra, item ſubiectam carnem quoque attigerunt: inſuper & calloſa. Expurgandum totum cor-

B pus ab omnibus humoribus: deinde vlcera tentanda. Decoctum Chinæ in vlceribus gallicis mira facit, & contemperat viſcera. Balnea ſint Aponenſia, præſertim ex aqua illa calefacta, poſtquam refrigerata fuerit, & ſpiritus ille ſulſureus exhalarit. vlcera deinde calloſa vnguento ægyptiaco cum cerato roſ. item virgæ aureæ aqua deſtillata mira pręſtare poteſt. Curatio tamen deſperata, cùm animaduerterint Medici febrem becticam, cum puttida hic coniunctam adeſſe.

C

CONSILIVM CXIII.

Vlcera ani.

PAſſus erat tumorem in ano, phlegmonem ſcilicet: hac curata ſucceſsit deinde teneſmus, dolor maximus videtur ergo adhuc adeſſe vlcus, à materia acri & erodente permixta cum pituita, quæ à vẽtriculo, & materia melancbolica, quæ per venas hæmorrhoidum affluit. vlcus autem eſt con-

D cauum, quia à materia erodeote factum eſt: non tamen fiſtuloſum, quia tanto iam tempore durault. quòd ſi fiſtula fuiſſet verſus ſuperiora, effluxiſſet aliqua ſanies: ſi verſus inferiora, ſanies collecta acris tentaſſet exitum per alium locum. Inſuper ſolet dolor in iſto ægro exacerbari ab omnibus exſiccantibus Adde, quòd, ſi adeſſet fiſtula, haberet orificiũ anguſtum, nec ita facilè læderet: nunc aotem facilè. ergo os amplum. vlcus porrò iſtud fortè etiam gallicum eſſe poteſt, eò præſertim, quia ſub veſpe-

E ram ſolet dolor augeri: quod tamen etiam in aliam cauſam referri poſſet, ſcilicet in humorem melancholicum, qui eo tempore mouetur, frigore conſtipante poros In curatione, dolor, ſi quidem admodum vrgeret, priùs auferendus eſſet. Sectio venæ baſilicæ plurimùm conferet, per vices nimirum: vomitus quoque plurimùm iuuabit: ſudor deinde, ad diuertandam & euacuandam materiam biliolam & acrem. Valent inſuper diuretica non calida, vt capillus veneris, item & ceterach, (nam &

F melancholicos humores iuuat, & vlceribus prodeſt. & ducit vrinam) inſuper ſerum caprinum, cui fumaria incoquatur. & quolibet mane ad ſuperandos humores viatur. Denique cùm ſuſpicio adſit morbi gallici etiam, eò libẽtiùs exhibeo decoctum ſarſæ parillæ, quæ non tantùm morbo aduerſatur, verùm etiam tenuitate ſua (abſque caliditate manifeſta) ſudores mouet, quos nos hic maximè expetimus. Medicamenta acria vitet. Topica adminiſtrẽtur: placeret ſief album, cum opio, vel ſine opio, cõ-

G mixtum cum lacte, (nõ cum ſero lactis, quia vlcus ſordidum non eſt: neq; enim apparent ſordes egredientes) & infuſum: item lac chalybeatum, quia ferrum, quod mordicat, abſumitur: Bolus pariter armena. Balneæ quoq; Lucenſes proderunt, in potu & inſeſsione. qoia deſiccant abſq; vlla calefactione & mordicatione.

NOTA

NOTA.

¶ *Vlcus in tibia, vide tit. Tumorum, conſ. 105.*
Vlcus in crure, vide tit. Arthrit. conſ. 95.

CONSILIVM CXIIII.

De fiſtula ani.

FALLOPIVS.

QVæritur, quis ſit affectus, quæ eius magnitudo, an ſanari poſsit, qua arte, & an à maioribus ſymptomatib. præſeruari poſsit. primò, quod ad naturam affectus, apparet nos habere abſceſſum, & ſatis magnum, circa ſedem in cauitate, quæ occupatur à plurimis ligamentis ſedis, in parte quidem poſteriori, in dextram tamen inclinantem. Antiquatus aũt eſt affectus, ſæpiùs ſuppuratus, affluentib. materieb⁹ ab hepate & vẽtriculo: cuniculos etiam egit in nate dextra. Magnus aũt ſinus eſt, quia propagines ipſius ad ſiniſtram pertingunt, & ſpecillum etiam deſcendit ad quatuor aut quinq; digitorũ ſpacium, patet etiam latitudo in flexis corporibus tortis, & præterea ſemi libra puris vnica vice egreditur. duo habet orificia, vnum cæcum, alterum manifeſtum. primo enim pus per ipſum inteſtinum egreſſum eſt, quod cęcũ appellam⁹ foramen. Patet hoc foramẽ ex iam dictis, quod nunquã conſolidatũ eſt, ſed tantùm vnitum: patet etiam ex iniectis. In qua aũt parte ſit non aſſequor, cùm ſinus ſatis amplus ſit, neq; digito, neq; ſpecillo ad foramẽ pertingere poſsim: ſentio enim corpus quoddam carnoſum, quod fortè impedimẽto eſt. Coniectura tamẽ aſſequor, quòd ſphincterem non tranſſcẽdit, licet ſin⁹ ipſe profundiùs penetret, qui tamẽ ea parte perforatus non eſt, alioquin, cùm ad ſex digitos penetret, haud dubiè ſtercus egrederetur. quare magis ad inferiora declinat ad ſphincterẽ, quoniam dum iniicio digitum, non video adeò valenter ſphincterẽ ſe conſtringere, vnde media parte perforatum exiſtimo. Talis eſt natura ſinus, qui calloſus eſt, cùm exquiſitum ſenſum nõ habet, nec facilè fundit ſanguinẽ à venis meſaraicis aut vena caua. Accedit morbi vetuſtas, quam neceſſariò callus ſuccedit. Quantum ad præſagiũ ſpectat, certus ſum, ꝙ breui tempore ſanari non poſsit, cùm morbus ſit inueteratus, & in ea parte conſiſtat, quæ excrementis & fluxionibus eſt expoſita: imò difficilimè curari poſſe exiſtimo, eò quòd quãtitatem morbi ignoremus, quia imus venter ſatis amplus eſt, & orificium anguſtiſsimum, quod ſi dilatatur, opus eſt magno foramine, quod ſectione fieri non poteſt, ſpongia quoque aut lanis fieri nequit, quia cùm imponimus linimenta vel medullam, manifeſtò in media parte comprimitur. Credo autem corpus iſtud partem eſſe muſculi, quæ erodentibus tollenda non eſt, ne muſculum ad conſtrictionem ineptum reddamus. Difficultatem etiam auget appendicula in nate ſiniſtra: nam ea curationẽ multùm retardare poteſt. Quare palliationibus potiùs vtendum exiſtimo, vt in oculorum vlceribus & cancris: præſertim cùm nullum ſuccedere poſsit incommodum. Palliatiua autem curatio conſiſtit in duobus, in affluentibus, & quæ locum affectum reſpiciunt: materia ergo fluens inhibenda, non quidem tota, quia ſemper eò fluit. Nam etſi reuulſionibus & cauteriis crurum, & aliis, vti veli-

A mus, tamen tota eſt partis imbecillitas, vt fluxus humorum vix inhiberi poſsit. Ne igitur multa excrementoſa materia generetur, prohibebitur bona victus ratione, quæ pituitæ generationi aduerſetur, caueat à cibis difficilis coctionis & excrementoſis, vt etiam à ſomno nimio & venere immodica. Quod ſi viſcera peccarent, illa etiam corrigenda, vt iam factum eſt, aquis thermarum & lotione capitis. Euacuatio per vomitum mihi valde place-
B ret, ſi modò perferret, vel clyſteribus. viſcera roborabant rhabarbarum, ſpecies hieræ cum caſsia: ſi tamen hiera proritaret hæmorrhoides ab illa abſtinerem & ſolo vterer rhabarbaro. Reliquis etiam lenientibus vterer, vt ſyrupo roſato ſolutiuo, manna, &c. tentaremq; hoc modo fluxionem. Vere & autumno, cùm ſanguine plurimùm abundet, ſanguinem detraherem, ex dextra baſilicæ: cùm ab eo antea multùm adiutus ſit: ſufficeret autem ſectio venæ verno tempore: poſt purgaretur vniuerſum
C corpus quoad ſingularia, foramẽ ſemper apertum ſeruetur licinio vel fiſtula, vt ſanies quotidie egrediatur: ſit autem fiſtula argentea, quæ etiã vim ſiccandi haberet, quia calli ſublatio non ſuccedat. Argento admiſcerem aliquid æris, modò fiſtulam ferre poſsit, ſin minùs, ſtatis ſaltem tẽporibus per ſpacium quatuor aut quinq; dierũ, dum videlicet maior eſt fluxionis copia. Nam cùm non ſemper egrediatur materia, vt nunc, non perpetuò moleſta eſt fiſtula. Licinium autem & ipſum vim ſiccandi ha-
D bebit, vt ſi fiat ex decocto agrimoniæ, foliorum oliuæ, ſcabioſæ: vel ſi inungamus vnguento Iſidis: fiſtulam etiam eodem modo inungerem, vel etiam apoſtolico, quod tamen magis doloroſum eſt. Paretur etiam liquidum aliquod medicamentum, quod conſtet ex ſcobe guaiaci, pentaphyllo, ſcabioſa, foliis oliuæ, & metallicis, vt ſinus etiam eluantur, minùs frequenter tamen, nec maiori copia. Quod ſi hoc modo procedamus, ſpero vlcus non ampliùs progreſſurum.

E

FRANCANZANVS.

In hoc caſu coniectoris maximè agendum eſt, quòd multa ſunt occulta, quę coniectura etiam aſſequi vix poſſumus. ſinus autem tam magnus non eſt, quia maior eſſet ſaniei copia, quæ tamen copioſè non effluxit, niſi poſt inflammationem. Neque ſinus eſt in ſiniſtra nate, quia facta inflammatione illa pars inflammata fuiſſet, atque pus per eundem locum effluxiſſet. Quot verò ſint orificia in inteſti-
F num progredientia affirmare non poſſum: ſimulq; dubito, an adeò inueterata ſit hæc fiſtula, cùm anno quinquageſimo, poſt febres, pus per annum eruperit, & deinceps ſex annis ſuppreſſum ſit, vt trium annorum ætatem non tranſſcendat. Temperatura vniuerſi calida & humida, cui cùm inordinatus victus acceſsiſſet plurima excrementa ſunt genita. hoc accedente etiam hepatis caliditate & cerebri intemperatura: auctis tandem curis & negotiis, humorum etiam aduſtorũ prouentus factus eſt.
G Scatente ergo corpore plurimis excrementis, natura tandem exitum illum tẽtauit. Ad curationem inhibendus eſſet humorũ fluxus: ſed hoc non tam difficile, quàm periculoſum foret in corpore morbifico, ne materiam ad alias partes propellamus. Tentanda tamen aliquarum partium cõſolidatio, ne multitudine fiſtularum obruamur: præſertim

expurgato corpore, & proba cõſtituta victus ratione. Sed neque diſpoſitis equis vtatur, neque multa venere. primò ergo expurgatu corpure & roboraſis viſceribus ſiuus alique pars incarnanda. Quud ſi viſcera nou ſatis roburata videntur, ed thermarũ aquas redeuudum eſt. Pro expurgatioue temporibus intermediis nihil darem, ſed tantùm eutumni & æſtatis tempore, ue per lucum fiat euacuatiu, vſerer ergo ſola terebinthina, hiera nullu modo. Pro expurgatione vterer egarico præparato ex ſale gẽmæ, & oxymelite ad vomitum parerem humores: neq; diſplacet rbabarb. cum ſyrupu roſatu ſolutiuo & ſero lactis. Quod ad res non naturales, vitaudus omuis eeris exceſſus, maximè veró nocturuus capendus: ſomnus vitetur meridiauus, uiſi nuctem inſumnem traduxerit. Exerceatur muderatè deambulatiuuibus, & exercitiis partiũ ſuperiorum. vomitui vellem aſſueſceret, ſaltem bis in menſe, ueque quicquem obſtare exiſtimo: fiet autem, vt notum eſt. Quud ad cibum & putum, abſtineat ab omuib. ex farina paratis, excepto pane, à legumiuibus, à caruibus craſsiuribua, piſcibus lacuſtribus, cruſtaceis: euitet oua frixa. Aeſtete concederem cichorium, betam, boraginem: à rapis & umnibus redicibus abſtineat, item à fructibus horariis, à cucumeribus, melunibus, &c. ab aſparagis quoque parcè vtatur caricis, amygdalis, paſſulis. viuũ moderatũ ſit. Quod ad localia, laudu iniectiones per clyſteres exſiccantes, nou tñ valde cauẽdo à fiſtula ænea.

BELLOCATVS.

Patet ex hiſtoris adeſſe vlcus ſinuoſum cum callo, cum ſiuu rapaci, & fortè pluribus. Cauſarũ inueſtigatio ad curatiouem nun magnupere neceſſaria eſt: cauſa tameu potiùs iuterua fuit puſt ſebres, cõtinuũ generata materia & detruſe, poſtmudum ab vuiuerſo corpure & ſingulis partib. quibus uun exterſus calloſus effectus eſt. Cunſiſtit in parte dextra, videturq; ptingere ed os coccygis. Compreſſiune tamẽ ſacta iu parte ſiuiſtra, cùm emauet pus, negaudum uou eſt couiculum etiam aliquẽ eũ penetrare, cùm iu illa parte fortè non ſatis profunda facta ſit ſectio. Hinc colligo fiſtulam diuerſos babere ſinus, cuius emplitudiuem arguit ſaniei copia. Cùm autem nullum ferè percipiat dolorẽ, cùm ibi pus colligitur, upinur ſinum eſſe ſatis amplum in parte ſuperiure, vt ex circumuolutiune ſtyli inturti colligimus. Materiæ verò nouum abſceſſum non faciuut, quùd uoue iuflammatio non fiat. Proguoſticum quud attiuet, cùm fiſtula cum ficubus antiquata ſit, videlicet trium anuorum, calloſumq; vlcus exiſtat, iuteſtinũ ingrediens, (etſi iguorẽ quo loco) difficilis omninu erit curatiuuis, imò periculoſe, cùm locus debilis factus ſit receptaculum excrementurum. Quod ſi verò etiam curationem cõſequuti fuerimus, (quod tamen uun ſpero) periculum eſt, ne in alium lucũ erumpat meteria, niſi per ſectiunem fiſtule ſanetur. Accedit quód, rupto huc abſceſſu, liberatus eſt à capitis dolure & aliis effectibus, quibus frequenter affligebatur. Quare perſectam ſanationem haud tentandam exiſtimo. Sed vt leniùs ferat, pruhibenda materierum generatiu & deriuatio, roborata ſimul parte ne tam facilè materias ſuſcipiet: roburabitur autem pars, nõ quidem ſectione, cùm ad partem ſuperiorẽ perueniat, nec tamen ſciamus quouſq; progrediatur, ſed iniectis, vt mũdato ſinu ſuperiori caro generetur.

A Nam pars illa calloſa non eſt: pars autem inferiur cum ſuu callo aperta relinquatur, tempure fluentium humorum iuditâ fiſtulâ, aliis temporibus liciuio aliquo ex medicemeutis dictis: interdum inijciantur decucta iam dicta, addito cornu cerui & bolo armenica, quæ leuiter exſiccabuut, & à putrediue præſeruabunt. Sectiune autem nullo mudo vterer iu parte ſiuiſtra, cùm materie per fiſtulam excernatur. Quod ad prohibendam humurum ge-
B nerationem attinet, vtilis erit recta victus ratio, & membrorum roburatio: quurum vltimũ iam perfectum eſt. Couſulu autem vt autumni tempure iiſdem aquis vtatur, vel decucto ex agrimunia, betouica, ſeride, lupulis & in magne copia, vel decocto ſeridis cum ſucco roſarum, quo roſæ perroreutur, vel cum ſeru lactis. Quod ad expurgationem corporis, bis expurgandum cenſeu, quia materia non trabitur ad ipſum locum affectum, ſed per partem vicinam. Vbi enim tanta materiæ eſt copia, quæ
C per alium locum educi uuu poteſt, euacuandum etiam per partem affectam, vude quidam etiam iu dyſeuteria rhabarbarum exhibeut. Cæterùm ſi vumitui aſſueſieri poſſet, laudo vtique vomitum: niſi qudd plurimùm uocet oculis, vnde eo tempore ſuns cleudeudi & arctiſsimè ligandi. Quud ſi vumitus familiaris fieri nou poſſet, laudo etiam intermedias euecuatiunes, cùm per locum affectum nulla fiat euacuatio. Hiera tamen nuu vterer, ſed rhabarbaru cum ſaccharu ruſatu, cum decocto my-
D robalanurum: placet etiam caſsia & manna. Melopepuuibus muderatè vtatur, quia vrinam prouocaut. vtatur etiam petruſelino & aſparagis, & cæteris diureticis. Laudu quuque venæ ſectiouem, uiſi aliud impediuerit. Coitus moderatus haudquaquam nocet.

TRINCAVELLIVS.

Ego incipiã ab hoc capite, curpus ſemper fuiſſe excramentitiũ, coutracta, naturali imbecillitete circa ſedem ſiue ex equitatiune, ſiue alia cauſa. Nam
E cùm affectus iſti fient à fluxionib. illarũ natura eſt, vt ſemper ad partẽ decumbãt imbecilliorem. Poſt hæc mihi videtur ſumẽdum, huc eſſe vlcus, quo laburet, uon ſimplex quidẽ ſed cõpoſitum, primò cũ epoſtemate, vt demonſtrant tubercula recta. Suut eũt frigidi iſti tumores, quia nullo colure præditi ſunt: eſt ergu pituitoſa materia, vt viſum eſt in ea, q̃ magne copie excreta eſt. Tumor aũt ad naturã humoris accedit, uaturam videlicet ſcirrhi nõ exquiſiti. Adeſt pręterea ſinus, & fortè plures. Puris quã-
F titas ſpacium & caoitatem amplam arguit, quomuducuuq; generetur. Sinum autem etiam natis ſubſtautiam uccupare certum eſt, cùm nates intumeſcant iniectioue humuris. Materia porrò calide ſuperata atq; in pus conuerſa eſt: frigidior iu tubercula cunuerſa. ſiuus quinetiam ſine callis non eſt: ſordes enim ibi plurima & craſſa eſt, cùm ex ſpecillo nulla fiat dilaceratio: tum ratiune longioris temporis, tum anguſtiuris orificij. Rarò euim fiſtulæ apparent ſine callo. Accedit qudd tautę ſit reſiſten-
G tię: nam in parte illa nihil puto eſſe uaturale, quod reſiſtat, ſed cellum. vlcus pręterea cacoetbe uõ eſt, cùm nulla ipſius ſigna appareãt: factumq; eſt ex fluxione & inflãmatiune, inflammatio pòſt in abſceſſum conuerſa. Dum autem iu motu eſſet materia ſebres fiebãt: magis.n. tum ſebres fiũt, cùm natura tẽtat motum, q̃ cùm iam perfecit, vt in eryſipelete.

Ex

Ex impetu ergo naturæ colligentis ſpiritum & ſan A
guinem ſebrem comitatam fuiſſe exiſtimo: quod
fit cùm materia valde frigida eſt. Foramen porrò io
ioteſtinis oon adeò profunduin eſſe exiſtimo·cùm
enim nulla materia ab inteſtinis fœtida effluxerit,
eredo haud muitum ſupra ſphincterem cóſiſtere.
Cæterùm vlcera antiquata non facilè curari poſ-
ſunt, & cùm corpus excrementoſum ſit, non conſo
lidandum exiſtimo, cùm natura ſibi eam viam pa-
rauerit. Tentarem igitur fluxum inhibere, vt ſola B
remaneret fiſtula, ne ætatis mutatione malignitate
acqoiſita veſicam aut alias partes vicioas erodat.
Concauitatem tamen coanguſtandam cenſeo, vt
materias tranſmiſſas meliùs regulare poſsit. Quod
ſi materia non ſtatim euacoaretor, facerem vlcera
in cruribus. Fiat igitur conſolidatio, ſi fieri poteſt,
oon tamen omniuin. Quód ſi locos ſeu meatus io-
terior pareret, ſectionem probarem, vt ad melioré
ſtatum perduceretor. In cóſolidatione aût non ad-
modum eſſem frequés, ne partibus irritatis eas de- C
biliores efficerem. vellem tñ etiam maturare aut di
gerere tobercula: primò eoim apoſtema, poſt vlcus
eurandum eſt: nam illis præſentibus locus ſemper
fiet imbecillior. Quod ſi illa tubercula com partib.
ioteriorib. cóſenſum baberêt, ſectioné omniuò pro
fundam ſaceré, vt pus ex illa parte etiá educeretur.
In callo auferendo ſemper aliquib. vterer detergé-
tibus: leniorib. tñ ab initio, vt tandem callus deleri
poſſet. Paulatim etiá orificiuio iſtud dilatetur, pri-
mùm leoiorib. vel intermixtis mitigantib. vt Iſidis D
vnguento cum roſaceo, vel trochiſcis ex tribus gra
naiis, vel Andrones, cum rebus mitigantibus. poſt
detergentib. & exſiecantib. vterer, vt iride, agrimo-
nia, &c. præterea in partibus viciuis fiant inunctì-
ones, vt roborétur, vt oleo roſaceo completo cum
ehamæmelino, vel ol. omphacino. In ſumma om-
nia tentarem, vt quàm minimus ſinus efficeretur.
Sed fuodamentum omniom futurũ puto rectá vi-
ctus rationê: vitentur igitur fructus & olera, quib⁹
parciſsimè vtatur. Melopepones darem ratione lo- E
tij, ſed quia facilè corrumpũtur, in iis adeó frequéa
non eſſem: in ficubus tameo & vuis péſilibus plus
iodulgerem. Salita propter copiá pituitę in prima
menſa exhiberé, vt illam detergerem, parcè tamen.
Caroea ſint turdorum, attagenarum, merularum,
vitulorum, piſces omoinó deuitet, quòd optimi et-
iam humidum ſanguiné generant. Vinum ſit pau-
eiferũ pro ratione cóſuetúdinis & loei. Somnus &
vigiliæ moderata ſiot. Exercitatio, quæ fit deâbula
tione, commoda illi non eſt, neq; tñ ſemper ſedeat: F
ſanguinis miſsione & corporis expurgatione qoó
rariùs vſus fuerit, eó illi fore iodico cóſoltiùs, quia
medicamẽtis attractio fit ab vniuerſo córpore, licet
per locũ affectú non vacoet, vt videm⁹ in affectib.
vteri. Laudo igitur maximè vomitú, ſi illi aſſueſce-
re poſſet. Diureticis etiam vtatur, pro ratione tẽpo-
ris, vt aſparagis, radice fæniculi, petroſelini, ſemini-
bus frigidis maiorib. Iaterdũ medicameoti aliquid
exhiberé, fugiendo ea quæ ab alto trahunt, vt aga-
ricum, quare rhabarbarum omnib. aliis pręferrem, G
vel ſyr. roſ. dilutum aqua lactis. Saoguinis miſsio
ex voa parte mihi probator: non ſingulo tamen an
no, quia plurimùm corpus illa euacuatione debili-
tatur. Quare Gal. etiam in ſuppreſsis euacuationi-
bus aliquando ſcarificatione vtitur. Mittendus au-
tem ſanguis verno tempore, ſi magna adeſſet ple-
A nitudo: ſin minus autumni tempore. Deniq; etiam
aliquid ad conſeroatiooem iſtius corporis tentaré.

NOTA.

¶ *Fiſtul: ani, vide lib. 1. tit. Catarrhi, conſ. 59.*

De Scabie & lue Gallica.

CONSILIVM CXV.

Scabies cum lue Gallica.

QVædam, antequam conſulamus oobili & e-
gregio vito, taoquam fundamenta ponenda
ſunt, quibus innitatur vniuerſa ſermoois noſtri ra
tio, quem de affectib. à quibus malè habet, ſumua
habituri: ea veró ſoot, quód calidæ & ſiccæ tempe-
raturæ, qoatenùs ad vniuerſi corporis habitũ per-
tinet, ſuapte natura eſt. Nam & color corporis, qui
ſobobſcurus eſt, aliquá ſanguinis exuſtionê vel aſ-
C ſationem ſignificat: & partiũ extenuatio, atq; graci
litas eidé atteſtatur, promptitudoq;, agilitas, veloci
tasq; in omnib. actiooib. In hac veró vniuerſi tem-
peratura non conſentiunt reliquæ omnes partes.
Nam primùm, vt à ſuperiorib. incipiamos, cerebrũ
calidom ſanè eſt, veròm humidum potiùs quá ſic-
cum: quod & copia excrementoiũ demóſtrat, quæ
ad ſubiectas partes præſertim thoracis & dorſi de-
ſtillat, illumq; catarrhis & dolorib. obuoxium red-
dit: cui rei adſtipulatur & propéſio in ſomnũ lon-
D giorem. Iecur ealidum inſigniter eſt, inſigniter &
ſiecum, adeò vt potuerit vniuerſi eorporis habitũ
ad ſuam naturá conoertere: hoe verò atteſtat̃, præ-
ter veoas ſatis, pro ratione corporis, amplas & ple-
nas atrioris ſanguinis, molt⁹ exuſtus humor, quo
ſcatet corpus ferè vniuerſum, quiq; perpetuò ferè
fouet difficilem & diuturnam ſcabiem. Cor aût, et-
ſi ipſum potiùs calidum exiſtimem: non tñ inſigni-
ter eſſe videtur calidú, neq; inſigniter ſiccum. quá-
tom enim iam ex aſpectu & de ſacie, qoàm etiá ex
E ſermone coniicere potui, etſi fortaſſe ſit iracundus:
non tñ videor vidiſſe hominé ferum, ſed potiùs fa-
eiliorib. moribus, & mité, qui facilè placetur. Ven-
triculus veró proculdubio frigidus eſt & humid⁹.
Nam hoc demonſtrat tarda & potiùs difficilis con
coctio. & copioſa, quæ per ſputum ab ore effluit, pi
tuita. Et hæc omnia attioent ad natiuam corporia
conſtitutionem: quamuis, & vniuerſi corporis, &
iecoris, atq; adeô etiam ventriculi ex variis errori-
bus in ratione victus commiſsis, aucta fuerit aote-
F actis temporibus intemperatura. Nam labores &
negotia, quibus mihi non parum videtur addict⁹,
eorpus ſemper magis deſiccant, & illorum pręſer-
tim, qui naturâ calidi & ſicci ſunt: quibus acceſsit
multiplex, freqoens, & varius medicamentorum
vſus, præeipuè veró loloentium, & aliorum etiam
quæ non parum deſiccant, vt eſt ligni decoctum,
qood guaiacum appellant, additis multis medica-
mentis, corpus purgãtibus quidem, ſed plus iuſtó
ſiccantibus, agitantibusq; & labefactantibus, præ
G aliis ventriculum & ſubinde iecur: vnde hoe ſicci-
os factum magis etiam ſangoinem & reliquos hu-
mores potuit aſſare: ille veró diſſolutis eius viri-
bus. & natiuo calore, frigidior tandem & crudior
euaſit. Sed neque hoc prætermittendum omninó
eſt, quod noo modici momenti eſt, nempe qoód lu
em gallieá contraxit, & illam ooo parũ maligoam

vtpote quam nulla vi tormentorum magnorum,
quibus vius eſt vir nobilis, damoliri dum potuit.
Corpora enim iſtius naturæ, calida nimirum &
ſicca impreſſam ſemel in iecore malignam illam
luem adeo tenaciter comprehendunt, vt non niſi
multo poſsit negotio inde euelli, vt illi eueniſſe i-
pſemet confeſſus eſt. Nam & decocto ligni guaia-
ci vſus eſt, pluribusque & frequentibus purgatio-
nibus, & iounctus etiam linimentis, quibus infe-
ctio hæc deleri ſolet, præterea ſarſæ parillæ deco-
ctum, ſeruata ea ratione, quæ ſolet in his ſumen-
dis medicamentis ſeruari, aſſumſit, iterumque
axquiſiriſsimè purgatus eſt: ſecta tamen priùs ve-
na: neque tamen id vnquam potuit conſequi, vt
liber omnino ab eiuſmodi loe euaderet: ſed ſemper
reliquiæ iſtius morbi aliquæ & ſemina aliqua ſunt
relicta, quæ iterum germinantia vniuerſum tan-
dam corpus infecêre. Quibus in hunc modum ex-
poſitis & conſtitutis, inde ea capita, vel quaſi con-
cluſiones depromendæ ſunt, quæ maximè noſtro
inſtituto deſeruire poſſunt. Prima autē erit, quód
deſtillationi vir egregius io primis ſit obnoxius: à
capite enim ad thoracis præſertim muſculos de-
ſtillat intardum frigida & pituitoſa materia, præſer
tim veró in ſiniſtram partem, quæ, ibi in flatum
verſa, dolorem excitat. Altera, quód ſcabie ita fre
quanter laborat, vt nonquam ab illa potuerit pror
ſus abſolui. Tertia quòd eſt crudioris frigidiorisque
& humidioris ventriculi, & ſubinde tardè &
ægrè couficientis cibum: qoi in cauſa eſt cur mul-
ta fiat pituitæ crudioris congeſtio in ventriculo,
atq; adeó etiam in capite. Quarta quòd corpus ra-
ræ texturæ eſt, & quód proinde etiam facilè reſol-
uitur, quodq; delicatæ ſit naturæ. Hæc ſcilicet ſunt
in quibus fundare oportet omnem futuri ſermonis
rationem. Cùm autem duplici in primis fuerit bis
temporibus affectu exagitatus, nampe deſtillatio-
na ad thoracē, & difficili moroſaq; admodum ſca-
bie, longè veró de ſcabie maiores in præſentia ſint
querelæ, de ea etiam priorem inſtituemus ſermo-
nem. Eius itaq; cauſa primaria eſt calida & ſicca he
patis intemperatura, quæ occaſioni eſt, cur multa
exuſta materia generetur, conuerſa nimirū tenuio-
ri & calidiori ſanguinis parte in exuſtam bilem, cui
& commiſcetur non parum tanoiuris & ſalſæ ſero-
ſæq; pituitæ, quam mixturam natura genuino ſuo
inſtituto, vt ſanguinem expiet à nocuis his excre-
mentis, nititur continenter ad extimam cutim ex-
pellere, ac ibi, papulis illis ſquamoſis excitatis, pru-
riginem moleſtiſsimam affert Et fortaſſe etiam ali-
quam occaſionam ſcabies hæc à cote habet, quæ
iam & ipſa à diuturno & perpetuo ferè hoc affe-
ctu, & à materia, quæ tandiu illi hæſit, tranſmutata
eſt, & intemperiem huic humori ſimilem ſibi com-
parauit, à qua eius alimentum, quantumlibet bo-
num ad eam delatum, vitiatum, degenerat in ſimi-
les vitioſos humores, vnde accedens ratio hæc pri-
ori, cauſa eſt, cur res difficilior euadat. Quod ſi res
hæc in hunc modum ſe habet: curatio in hunc mo
dum erit ioſtituenda, vt primum nobis tanquam
ſcopum conſtituamus, immutandam eſſe intempa
riem illam iecoris, delendamque labem illam galli-
cam, quatenus illud fieri poterit. Verùm quia ſem-
per ea intēperies, atq; etiā lues illa fouetur à præſen
tia infectorum illorum humorum, ideó corpus erit
primùm purgādum, facilioribus tameo & mitiorib.

A medicamētis. Nam violenta illa & acria, præter id,
quód vires vētriculi deiiciunt, corpus etiā exſiccāt
& calefaciunt, adeó vt, licet quatenus purgāt illud
mundantq;, videātur prodeſſe, diſſoluentia tamen
robur natiui caloris, longè plus obſint. Mihi aigo
facilia pharmaca probarētur, & quæ leniendi vim
aliquā haberent. ſed quia materia, qoam euacuare
volumus, facilem ad euacoationē ſe præſtat, ſi pro-
bè paretur & coquatur, recta priùs inſtituēda eſt &
B ſeruanda victus ratio, nempe vt cibis boois vtatur,
qui probū ſanguinem geoerent: nam ſanguis, ſi bo
nus gignatur, omne vitium ferè poteſt in corpo-
re emendare Cibi verò vtiles in hac re futuri ſunt,
optimæ caroes, vt pullorū gallinaceorū iuoeoum,
hædorum pinguium, vitulorum, qui teneri & iuue
nes ſint, oua nuper nata. quòd ſi interdum ſit aliq s
eſus piſciū, illi ſiot, qui optimi habeotur, inter quos
eſt lupus vel lucius, captus in aquis viuis & bonis,
& alij etiam, vt ſunt qui temali volgo dicuntur, &
C id genus reliqui elixi, vt vulgo dicitur, ex iuſculo,
vel toſti in craticula: fugiendi veró ſunt frixi in o-
leo. Rerum ſalitarum eſus potiùs aduerſarius eſt,
quàm vtilis: nocuus eſt etiam acrium multus vſus,
vt ſunt cæpæ, porri, allium, & id genus alia, præter-
ea & aromatum, atque allorum omnium, quæ poſ-
ſunt inſigniter calefacere & exſiccare: ſed dulcia et-
iam, vtpote quæ aſſata facilè vertūtur in bilem ex-
uſta, non erunt admodum vtilia. Vina potentiora,
quæ calefaciunt & facilè caput percutiūt & replēt,
D vitanda penitùs ſunt: ob ventriculum autem cru-
dum & frigidum fugiēda ſunt vina acida & cruda:
ea vero bibantur, quæ matura ſont, non tamen po
tentia. ſed potiùs lenia, non craſſa, noo admodum
nigra, ſed potiùs vel alba, vel medio colore. oimius
labor, vnde corpus calefiat, inimicus etiam illi, vt
etiā animi perturbationes vehementes plurimùm
poſſunt obeſſe, præſertim veró iracundia & triſti-
tia. plurimùm præterea proderit, vt aluus aperta ſer-
uetur, aut ſponte. aut artis opera per clyſteres. So-
E mnus autem, propter caput, & multá, quæ in dies
generator deſtillationem, moderatus ſanè eſt. Hac
porrò ſeruata ratione victus, interim procurādom,
vt corpus cōmodè purgetur. id veró cōmodè fiet,
ſi primùm leni aliquo & leniēte medicamēto detra
hantur communia excramenta, quæ in vētriculo,
inteſtinis, & primis venis ex ventriculi cruditate
cōgeſta detinentur. Ad hoc autem officium elige-
rem ℥.i. floris caſsiæ, quā ſi non facilè ferret, illi aut
ʒ i. pulueriū hieræ ſimplicis adderē, aut ℥.s. hyſſo-
F pi triti, vel tantundem rhabarbari in puluerem re-
dacti, aut aniſum, aut fœniculum. Quod ſi omniuo
faſtidiret caſsiá, vterer electuario lenitiuo, ad ℥.i.s.
vel ſaltem acciperem mannæ electæ, ſyrupi roſacei
ſolutiui ana ℥.ij quas diluerem decocto fructuom
communi Poſtea verò aggrederer apparatum ma
teriarum aliarum, quæ in venis & remotioribus
partibus ſunt, quæq; tandem etiam expulſæ ex-
tra venas ſcabiem fouent & augent: pararem au-
tem ſyrupis ſimilibus, vt eſſent, ſi acciperemus
G ſyrupi de cichorea ſimpl. de fumoterræ ſimpl. de
lupulis, ſingulorum ℥.s. decocti ex boragine, en-
diuia, oxalide vel acetoſa ℥. iiij. quos ſepties, plus
minúsue acciperet. Poſtea huiuſmodi pharmaco
purgare vellem: Recipa foliorum ſenæ electæ de-
purgatæ à ſurculis ℥ s. paſſularū ʒ iij. liquiritiæ ra-
ſæ ʒ. ij. granorum hordei decorticati parum, florum
boragionis

dicis metaſyncritica dicta fuiſſe tradidit Galen. Et
quia aquas thermarum tales eſſe credimus: ideò
rectè quæſitum eſt, an aliquarum thermarum v-
ſus poſsit eſſe vtilis. Cui quidem quæſito ſi velim
liberè, vt ſentio, reſpondere, dicam, accommodatiſ-
ſimum fore ac maximè præſentaneum hoc reme-
dij genus, ſi & eas bibat, & in eis demergat̃, & ma-
ximè quoad partes quæ ad vētriculum pertinent.
Imò ſi & illæ eædem deducerētur in caput, (niſi ta
E mē videretur catarrhus, qui deſtillat ex capite, eſſe
calidus inſigniter, vt ſi eſſet aut ſalſus, aut acris:)
vim plurimam haberent, & plurimùm conferrent.
Quod ſi vlteriùs quæratur, quæ thermę poſſent illi
eſſe magis ſalutares, equidem putarē Aquarianas, q̃
in agro Regienſi ſcaturiunt. Illæ.n. non ita calidæ
ſunt, ſicut Patauinæ noſtræ: neq; tñ & Patauinas,
Aponenſes videlicet, damnarem, quæ etiam eſſent
admodum aptæ, vt in caput ex alto deducerentur.
ſed & Porretanę poſſent admitti: ſunt tñ & noſtris
F iſtis calidiores aliquāto, & ideò pro ratione, qua il-
le eſt calidioris iecoris, cautiùs etiā agendum eſſet,
vt iecoris habita ratione, aliquod excogitaretur re-
mediū, quo obſiſteret̃ aliquātum calori, quo affici
viſcus illud poſſet, nimirum vt aliquo illiniret̃ vn-
guēto, quo iecur tēperaretur, queādmodum eſt id
quod infrigidans Gal. dicitur, aut roſatum vnguen
tum Meſ. Præterea & trium ſandalorum cōfectio,
aut diarhodum Abbatis, interim dum aquas bibe-
ret, eſſent illi in vſu: verùm quia remedia hęc valen
G tiora, niſi corpus rectè paratū inuenerint, (hoc eſt
niſi bene purgatū fuerit) fundūt & exagitāt, ſi mul
ta reperierint excremēta. quò fit vt niſi corpus mū-
dū eſſe videat̃, ante accipiēdas eas aquas oporteat
illud rectè purgare: rationem verò purgādi eliget
Medicus, cuius cuſtodiæ probus hic vir cōmiſſus
eſt, vtpote qui naturā eius magis perſpectā habet.

VICTO-

VICTORIS TRINCAVELLII MEDICI & Profeſſoris Patauini Epiſtolæ Medicæ & Phyſicæ.

EPISTOLA I.

Petro Bonalino, Medico Veronenſi.

Cur aues ſicca conſtitutione aeris melius habeant, quàm pluuioſa.

TEMPORIS anguſtia, mi Bonaline, ſummis meis occupationibus erepta, facit vt, quàm B vellem, breuior in ſcribendo futuros ſim. Dubitas ergo, quo pacto Galenus, Hippocratesque quarto libro commen. in ſextum epid. ſcripſerint, auium genus ſqualidis temporib. & conſtitutionib. vitam meliùs & ſalubriùs degere, quàm humidiorib. & pluuioſis: cum illi ijdem, in quam ſententiam cæteri ferè omnes Medici deſcēdêre, pronunciauerint, cōtraria à contrariis fieri C moderatiora, imò etiam curari. Dum aūt attentiùs cogitaré, quo modo iſthæc dubitatio eſſet diſſoluenda, in memoriam reuocaui, huic de auibus ſententiæ non modò ſubſcripſiſſe Ariſtotelem, verùm & eam ampliaſſe: nam 8. de hiſtoria animaliū cap. 18. de auibus id ipſum affirmet, quod Hippocrates priùs docuerat, & addit, piſces verò humidis & pluuioſis meliùs & ſalubriùs degunt. Quæ cùm diligentiùs conſideraré, inueni, hanc illorum auctorum ſententiam nihil continere, cui aduerſa- D retur propoſita contrariorum ratio: nam in ore omnium Medicorum præceptum illud, quaſi prouerbium, verſetur, quòd res à contrariis quidem curentur, ſed ſimilibus in ſua natura conſeruētur: quod non ſolum ad locum referendum eſt, ſed ed vniuerſam etiam victus rationem: nam auium, præſertim verò earum quæ aquaticæ non ſunt, locus proprius & natiuus, eſt aer, quem præcipuè tempeſtates & mutationes temporum immutant: eſt autem, vt declarauit Ariſtoteles, in loco vis con- E ſeruandi & cuſtodiendi rem, quæ in eo locata eſt, & proinde locus ſimilis illi rei, quæ in illo eſt, congruens & aptus eſt. vnde, ni me memoria fallit, cuidem philoſopho fuit vitio verſum, quòd putauerit, piſces aliis animantibus eſſe calidiores, quia in aquá degerent frigidiſsimo elemento: credebat. n. inde moderatiorem fieri multum in eis calorem. Præterea verò & victus ratione ſicciori aues in omnibus vtuntur, ſiue ad cibum reſpiciamus, ſiue ad potum: nam aut ſeminibus veſcuntur, aut ſi F carnibus, vt rapaces, illæ nunquam bibunt, & ſi quæ aues bibant, præ aliis parciſsimè bibunt. animantia verò, quæ humidiora ſunt, continenter, quod Galenus ibidem porcorum exemplo docet,

A eque, & cibis humidioribus & liquidioribus delectantur. Aetates quoque huic eidem rei atteſtantur: nam infantes humidiori victu meliùs aluntur, & quò per ætatem magis ſieceſcit corpus, eò etiam ſolidiori & ſicciori delectantur cibo.

EPISTOLA II.

Eidem.

De priori quæſtione difficultates ſoluta.

NOn eſt, mi Bonaline, cur propterea ſententiam illam damnes, quòd ſimilia à ſimilibus ſeruantur, contraria verò à contrariis curentur, quia à Medicorum vulgo ſit recepta. neq; enim ſolùm vulgares Medici, eam proferunt, ſed & Hippocrates & Galenus, & quicunque tandem Medi- C cinam ex ratione & arte tractauere: nam & tertio aphoriſ. eph. 18. eius meminit Galenus, & primo de tuende ſanitate, & tertio metho. cap. 8. & aliàs ſæpè. Sed præter Medicos, omnes quoque philoſophi ſubſcripſere: quippe qui locum naturalem cuiuſque rei ſimilem illi eſſe probant, vt ab illo cōſeruari poſsit, vtpote in quo ſit vis, qua res, quæ naturaliter in eo à natura collocata eſt, ſeruetur. Preterea verò & ratio huic eidem ſententiæ adſtipulatur: nam cùm contraria mutuò ſe afficiant, neceſſe eſt, D vt exceſſus à naturali ſtatu per alios contrarios exceſſus corrigantur, & ad mediocritatem reducantur: naturalis autem conſtitutio non eget, vt ab aliquo afficietur & tranſmutetur, quia eius immutatio eſſet illi⁹ eductio extra fines illi à natura præſcriptos. Sed cùm ſimile in id, quod ipſi ſimile eſt, non egat, vt probant naturales philoſophi, nequit etiam ab illo per tranſmutationem extra naturales terminos educi, ſed intra illos potiùs continetur: quod & omnium rerum magiſtra experientia o- E ſtendit: nam humidiora ſuapte natura animalia ad aquas confugiunt, vt piſces ad maria fluminaque; & lacus: aues, vtpote quæ ſicca ſunt animātia, præſertim in aere degūt: inter terreſtria autem animalia ſues, qui in eo genere humidiores ſunt, locis humectis & lutoſis quàm maximè gaudent: frigidiòre quoque animalia ſua latibula ſub terrá habent, quemadmodum contrà animalia calidiora & ſicciora, vt pardi, tygres, & leones, vt ſiccioribus & calidioribus locis oriuntur, ita & in eiſdem præſtan- F tiſsimè degunt. At homo, qui aliis omnibus temperatior eſt, vbicunque locorum naſcatur, optimè tamen ſe habet, ſi verſetur in locis temperatioribus. Sed & experiētia demonſtrat, quòd, qui oriuntur & verſantur in temperatioribus regionibus, natu-

A ram hominis exquiſitiùs ſeruant & referunt. vnde
locà intemperata & inculta homines plerunque
ferre ſulent, qui, vt Hippucrates & Galeuus atte-
ſtantur, aſſpectu & moribus ad naturam bruturum
propè accedunt. Sed & illi ijdem, quamuis in aphu
riſmis dixerint, alias naturas, temperaturasque in
aliis locis, aliisque temporibus bene ſe habere, ab-
ſolutè tamen protulerā, ver ſemper eſſe ſaluberri-
mum. Neque itidem ſibi Hippocrates aduerſarius
B eſt, quis dixerit, contreria contrariis curari, & a-
ues ſqualidioribus temporibus ſe meliùs habere.
Nam, vt vniuerſum nudum iſtius difficultatis par-
ticulatim diſſoluamus, aliud eſt conſerre mutuò
diuerſas ſpecies vel diuerſa genera in aliqua re: ali-
ud verò illa, quæ particulatim ſub eodam geuere
vel ſpecie continentur: nam ſi de luco, aut de ſtatu,
vel conſtitutione aeris, in quibus definita aliqua
ſpecies, vel definitum aliquod genus præſtantiſ-
ſimè ſe habeat, ſit inſtituta quæſtiu & conſidera-
C tiu, illis lucum, & aerem, & id genus raliqua accom
modabimus, quæ cum illis in eadem natura &
tamperatora cunſentiant, dicemusque, quód ho-
mo temperatis in locis, regiunibus, cunſtitutiuni-
busque optimè ſe habiturus ſit, quia ab bis nati-
uum eius temperamētum cuſtodiri poterit: à con-
trariis verò illud potiùs immutabitur. ita etiam di-
cemus quòd piſcibus lucus, regiu & conſtitutio-
nes humidæ maximè poterunt eſſe commodæ,
cùm illi ſuam natiuam temperaturam, quæ humi-
D da eſt, poſsint ſeruare: alitum autem generi ſiccus
locus, ſicca regio, ſquelida conſtitutio apta & ipſa
erit eadem omninò ratione. Quód ſi de illis ſit ſer-
mu, quæ ſub eadem continentur ſpecia, & illa mu
tuó conferantur, cùm illa habeant ſuos certus fi-
ues, ſicut, verbi causâ, inter homines ille, qui tem-
peratior erit, magis erit ſecundum naturam homi-
nis, qui verò à recto illu temperamento recedunt,
quò magis ab illo recedunt, ed etiam magis ab ho-
minis natura procul abeunt, ab einsque integra ſa-
E nitatis ratione, & quu magis receſſus ille currige-
tur & reprimetur, eu etiam meliús ſe habituri ſunt:
currigi verò nequit, niſi per cuntrarium. & proin-
de extremæ & vitioſæ temperaturæ in humano ge
uere meliùs ſe habebunt in cuntrariis lucis, regio-
nibus, & conſtitutionibus, quia per illa verſus pru-
bam reuocantur: naque tamen tullitur, quin ver,
& temperatiores regiones, cunſtitutiouesque in
vniuerſum & abſolutè ſint ſaniſsimæ, ſicut nus du
cuit Hippocretes. Sed pari ququque ratione piſci-
F um generi loca, conſtitutiones, & tempura humi-
da in vniuerſum ſunt aptiſsima, ſicuti contrà maxi
mè aduerſaria ſunt ſqualida: nam etſi coutrarium
à cuntrario correctum, tandem ad temperamētum
ducatur: tamen quia proprium & natiuum vniuar
ſi piſcium generis humidiſsimum eſt, ſi quis piſces
extra ſuum temperamentum verſus temperiem a-
liorum animantium, ſicuti terreſtrium, aut auium,
duxerit, illi deterrimè ſe babebunt: quia in ſua na-
sura ſeruari deſiderant, non autem ad alienam atq;
G ſibi prorſus contrariam adduci: vice etiam verſa a-
ues. Si tñ piſcis piſci, & auis aui cōparetur, eodem
modu ras ſe habebit, ſicut in homine: nam alter ma
iori, alter minori humiditate egebit: umnes tamen
in humidis locis meliùs habebūt, ſicut aues in ſqua
lidis. quarum nulla quæreret, aut huminis tempe-
ratam naturam, aus humidam piſcium.

EPISTOLA III

Camillo Leoni, Medico doctiſsimo.

Cur faces aluus fœteant.

A ROgaſti me, Camille amantiſsime, vt legēdam
tibi mitterem illius iem pridem propoſiti pru
blematis ſolutiunem, quàm expoſuerem, au-
B diente patre tuo, Venetiis, vbi eo adhuc viueute,
ſumma cum delectetiune, tum ob eximiam eius du
ctrinam, tum ob ſuauiſsimos mures, fruebemur.
Ecce ergo his literis ed te tandem repertam mitto:
iam diu enim à me quaſi deſpecta puluere ubſita
iacebat: rugo tamen vt illam ita legas, quaſi iuuen-
tutis noſtræ tirucinium. Prublema. Cur ſtercura
fœtent? cùm tamen neque alia pleraque ex cunco-
ctiune cibi confecta neque cibus ipſe fœteant? An
huc ex putredine ipſis, vt multi aſſeruere, contin-
C git? Sed ſi huc ita ſe habet, & fieri nequit putredo,
niſi quando uetiuus & internus calor, vt quarto
metaphyſicorum docuit Ariſtoteles, ab externo
vincatur; atqui natiuus ſtercuris calor non poteſt,
niſi à corporis, quu continetur; calore vinci. Sed
cur eb eodem calure nun putreſcunt & aliæ humi-
ditates, quæ ex eadem cibi concuctione generan-
tur in eodem ventre, victo nimirum eorum calorē,
vt aſt ſuccus, qui primùm in ventriculu ex cibo ge-
D neratur, iidemque & alij, qui ex hoc in iecore ge-
nerantur, humures? Duplex poteſt eſſe iſtius rei ra
tiu, altera, quæ ab effectrice cauſa, altera veró, quæ
à meteria eſt petende: quæ eſt ab effectrice, à calo-
re natiuo noſtri corporis pendet, qui quidem lices
ſubiectu, vt aiunt Peripatetici, ſit vna res, eſt tamen
ratione plura: duas etenim rationes babet, quia &
calur eſt ſecundum ſuam communem ratiunem,
& eſt naturalis calor. vnde etiam fit vt eb hoc vno
& eodem calura varij & interdum aduerſarij affe-
ctus poſsint effici, nam calor hic & concoctiouem,
E & alias umnes naturales actiones molitur in cur-
poribus animautium, ita vt hoc calore omnīnu vi-
uamus: ſad & humidum, quo fouetur, quud eſt il-
li quaſi pabulum, diſſoluit & abſumit, cuius con-
ſumtionem ſequitur mors. cui ſententiæ Medici,
perinde vt Philoſophi, adſtipulātur. Eſt ergo idem
calor & vitæ autor, & mortis: ſed alterum vt nati-
uus, alterum veró, vt calor tantùm eſt, uperatur. At
huic & illud præterea addendum, quùd cibus, in-
geſtus in ventriculum, primùm in chylum, hoc eſt,
F in ſuccum à calora vantriculi vertitur, mox à ieco-
re, per meſaraicas venas attractus, in ſanguinem
per coucoctionem alteram tranſit, tādem per alias
venas ad membra delatus in eorum ſubſtantiam
per tertiam cūcoctiunem conuertitur. Semper su-
tem materia hæc in vniuerſu huc trenſitu regitur,
à naturali calure, niſi aut illa mala & inutilis fuerit,
aut impedietur eliqua externa occaſione, quò mi-
nùs gubernari poſsit, aut ratio innati caluris, qua
naturalis eſt, deſtruatur. Porrò dum materie, vt
G Ariſtotel. quartu libro, meraphyſicurum docuit,
regitur, nulla puteſt ſuboriri putreſactiu: ſed cùm
ſit neceſſe, ex omni concoctione, aliqua reliuqui
excrementa: nullus enim cibus adeò congruus re-
periri puteſt, quin aliquas partes habeat, quæ ine-
ptæ ſint, vt à ventriculi calura conficiautur: hæ in
inteſtinis deralictæ tanquam naturæ inutiles, abe-
unt

unt in ſtercora: quæ ibi tam diu continentur, donec grauata eorum onere inteſtina ad expellẽdum inſurgant: hoc enim ſępiùs docuit Gal. Sed quia fæculenta eſt hæc materia, neq; ampliùs vllo officio caloris natiui commoda, imò illi rebellis adeò vt in eã non vlteriùs calor natiuus, vt natiuus, agere poſſit, reliquum eſt, vt agat quatenus calor, & ita externi caloris rationem ſubinduens, cõparatus ad ſtercorariã materiam, proprium calorem illorũ excrementorum corrumpit, ac ita putreſcere incipiunt, ſubindeq; fœtere. Quod non adeò mirũ videri debet, cùm hoc non modò in excremẽtitiis, verùm & in vtili materia ſæpenumero fieri cõſpiciamus, ſicuti cùm accidit, vt vel ob imbecillitatẽ expultricis facultatis, vel alia de cauſa, cibus diutiùs iuſto contineatur, aut ſi in fundo vẽtriculi ſit ingeſtus cibus concoctu difficilis, aut ſi ſit poſtremò in parte ſuperiori alius qui citò concoquatur, quiq; dum deſcẽdere & digeri in meſaraicas venas nequit, impeditus ab altero, cùm nihil ampliùs habeat calor innatus vẽtriculi, vt in illum, quatenus naturalis eſt, agere poſsit, agit tantùm vt calor, & ſubinduens rationem externi caloris reſpectu cibalis materiæ, ipſam corrumpit. Hæc igitur eſt prima iſtius rei ratio ab efficiẽte ſumta: Altera verò à materia depromẽda eſt, in qua id itidem tanquã conſtitutum accipiendum eſt, quòd vniuerſa cauſa, cur aliqua noſtri corporis excremẽta fœteãt, eſt putredo: cui ſententiæ clarè adſtipulatur Ariſtot. ſect. decimatertia probl. Materia verò putredini aptiſsima eſt humiditas cruda, & inde eſt, quòd, quæ aut ſicciora ſunt, aut bene concoctum humidum habẽt, ea vel nunquam, vel rarò putreſcunt. vnde hanc eſſe cauſam voluit Ariſtot. quòd oſſa & pili in animantis corpore non fœteãt, ſed neq; adeps & pingue: priora quidem defectu humiditatis, pingue autem, ob concoctionem. Et hac etiam de cauſa arbores plurimæ, etiã in cadauer redactæ, beneolent, nullum autem animal, panthera excepta: quò enim minùs eſt humidi & plus caloris, eò intus poteſt meliùs concoqui, eo autẽ putredini ineptius eſt humidum, quo magis coctum. aduerſatur enim putrefactioni concoctio, vt quarto meteo. docuit Ariſt. vnde cùm, facta concoctione cibi in ventriculo, quicquid in eo concocti eſt, à iecore per venas attrahatur, & in ſanguinẽ vertatur, ideò & expers fœtoris omnino eſt, & à putredine alienum, partes verò quæ cõcoctionem congruam non ſunt aſſecutæ, relinquũtur, vtpote quæ non ſint aptæ ad alimoniam corporis: in his aũt aliquæ ſunt terreſtres & ſicciores, alię humidæ, aqueæ, & crudæ, quę cõcoctioni fuere rebelles: quod eo argumẽto colligere licet, quòd ſatis humida ſunt ſtercora: ſunt. n. in eis multi crudi humores: qui cùm ſint aptiſsima materia putredini, citiſſimè à calore extraneo corrupti, putreſcere incipiunt & fœtere. vnde quò egeſtiones & alia etiam excremẽta humidiora & leniora ſunt, eò magis fœtẽt, quo ſicciora, minùs malè olent. Et in hanc etiam cauſam retulit Ariſt. eadem ſectione, cur alui deiectiones diutiùs retentæ, minùs fœtent, contrà quã vrina. ſemper enim magis digeritur & conſumitur earum humiditas, & ſubtrahitur putredini fomentum: ita etiam cùm malè olere carnes incipiunt, ſi aliquantùm coquantur, faciliùs ſeruantur, conſumta nimirum humiditate, quæ putreſcere inceperat. Hac eadem de cauſa Alexand. Aphrodiſ. dixit, ferarum ſtercora minùs quàm domeſticorum animantium fœtere, maximè verò hominum. illę enim ſicciori & ſimpliciori cibo, & maiori vtuntur exercitatione, humidiſsimo verò cibo vtitur homo, & vario, in maioriq; otio degit.

probl. 1. & 30.

EPISTOLA IIII.

Antonio Girardo, Medico Veneto.

Differentia inter ὀργίλους & θυμώδεις, ad intelligentiam loci ex Hippocrat.

SI Latinus interpres, qui locum Hippocratis & Galeni ſecundo libro commentariorum in primum epidemiorum librum, in Latinam linguã conuertit, habuiſſet vocabula latina, quibus græcorum vim exprimeret, non tantum negotij legentibus ea ibi prolata ſentẽtia faceſſeret: nam ex hoc capite omnis iſtius loci obſcuritas & difficultas occaſionem habuit. conar autẽ, quàm breuiſſimè potero, rem hanc explanare. Quos interpres in contextu tranſtulit, iracundus, Hippocrates græcè ὀργίλους ἀπὸ τῆς ὀργῆς dixit, quòd iram vel iracundiam ſignificat, Galenus verò quos Hippocrates ὀργίλους appellauerit explanaturus, alio vſus gręco vocabulo, illud expoſuit, & ὀξυθύμους dixit, quorum naturam vel vim vt ſignificantiùs explicaret, hos cum illis confert, hiſq; opponit, qui θυμώδεις gręcè dicuntur, quorum differentiam ipſe breuiſſimè & lucidiſſimè aperit, quamuis vtrumq; vocabulum ἀπὸ τοῦ θυμοῦ fuerit deriuatum, quod itidem iracũdiam quidem ſignificat, ſed potiùs cum audacia, quàm cum rixa. non ero autem longior, quonam pacto apud Græcos ὀργὴ & θυμὸς differant, quamuis hoc Suidas expoſuerit, quia id parum facit ad inſtitutũ noſtrum. Ait ergo Galenus quòd ὀξύθυμος græcè dicitur, qui citiſſimè, facilimè, & ex leui quaque occaſione ſtatim excandeſcit. non pauci autem iſtius naturæ reperiuntur, qui ſemper ferè rixãtur, cum omnibuſque contendunt, & vndique occaſionem, vt iraſcãtur & certent, quærere ſolent, omnes cõuiciis proſcindunt & minantur: qui tamen ſi aliquos nacti fuerint, qui præ ſe ferant, ſe eos minimè timere, & non dorſum, ſed faciem illis oſtẽdant, niſi hij, quibus confidant, adſint, contractis velis obmuteſcũt: atq; hos ὀργίλους ab Hippocrate appellari aſſerit Galenus. θυμώδεις verò illos, qui non quacunq; de cauſa excandeſcunt & contendunt, ſed ſolùm magnis iniuriis laceſsiti, & ab honoratis occaſionibus accenduntur, cumque iraſcuntur, seriò agunt, neque deinde verbis rixantur aut contendunt, ſed factis, neque pericula timent, neque quicquam aliud, verùm ſemper audentiores fiunt: leues verò occaſiones & iniurias contemnentes & ſubridentes pertranſeunt: hos Galenus ait eſſe magnanimos, viriles & generoſos, at illos puſillanimes potiùs, effœminatos, & viles: ſubinde etiam hos naturã calidos, præſertim verò ſecundum cor, illos verò frigidos, & magis muliebri, quàm virili naturã præditos. quemadmodum enim mollia, effœminataque, & imbecilla corpora malè afficiũtur facilimè à quocunq; vel minimo etiam incommodo, à leui nimirum vento, à ſole, à frigore vel etiam modico, robuſta verò & ſolida, neque æſtiuos æſtus, neque hiberna frigora, neque immodicos labores timẽt, ſed omnia bene ferunt: ita qui firmiori ſunt animo, multa ſpernunt, negligunt, vel paruifaciunt, quæ aliis mollioribus grande etiam fa-

ceſſerent oegotium. Signum ergo hominis effæ- A
minati & puſillanimi eſt, ex leui quacnnqua cau-
ſa excandeſcere, & ira concitari: iraſci verò vehe-
menter, oblata ea occaſione, quæ magnanimom
& virilem hominem deceat, maguitudinem aoi-
mi, cordia, & voioerſi præterea corporis calidom
temperamentum demonſtrat. Nam & experien-
tia id ipſum qootidie oſtendit. mulierculæ enim
centiea in dia iraſcuntnr, com quocunque facilè
contendunt, clamant, in iurgia prorumpont: vi- B
ri autem raiſſimè. Vnde & Auicenna huc prima
fen. tertij, capit. quarto reſpiciens, dixit: Ira præ-
ter intentionem ſignificat epilepſiam, quæ affe-
ctua eſt plerunqoe frigidos. Nam cùm ad conci-
taudos animi motus, vel perturbationes neceſſe ſit
plura conſpirare, primùm quldem imaginationem
vel indicium, deinde verò appetitionem fugien-
di vel proſequendı rem aliquam, tertiò motu ca-
loria natiui & ſanguinis circa interoa viſcera: iſta
hunc inter ſe ordinem babeot, qnód ſanguıs vel C
calor noo efferueſcit, nec refugit ad interiora, ne-
que erumpıt ad exteriora, oiſi priùs à copidita-
te vel appetitu aliquid perſequendi, vel fugieudi,
vel vlciſcendı excitetur: appetitum verò ab ima-
ginatione moueri ueceſſe eſt, quæ aliquid iudicet
bonum vel malum, turpe, vel honeſtum, & ap-
petitrici facnltati ſub ea rationa offerat, cùm non
eadem omnıbua pariter bona vel mala videantur,
neque æqualia bona vel mala: nam eadem rea &
eodem modo ſe habens, vnı videbitur admodum D
bona & honeſta, alteri verò inboneſta & iniuria-
rum plena, illi præſertim qui animo vilis & mol-
lis ſit: vnde multa à nobilı & generoſo viro nihi-
li ferè fient, quæ plurımùm conturbare poſſunt
vilem & deiectum animum, qnare hunc maximè
furore qoodam concitabunt, illum verò ne mo-
oebunt quidem, aut parum admodum. & qoam-
ois in hoc ſangnia ſit copioſior & calidıor, aptior-
que vt citò efferneſcat, & moueatur, quantom
ad ipſum pertinet, qnàm in altero: in eo tamen E
non ita citò & freqnenter feruet & incitatur, & ıd
propter animi magnitudinem: nam non ſatis eſt
materia, quæ ſit apta & parata, vt aliquis ſequatur
effectns, ſed & agente & mouente eſt opus: mo-
uens verò in bia motionibus, eſt appetitrix facul-
taa, qoæ ab imaglnatione priùa excitatur: non ao-
tem in viro magnanimo & forti ſæpè ant facilè ea
accldunt, qoæ illum mouere & perturbare poſ-
ſont, qoia animos elatoa parua nihili facit, medio-
cria non multùm: vnde non niſi à magnia moua- F
bitor, & cùm illi occurrerit aliqoid, quod illom
mouere pnſsit, tonc vehementiùs quàm alij inci-
tatnr ratione caloria & ſanguinis, qui aptos eſt ſua
natura, vt ln eo facilè moueatur. multa enim negli-
gunt vel ratione vilıtatis perſonæ, qnæ illis mole-
ſta eſt, aut rei, quæ illis occurrit, aot loci, aut tem po
ris. mulierculis verò, qoæcunqı præter ſpem acci-
duni, & ſeciùs qnàm illæ cupioiſſent, magnam illis
moleſtiam afferunt, omnia magna illia videntur,
omnıa contra meritum & dıgnıtatem luam: ideò G
facilimè & creberrimè iraſcuntor: & id ex prauo
iudicio. Pueri etiam, qoamuis plnrimnm habeant,
vt dıxıt Hıppo. in aphoriſmis, calidi natiui: qoia ta-
men à multo humore ferè ſtrangulatur, propterea
facilimè in quamcunque partam moueotur, & ex
leui quacuoqı occaſione: humiditas etenim ad flu-

xibilitatem, & ſubinde ad motum confert: & pro-
inde citiſsimè, imò vno & eodem ferè tẽpore flent,
rident, iraſcuntur, timent: propenſua enim quàm
maximè eſt eorum calor, vt quocunqı facilimè ver
tator. Et eadem de caoſa babent facultatem, qua
res iodicant, valde imbecillam, & quæ valde lnbri-
co nititur fundamento. vnde quod uunc amant,
quoqı plurimùm noper delectabantur, paulò póſt
faſtidiont & auerſantur. quia verò etiam calor eo-
rum multo obruitur humore, timidi ſunt. Ergo ex
hia facilè ſolui poterunt omnia dnbia, exorta occa-
ſione nobis præſtita à verbis Hippocratia, ex ſecun
do lıb. commentariorum in primum epidem. vbi
in ea conſtitutione referens, qui frequentiores mo com. 78.
rerentur, multoa recẽſet, & in illis iracundos, quos
ait mortuoa eſſe Galenus, quia erant frigidiori tem
peramento.

EPISTOLA V.

An partus vndecimi menſis ſit legitimus.

IN caſu propoſito, de quo conſiliom petis, mihi
qoidem videtur partim facilè reſponderi poſſe,
partim verò perquàm difficilè. In quæſtionem
enim vocaa: An mulier, quæ vndecimo menſe à
diſceſſu mariti puerum peperit, verè profiteri poſ-
ſit, ſe legitimum filium marito peperiſſe, ſalua &
integra pudicitia, an potiùs adulterij rea ſit cenſen
da, & puer tanqoam ſpurius ſit reiiciendus. Cæte-
rùm ſi rea hęc ſcholaſtico more ſit tractanda, & per
argumenta in vtramque partem definienda, adeò
eius definitio difficilis futura eſt, vt vix cernam,
qoem tandem finem ſit babitora. Nam vt multæ
hinc inde afferri rationes poſſunt, ita cùm illæ tan-
tùm probabilea & veriſimiles ſint, nullamqı neceſ-
ſitatam contineant, æqoè facilè ſolui poſſunt, ac fa
cilè proponuntur. Ecce enim rationes illæ, quæ à
viro excallentiſsimo tanto apparatu & nixu deſcri-
ptæ ſunt, quæqı innituntur ſimilitudini vteri cum
terra, & genitalis ſeminis animãtia cum genere ce-
ralium ſeminum, apparentes ſanè ſunt, non tamen
omnino eõuincunt: quia licet inter bæc aliqoa in-
tercedat ſimilitudo, quę occaſionem aliqoorum ar
gumentorum nobia poſsit præſtare, non minor ta
men etiã diſsimilitudo, ſi particulatim omnia con-
ferre vnluerimua, reperiri poterit, quæ occaſionem
facilè diſſoluendi eiuſmodi rationes poterit offer-
re. Nam cùm vterus in corpore viuenti ſit, quod ca
lidum calore actuali eſt à quo fouetor & ad actum
deducitur natiuos vteri & ſeminia calor, in hoc nõ
requirit aliud auxiliom à calore aeris & ſolia, à quo
particulatim foueatr, præter eam generalem ratio-
nem, qua mundum hunc inferiorem ſuperioribua
corporibns regı neceſſe eſt: neque etiam neceſſe
eſt, tantam omninò eſſe in generatione animan-
tinm diuerſitatem, ſequentem, diuerſam rationem
temporum & tempeſtatum, quanta in plantia eſſe
ſolet: id quod maxime conſpicitur in brutia ani-
mantibus, quæ definita habent tempora, ſtatu-
toaqne generationıs, geſtationis, & partus termi-
nos. Quod ſi in humano genere hæc omnia euari-
ant, neqı ijdem ſunt & æqoales finea, idemqı tem-
pus geſtationis in vtero, & partus: vt tamen de illis
partubus loquamur, qui in lucem vitalea eduntur,
(in hoc enim omnes conſentiunt, quòd ſeptime-
ſtria partua vitalis eſt. octimeſtris verò raró, Inter-
dum tamen viuit, vt teſtis eſt Ariſtoteles ſeptimo
da

de hiſtoria animalium, qui affirmat in Ægypto quidem & octimeſtres viuere: de nono vero & decimo menſe nulla videtur eſſe diſcordia, cùm omnes conueniant, quòd is ſit quaſi naturalis terminus; quo mulieres parere ſolent) aliò recurrendum eſt, quàm ad ſimilitudinem vteri & terræ, & ſeminis cum ſemine: quia aliunde magis ea diuerſitas petenda eſt, quàm à cauſis, vt paulò pòſt dicemus, ab erudito viro expoſitis Si autem ſincerè, & vt æquū hominem decet, velimus rem hanc diſcernere, & vti ea regula, quæ certior eſt, & qua præſertim verus ſermo à falſo exquiſitiùs diſcerni poteſt, non erit admodum difficilis iſtius quæſtionis diſſolutio: ſi tamen hoc primum, tanquam eorum omnium, quæ dicenda ſunt, fundamentū poſuerimus: nempe quòd res naturales, quæ ex ea materia conſtant, quæ perpetuò tranſmutationi obnoxia eſt, quæq; ſemper à qualitatibus contrariis agitatur, nullam ferè abſolutam neceſsitatem habent, ſed variationi & mutationi ſubiectæ ſunt, adeò vt quamuis multa de illis in vniuerſum & generali ratione pronuntientur: ea tamen non ita perpetua ſint, vt mutari interdum non poſsint: prçterquam ſi qua ſint, quę illarum propriam conſtituant eſſentiam, aut illam intimiùs ſequantur: cætera verò ferè omnia variari poſsint. Vnde ortum habuit ea ſententia, quæ in prouerbium penè iam verſa eſt, nimirū quòd Medicorum generales regulæ, itemq; & Philoſophorum, præſertim naturalium, veræ in pluribus ſunt, & maiori ex parte, non autem omninò, & ſemper. Vnde & Ariſt. quarto de Generatione animalium dixit, ea eſſe naturalia vel ſecundum naturam cenſenda, quæ maiori ex parte & frequentiùs accidūt, quæ vero raro contingunt, ex accidenti aliquo, & præter naturam fiunt, vt fiunt mōſtra. Vnde quando dicimus, naturalis pariendi terminis eſt nonus vel decimus menſis, intelligendum eſt, quòd frequentiùs ita fiat, non autem quaſi & ſecus fieri interdum non poſsit: Artes tamē & ſcientiæ eorum, quæ rariſsimè fiunt, nō habent multam rationem, cùm ea quaſi per accidens (vt ſolent Philoſophi loqui) fiant, nō autem ex naturæ inſtituto. Alterum, quòd mihi ponēdum eſſe videtur, id eſt, quod Philoſophi, præſertim verò Ariſtoteles lib. 2. cap. 1. poſteriorum reſolutiuorum, nos docuere, cui & Galenus adſtipulatur: nimirum quòd rei alicuius ratio & cauſa non eſt inquirenda, niſi priùs conſtiterit, quòd ea res ſit. Vnde ſçpe, cùm ſoli rationi innixi volumus probare, quòd res ipſa ſit, in varios labimur errores, & proinde priores Philoſophi, qui ratione propinquitatis vel diſtantiæ ſolis, vel radiorū rectitudinis, vel reflexionis innixi, inquiſiuere, quęnam terra habitari poſsit, & quæ ſecus, à vero non parum aberrarunt, vtpote qui ſtatuerint, è quinq; zonis mediam, duasq; extremas, habitationi ineptas eſſe: nam id experientia falſum eſſe deprehenſum eſt, cùm & ſub æquinoctiali circulo, & ſub tropicis, & ferè ſub polis reperiatur frequens hominū habitatio. Primū ergo ſtatuēdum eſt, an res ſit, nec ne, poſtea quærendum, quid ea ſit, aut quæ ſit eius ratio & cauſa. Quò fit, vt non ſit recurrendum ad rationes, cùm quæritur, an mulier poſsit gerere fætum in vtero vſq; ad vndecimum vel duodecimū menſem: ſed primùm inſpiciendum, an aliqua ſit repugnātia, quo minùs id fieri poſsit, vel vt iuniores loquuntur, implicatio cōtradictionis in hac re:

A nam ſi hoc eſſet, illud fieri omninò nequiret. Mox etiam, an muliebris natura huic rei repugnaret, quòd ſi nihil horum videretur obſtare, deinde conſiderandum eſſet, an ex longa obſeruatione vnquā fuerit deprehenſum, ita aliquando fuiſſe factum, vel nunquam. Nam ſi conſtaret, aliquando mulierem vltra decimum menſem peperiſſe, nihil deinde vetaret, quo minùs idipſum contingere Lucretiæ potuerit, præſertim, ſi nulla labes vnquam eius pudi- B citiæ ſuſpecta priùs fuiſſet. Si vero nuſquam extaret memoria, id alicui mulieri cōtigiſſe, cenſendum vtiq; eſſet, nec Lucretiam ex legitimo matrimonio filiam concepiſſe: & in hoc teſtibus ſtandum eſſet, ſi qui haberi poſſent omni exceptione maiores.

Quòd ſi vtrinq; accedant teſtes, & alij affirmēt hoc interdum accidiſſe, alij verò negent, ratio videtur ſuadere, affirmantibus potiùs credendum eſſe, quā negantibus: quia quæ rarò eueniunt, non ab omnibus, diligenter etiam obſeruantibus, deprehendi C poſſunt: multis verò, ea quæ frequenter contingere ſolent, nota ſunt. Vnde ea, quæ rarò ſolent fieri, à multis creduntur nūquam fuiſſe facta, vel etiam fieri nunquam potuiſſe, cùm ea neq; ipſi nouerint, nec alij multi, quibus cum hi verſati ſunt: qui verò aut præſentes ea quandoq; vidêre, aut ex illis, qui viderint, facta eſſe audiuere, ſi veraces illos eſſe ſæpiùs in aliis rebus fuerint experti, certè fides illis habenda, & id audacter poſſunt pronuntiare, illiſq; in iudicando magis erit credendum. Itaq; cùm au- D ctores multi, & illi quidam viri omni exceptione maiores, tàm antiqui, quàm iuniores, atteſtentur huic ſententiæ: nempè repertas eſſe mulieres indubitatę probitatis & pudicitiæ, quæ fœtum in vtero geſſerint ad vndecimum mēſem, & vltrà, quamuis alij ſecùs ſenſerint, illis magis videtur credendum, quàm alteris. Nam & Galenus teſtatur, quòd id præſertim in cauſa eſt multorum errorum, qui aliquando ſolent cōtingere auctoribus etiam illuſtribus, in tractandis artibus & ſcientiis, nimirū quan- E do ea, quæ ſemel aut iterum, aut etiam ſæpiùs obſeruata ſunt, eodem modo eueniſſe in vniuerſum pronuntiantur, ac ſi ſemper ita fieri neceſſe ſit. Vnde, cùm pleriq; auctores, qui de hac re egêre, aduertiſſent, quòd nullæ mulieres, quæ illis notæ erant, vel de quibus aliquid audierāt, exceſſerint decimū menſem, non poſſe illum excedi credidere. Alij verò, quibus fortè fortuna interdū contigit, vt cognoſcerent mulierem honeſtæ vitæ, & caſtæ, quæ vltra decimū menſem peperit, ſecùs ſenſere, quibus etiā F magis, vt diximus, credere ęquum eſſe videtur: putandumq;, quòd auctores tam Medici quàm Philoſophi, qui prægnantibus decimum menſem, tanquam pariendi terminum præſcripſere, ad id reſpexerint, quòd frequentiſsimè ſolet euenire. Sed & ratio. (ſi etiā ratio præterea quærenda ſit) huic ſententiæ non parum, licet neceſsitatem nō imponat, fauere poteſt: quæ quidem ratio ex fundamētis ab illis eiſdē auctoribus poſitis & cōſtitutis depromi poteſt. Nam primùm omnes ferè cōſentiunt, quòd G cætera animalia omnia certos magis pariendi terminos habent, quàm homo: à ſeptimo enim vſque ad vndecimum parere feliciter poſſunt. Quod ſatis apertè teſtatur Ariſtoteles, ſeptimo de hiſtoria animalium, capite quarto: & quamuis in his regionibus, in Græcia & Italia, rarò in octauo menſe fœtus editus diu viuat, aliquando tamen, vt illa idem

H

aſſerit, vixiſſe deprehenſus eſt: in Ægypto verò, vbi magis fęcundæ ſunt molieres, cùm editor in lucem fœtus octimeſtris, viuere plerunq; ſolet. ſed vltra vndecimom meoſem, vt non pertinaciter affirmat naſci homioem poſſe, ita etiam naque negare obſtinatè videtur, ſed ait, eas, qoæ vltra vndecimom peperiſſe relatæ ſuot, creditas fuiſſe erraſſe & deceptas eſſe opinione conceptionis, vtpote quæ crediderint ſe coocepiſſe, quando nondum conceperant. Non tamen illis verbis apertè videtur ſentire, noo poſſe mulierem vltra vodecimũ progredi, ſed quòd illæ propter raritatem attulerunt ſuſpicionem, quòd fuarint deceptæ: nam eadem forma ſermonis vtitur, cùm de octimeſtri partu loquitor. In Gręcia eoim adeò rarum vitalis eſt octimeſtris partos, vt illæ mulieres, quæ octauo menſe pariunt, credantur fuiſſe in conceptionis tempore deceptę. Sed quomodocunq; ſit, in hoc ſaltem conueniont omnes, magnam eſſe in humaoo partu diuerſitatem, & longè quam in aliis animantibos maiorem: cuius rei ſi rationem ſcrotati fuerimus, nimirum quæ ſit iſtius varietatis cauſa, facilè etiam percipiemus, num hoc fieri poſsit, nec ne. Faciliùs verò id poterit reperiri, ſi ea cooſiderauerimus, quę neceſſaria, aut opportuna ſunt, vt partus rectè & ex oatura procedat. qua in ra conueniunt, tum Medici celebriores, tum verò Philoſophi, multa eſſe, quæ concurrant ad partum: quæ tamen omnia tandem in duo eapita ſunt referenda, & alterum quidem ab vtero petendum eſt, alterum verò ab ipſo fœto. Ab vtero quidem, prout vis eius excretrix vel expultrix valida eſt: per hanc enim facultatem, cùm valida eſt præſertim, facilis & eommodos ſequitur partꝰ: ſed & valida requiritur vis ipſius fœtus: nam ſi aut vterus aut fętus langueant, difficilis omnioo ſequitur partos. Sed magis particulatim hæc tractemus: & primùm quę ad vterum pertioent, deiode & quæ ad fœtum. Itaque cùm vterus in pariendo præſertim ope facultatis expultricis vtatur: (hoc autem peculiare habet ea facultas, vt tertio de facultatib. naturalib. capite duodecimo ait Galenus, quòd nunquam ad expellendum inſorgat, niſi excitetur ab aliqua re moleſtiam particulæ afferente) quando tempus pariendi accedit & iam fœtus ita creuit, vt vterus diſtendi ampliùs ſine multa moleſtia nequeat, præterea verò & illi grauis nimis eſſe incipiat, ab his incommodis vt liberetur, aſſurgit ad fœtum expellendum. Fœtus aotem, cùm tempos pariendi adeſt, & ipſe iocipit moueri valentiùs, qui motus vt fiat, efficit primùm abſolutio fœtus: nam, vt Galenus inquit tertio de facultatib. oaturalibus capite tertio, nunquam oaturæ inſtituto fętus vehementibus motionibus concitatur à ſeipſo & ſponte ſua, donec ſit abſolutus, vt ad eam deuenerit magnitodinẽ, vt & viuere & actiones neceſſarias poſsit exercere. Præterea verò & penuria alimẽti in cauſa eſt valentioris huius motus. Nam cùm alimoniæ penuria laborat, triſtitia quadam afficitur, quam quaſi auerſatus, ealcitrare incipit & moueri, atque membranas, qoibus continetur, & à quibus alitur, confringit, vt hac ratione ſequatur partos. Vnde quia eò eopioſiori eget alimento, quò maior eſt, vbi ita ereuerit, vt iam alimentum, quod illi vterus præſtat, non ſit ſufficiẽs, vt explere poſsit naturale deſiderium fœtos, penuria laborare incipit. Sed & hoc addamus, quòd

A eùm vterus diſtendi ampliùs nequit, eò qoòd creoerit fœtos, anguſtia loci quaſi adſtrictus angitur: vnde & cogitur ſeipſom mouere, vt erumpat ex ea anguſtia. Cùm ergo hæ omnes cauſæ conueniaot inſtitoto naturæ, vt opportuoè pariant mulieres, & illę in mulieribus vtero gereotibus non euodem ſemper modum ſeruent, eádemque rationem, imò quàm plurimùm eoariare poſsint, non debet deinde mirum videri, ſi varij etiam ſint limites vel termini,
B ad quos in pariẽdo mulieres pertingere poſſuot. Nam vt à prima incipiamus, quę ad abſolutionem pertinet fœtus, oon vnâ & eadem temporis intercapedine ſemper io omnibus molieribus abſoluitur. Quæ diuerſitatis occaſio ex moltis contingere eauſis poteſt, & primùm quidem ex ipſo ſexu. Nam vt Ariſt. teſtatur eodem ſeptimo de animalium hiſtoria, cui adſtipulatur & Galenos, fęmella tardiùs abſoluitur, ſicut & tardiùs moueri incipit, vnde plerunque, cæteris poſitis partibus, editur
C tardiùs in lucem mulier, quàm mas. Nam idem Ariſt. eodem ſeptimo de hiſtoria ait. quòd mas in nono menſe frequentiùs ad partum deuenit, ad decimum verò magis fæmina pertingit. Præterea quis eſt, qui non videat, qoòd vteri, & conformatione, & habitu, & temparatura non parum differre poſſunt, ſicut & aliæ corporis particulæ? ita vt alter altero maiorem diſtentionem admittere & ferre poſsit? Sed & ratio, qua augetor fœtus, poteſt eſſe admodum diuerſa in dioerſis fœtibos, tam
D itidem ratione vteri, quàm diuerſæ victus rationis. Nam & idem Ariſt. rationem referens, cur tanta differentia geſtationum reperiatur in vniuerſo animaliom genere, & cur equus, cùm citiùs ſaneſcat quàm homo, tardiùs tamen quàm homo abſoluatur in vtero, ait, quòd hoc illi contingit, quia vterus eqoinus naturâ aridior eſt humano. Quare etiam in hominum genere ex hac ratione poteſt multa in hac re varietas ſuboriri, tum ratione naturę & temperaturæ muliebris vuluæ, tum ex aliis occaſioni-
E bus: nempè quia mulierum ea natora eſt, vt differentiſsimas temperaturas habeant, vt ex earum colore, moribusque, & corporis habitu poſſumus percipere: præterea & procliuitate & propenſione ſuapte natura ingenioq; in diuerſas actiones. Nam aliquæ propè ad viri natoram accedunt: vnde Plato in Timæo dixit, qoòd licet in vniuerſum vir ſit in omoibus muliere abſolutior & perfectior: particulatim tameo, multæ multis viris meliores ad multa negotia reperiuntur, ita & nonnullæ inter-
F dum ad beluarum naturam videntur accedere: frequentiſsimè verò vteri oatura conformis eſt cum natura vniuerſi corporis. Vode neque mirum eſt, ſi in gerendo vtero aliqoæ poſsint habere cum animantibus aliquam congrueotiam. Sed cùm & feminis natura plurimũ ad hoc poſsit, ſimilis etiam in viro diuerſitas poterit eſſe in cauſa eiuſdem varietatis. Cui & maximos errores in rationa victos addamos. nam aliæ mulieres ſont multi cibi, aliæ pauci, vel ob id, quia deiecta ſit illis appetentia ex
G aliquo affectu, vel ob penuriá, vel qoia multa qoidem comedat, ſed quæ modicè nutriant, aut ſuccum generent ineptum nutriendo fœtui. Et his multa addi poſſent, ſi particulatim omnia diſquirere vellemus, quod non eſt noſtri inſtituti. Cùm itaque in nullis animalibꝰ aliis tam multiplex aut tam varia poſsit occaſio ſuboriri, qua modus & ratio

iſtarum

iſtarum cauſarum poſsit variari, vt in humano ge-
nere: non tantopere mirandum eſt, ſi quando mu-
lieres quædam, licet frequentiſsimè quidem no-
uem aut decē menſibus claudatur tempus geſta-
tionis in vtero, ab hac præſcriptione tamen rece-
dant, cùm nullum animal adeò diuerſam naturā
habeat, & magis differentes terminos in ortu ſuo.
Quod inde fieri putauit Galen. 11. de Vſu partium,
quia nullū animal negligentiùs ſe habet dum con-
cipit, & dum in vteru gerit: neque plures & maio-
res committit errores, qui & vteri, & fœtus corpus
tranſmutare poſſunt, & illud non parum protra-
here extra præſcriptos terminos ab ipſa natura, in-
tra quos ſæpiſsimè parientium & gerentium in v-
tero ratio continetur, raròque vltrà fit progreſſus.
vnde quæ rarò fiunt, vt diximus, à multis, qui ea
nunq̄ vidère, perinde habentur, ac nunquam fuiſ-
ſent facta. Et hoc quidem ſimili exemplo, ex Ga-
leno deſumto, poſſum exponere, qui in libello de
ſeptimeſtri partu ſtatim ab Initio dixit, ſe diligen-
tiſsimè obſeruaſſe, contuliſſeque cum mulieribus
ſagacibus & prudentibus, quot diebus à cōceptio-
nis tempore ſupputatis, ſeptimeſtris partus editus
viuere poſsit, ac deprehendiſſe nullum quidem ci-
tra centeſimum octuageſimum ſecundum editum
viuere. Nam ſaltem oportet fœtum, antequam in
lucem edatur, ad annum dimidium geri, omneſq;
vltra illum terminum parere. nullam tamen per-
ueniſſe ad centeſimum octuageſimum quartū ab-
ſolutum diem, præter vnam tantùm, quam niſi vi-
diſſet Galenus, credidiſſet fieri non poſſe, vt ſeptu-
meſtris partus eo vſque accederet, ſed ea viſa, iam
non ampliùs, quamuis rariſsimè id contingat, du-
bitauit, quin id fieri poſsit. Ita quamuis plurimæ
ſint, quæ nonum vel decimum menſem non ex-
cedant: non video cur aliquando, licet id rarò fiat,
non poſsit aliqua ad vndecimum menſem partū
protrahere, præſertim cùm alij etiam non vulga-
res, ſed probatæ fidei auctores, tū philoſophi, tum
verò Medici, hiſtoricíq;, & antiqui, & recentiores
hoc ipſum teſtati ſint.

EPISTOLA VI.

Victori Mirolio, Medico.

Cur nati aliquando nō patri ſed auo aut cognato ſimiles ſint: cur etiā morbi hæreditarij aliquando non ad filium, ſed ad nepotem veniant: deinde Galenus in coxendicum dolore nunc venam cubiti: nunc venam in poplite ſectionem præcepiat.

MAxima & perdifficilis eſt vtraque, quam mi-
hi proponis, dubitatio, præſertim verò pri-
or, vtpote quæ ſub ea quæſtione continea-
tur, quæ, ſi qua alia, maximè anxit omnes ferè tam
medicos, quàm philoſophos, & in primis Peripate
ticos: ea verò eſt, cur filij interdum alteri parentū
ſimiles gignantur, interdum eorum neutri, ſed po
tiùs auo, aut abauo, quandoq; verò patruo: ſimiles
verò non modo in iis, quę quaſi innata ſecum tu-
lere à primo ortu, ſed & in illis, quæ poſtea aduen-
titia ſunt, quæq; ab externa aliqua occaſione con-
tingere ſolent, vt ſunt cicatrices, & non ſolùm in-
terdum in virtutibus aliquibus euadunt ſimiles,

A verùm ſępe in aliquibus etiam vitiis, & propenſio-
nibus in quoſdam morbos, vt podagræ, vel chira-
gręſunt, & tandem articulares dolores, quæ res
quàm obſcura arduaq; ſemper viſa fuerit, neminē
ferè latere arbitror, qui in priſcorum auctorum le-
ctione aliquantiſper verſatus ſit. Quapropter me
excuſatū habebis, ſi rem hanc tractandam exquiſi
tè & ad amuſsim minimè ſuſceperu, ſed pinguiori,
vt aiunt, minerua illam fuero proſequutus, & qua-
tenus mihi pro præſenti inſtituto ſatis fore viſum
B fuerit. Quæris ergo, quonam pacto, ſi podagra, vt
eſt in confeſſo ferè omnium, cui & Galenus atteſta
tur, eſt in morbis hęreditariis, fiat, vt filius, cuius po-
dagroſus fuerit auus, ſanus vero & liber ab hoc af-
fectu fuerit pater, ipſe obnoxius podagræ genere-
tur. Quia ſi hæc hæreditas fit ratione genitalis ſe-
minis, aut ſemen nihil ad generationem nepotis
conferre poteſt, vtpote quod iam diu euanuerit,
neque amplius ſit, ſicut neq; etiam auus: confert
autem & præcipuum eſt ſemē patris, qui iſtius vi-
C tij omnino expers eſt. In hac autē dubitatione ex-
plicāda plurimum referre arbitrarer, perſpectum
habere, an fœmina, perinde, vt mas, habeat genita-
le ſemen prolificum ita, vt vim aliquam agentem
habeat in fœtus procreatione, nempe vt ex duobus
ſeminibus, maſculino nimirum, ac fœminino, vnū
fiat proximum & integrum agens, generās ipſum
fœtum. Noſti ſiquidem, ſemper rem hanc inter A-
riſtotelem cæteroſq; Peripateticos & Galenum e-
iuſq; ſequaces controuerſam fuiſſe, litemq; adhuc
D eſſe ſub iudice, & Galenus tum alibi, tùm vel ma-
ximè in libris de ſemine, hoc tanquam validiſsimo
& ferè demonſtratiuo argumento vtitur ad pro-
bandum, quòd ſemen etiam muliebre in genera-
tione aliquam vim efficientem habeat vnà cum vi-
rili, depromto à ſimilitudine filiorum interdum
cum matre, vel cum illis, qui pertinent ad mater-
num genus, ſæpe cum patre, vel aliis maioribus,
pertinentibus ad genus paternum. Nos aūt non
audemus in præſentia tam vaſto pelago noſtram
E nauiculam committere, ſicut neque putamus eſſe
opportunum, illam committere. Quidquid igitur
ſciendum ſit de hoc, nos, poſitis nonnullis funda-
mentis, hanc dubitationem ſoluemus quantū fie-
ri poterit, cauentes ne Peripateticis vel Galenicis
intérea ſcopulis allidamus. Ponamus ergo primū,
quòd omne, quod generatur, neceſſe eſt, vt à duo-
bus proximis principiis ortum habeat, nimirū ab
agente, & à materia. præterea, quòd omnis rei ge-
nerandæ ratio quadam poteſtate in his duob. con-
F tineatur: vt tamen huius & illius non ſit eadem
vel ſimilis poteſtas, ſeu, vt philoſophi ſolent loqui,
potentia, quia materiæ poteſtas vel potentia paſsi-
ua eſt, quatenus poteſt per ſui tranſmutationem,
factam vi ipſius agentis, conuerti in naturam vel
ſubſtantiam rei, quæ generanda eſt: agentis verò
poteſtas eſt, vt poſsit formam rei generandæ in ma
teriam introducere, vel illam ex materia educere,
vel ex eius poteſtate. At quia conſideratio hæc ni-
mis generalis eſt, & ferè excedens noſtrum inſtitu
G tum, ideò magis particulatim rem hanc tractabi-
mus, & de homine agemus, in quo generando du-
plex etiam hoc principium reperiri neceſſum eſt.
Et efficiens quidem proximum, communi omniū
conſenſu, eſt ſemen genitale, præcipuè verò ma-
ris, neq; enim vnquam quiſpiam dubitauit, quin

maſculinom ſemen vim effectricem maiorem contineat, quàm fœmellæ: neque etiam illi, qui enixè contendunt, fœminam habere ſemen prolificum, vt contendit Galenus, quia nec ipſe negaret, quòd ſemen maſculinum, vtpote quòd ſit fœminino calidius, magis ſit efficax, cùm vi caloris, tanquam naturalis inſtrumenti, in concepto fiant quæcunque fiunt. Sit ergo ſemẽ efficiens, ſiue illud ſit ſimplex, nempe ſolum maſculinum, ſiue duplex, ſi neceſſarium ſit etiam fœmininō. nam poſito etiam quòd muliebre ſemen ſit neceſſarium, oportet vt concedamus, quòd ex vtriſque in vnum coeontibus fiat vnum integrum & abſolotū initium efficiens, neque de hoc diſputare, quantum ad noſtrum inſtitutū pertinet, putaoerim eſſe opus. Materia etiam proxima, communi vtroruműq; conſenſu, eſt menſtruus ſanguis: quamuis vtriq; in hoc diſſentiant, quòd Ariſtoteles cenſuerit, ſolum ſanguinem menſtruum eſſe materiam conceptionis, vnde tum vniuerſum corpus tum vnaquæq; eius pars per ſe primumq; conficitur, cùm Galenus conteodat, menſtruum hũc ſanguinem eſſe quidem materiam, ex qua aliquę corporis iſtius efficiuntur, nequaquam verò omnes, quia ſenſit, quòd ſemen non ſolùm habeat inſitum principium efficiens, verùm q; & aliquas contineat partes in ſe, quæ ſunt materia generationis aliquarum partium, quas ille propterea ſpermaticas appellauit, vtpote quas crediderit ex ſemine, tanquam ex propria materia generari. Sed quomodocunq; ſe habeat hæc res, de hoc in præſentia nō vehementer volumus diſputare, quia ſi hoc ètiam poſuerimus, erit opus, vt, ſicut ex duplici ſemine diximus fieri vnum, ſecundom horũ opinionem, primum efficiens: ita dicamus, quòd ex hac duplici materia, ſi ſit generādus vnus effectus ſpecie, fiat vna proxima materia fœtus generandi. Iam ergo habemus duo illa principia proxima, in quibos continetur fœtus poteſtate etiam priùs q̃ generaretur, quamuis in altero tanquam in potentia actiua, in altero verò tanquam in potentia paſſiua. nec modò vniuerſum corpus generandũ hoc modo in his continetur, verùm & ſigillatim vnaquæque eios pars, & id propterea, qoia ex ea materia & ab hoc tanquam efficiente procreātur & abſoluontur ſingulæ eius partes. Quod Ariſtoteles monſtraturus, vel iſtius rei rationem redditurus, videtor inde argumentum depromſiſſe, q; ſemen eſt excrementum vltimi alimenti: non qoidem vt ſunt alia excremēta, quę præter iſtius corporis naturam congeruntur, in quo gignuntur, vt ea fiunt, quæ ex eliquatione partium generantur, vt illi ſenſiſſe viſi ſunt, qui dixère ſemen deci.. ab vniuerſo corpore, vi caloris à motu excitati: ſed eſt excrementum ſecundum naturam genitum, optimum & vtile. eſt enim, ni fallor, aliqua ſuperuacanea pars vltimi & optimi alimenti, qoæ eſſet quidem, quantum ad ipſam pertinet, apta ad alendum corpus & eius partes, ſed illa quaſi ſuperuacua relinquitur à natura ad ſeminis generationē. vnde cùm hoc excrementum ſit proxima & aptiſsima materia, vt ex ea omnes corporis partes alantur, primū hoc noioine eas omnes poteſtate cōtinet: & quod diximus de ſemine, maximè erit accommodatum ſententiæ Galeni, qui voluit ſemen aliqua ex parte cōtinere in ſe rationem materiæ. Sed hoc idem ad ſanguinem menſtruum transferre poſſumus, qui

A ad generationem fœtus, tanquā eius proxima materia eſt neceſſarius, aut omninò, ſi Ariſtotelem ſequamur, aut ſecundum aliquas partes, ſi Galenū. nam lib. 4. de Generat. animal. oſtendit, menſtrua eſſe perinde excremētum, & eiuſdem etiam excrementum, vt & genitale ſemen, & hęc naturali quadam ſimilitodine plurimùm eſſe affinia: quod ipſe ex affectu ſatis euidenter probat. nam ijdem effectus & eædem mutationes conſequuntur in fœminis, & in earū corporibus, quādo menſes primum

B erumpere incipiunt, quæ io maſculis, quando ſemen emittere incipiunt: vox enim pariter in vtriſque mutatur, ambo pubeſcere incipiunt, & mammæ in mulieribus, teſtes verò oon parùm mutantur in viris. Sed duo hæc excrementa ita inter ſe differunt, q; ſemen abſolutius eſt & magis concoctum, menſtruum verò, cùm fœmina, quantum ad ſexum pertinet, frigidior ſit, ac nequeat natiuus calor eam vim habere, quam habet in viro, non adeò concoctum eſt excrementum, neq; adeò vtile eſt,

C vt ſemen in maſculo. eſt tamen & ipſum proxima materia generādo corpori ipſius fœtus, vel omnino, vel ſecundum aliquas eius partes, ne in hoc etiam ſimus iudices inter Ariſtotelem & Galenum: in ipſo etiam eſt paſsiua quædam potentia, reſpiciens vel omnes, vel non paocas partes ipſius corporis. At verò quia in generatione vis efficiens eſt, præſertim in gignitiuo, in eo enim præcipuè poteſtas efficiens viget, & ea vis, quam formatricem appellant: quamois Galenus vbiqoe fateatur, ſe ignorare quænam ſit eius ſubſtantia: eius tamen inſtru-

D mentum eſt is ſpiritus, qui ab illis particularia generatur, quę quaſi principes corpus adminiſtrant, quatenus ad eam animæ partem pertinet, quā vegetatricem nuncupamos, cuius officiom eſt, alere animal, & tale alterum generare, quale illud eſt, in quo ea eſt. Is verò ſpiritus (ſi illis credere volumus, quæ quotidie in ſectionibus cadauerum obſeruamos, aut à corde ſolùm, vt ſentit Ariſtoteles, aut ab illo & iecore ortū ſuum habere neceſſe eſt: quæ

E ſeminaria vaſa, ſi illa ſint, quæ ſemen abſoluuot, ſiue ſint quaſi viæ illud deducentes ad inſtrumenta generationis, conſtant ex vena & arteria, quorum vtrumq; credidit Ariſtoteles à corde deriuari: Galenus verò alterum à corde, alterum ab hepate. Sed quomodocunque res hæc ſe habeat, in his particularis ſedes eſt & principatus earū facultatum, quæ huic muneti præſunt. Quare in illis etiā ſunt poteſtate non paſsiua, vt in materia, ſed effectiua, vt in primo & præcipuo agente, cuius is ſpiritus

F proximum & primum eſt ioſtrumentum, quod in hoc officio agit, tanquam ab illis amandatum. Sed his & illud mihi videtur addendum, (quamuis id fortaſſe paradoxum videbitur non paucis, quod tamen mihi, niſi verba Ariſtotelis diſtorquere velimus, neceſſarium omoinò videtor) quod videtur Galenus inſinuaſſe ſecundo libro de Semine, quē hoc, tanquā validiſsimum argumentum, depromſit, quo probaret contra Ariſtotelem, quòd ipſum etiam ſemen matris ſit aliqua effectrice facultate

G præditum. nam cauſam relaturus Ariſtoteles, cur filius aliquando matri, aliqoando patri ſimilis gignatur, ait, quòd aliquādo motus à patre ſoperat, aliquando motos à matre: & quòd, quādo motus à patre ſuperior eſt, infans patri ſimilis generatur: matri verò, qoando ſoperior eſt motus à matre:

quamuis

quamuis mox dicat, quòd motus matris potentiâ A eſt, patris verò actu: at hoc ſatis manifeſtum eſt, ꝙ id, quod omnino potentia eſt, nunquam, quatenus potentia eſt, ſuperior eſſe poteſt, niſi aliquo modo ſit, aut fiat in actu: erit ergo & muliebre ſemen, ſiue verum ſit, ſiue menſtruum, aliquo modo in actu. quod & ea oſtendunt, quæ ipſe eodẽ quarto de Generatione ſcripta reliquit: ait enim, quòd mas & fœmina contraria ſunt, & quòd, quando alterum contrarium non poteſt alterum ſuperare, res in alterum contrarium degenerat, quod ipſe B exemplo exponit: Cum enim calidum nequit frigidum ſuperare, neceſſe eſt vt res, quæ transmutatur, in frigidum degeneret. quòd ſi res ſic ſe habet, & quæ rationem contrarietatis alicuius ſubinduunt, eatenos legem contrariorum ſeruare neceſſe eſt, quatenus rationem contrariorum retinent: contrariorum aotem lex eſt, vt mutuò circa idem ſubiectum ſe oppugnent, nequit autem pugna fieri, niſi inter ea, quæ aliquo modo ſunt in actu. Id ipſum aotem oſtendunt etiam apertiùs il- C la, quæ ſequuntur. nam cùm eſſet rationem redditurus, cur motus illi patris ſulùantur, ob quam ſolutionem filij interdum matri ſimiles fiunt, interdum verò neutri illorum, imò nonnunquam nulli affinium, ait, quòd omne agens patitur à patiente, quod in diuerſis generibus transmutationis oſtendit: ita demùm ait, quòd nonnunquam agens magis à patiente afficitur, quàm id ipſum agat. præterea veró, quorſum tanta diligentia, qua D vtitur, vt oſtendat, menſtruum ſanguinẽ eundem modum generationis ſortitum eſſe, & eandem ferè naturam cum virili ſemine, (nam & vtrumque eſt excrementum, & vtrumque, vt ipſe ait, eſt excrementum ſanguinis, quem ipſe vltimum alimentum appellat, & quòd & ipſum poteſtate eſt, tam corpus generandum, quàm omnes illios partes) niſi propterea voluiſſet eorum eaſdem eſſe facultates? Sed hoc rectè ſanè intelligendum eſt, nempe quòd hæc generationis initia aliquo modo, vt diximus, ſunt conſimilia: non tamen penitùs & E omnino, quia ſemẽ maris, vtpotè quod ab efficiente calidiori & perfectiori ortum habet, abſolutius eſt, & maiorem vim habet: muliebre verò ſemen, (nam & menſtruum Ariſtoteles; quandoque ſemen appellat) præ frigore ſexus, nõ eſt ita coctum & abſolutum: & proinde, ſi inter ſe mutuò comparentur, hoc qoidem, nempe fœminæ, magis materiæ & potentiæ paſsiuæ rationem ſeruat, atque ita potiùs paſſiuum principium dici meretur, illud verò, nimirum maris, agentis & principij actiui, in F quo tanquam in potentia actiua fœtus vna cum quibuſlibet ſuis partibus continetur. Sed cùm horum vnumquodque ſeorſum, & per ſe conſideratur, vtrumque aliquid actiui, & aliquid paſsiui habet: licet alterum altero alterutrius magis & perfectiùs rationem ſeruet: quod hæc poteſt ratione probari, quia ſunt ex eadem materia, & ab eodem efficiente ſpecie vtraque genita: vtrumque enim eſt excrementum vltimi alimenti, & à calore natiuo, vt eſt animæ inſtrumentum, genitum. Sed ad G aliod tranſeamus, quod propoſitam quæſtionem magis particulatim proprieq; reſpicit: id verò eſt, (nam hoc præterea mihi ponẽdum videtur) quòd podagra, chiragra, & tandem articulares dolores, & alij iſtiuſmodi affectus, qui ponuntur in morbis

hæreditarijs, habent duplicem proximam occaſionem, cur in aliquo corpore oriantur, ſicut & reliqui id genus morbi, præſertim verò illi, qui à fluxione ſuccorum excrementitiorum ortum habẽt. Prima eſt imbecillitas eius particolæ, quæ illis obnoxia eſt: at hæc imbecillitas interdum ſuam habet originem à natura illius partis, interdum verò ex alia externa cauſa & præter eius naturam. Ex natura quidem articulorum occaſionẽ dolorum contrahunt, ob illorum conformationem: nam, vt expoſitum eſt à Galeno 6. Aphoriſmorum, & 6. de Tuenda valetudine, ex eorum laxitate facilẽ confluentia excrementa admittunt, & longẽ faciliùs, qoando adhuc magis laxi geniti fuerint ab ipſo ortu, vel imbecilliores ex aliqua intemperie, vel eis naturali, vel ex aſcititia aliqua cauſa oborta. Altera verò cauſa eſt excrementorum abundantia, quę in corpore generantur, & congeruntur, quæque poſtea apta ſunt ad fluxionem, præſtita illis vel leui occaſione: & hęc quidem priori longè efficacior eſt, vtpotè ſine qua non poſsit illa, vt 1. de Differentijs febrium, & 6. aphoriſm. ipſe docuit quidquam efficere. Congerit autem corpus multa excrementa, vel ob aliquod à natura & ipſo ortu contractum vitiom, vel ab externa aliqua cauſa, vel victus praua ratione. Quamobrem neceſſe eſt, vt, qui aliquos habent hæreditarios morbos, ab ipſa generatione ex vtero materno, nempe vel ob vitiatum ſemen patris, vel matris, ſecum duxerint aliquam harum cauſarum, cur imbeciles euaſerint articuli, & ſubinde aptiores ad ſuſcipienda excrementa aliunde impulſa, vel ob internorũ viſcerum intemperiem, vt deinde cogantur vel inuiti multa congerere excrementa, vel etiam ob vtramque hanc cauſam. loquimur autem de paterno & materno ſemine, eo modo, quo ſuperiùs fuit à nobis expoſitum. nam, vt Ariſtoteles eodẽm 4. de Generat. anim. nos monuit, cùm ſemen vtriuſque; ſemper eo modo accepto ſemine mulieris, ſint proxima generationis initia, &, vt idem ait, parua facta in principijs tranſmutatio, in illis poſtea inſignis & conſpicua euadit, quæ ab illo principio oriuntur, quid mirũ deinde eſt, ſi filij parẽtum & maiorum vitia, quæ ab his initijs euadunt, ſecum ſæpe ferant? Eſt tamen conſiderandum, ꝙ huiuſmodi morboſæ propenſiones infantum, quę illos exorientes, ob vitiatum aliquo modo ſemẽ, concomitantur, vt ſunt defectus quidam, potiùs eueniunt ob impeditã naturam, quo minùs poſsit intentum finem attingere, ratione alicuius imperfectionis & tranſmutationis factæ in proprijs eius inſtrumentis: quemadmodum integritas, ſanitas, & robur ſequuntur naturam liberam & validam, qoæ omne impedimentum ſuperat, quęque abſolutè ſuperat materiam ſubiectam, habetque inſtrumenta, quibus vtitur, integra, abſolutaq;. vnde imperfectiones quęcunque contingunt in generatione, per accidens contingunt, & eadem ferè ratione, ſicut Ariſtoteles eodem loco tradidit, qua & monſtra eueniunt: per ſe verò & naturæ inſtituto abſoluta fiunt. quæ fiunt. vt tamen & hoc addamus, quòd ſemẽ in animantis corpore genitum ſecum ſemper aliquid affert, qood refert oaturam corporis, in quo fuit genitum: ſiue illud ad imperfectionem & defectum: ſiue ad abſolutionem & perfectionẽ pertineat, & ſit particeps non modò vitij, quod eſt in effectiuo principio,

A ſed etiam, ſi quod ſit in materia, ex qua confectum & genitum eſt, nempe in vltimo alimento. Quod à ſimili facilè poſſumus oſtendere. nam lac eorum animantium, quæ veſcuntur herbis, in quibus ſit aliqua vis purgandi, retinet, vt in hoc conſensêre Hippocrates & Galenus, eandem vim purgandi, vt deinde ſi puer eo alatur lacte, facilè & copiosè ſæpè purgetur. ſæpiſsimè etiam obſeruatum eſt, quòd pecudum, quæ verſantur in paſcuis vbi ſint herbæ, quę grauem aliquem odorem ſpirent, ſicut ſylueſtre allium, carnes, dum comeduntur, allium B redolent. vnde neque mirum videri debet, ſi ſemen vitium fœtui impartiatur, quod contraxerat, dum in malè affecto corpore generaretur, neque ſi vitium illud tranſeat ad ſecundam vel tertiam generationem: cùm omnes hæ generationes ab vno tandem principio ortum habuerint, & poſsit ſicut à vitiato corpore vitiatum ſemen gigni, ita à vitiato ſemine generari corpus non omninò integrum, atque ita mox ſubinde. Neque ſi res hæc rectè æſtimabitur, mirum admodum videbitur, quòd is C ordo in intermedia aliqua generatione interrumpatur, qui poſtea in ſequentibus iterum quaſi repullulet, ita vt tum auus, tũ nepos ſint alicui morbo obnoxij, cuius filius ſit penitùs expers. Si enim cauſæ, quæ neceſſariò conueniunt in generatione animalis, ita eſſent neceſſariæ, vt minimè poſſent à multis, & externis, & internis occaſionibus impediri mutarique, non modò mirandum id eſſet, ſed neque etiam credendum: ſed cùm, vt itidem ait Ariſtoteles, illæ facilè poſsint mutari impedirique, D facilè quoque deficere poſſunt. vel ſi magis accommodatè velimus loqui, dicemus, quòd ex aliquibus cauſis tolli impedimenta poſſunt, & robur addi naturalibus principijs generationis, ita vt intermedia aliqua generatio integra & ſine aliquo vitio euadat: quod tamen prior & poſterior contraxerat: id quod poſſumus eiuſdem Ariſtotelis verbis & ſantentijs oſtendere. vt enim ille eodem quarto de Generatione animalium ait: Et natura mulieris vim plurimam habet ad immutandam, in melius, E vel deterius, rationem conceptus. nam multi fuêre, qui cum muliere aliqua fæcundi fuêre, cum altera ſteriles, hocque vel ob vniuerſi corporis, vel ipſius vteri diuerſam naturam: item aliqui cum vna muliere mares, cũ altera ſemper fœminas procreauêre, & interdum cum vna integros, cum altera morboſos. Neq; hoc ſolùm ad hoc vim inſignẽ habet, ſed & variæ temporum mutationes non parùm ad hanc in generatione diuerſitatem faciunt. ait enim Ariſtoteles eſſe obſeruatum, quòd variæ F temporum mutationes, ob diuerſos ventorum flatus, vel ob varias anni tempeſtates, varias efficiunt mutationes. Neque ſolùm varia anni tempora, ſed præterea & menſium vim inſignem habent alterandi animalium generationes. non parùm enim referre ait, an Luna creſcente, vel decreſcente fiat conceptus: imò & multùm referre ait, ſi in coitu ouis Auſtrum ſpectet, vel Aquilonem. quòd ſi hæ externæ cauſæ, in hoc tantã vim habent, quid deinde de internis putandum eſt? nempe, ſi corpus G bene ſe habeat circa concoctiones vel cruditates, circa plenitudinem bonorum vel malorum humorum, circa reliqua etiam, quæ ad victus rationem pertinent. Nam quid vetat, quin aui ſemen, quod prius contraxerat vitium aliquod ex aliqua occa-

A ſione, præter naturæ rationem, aut à ratione tempeſtatis, aut vteri, aut alterius ex prænarratis cauſis, (præſertim ſi materia alioqui, quam affert genitrix, optimè ſe habuerit) integrum gignat fœtum, non ita tamen, quin & ipſe aliquam ſeruet labem & imperfectionẽ ob vitium, quod in auo contraxerat: quæ, ſi non apparuerit conſpicua in filio, quatenus pertinebat ad eius generationem, poſsit tamen tranſire in ſemen eius, quod, ſi contingat vt illiuſmodi careat auxilijs, quæ adfuêre, cùm ipſe B fuit genitus, in cauſa ſit, vt in nepotis generatione illa quaſi repullulet, & reuireſcat. Et quod de his diximus, quæ patris rationem ſpectant, eadem de illis intelligenda ſunt, quæ ſpectant ad matrem. Vnde id quod plurimã videbatur afferre difficultatem, nempe quomodo, ſi eiuſmodi hæreditas morboſa ſequitur naturam ſeminis, poteſt ſemen auitum aliquid facere, dum nepos generatur, cùm iam euanuerit, vt eo tempore ſæpiùs neque auus ſit ſuperſtes, facilè diſſolui poteſt, quia licet ſemen C auitum iam planè euanuerit, remanet tamen infectio aliqua, vel vis derelicta in patre. quia vt eſt Galeni ſentẽtia primo Artis medicinalis, orta ſuis atteſtantur principijs, quo quidem vis vel infectio, licet fuerit in eius generatione impedita, quò minus potuerit eo tempore in actum deduci, non fuit tamen omninò deleta, & proinde etiam nihil vetat, quin, ſemen à patre genitum, ſit factum particeps illius infectionis, vel facultatis, ita vt, niſi ea fuerit nactus impedimenta, vel, vt rectiùs loquar, quan- D do ea non habuerit adiuuantia, quæ conuenerant in eius conceptu, poterit conceptus, quo generandus eſt nepos, referre eam labem, quæ prius ab auo morboſo fuerat contracta, ita vt nepos auo potiùs, quàm patri in hoc quaſi hæres ſuccedat, licet illa labes non fuerit in paterno ſemine admodum inſignis. & id quia, vt paulò antè ex ſententia Ariſtotelis diximus, vel modica tranſmutatio in principijs, ſæpè magna in illis apparet, quæ mox ab eis oriuntur. Hæc ſunt quæ mihi ad ſoluendum pri- E mum propoſitum nodum magis accommodata viſa ſunt.

Secunda autẽ dubitatio & ipſa primo quidem intuitu non minùs videtur eſſe difficilis: ſed ſi velimus Galeni præcepta non in cortice tantùm examinare, verùm ad medullam vſque penetrare, non erit, vt arbitror, difficilis eius ſolutio. neque enim credendum videtur, quòd ille temerè ea ibi protulerit, neq; quòd tam breui ſpatio ſui fuerit oblitus, vir alioquin diligentiſsimus, & non modò do- F ctiſsimus, verùm & exercitatiſsimus in iſtius artis operibus. Credendum ergo potius eſt, quòd de eadem re diuerſas interdum ſententias protuliſſe videtur, quia ſcopos diuerſos diuerſis in locis ſibi exponendos proponebat. Nam non modò eo loco, quem tu propoſuiſti, nempe decimo de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos, cap. de Iſchiade, vbi de coxendico dolore ſermonẽ habet, à ſe ipſo varius diuerſuſque videtur, ſed in quampluribus etiam alijs. Vt verò res clarior eua- G dat, nos aliquorum mentionem faciemus. De coxendico itaque dolore agens, ait, quòd quando coxendicus dolor à ſanguinis copia excitatur, facilè & citiſsimè tolli poterit ſectã venã in poplite, aut prope talos: paulò tamen pòſt, ita ait: Tanquam igitur maximam vim habeat ad curationem affe-

ctiunis,

ctionis vacuatio vniuerſi corporis, ab ipſa erit incipiendum, facta ſanguinis detractione, non ſolùm à cruribus, ſed etiam à cubito: cùm his autem ſaltem ex aliqua parte videtur cõſentire locus deſcriptus ſecundo libro in ſextum Epidem. aphoriſ. nono. vbi dicit Galenus: Igitur ſi perſenſerimus fluentem ſanguinem, alióſue ſuccos in crura decumbere, vel in pedes, è cubito, ſectâ venâ, ſanguinem detrahemus: præterea verò ſecundo Artis curat. ad Glauconem, capite a. habito ſermone de inflammatione ait: Si fluxus deferatur ad genu, ſubitóq; & plurimùm attollatur, ac vniuerſum corpus ſanguine plenum appareat, ia ſanguine indiget detracto ex ſuperioribus partibus, oportetq́ue venam in cubito incidere: ſin autem aliqua ſuperior pateretur, ſanguis per inferiora eſſet educendus. Sed hoc apertiùs in libro de Ratione curandi per ſectionem venæ, vbi hæc literis tradidit, poſtquam dixerat venas in cubito ſecandas eſſe, cùm ſuperiores partes erant malæ affectæ, expoſueratq́ue quas ſuperiores appellet, hæc ſubiungit: Quemadmodum prędictæ omnes partes, ſectà venà in cubito iuuantur, ſic quæ his inferiores ſunt, illis quæ per poplites & malleolos decurrunt: ſunt autem inferiores coxẽdix, vterus, veſica: & in iſtius capitis calce ait, quòd ſanguinis è cruribus detractio plurimùm prodeſt affectibus, additque: Memini me die vna curaſſa coxendices, facta vacuatione ex crure. Sed & in malè affecto vtero nũ minores exſurgunt ambiguitates, quàm illa ſit, quam de coxendice propoſuiſti. cùm enim vbique Galenus, dum fluunt humores, in magnis præſertim inflammationibus, reuellendum eſſe conſuluerit, tum vel maximè ſecundo Artis curat. ad Glauconem, inquiens: Vbi verò membrum obſederint, potiùs eſſe deriuandum. paulò pòſt ſubiungit: In locis muliebribus in contrarium trahes, hoc eſt, reuelles, ſi venas in cubito ſecueris, aut mammillis cucurbitulas affixeris: deriuabis autem, ſi ſub poplite venas aperueris, aut prope talos. Quis eſt ergo, qui non videat, ex his apertiſsimè ſequi, quòd in fluxionibus ad vterum, atque in eius inflammationibus, inter initia ſit reuellendum, & cùm vena ſecta in cubito in his affectibus reuellat, quòd incipientibus vteri inflammationibus, vel alijs id genus vteri morbis, ſtatim ſit ſecanda vena in cubito, mox verò in cruribus vel prope malleolos.

Prętere verò cùm coxendicus dolor & bubo in inguine concitatus adeò vicina loca occupent, nulla videtur cauſa rationabilis, cur non ab eadem vena in vtriſque ſit ſangois mittendus: in coxendice tamen ſanguinem mitti voluit ex vena cruris, ex eodem latere, in bubone verò ex crure oppoſiti lateris, non autem in cubito: & in vniuerſum præcipit, quòd laborantibus inferioribus particulis, ſint ſuperiores venæ ſecandæ. hoc enim decimotertio Methodi, capite 5. ipſe ait, & eodem tamen ſecundo Artis curat. ad Glauconem, capite 2. conſentire videtur priori ſententiæ, vbi inquit, quòd in affectibus artuum. hoc eſt, extremorum membrorum, quæ ἄκρα à Græcis dicũtur, ſanguis à coniugatis ſit detrahendus: licet in libro de Ratione curandi per ſectionem venæ, dixerit, quòd decumbente fluxione ad genu, ſit ſecanda vena in cubito ex eadem parte.

Quamuis autem anceps & perplexa videatur hæc dubitatio: illam tamen facilè explicabimus, ſi veram ſoluendarum dubitatiunum rationẽ, quam nobis inſinuauit Hippocrates primo de Ratione victus in acutis morbis, Galenus verò in ſuis Commentarijs explanauit, ſequuti fuerimus. illa verò in hoc conſiſtit, vt communia & generalia præcepta à proprijs rectè diſtinguamus, ex ignoratione enim iſtius rei omnes ferè errores in artibus & diſciplinis, omniaque diſsidia opinionum defluxère. Sed iam de hac re particulatim agamus.

Coxendicus & articularis dolor à Galeno ad genus inflammationum refertur, ſicuti & bubo, & vteri etiam phlegmonæ, & id genus alia plura: vnde neceſſe etiam eſt, vt ſub communi inflammationum curatione ea omnia comprehẽdantur. quòd ſi præterea vnaquæque harum propriam aliquam priuatamq́; rationem ſibi vendicat, neceſſe etiam eſt, quòd inſuper communis illa inflammationum methodus, per has proprias priuataſque rationes determinetur & varietur. Communis verò curationis ratio illa eſt, quã Galenus decimotertio Methodi, capite ſecundo expoſuit, quæque ab inflammationis eſſentia, & à modo quo generatur, depromenda eſt. Ait enim, phlegmonem conſtare confluxu calidioris ſanguinis: vnde fit, vt prima indicatio curationis ea ſit, quæ omnibus illis communis eſt: nimirum euacuatio ſanguinis redundantis in particula, qoæ eſt ab inflammatione obſeſſa. Quando verò fit inflammatio, & eſt in generatione, non æquè poteſt eius integra curatio in vnam & ſimplicem indicationem reſolui, imò neceſſe eſt vt duplex in ea extet indicatio, quarum altera ad curatricem medicinæ methodum pertineat, ea nimirum, quam nuper expoſuimus: altera verò ad illam, quæ prouidet ne morbus fiat, vel quæ præcauat. nam in hoc ſtatu inflammatio partim facta eſt, partim eſt futura: & hæc maximè reſpicit cauſas, quaſi accerſentes inflammationem, eamq́; augentes, nempe vt eas tollat. Sicuti autem varius eſt locus, in quo ſedem habent hæ cauſæ, quas, dum occaſionem præſtant, inflammationem accerſere diximus, ita diuerſam eas tollendi rationem indicant & diuerſa loca, quibus adhibenda ſunt reuellentia auxilia: atque hoc poſtea fuit in cauſa, vt tum alij Medici, tum vel maximè Galenus de his in vno & eodem affectu diuerſiſsimè eſſe loquuti videantur. Sed magis particulatim hæc explanemus. Cauſæ confluxus humorum ad partem, quæ à phlegmone corripi cæpit, à quo repleta in tumorem mox attollitur, aut ſunt in ipſamet affecta parte, quæ iam laborare incæpit, aut in alijs ab illa diuerſis & remotis. in ipſa quidem ſunt, quandu aliqua in ea extant, quæ ipſam cogunt ſuperuacuum ſanguinem ab alijs attrahere: cogunt autem attrahere, vel aliquis in illa concitatus dolor, aut maior aliquis calor, quàm eius natura requirat. nam eodẽ lib. cap. 4. inquit Gal. quòd tam dolor, quàm calor ſuccos vicinos attrahat. In alijs autẽ partibus cauſæ vel occaſiones fluxionis reſident, quando illæ irritatæ & excitatæ, coguntur ſuperuacuos, qui in illis ſunt, ſuccos, vt ab illorũ moleſtia liberentur, ad alias partes aptiores ad eos recipiendos, impellere. duo autem ſunt quæ illas irritant excitantq́; ad impulſionem: aut nimia plenitudo illas aggrauãs, aut praua illorũ qualitas: alteras verò ad recipiendum aptas reddit earũ imbecillitas. vndecunq; illa

ortum habuerit. Sed his eſt inſoper addendum,
quód cùm pars affecta ſuccos dictis de cauſis at-
trahit, huius attractionis ratio non eſt duntaxat in
ipſam attrahentem referenda, ſed &, vt ibidem do
cet Galenus, in vicinas & ſuperpóſitas partes;
quia, ait ipſe, incipit quidem occaſio attractionis à
parte affecta, mox tamen quicquid eſt phlegmo-
nes, efficiunt ſuperpoſitæ particulæ: Sed redea-
mus ad impellentes partes: interdum vna tantùm
eſt pars, quæ impellit, interdum plores; nonnun-
quàm vero vniuerſom corpus, quando illud mul-
to aut malò ſanguine plenum eſt. Pro diuerſitate
harum conditionom diuerſimodè tractatur à Me-
dico inflammationis curatio, cùm in conſideratio-
nem ea omnia illi ducenda ſint, ſi rectè ſit curatio
inſtituenda: quia ea itidem omnia ſuas priuatas
indicationes habent. nam ſi vniuerſum quidem
corpus minimè plenum ſit, oportet vt occaſio de-
fluxionis ſit ab aliqua definita particula, vel ab ali-
quibus, ſi plures fuerint, quæ in ſe defluxionis cau
ſam contineant. Vbi ergo iam cœpit inflammatio,
duplex ſtatim emergit indicatio, altera à parte, vel
à partibus, vnde defluit humor, qui efficit & fouet
inflammationem: altera verò ab illa particula, quę
cæpit ab ea corripi. & ab hac quidem nobis indi-
catur, primùm vt obſiſtamus, quò minùs ſucci, qui
mouentur, in eam ferantur: deinde verò, vt id,
quod iam influxit, per vacuationem inde detra-
hatur. Obſiſtimus autem repulſo inde humore
per ea remedia, quæ refrigerando & adſtringen-
do repellunt, & ſubinde particulam roborant: va-
cuamus verò vel per eam vacuationem, quæ ſen-
ſus latet, vt per digerentia diſcutientiaque, vel per
illam, quæ conſpicua eſt ſenſibus, vt per venam
ſectam, aut cutis præciſionem. partes verò à qui-
bus defluunt ſucci, qui ad inflammationem ferun-
tur, & ipſæ ſuam proferunt indicationem. cùm e-
nim aut omninò, aut magna ex parte cauſam flu-
xionis in ſe contineant, nobis indicant illas eſſe in-
de detrahendas ſi deſitura ſit fluxio. à Medico igi-
tur hę omnes indicationes diligenter conſideran-
dæ ſunt, & nõ modò ſingulatim & ſeorſum, verùm
& illas mutuò conferendo: nempe vt illæ in eum
ordinem digerantur, quem earum vis & natura re
quirit, vt mox iudicare poſsit, à qua earum ſit in-
cipiendum, atque poſteà ita ſubinde. nam raró
admodum poſſumus ſimul & eodem tempore ea
omnia perſequi, quæ ab illis indicantur: quamuis
interdum non ſolùm poſſumus ea omnia exſequi,
quæ à conuentu indicationum, quæ ab his depro-
muntur, nobis eſſe agenda indicantur, ſed etiam
vno eodemque remedio. hoc enim docuit Gale-
nus eodem decimotertio Methodi, capite ſexto.
nos autem id exponemus eiſdem vſi exemplis. Si
ergo ex dolore, in aliqua particula orto, excitari
incipiat aliqua inflammatio, dolor verò occaſio-
nem habeat ab aliquo flatulento ſpiritu ibi con-
tento, nullaque ſit præterea, aut ſaltem non inſi-
gnis vniuerſi corporis plenitudo, vel in alia vici-
na particula, vſu digerentium diſcutientiumque
fomentorum ſtatim & flatus diſcuti poterit, &
quod iam in phlegmone receptum eſt, vacuari: ita
etiam, an Galenus, ſi dolor ſit concitatus ex ali-
qua calida, vel etiam frigida intemperatura, vſu re-
frigerantium ſimul & calidiorũ tolletur intempe-
ries, & repulſione locus inanietur: eodemque mo-

A do per calefacientia poterit ſimul frigida immuta-
ri temperies, & receptus humor digeri, præſertim
cùm ille non poſsit inter initia eſſe multus, neque
plurimùm impactus.

Et hæc mihi videtor eſſe ratio curationis, quæ
in pleuritide ab Hippocrate ſecundo de Ratione
victus in acutis morbis, fuit inſtituta, nempe per
fomenta calefacientia, ſine vlla alioquin manifeſta
vacuatione. Sed ſi fuerit aliqua quidem in vni-
uerſo corpore plenitudo, vel potius in vicinis, &
B ſuperſtantibus partibus, ea tamen omnino ſit mul
ta admodum: tunc indicatio aliarum partium, à
quibus ſanguis ſuperuacaneus defluere poteſt, ab
ea, quæ eſt partis iam laborantis, partim diuerſa
eſt, partim verò eadem: eadem quidem, quatenus
vtraque eſt vacuationis, nempe vt tum cauſa flu-
xionis auferatur, tum verò vt ſanguis detrahatur,
qui inflammatam partem replet: diuerſa verò eſt
earum indicatio, quia etſi ſit inanienda pars aman
dans, non tamen quocunque modo vacuanda eſt,
C ſed reuulſoriè, quod non requirit vacuatio partis
affectæ. Poſſumus tamen aliquando vtrique vna
eademque vena ſatisfacere. quia, ſi ſit aliqua vena
ambabus partibus vicina, communiſque, nempe
amandanti & recipienti, illa communi venâ ſectâ,
vtræque partes poterunt ſimul pariterque inaniri,
ac ita ſubinde auferri fluxionis cauſa, reuellique
ſanguis influens, atque ille, qui iam influxit, va-
cuari. Et huius exemplum ſatis clarum habemus
apud Hippocratem aphoriſmò nonò, decimo, &
D Galenum eodem ſecundo de Ratione victus in a-
cutis morbis, vbi ſcribunt, quód, ſi per ſomenta mi
nimè tollatur dolor, ſed potiùs increſcat, ſit vena
axillaris in cubito ſecanda, ex eodem latere, quam
aiunt poſſe pariter inanire ſuperiores partes tho-
racis vniuerſas in eo latere. quo loco ſi diligenter
velimus ea perpendere, quę ab illis ſunt literis tra-
dita, percipiemus, quòd, quamuis Galenus dicat,
quòd ſi dolor ſomentis non ſedetur, id ex plenitu-
dine totius accidet, non tamen propterea creden-
E dum eſt, quòd Hippocrates adeò ſtolidus fuerit, vt
voluerit curationem eſſe à fomentorum vſu inci-
piendam, vbi eſſet conſpicua vniuerſi corporis ple
nitudo, vtpote qui probè nouerit, fomenta in illis
non modò non poſſe prodeſſe, verùm & nõ parùm
obeſſe. quare, ſi ita malè ſentire volumus de Hip-
pocrate, oportet, vt dicamus, quòd vtebatur fo-
mentis ſtatim à principio, quando nullis alioquin
argumentis percipere potuerat, niſi ex vſu fomen-
torum, quòd adeſſet aliqua corporis plenitudo: &
F ideò illa etiam non poterat multa iudicari, quæ a-
lia ratione priùs non poterat deprehendi: ſed de
his aliàs memini me copioſiùs egiſſe. Quotieſcun-
que autem deprehenditur ſtatim à principio in v-
niuerſo corpore, vel in pluribus, vel magis præ-
cipuis & remotioribus partibus inſignis aliqua &
conſpicua plenitudo, quæ fluxionem foueat, non
ampliùs fieri ex ratione poteſt, vt vnâ & eadem ve-
nâ ſecta vtrique ſuccurramus, quia quandocun-
que plures ſimul coniunguntur indicationes, quæ
G inter ſe diuerſæ ſont, oportet illi priùs attendere,
quæ vim habet maiorem, vt tamen nunquam al-
tera ſit omnino negligenda, quantum ſaltem il-
lud fieri poteſt. Indicatio verò ab ea parte, vel ab
eo loco depromta, in quo ſuam ſedem habent cau-
ſæ fluxioois, ſemper ferè inter initia, vt ſæpè aliàs,
præſertim

præſertim verò 13. Meth. teſtatus eſt Galenus, vim A
habet maiorem, ab ea ergo curationis exordium e-
rit ſumendum: hæc verò indicatio eſt vacuationis,
quare primus ſcopus, Medico propoſitus, eſt va-
cuare particulam illam, quę humores amandat ad
locum, qui ab inflammatione cœpit corripi, & id q̃
citiùs fieri poterit: nam hoc ſanè pacto prohibe-
mus, ne inflammatio increſcat. Sed hoc ita agen-
dum eſt, vt neque obliuiſcamur loci affecti & reci-
pientis: nó obliuiſcemur autem, imò illi rectè con-
ſulemus, ſi, dum vacuamus impellentes partes, mo B
tos humores aliò, quàm ad locum affectum con-
uerterimus, imò quàm fieri poteſt maximè procul
illum abducamus, ſi Galeni præceptú verum eſt,
dicentis, quòd ſicut ipſa affectio rationem reme-
diorum nos docet, vt an euacuandum ſit néne,
ita locus affectus nobis oſtendit locum, per quem
magis vacuare expediat. nam ſi iudicauerimus ſan
guinem eſſe detrahẽdum, & id per venam ſectam,
uobis venam, quę ſit ſecanda, monſtrabit locus in-
flammatus, quantum pertinet ad curationé ipſius C
inflammationis, quia citiſsimè & commodiſsimè
ſit alicuius loci vacuatio, quando vena ea ſecatur,
quæ vicinior eſt, & cómunis parti quæ exinanien-
da eſt: quia verò non ſolùm quærimus vacuatio-
nem iſtius particulæ, ſed priùs, atque etiam magis
in principio inanitionem partis, à qua humor in-
fluens impellitur, ſimul quoque inſtituimus reuul
ſionem eius à laborante parte: reuulſio verò dici-
tur, quando fluẽs ſuccus procul trahitur, & in con-
trarium locum illi, in quem fluere cœpit. hoc enim D
eſt decretum tum Hippocratis, tum verò Galeni
in locis plurimis, vbi de reuulſione ſermonem ha-
buère, quorum uos nonnulla afferemus. Sexto po
polarium morborum libro ait Hippocr. ſi ſurſum
delata repant, deorſum ſoluere, & ad contraria, Ga
lenus verò ſecundo libro ſuorum Commentario-
rum, capite nono, ſentẽtiam hanc Hippocratis ex-
planans, hæc protulit: Succi particulis diſsimiles,
in vniuerſum, ſi ſurſum ferantur, deorſum ſoluere
oportet, & ſi deorſum, ſurſum ſunt reuellẽdi: ſub- E
dit autem paulò pòſt: Vt ſit hac parte ſermo de pri
ma affectus generatione, qui iubeat ſtatim ad loca
contraria reuellere. decimotertio autem Metho-
di, capite 6. ſæpè hæc repetit: Reuulſionem ſem-
per ad remotiſsima facito. & pauló pòſt, Reuelle-
re, inquit, opus eſt, cùm fluere incipiunt ſuperua-
cui humores, remotiſsimè, non autem trahendi
ſunt ad locum affectum. nemo eſt ergo qui, ſi ani-
maduertat, videre non poſsit, quòd ea vena ſtatim
à principio inflammationis ſit ſecanda, quæ parti F
amandanti ſit vicina, ac illi maximè affinis, ſitque
remota à loco, in quem fluxio defertur, idque eò,
vt poſsit impetum fluentis humoris procul & in
contrarium locum conuertere. Quare neque mi-
rum deinde fuerit, ſi Medici eàdem particulà eo-
dem morbo laborante, interdum vnam, interdum
alteram venam eſſe ſecandam præcipiant, nempe
pro diuerſis ratione & ſitu particulæ amandantis:
præſertim verò ſi adſit vniuerſi corporis plenitu-
do inſignis. quotieſcunque verò ſuboriatur ex a- G
liqua cauſa, in primis autem externa, inflammatio
in aliqua parte, citra conſpicuam vniuerſi corpo-
poris plenitudinem, ſimplex omninò exſurgit in-
dicatio. ſufficit etenim ſimul vacuare locum affe-
ctum, vicinasque & circumſtantes partes vacuare,

à quibus facilior & freqũetior ſolet eſſe humorum
confluxus ad inflammatum locum, vnde tunc ſa-
tis erit eam venam ſecare, quæ & vicinior ſit, & ma
gis communis vtriſque. Sin autem adſit aut vni-
uerſi corporis, aut aliquarum aliarum partium
conſpicua plenitudo, nó erit ea vena ſecanda, quæ
communis ſit & propinqua loco affecto & vicinis
partibus, ſed potiùs alia petenda eſt ab his remo-
tior, alijs verò communis & propinqua, vt procul,
& in contrarium attrahatur confluens humor, &
hac ratione accommodata fiat reuulſio. Vnde in
inflammationibus vteri, veſicæ, coxendicis, & cum
his inguinũ etiam inflammationes poſuerim, (has
enim omnes, quatenus ad venam ſecandam perti-
net, in eundem ordinem ipſe retulit) Galenus di-
xit citiſsimè conferre, ſi venæ in poplite, vel prope
malleolos ſecentur. mox verò ipſemet inſinuaſſe
videtur, quomodo hoc præceptum ſit intelligen-
dum; nimirum ſi nulla alia præterea ſit adiuncta
indicatio; quæ ab hac prima, quam affectio & lo-
cus affectus obtulir, Medicum auertat: ſicut inter-
dum alia ſolet apparere inter prima morbi initia,
nempe quãdo adeſt conſpicua aliqua corporis ple
nitudo, aut alterius partis, à qua poſsit fieri deflu-
xio. Inſinuauit autem propoſito exemplo coxen-
dicis 10. de Compoſ. med. ſecundum locos, dum di
xit, ꝙ inter initia vena ſecanda eſt in poplite, ali-
quando autem in cubito. quem locum tractantes
Aetius lib. 12. & Paul. lib. 7. breuiſsimè & planiſsi-
mè id, quod hactenus diximus, explanârunt. ait e-
nim Aetius, cùm coxendicis dolor ortum à pleni-
tudine habet, miſſo ſanguine, primùm quidé è cu-
bito, curandus eſt, mox verò prope talos, vel in po-
plite. in principio enim inflammationum vena ſe-
canda, quæ vim habet reuellendi. Id ipſum verò in
vteri affectibus oſtendere voluit Gal. 2. Artis cur.
ad Glauc. vbi inquit, ꝙ fluentibus adhuc humori-
bus reuulſio medela eſt, cùm verò membrum ob-
ſederint, deriuatio: & hoc exemplis exponens, ait,
In locis muliebribus reuelles, ſi venas in cubito ſe-
cueris, deriuabis verò, ſi in poplitibus, aut prope
malleolos, & hanc exponendi rationem Galen. in
lib. de Rat. cur. per ſect. ven. alio exemplo docuiſſe
videtur. ibi enim facta mentione aphoriſmi 68. lib.
5. nempe dolenti ſecundum partem poſteriorem
capitis prodeſt inciſa recta in fronte vena, cuius i-
tem ſit mentio 2. libro Commentariorum, in 6. E-
pidem. aphoriſmo 27. in quo aphoriſmo abſolutè
profertur ab Hippocrate illa ſententia, & citra vl-
lam omnino limitationem, & ipſe eam limitatè eſ-
ſe intelligendam cenſet, nempe vbi nulla adſit
conſpicua plenitudo, vtpote quia aut nulla præ-
ceſſerit, aut quia detracta fuerit, aliâ priùs venâ ſe-
ctâ. vnde poſtea, quaſi contrahens in vnam ſum-
mam omnem ſecandarum venarum rationem, ita
inquit: Incipientes phlegmonas reuulſione vacua-
re oportet, quæ autem iam ſunt inueteratæ, & ex
ipſis affectis particulis, aut ſaltem è vicinis, & hoc
multis exemplis explanato, tandem ita ait: Sic ca-
pitis grauitates. & inueteratos in eo dolores ex ple
nitudine manifeſtè leuare ſolet vena in fronte in-
ciſa, incipientes verò, & vigentes, retractio per cu-
curbitulam, tum ſolam, tum verò cum ſcarificatio-
ne: cæterùm oportet præuacuatum eſſe corpus. ex
quibus omnibus id quàm apertè videtur voluiſſe
inſinuare, ꝙ quando in curãdis inflammationibus

ſecátur venæ vicinæ affectis partibus, poſſunt quidem aliquam reuulſionis rationem ſeruare: niſi corpus fuerit plenum: non tamé ſimpliciter & abſolutè ea poteſt reuulſió dici, ſed particularis vel
Aphor. 27. localis reuulſio: ita enim Galenus 2. lib. in 6. Epid. illam appellat. Et ſicuti pleraque ália localia remedia, quando aliqua inſignis corporis adfuerit plenitudo, ex recta methodo corandi, non ſunt, niſi priùs inanito corpore, adminiſtranda: ita neque reuulſio, quæ propriè localis, ſed ab illis potiùs inchoandum eſt, quæ ſimpliciter reuulſiones dici mereotur, vt illæ, quæ procul attrahunt fluentes ſuecos, & eos in contrarium conuertunt: quod reſpiciens Galenus dixit, quód ſectio venæ in cubito reuellit in affectibus vteri, in poplite autem, deriuat, voluitque idipſum eſſe à pari intelligendum in coxendicis dolore: nempe, quód cùm opus eſt vera reuulſione, ſit primùm ſecanda vena in cubito, ea autem in primis opus eſt, quádo inſignis eſt, aut vniuerſi corporis, aut aliquarum partium remotiorum plenitudo, inanito verò corpore, deriuationis ergó, vena in poplite, vel ad malleolos.

EPISTOLA VII.

Ioanni Franciſco Cananio.

An calor externus partium ſolidarum in omni genere febrium ſit, an in hecticis tantùm.

DE propoſita quæſtione ſanè difficili, & non vulgaris eruditionis, vt meam tibi ſententiam commodiùs exponere poſſim, cenſeo priùs nonnulla ponenda eſſe fundamenta, ex doctrina Galeni deprompta, quibus fabrica hæc vniuerſa innititur: eius enim dogmata nobis ſequenda propoſuimus. ſed priùs quæſtionem proponamus, atq; eius rationē exponamus. Cùm itaq; febris ex propria ſua natura eſſentiaq; morbus ſit, vtpotè quæ omnium Medicorum ſententia primùm & per ſe operationes lædat, atq; in eo morborū genere ſit, qui ad intemperaturam pertinent: præterea verò, cùm in febre ſemper ſint aliquæ corporis partes, quæ caleſiunt, aliæ verò quæ iam calefactæ ſunt, (nam in hectica calefactæ ſunt ſolidæ partes, ſpiritus verò & humores ratione quidem hecticæ caleſiunt, nondum autē calefactæ ſunt, ſed in putrida ea ratione, qua putrida eſt, humores vel omninò, vel ſecundum aliquā eorum partem calefacti ſunt, ſpiritus verò & ſolida membra hactenus ſolùm caleſiunt: ita in ephemera ſpiritus ſunt calefacti, reliqua verò caleſiunt) meritò à profeſſoribus artis iſtius verſum eſt in dubium, an ſolus ille calor extraneus, q ſuam in ſolidis membris, quæ habitum corporis conſtituunt, ſit febris, ſiue illa iam calefacta ſint, ſiue caleſiant: an potiùs, vt hoc quidem in hecticis verum ſit, in ephemeris tamen & putridis falſum eſt: quia calor præter naturam in ſpiritibus & humoribus, quando hęc iam calefacta ſunt, propriè febris eſt. Vtrinq; autē quæſtió difficultatem non vulgarem videtur habere. Nam primùm cùm febris ex propria natura actiones lædat: alioquin enim neq; in morbis eſſet ponéda, illius præſertim erit affectio, cuius proximè & p ſe actiones lędit: primùm autē & per ſe læduntur actiones partium ſolidarum in febre, quia omnes in animantia cor-

A pore actiones, vt 1. aphor. & 3. de Facul. ſimpl. med. apertè teſtatur Galenus, fiunt à ſolidis partibus: & Aphor. 27. cap. 18.
cùm, vt pauló antè dicebamus, non in omni febre ſint calefactæ ſolidæ partes: in alijs enim ſolum caleſiunt: inde ſequitur, quòd calefactio ſolidarum partium, quamuis nondum facta ſit, eſt tamé tum morbus, tum febris. His præterea accedit, q, cum febris ſit affectio viuentis corporis duntaxat, & viuant ſolidæ partes ſolæ (in hoc enim omnes ferè recentiores conſenſêre,) humores verò & ſpiritus
B ſint materia, qua aluntur ſolidæ partes, vel animæ inſtrumēta, & veluti vehiculum facultates ad illas deferens: febris erit affectio partium ſolidarū, non autem ſpirituum vel humorum. Cæterùm non minores anguſtię ſunt ex altera parte, quia ſi velimus cum Galeno conſentire, non poſſunt actiones eo modo lædi, quo à morbis læduntur, niſi ab ea affectione quæ iam facta eſt. hoc enim Galenus in lib. de Inæq. intemper. cap. 5. nos docuit, vbi de febre ſermoné inſtituto, ait, quód ſi aliqua tranſmuten-
C tur, & id diutiùs fiat, tandem vincuntur, & ita proſus mutantur, vt non ampliùs caleſiant, ſed iam calefacta ſint in termino: addit autem, quód terminus tranſmutationis eſt læſio functionis cuiuſque particulæ: vbi non modó inſinuat, verùm apertè aſſerere videtur, quód functio tunc propriè læditur, cùm tranſmutatio ad terminum deuenit, neq; ampliùs tranſmutatur particula & caleſit, ſed iam tranſmutata & calefacta eſt. At in ephemera & putrida ſpiritus vel humores ſoli ſunt iam calefacti,
D cùm ſolidæ partes duntaxat caleſiant: ex quibus confici ſanè poteſt, quòd febris ſit calefactum quid in putridis quidem humores, in ephemeris autem ſpiritus. Hæc ergo eſt ſumma iſtius quæſtionis. Sed ponamus modò ea fundamenta, quibus innitentes. credimus nos non molto etiam, ni fallor, negotio hanc quæſtionem eſſe diſſoluturos. Primum autē depromſimus ex Galeno ſtatim à principio libri de Differentijs ſymptomatom; cap. 1. & eſt hoc, quòd duo ſunt neceſſaria ad conſtituendam
E morbi rationem in vniuerſum: nempe quód ſit, vt ipſe Græcè ait διάθεσιν, quod Latini interpretes affectionem vel affectum interpretati ſunt: ſed non habemus, mea quidem ſententia, in vſo Latinum aliquod vocabulum, quod Græco huic nomini poſsit accommodari: ſicuti neq; alterum, quod ex æquo alteri Græcę dictioni reſpódere poſsit, nempe τὸ πάθος, vel πάθημα, iuniores diſpoſitionem vel paſsionem dicunt. ſed ſi quis velit omninò loqui Latinè, hæc non exprimunt illud ſignificatum, in
F quo Galenus vſus eſt πάθος & πάθημα. & vt à priori incipiamus, diathesis vocabulo ſecos vtitur Galenus ibi, ac Ariſtoteles in ſuis categorijs: nam eum affectum diathesim appellat Galenus, qui non eſt ampliùs in tranſmutatione, ſed quando tranſmutatio ad terminū peruenit, & res iam eſt tranſmutata, neq; ampliùs illi, vt conſiſtat, opus eſt cauſa tranſmutante, vtpotè quoniam remoto quocunq; tranſmutāte poſsit conſiſtere & manere: vnde hoc modo calefactio, vt calefactio eſt, non eſt diatheſis
G vel affectus, ſed vbi per calefactionem adeò res incaluit, & caliditas adeò fixa eſt, vt extra fomentum quodpiam alicuius calefaciētis diutiùs conſeruari & manere poſsit: cùm tamen Ariſtoteles illam vocet diatheſim, quæ fixa & ſtabilis non eſt, ſed paruo quocunque negotio poteſt deleri. In præſentia

verò

verò cum Galeno loquamur. pathos contrà vel pa
thema illi eſt ea affectio, quæ adhuc fit & in tranſ-
mutatiune vniuerſa eſt, quæque nequit vllo modo
exiſtere ſine mouente vel tranſmutaote. Proximũ
ergo genus morbi eſt διάθεσις. Vltima verò differeo
tia, à qua abſoluitur morbi ratio, eſt, vt functiones
lædat primùm & ex ſua natura. Vnde ſicut genus
ita à differeotia reſpicitur, vt illa noo poſsit citra
genus ſuum conſiſtere vel exiſtere: ita etiam neq;
aliqua affectio in animante ſuborta poteſt aut eſſe
aut nuncupari morbus, niſi iam io affectum vel
diatheſim tranſierit, cuius ratio io promtu eſt, qoia
quæ in traoſmutatiooe ſunt, & vt iuniores loqui
ſolent, habent eſſe io fieri, illa & quòd ſint, & qoòd
agant, & tandem vniuerſa quæ habent, ab agente
& mouente habent, vt omnia in ipſum tranſmo-
tans & mouens demum tanquam io primum prio
cipium & proximam caoſam refereoda ſint: nam,
vt aiunt philoſophi, vnumquodq; vt eſt, ita etiam
agit: vnde quod ab aliquo eſt, ab alio taoquam à
primo & per ſe agente agit: quare ſi ex aliqoa cu-
iuſpiam particulæ tranſmutatione læditur eius a-
ctio, ratio cauſaq; illius læſionis primùm & per ſe
noo eſt in tranſmutationem referẽda, ſed in ipſum
tranſmutans, & hoc ſpectaoit, quæ tamen mea eſt
ſententia, Galenus in libro de inæqoali intempe-
ratura, vbi ait quòd læſio actionis eſt terminus
tranſmotatiunis. Nam ſi re vera ita eſt, vt hacte-
nus expoſuimus, oempe oportere, vt primùm &
per ſe lædatur actio, pathos vel pathema in diathe-
ſim traoſiiſſe & alterationem ad terminum deue-
niſſe, neceſſe eſt vt id à quo læduntur actiones non
modò trãſmotetur & afficiatur, ſed iam affectum
& traoſmutatum ſit. Alterum porrò fundameo-
tum, quod à iunioribus, & illis præſertim qui Aui-
cen. ioterpretati ſuot, tanq̃ veriſsimũ & certiſsimũ
accipitur, illud eſt, quòd, qooniam apud omnes fe-
rè in confeſſo eſt, morbum eſſe affectionem io cor-
pore aoimantis lædentem fuoctiones, putaot eſſe
neceſſe, vt morbus ſemper ſit in aliqua corporis
particula tanquàm accidens in ſubiecto. Hoc ve-
rò ſi in vniuerſum accipitur tanquam neceſſarium
in omni morbo, falſiſsimum eſt, & quod nullo mo-
do cõſiſtere poſſe arbitror, quia aliqui morbi ſunt,
qui ſi ſecundum propriam naturam eſſentiamque
conſiderentur, licet omninò ſint io ægrotante cor-
pore: noo tamen ſuot vel io eo vniuerſo, vel in a-
liqua eius parte tanquam accideos io ſubiecto.
Præterea & aliquæ ſunt in corpore particulæ, quæ
morboſæ ſuot ægrotantq;, quippe quarum maoi-
feſtò ſint fuoctiones læſæ. neque tamen aliquem
morbum habent, neque ab illis, vel aliquo in illis
reperto affectu, vlla poteſt accipi curationis iodi-
catio. Videbuntur hæc fortaſſe paradoxa, verùm
nos ex Galeni decretis ea eſſe veriſsima apertiſsi-
mè oſtendemus. Exordiamur autem à primo, &
primùm à morbis in numero. Sextus itaque digi-
tus morbos eſt io numero: monſtra etiam multa
generantur duplicatis manibus, vel pedibus, vel
ioterdum etiam capite. pars ergo illa aucta ſupra
naturalem corporis rationem, illius particulæ, cu-
ius actionibus officit, morbus eſt, & tamen in ea
miniмè perinde eſt, vt accidens in ſubiecto, neque
etiam in alia quapiam, cùm ſubſtantia ſit, cui pro-
prium eſſe dixit Ariſtoteles in ſubiecto non eſſe.
Sed ſi in corpore, vel in aliqua eius particula eſt, in

A ea iuxtà eſt atque pars in toto. Calculos etiam in
veſica interdum rationem habet morbi, interdum
verò cauſæ: nam ſi exiguus ſit, vt poſsit ingreſſus
meatum ceruicis veſicæ illum obſtruere, rationem
cauſæ, vt aliqoi ſentiunt, habebit, morbi in via: ob-
ſtruendo enim erit impedimento excretioni vri-
næ, neq; tamen ibi, quocunq; modo conſideretur,
erit ſicuti accideos in ſubiecto, cùm ſubſtantia ſit.
Sed & pterygium, quod Arabes vnguem appellãt,
B & vnguis Græcorum, quod eſt pus effuſum in ocu
lum, ponitur à Galeno io libro different. morb. in
morbis, quorum neutrum io ea parte, cuius mor-
bus dicitur, tanquam accidens io ſubiecto eſt. De-
inde verò ad morbos tranſeamus, qui ſunt in in-
temperatura, & rationem exemplumq; petamus à
Galeno in libello de inæqoali intemperatura. In-
flammatio proculdubio morbus eſt in intempera-
tura, vt tum ibi, tum etiam multis aliis in locis te-
ſtatus eſt Galenus, quę tamen nihil aliud eſt, ſi Ga-
C leni dogmata ſequamur, niſi ſanguis copioſus ibi
infarctus & ſupra modum excalfactus, à quo pars
in tumorem attollitur, & aliæ circunſtantes tranſ-
mutantur, & caleſiunt. Videbitur fortaſſe cuipiam
nouum, quòd inflammatio ſit ſanguis infarctus,
qoia ſanguis eſſet morbus, quem Auicenna vide-
tur ſenſiſſe eſſe cauſam morbi potiùs quàm mor-
bum, & cauſam coniunctam. Sed hoc Galeno ad-
uerſatur, quem in hac re nobis ſeqoendum propo-
ſuimus, tum qoia, ſicut aliàs apertiſsimè oſteodi-
D mus, alienum ab illius decretis omninò eſt ponere
cauſam cooiunctam in morbis: præterea verò in
libro de tumoribus præter naturam, inſtituto ſer-
mone de inflammatione, probat quòd ſit neceſſum
illam eſſe aut multitudinem carnis, aut multitudi-
nem ſanguinis: mox verò item probat, quòd non
ſit copia carnis, reliqoum ergo erit, vt ſit ſangois
multus in eam partem iocalcatus. Hoc idem etiam
oſtendunt illius verba in libro de inæquali intem-
perie, vbi oſtendit qoomodo ex inflammatione fiat
E intemperatura inæqualis. ait enim quòd ſanguis
tum ex conſtipatione, tum ex putredine excalfa-
ctus & feruens, calefacit partes in quibus contioe-
tur, nempe arterias, venas, & partes reliquas qui-
bus infarctus eſt, mox alias his vicinas, atq; ita de-
inceps, & ſi inſignis ſit inflammatio, vel ita cordi vi-
cina, vt tranſmutatio poſsit vſq; ad cor pertingere,
accenditur febris, ioterdum, vt ipſemet primo de
differentiis febrium expoſuit, ephemera. interdum
verò putrida. Ergo, vt ad noſtrum inſtitutum re-
F deamus, in ioflammatione, ſi verba Galeni rectè
perpendantur, morbus erit ſanguis calefactus, &
feruens, à quo aliæ partes deinde tranſmutantur,
& inæqualiter tranſmutatæ dolent. & ab eo ſan-
guine tranſmutante fit & inæqualis tranſmutatio
& dolor, quæ ſymptomata potiùs ſunt quàm mor-
bi: nam dolor eſt vitiata ſenſus actio: inæqualis
autem illa tranſmutatio, quæ dum fit, eget præſen-
te traoſmotãte, nequit eſſe morbus, cùm nondum
tranſierit in affectum vel διάθεσιν: neque cauſa, quia
G cauſa dicitur reſpectu morbi, vtpote quę ioterueo-
tu morbi lædit actiones, inter tranſmutationem
autem illam & dolorẽ nullus eſt morbus medius:
quare erit ſymptoma, & morbus erit illud, quod
calefactum eſt in ſanguine, quod re vera nihil a-
liud eſt, quàm ſanguis feruens & excalfactus, vel
pars aliqua ſanguinis. Huic inſuper accedit, quod

& curatio vel in dicatio curationis hoc idem oſten-
dit. curandi enim ratio vel indicatio à natura & eſ-
ſentia morbi ſumenda eſt, qoippe quòd propriè il-
le eſt, qui per curationem tollitur. at verò inflam-
cap.6.7. matiô, vt ibidem, & 13. meth. docuit Galenus, per
8.9. digeſtionem & ſubinde euacuationem iofarcti fer-
uentisq́; ſanguinis, aut per eius ſuppurationem. &
ſuppurati effluxum & euacuatiooem curatur. qua-
re morbus erit ſanguis replens, quando eo excreto
curatur ioflammatio. Sed iſtis & illod ex libro de
morborum diff. addamus, quo loco de frigidiorib⁹
tumoribus ſermonem habet: ibi etenim eas quæ in
illis continẽtur materias, eùm ita creuerint, vt iam
lædant actiones, morbos eſſe ait: cùm verò nõdum
læduot, aut cauſas, aut ſymptomata appellat. pari
ergo ratione ſanguis iofluens io aliquam particu-
lam, quádo nondum eò deuenit, vt actiones lædat,
morbi cauſa erit: verùm cùm iam lædere cæperit,
incipiet etiam eſſe morbos. liquidò ergo conſtat;
non omnem morbum eſſe in eo, cuius eſt vel dici-
tur morbus, tanquam accidens in ſubiecto. Poſſe-
mus autem ſicut in his oſtendimus, qui in numero
aucto, item & eos oſtendere, qui ad numerum im-
minutum vel deficieotem pertinent, noo eſſe quaſi
accidentia in ſubiecto in his, quorum morbi dicoo
tur. nam quando vel ab ipſo ortu, vel poſtea ab ali-
qua cauſa externa, vel ex interna, quapiam occaſio-
ne deperdita eſt aliqoa particula, quę ſit alicui fun-
ctioni neceſſaria, vt abſciſſo digito, vel gurgulione,
vel alia quæcúq; illa ſit particula, defectus ille mor-
bus ſanè eſt illius inſtrumenti, quod propterea æ-
grotare dicitur, qoia illi ea deeſt particula: iode e-
nim læſas operationcs edit: nihil tamen In eo eſt,
taoquàm accidens in ſubiecto. verùm hæc omnia
eo in libro legantur. Cęterùm ad aliod properam⁹,
quod magis facere poterit ad iſtius quæſtionis ex-
planationem, nempe vt aliqua de febris ratione di-
camus. Porrò ſi rectè diligenterq́; verba Galeni, v-
bi de oatiuo & externo calore verba facit, conſida-
rauerimus, qui calor externos accipitur vt genus
in definitione febris, & motuò ills conferamus, fa-
cilè percipiemus, vtrumq; calorem, natiuum nem-
pe & externũ, conſtare corporea quadam ſubſtao-
tia, neq; eſſe ſola accidentia: quod nos pręteritis an-
nis moltis cùm rationib⁹ tum maximè Galeni ao-
ctoritatibus apertiſsimè monſtrauimus, io pręſeo-
aph.14. tia autem vnam vel alteram repetemus. Itaq; pri-
mo aphor. vbi Hippocratem à Lyci calumniis de-
fendit, primùm nomẽ calidi diſtinguit. nam io vo-
ce hac τὸ θερμὸν, ait latere ambiguitatem, vel, vt nunc
loqui ſolemus, æqoiuocátionem, qoia ioterdum
homines illud proferant ad ſignificandam ſolam
qualitatem, ac ſi caliditatẽ dicerent, interdum verò
per calidum intelligant ſubſtaotiam qoandam ca-
lidam, hoc eſt calore affectam. quo deinde factum
eſt, vt Lycos hallocinatus ſit, qui contra Hippocra-
tem inſiſtit, ac ſi de qualitate loqueretur, cùm tamẽ
Hippocrates in aphoriſmis loquatur de corpore
vel ſubſtantia calida. huc præterea & illud accedit,
contex.14. quod teſte Galeoo multis in locis, præſertim verò
16.23. quarto libro commentarij in ſexto epidem. Hippo-
crates duplex cognouerit calidom in corporibus
animaliom, qoorum alterum oatioom vel inſitum
appellauit, quod ſuam eſſentiam in ſanguine ha-
bet, & io ſanguineis viſceribus, alterum aduenti-
tium & præter naturam, quod acre, igneũ & mor-

A dax eſt, ſub quo genere eſt febris. & horum duorũ
geoerum differentias in eodem aphoriſmo expoſi-
turus, ait natiui caloris ſobſtantiam eſſe aeream &
aqueam, parum admodom terrenæ ſubſtantię par-
ticipem, vtpote quæ in ſe plurimum calidi aerei a-
queiq́; contineat, & bene temperata ſit: ſubſtantia
verò aduentitij caloris ignea eſt, quod ſigno & ar-
gumento ab experientia deducto probat. nam ef-
fluxus vel vapores qui ſolent attolli ab aduentitio
B calore, fuliginoſi, aridi, & acres ſunt: qui verò à ca-
lore natiuo, vaporoſi, ſuaues & bene temperati.
Quis autem adeò proteruus & ingenio obtuſus
eſt, qui noo percipiat, quòd duo hæc calidi vel ca-
loris genera ab Hippocrate propoſita calida corpo
ra ſint, & genera corporum calidorum in genere
ſubſtantiæ, non autem qualitatum, contineantur.
Hoc ſanè non modò ex Hippocrate & Galeno, ve-
rùm & ex Ariſtot. quoq; poſſumus probare, qoi &
ipſe hoc idem de calore ioſito ſenſit. Verùm dili-
C gẽs & exquiſita iſtius rei tractatio alibi à nobis fuit
inſtituta. Sed cùm febris, vt eiſdem io locis Galen.
teſtatus eſt, fiat per coouerſionem natiui caloris io
igneum, ſequitur, qoòd, ſi innatos calor ſit corpus
& ſubſtantia, pariter & ille, qui febris genus eſt, cor-
pus & tandem ſubſtantia ſit. Vnde nemo eſt, qui
oon perſpiciat, ex his ſequi, quòd neq; febris hac
ratione ſit in corpore animantis, coius actionibus
eſt impedimento, quaſi accidens in ſubiecto. Alte-
rum autem paradoxum, quod expooendum pro-
D bandumq́; propoſuimus, oimirum quòd ſępe par-
ticulæ in animantis corpore ægrotantes, quippe
quarum actiones ſint læſæ, nullum habent io ſe
morbum vel proprium affectum, apertum atq; ad-
eo euidens eſt, præſertim in illis quæ conſenſu la-
borant, maximè quando conſeoſus ille eſt, qoem
abſolutom Auicenna appellat prima tertij, vt nul-
lam ferè videatur requirere probationem. ſed vno
vel altero exemplo rem explanemus. In oeruorum
reſolutiooe, quæ ex obſtructione priocipij oeruo-
E rum fit, quod eſt in ſpinæ medulla, ſicut & in apo-
plexis, epilepſia, vertigine, & multis aliis affectib⁹,
omnes ſubiectæ particulæ, nempe brachia, manus,
crura, pedes, imò ſępe anos & veſica, ſoo, qoem per
muſculos habeot, motu, itemq́; ſenſu deſtituun-
tur, & proinde etiam ægrotant: cùm tameo nihil hę
partes in ſe contioeant, quod poſsit morbus ouu-
copari: ſed alieno tantùm, nòn proprio, morbo ipſę
laborent. vnde cùm res hæc illis omnibos, qoi me-
dicinam vel à limine ſalotauerint, ſit aperiſsima,
F (qoia enim noo oouit, quòd inferiores partes ex
eo morbo laborant, qui originem neruorum occu-
pauit, oempe ex eius obſtructiooe) non eſt cur in
ea probanda diutiùs immoremur. Poſitis autem,
his atq; etiam explanatis, noo videtur arduũ pro-
poſitam quæſtionem diſſoluere. Dicimus igitur,
quòd omnis febris primùm & ex ſua natura eſt ca-
lefactum, quod eſt vel in ſpiritibus, vel in humori-
bos, vel in ſolidis particulis, iuxta triplicem febriũ
differeotiam: & ſi exquiſitiùs loqui velimus, & ad
G viuum vſque rem ſecare, febris ſecundum rei veri-
tatem nihil eſt aliud, niſi potridus & excalfactus
humor, aut potiùs putrida fuligo quæ cor patit, vel
ſpiritus excalfactus cuius oatiua temperatura ad
igneum eſt conuerſa, à quo reliqua calefiunt, aot
deniq; natiuus, & ingenitus ſolidarum partium ca
lor, qui oaturali & propria eius temperatura tranſ-
mutata,

mutata, in calorem igneum eſt conuerſus: præcipuè verò, vt primo de differentiis febrium probanit Gelenus, in corde: qnia febris primùm & per ſe eſt affectns cordia: nam reliquæ partes conſenſu cum corde leborant in febre, ſaltem inter initia: quia poſſunt & ipſæ, ſi diutiùs à corde tranſmutentur, proprio tãdem affectu laborere, quemadmodum paulò antè ex Galeni ſantentia oſtendimue, quód in inflammatione ratio propria morbi in ſanguine efferneſcente vel putreſceute ſer- B uatur, vtpote qui ſnlus iam incelucrit, vel ſit, vt iuniores loqnuutur, in calefacto eſſa, & non in particulis, quæ ab eo calefiunt: quodq́; calefactio, & earuudem ſubinde dolor, cùm ſequãtur calefactum ſanguinem, qui ſolus retinet morbi rationem, ſymptometum potiùs retionem ſubeunt, quàm morbi: qnippe quæ nequennt, dnm fiunt, morbi rationem babera, cũ uou ipſa primùm & ex ſe lædant operationem, ſed quatenus eb eo pendent & fouen- C tur, quod iam factum eſt: nam eo ablato quod primum tranſmutans eſt, quodq́; ſtabilem iam & factum calorem habat, cõſecutione quadam reliqna omnia ſpoute auferuutur. Ita quoq; in febribus vniuerſe morbi ratio, nempe quód ſit effectns vel διάθεσις, qnę primùm & ſecnndnm aius propriã naturam nperetionee lędat, in eo raperitnr quod iam celeſactũ eſt: nam in illud refertur quód ſit διάθεσις, quodq́; per ſe actiones lædat, de reliquis autẽ quæ ſunt, vt dici ſolet, in calefieri id proferre poſſumus, D quod de cæteris ſymptometibus medici ſolent ꝓferre, nsmpe quód ſequantur id, qnod iem calefactum eſt, perinde vt vmbre corpus. Et ſicuti ab vno & eodem morbo multa ſymptomata ſequi ſubiude poſſunt, ita in inflammatione & febribue putridis vel ephemeris, dum tranſmutantur ſolidæ partes, primum ſymptomata, quod calefactum illud rationem morbi, vt diximns, obtinẽs ſequitnr, eſt ſoliderum partium calefactio, & ad mutatam qualitatem pertinet, & hanc proximè ſequitur dolor, vel triſtis in illie ſenſus, quæ licet ſubinda ſe- E quantur, prima tamen & per ſe horum cauſa eſt id, quod iam calefactum eſt. His probè perceptis, uou videbitur empliùs difficilis diſſolutio earum quæſtionum, qnę iunioribue noſtris tantum faceſſebát negotij. concedimua etenim morbum eſſe affectionem viuentis corporis, & admittimns etiam quód ſolæ perticulæ, quæ corporis habitum cõſtituunt, per ſe viueut, quodq́; ſolæ poſsint ęgrotare, vtpote ad qnas operatio primùm & per ſe attineat: ſed & F illud poſtea animaduertendum, quód non ſemper deinde neceſſe eſt illas ſuo ꝓprio & primario morbo laborare. quia ſæpè eerum actionee læduntur, ſed nõ ab aliquo proprio, qni in illia ſit, effectu: ſed ex effectu vel vitio, quód primùm & per ſe coutractum eſt in ſangnine & ſpiritibne, qnæ partee, quáuis concedamue, quód minimè ſint animatæ primùm & per ſe, tamen negari non poteſt, qnód neceſſariæ ſint ad integritetem & abſolutionem corporis, & ad operationum perſectionem, quæ à ſoli- G dis partibua ednntur. Vnde cùm vitinm vel affectus iu illis contractus ſit, licet non conſtituãt corporis hebitum, quia temen ſuut in eo ex propria eius nature, & neceſſaria ad omnia elns mnnie obeunda, hac ratiuoe dici poſſunt affectus & paſsiones ipſius, quia corporis actiones primùm & per ſe lædunt, vel iſtarum partium, quæ primùm & per

A ſe viuunt, operatiouibns impedimeoto ſuut.

EPISTOLA VIII.

Eidem.

De cauſa continente: item an in acceßionibus febrium cibandum ſit.

ARguta ſanè & scuta ee ſunt, Ioannes Franci- B ſce, qnæ, vt noſtram de ceuſa couiuncta, deq́; ratione cibum in acceſsionibus offerẽdi, ſententiam demoliaris, quaſi ſpicnla contorques. Verùm quia nihil veriiate ſolidius & firmius eſt, illa infringi minimè poſſnnt, ſed ſtatim retuſa acie reſiliunt. Sed vt meliùs percipias, quáta vis ſit in veritate, & rectè conſtitutis ſententiis, tibi eſt animaduerteudnm, quòd, qnicunq; hac in re volnêre in alium ſenſum detorquere theoremata, quæ ſunt tãqnàm vniuerſalia ab auctoribns accepta & conſti- C tuta, vt ſaltem adnmbrẽt ſuam de hac re ſententiã, ad prinate qnędem qnaſi diuerticula deflectere co acti ſuut. Galen. in vniuerſnm ſanè nnllem in morbia continẽtem, vel coniunctem, cauſam admittit, eùm neqneat cum ratione morbi conſiſtere, cùm illa affectua propriè ſit, qui poſsit per ſe, citra vllnm alicnins cauſæ fomentum, exiſtere. At illi, qui eam defendere volnnt, ebſolutè qnidem & vniuerſim uon audent, ſed tantùm perticnlatim aliquid quęrunt, quod proferant, quodq́; eliquam veriſimili- D tudinam habeet. Vnde alij confnglunt ad morbos, qui nondum facti ſunt, ſed hactenus finnt, contra quos non eſt cur plura dicamus, eùm in ea, cuins meminiſti, quæſtioue, qnsntum nobis videbatur poſſa ſſe ſatis, diſſeruerimns: Alij verò, in qnib. & tu eſſa videris, canſam conſeruantem prætendunt. Sed neqne bæc ſenteutia cum Hippocratis & Galeni decretis cohærere poteſt. Poſito namq; hoc, in morbis canſam reperiri coutinentem, vel coniunctam, qnæ morbum quidem non efficiat, quia cùm E iam eó peruentum eſt, vt qnelitas, per tranſmutatiouem indncta διάθεσις ſit, quateuus talis eſt, non ſit ampliùs, verùm iem fecta eſt: ſed quæ morbnm ſeruet & cuſtodiat, quò minùs tolli poſsit, niſi ablatâ prius illâ causâ: illud poterit profectò aliquem habere prætenſam veri ſimilitudinem, ſed illa erit potiùe veritetie vmbra, quàm veritee, quia ſi cauſa illa, quam conſeruentem appellas, ſit babitnra aliquam ratiũnẽ cauſæ, erit potiùs cauſa antecedens, quàm coniuncta: & hoc facilè poſſumns probare: F nam qui duplicem poſuere cauſam in morbis, nou cenſuere eſſe neceſſe, illas eſſa re & ſpecie differentes, ſed qnadam retione, comparationéue: nem in illorum ore hoc adeò frequens eſt, vt iam in prouerbium trãſierit, quód cauſa antecedens dicitur, quæ morbum creendi poteſtatem haber, cùm veró iam actu illum efficit, trenſit in cõiunctam. Sed & huic vnum alind eddamus, quód tripliciter dici poteſt aliqua cauſe conſeruans: Primùm quidam & pro- G priè, quia res quæ cõſeruatur, ſine illa cauſa nequit generari, neq; cõſiſtere: ſicnt ſol, vel lucidum elioquin corpus, lumen conſeruat, quie lux neque eſſe, neque fieri poteſt, ſine lucido corpore præſente: moueus etiam & tranſmutaus, motionem & tranſmutationem efficit, atqne conſeruat, vtpote quie hæc ſine illie ueqnaquam eſſe poſsint. Hoc autem modo nequequam coucedenda eſt cauſa

côiuncta in morbis, quia nô eſſet affectus, vel διάθεσιν. poſſunt quidem id genus cauſæ reperiri in ſymptomatibus, & præſertim in illis, quæ ad genus actionum læſarum pertinent, & hoc etiam ex Galeni ſententia, quia motiones ſunt: in morbis verò neqnaquàm. Aliquãdo dicuntur cauſæ conſeruantes, quæ dum præſentes ſunt, ipſum morbum augent: ſicuti morbis contingit, qui à fluxione fiunt: ab eadem enim diutius conſeruantur, non ita tamen, quin, repreſſa fluxione, poſsint per ſe conſiſtere, vnde etiam morbi iam ſunt, ſi tamen eò creuerint, vt actiones lædant: qoamois morbus nequeat tolli, niſi auferatur priùs fluxio, à qua fnoetur & ſeruatur. Deniq; aliqoando morbus etſi non augeator, conſeruatur tamen ab illa cauſa, à qua habet fomentum, quia qoãtum de eo, vel à natura, vel ope artis detrahitor, tantundem à fluxione additur. Sed quomodocunq; ſe habeat hæc cauſa, quã, quia morbum fouet, coniunctam appellas, ſi Galeni decreta ſequamur, quando nondum cœpit actiones alicuius particulæ lædere, erit cauſa antecedens, cũ autem iam lædit, erit morbos, non ampliùs cauſa: nam cùm morbos ea ratione conſeruetur, quia aliquid continenter illi additur, hoc quod additur, antequàm in vnom cum præcedenti coeat, rationẽ cauſæ antecedentis habet, ſed eùm coit cum præcedenti morbo in vnum affectum, non ampliùs rationem cauſæ retinet, eùm primùm & per ſe iam operationes lædat, ſed morbi rationem induit. ſicut enim in inclinationib. paulatim morbus imminuitur digeriturque, & pars illa, quæ à morbo, ſuperato à natura, recedit, priùs morbus, vel pars morbi erat, cùm quantum ad illam pertinet, actiones vnà cum reliquo morbo læderet: ita quidquid ab illa conſeruãtis cauſa additur morbo, ſiue inde ille augeatur, ſiue foueatur, cum præcedenti additum, vnà cum illo incipit actionib. officere, ad rationem morbi attinet: antea verò non continentis, ſed antecedentis cauſę rationem continet: quod apertiſſimè à Gal. in lib. de tumor. præter naturam expoſitum eſt, vbi ait, quòd in frigidioribos abſceſsibus, quales ſunt, qui meliceridès, atheromata, & ſteatomata dicuntur, & aliis qui in illud genus referuntur, ſi materia in illis congeſta nondom eò peruenit, vt operationes lædat, cauſa eſt, neq; illa eſſe poteſt niſi antecedens, cùm aũt iam lędit, morbus eſt. Neq; illud, quod tãquam abſordum adducis, multam vim habet ad deſtruẽdam noſtrã ſententiam, nempe, quia ex ipſa ſequeretur, quòd ſubſtãtia cauſæ tranſiret vel mutaretur in ſubſtãtiam effectus, quia nô fit tranſitus ſubſtantiæ in ſubſtãtiam, quãdo cauſa antecedens tranſit, atq; aſſumit rationem morbi, ſed ſola fit tranſmutatio cõparationis, vel, vt noſtri philoſophi loqui ſolent, relationis vel reſpectus: nam eùm cauſa morboſa dicatur, ſicut & morbus, per cõparationem ad actiones, quę læduntur, (morbus enim eſt, qui proximè actiones lędit, cauſa verò, quæ non proximè, ſed per alium actiones lædit, nempe per morbum) non poſſum perſpicere quidnam obſtet, quò minùs res eadem, quæ primùm & proximè non lædebat, mox lædat. materia enim quæ priùs in venis, vel anfractibus cerebri continebatur, antequam effunderetur in ventres, eos nô obſtruebat, & poni poterat in cauſis antecedentibus apoplexiæ, vel epilepſiæ, quia nondũ eorum functiones lædebat, vbi verò in vẽtres con-

A fluens, illos incipit obſtruere, incipit & lædere, vnde & in morbum tranſit. nô mutatã ſubſtantiã, ſed tantùm mutato loco. Poſtquam aũt & exemplis agis, vt noſtram infringas opinionẽ, tuamq; erigas, de propoſitis exemplis paucula quædam dicemus, cùm illa potius nobis faueant, quàm aduerſentur. Et quia incidit mentio obſtructionis, vnde ortum habent attonitus & comitialis, morbi: ideò ab eo exemplo exordiemur, vbi primùm hoc aduertendũ

B eſt, quòd obſtructio vel nullo modo morbus dici poteſt primùm & per ſe, ſed magis ſymptoma, vel nihil aliud eſt re ipſa, quàm craſſus vel multos humorum infarctus, & occupans vaſa vel vias, per quas humorib, vel ſpiritibus, vel excremẽtis tranſeundum eſt: nam ſi imagineris, obſtructionem aliud quidpiam eſſe, quàm humorem vias occludentem, & tranſitum intercipientem, quatenos obſtruens & occludens eſt, neceſſe erit, vt ſaltem ſit aliqoid, quod ita homorẽ infarctum ſequatur, vt abſ-

C que eo nequeat eſſe ea obſtructio, quodq; manente humore, maneat & obſtructio, & eo detracto, vnò & obſtructio deſinat. & ſi ita eſſe affirmes, tu ipſe iam potes perſpicere, quòd obſtructio hęc, quã tu putas ſeparatam quandam rationem habere ab homore obſtruente, nô poſsit eſſe affectus, vel morbus, cum διάθεσις eſſe nequeat, neque poſsit, remotã caoſã ipſa, manere. Itidem de ſimitate affirmare poſſumus, quæ vitiata eſt narium figura, quæq; ſi operationibus nô officiat, aut cauſa erit, aut fortaſ-

D ſa magis ſymptoma, ad genus qualitatis motatæ pertinens, quod conſecutum eſt errorem & vitium formatricis facultatis in prima corporis conformatione: ſed ſi eò peruentum ſit, vt redditis anguſtioribus narium meatibos, eius functionibus officiat, morbus erit, vtpote quia διάθεσις eſt, primùm operationes lædens particulæ illius. Sed ſi rectè velimus rem hanc examinare, ſimitas, quæ eſt vitiata narium figura, & obſtructio, quæ inde ſequitur, vna eademque res eſt. alioqoin enim, ſi putes obſtru-

E ctionem eſſe quidpiam aliud, quod à ſimitate ſit diuerſum, cùm deinde tu ipſe dicas, ita illam à ſimitate conſeruari, vt illa poſita, ponatur obſtructio, & ea ablata, hæc qooqoe auferatur, erit qnidem cauſa coniuncta obſtructionis ſimitas, ſed non erit alicoios morbi caoſa coniuncta, quia obſtructio hoc modo neque διάθεσις erit neque ſubinde morbus. Dilatatio etiam pupillæ, cuius tu meminiſti, (niſi illa fortè, quæ natiua eſt, & à primo ortu contracta, quippe quæ ita διάθεσις eſt, vt à nolla ampli-

F ùs cauſa pendeat) quando à diſtentione tunicæ, quæ ragois dicitur, vt ais, conſeruatur, inter morbos propriè cenſeri nequit, eadem ſanè ratione, nẽpe quia διάθεσις nondum eſt: ſed illud eſt morbus, à quo ea tunica diſtenditur: nam ſolum id διάθεσις dici meritò poteſt, ſiue modò ſit nimios humor, quo tunica perfuſa eſt, ſiue incrementum illius humoris, qui ab ea continetor, & quo repleta diſtenditur. Et quod aliàs docuimus, hoc etiam loco aduertendum eſt, quòd interdum ab eodem morbo

G plura poſſunt ſymptomata, quodam in eis ſeruato ordine, ſuboriri: Sed rem hanc exẽplis faciamus claram. In arquatis, vel, vt Græci loquuntur, in ictericis. non modò cutis luteo ſuffunditur colore, ſed & oculorũ tunicæ, & ita interdũ, vt oculi operatio, hoc eſt, viſio vitietur, & omnia quæ aſſpiciuntur, iudicentur ab oculo, eſſe flauo vel luteo colore infecta,

ſecta,& huius erroris cauſa color eſt,quo ſuffundi-
tur oculos:color tamẽ noo eſt morbns, ſed pntiùs
eſt ſymptoma, nampe mntata oculi qualitas. neq;
enim aliquis eſt,qui dicat,colorem eſſe in diffaren-
tiis morborum,ſed qoia color bilem ſequitnr, qoa
perfuſæ ſunt ocnlorum tunicę,& vitiatur primùm
tunicarum temperatura,ſobinde verò color,tertiò
viſio:neq; tamen læſio viſionis,neq; vitiatus color,
morbi rationem habant, ſed potiùs ſymptomata
ſunt,morbum per ſe qoidem, ſed non primò coo-
ſeqnentia, qui qnidem in intemperiam cnm mate-
ria referendus eſt:à bile anim qua perfuſa eſt parti-
eula illa,vitiatur illlus temperamentum,& inde ſe-
quitur fœdns colòr,vel vitlata perſpicuitas tu nica-
rum,poſtremò vitistor & functio ocnli : vnde hæc
omnis in bilem, qua perfuſæ tunicæ vitiatæ eos-
duot,tanqnam in primam & per ſa cauſem referun
tur : ideò ills intemperatura cum bile, à qna ſooe-
tur,morbus aſt, & cauſa cæterorum incommodo-
rum,& ab ea tantùm petitur indicatin, & vniuerſa
corationis ratio,non autem à vitiato viſn,neq; à fæ
do illo colore. ablata eoim & digeſta bile, cætera o-
mnia tolluntur. Ita etiam popillæ dilatatio,quæ ſe-
quitur tenſionem tunicæ, ſieot & tenſio tunicæ ſe-
quitur propriom illins tunicę affectum,nempe in-
temperiem cum materia,ratione cuius diſtenditor
tunica, & ab illa atism cōoſeruatur, & vndeqnaq;
habet ꝙ ſit & maoeat, & qna remota remoneatnr,
quo pacto ſymptomata morbum ſaquũtur,à quib.
neq; vlla indicatio vel curatio petends eſt, ſad à pri
mo affectn,ſi affectus ſit nimia bumlditatis perſu-
ſio : oam ſi affectus eſſet nimium incrementum hu
morom, qni naturà continentur in oculo,ea tuoi-
ca noo proprio,ſed alieno affectu laborabit,&cum
homoribus illis conſentiens : vnde ad illos hnmo-
rss erit conuertēda corstio,nō ad tunicam, vel po-
pillam vtpots qnæ non proprio,ſed alieno vitio la
boret,ſcilicat ad bomores, qui primùm laborant.

Sed & quę contra alterũ theorema contorques,
quòd ad rationem victus pertinet, ſi quis rectè ſen
tantiam & rationem noſtram æſtimet, aut vulnus
non ioſligunt,val adeò exiguum, vt ſponte ſioe vl-
la medicameotorum, aut medici ope, conſnlidari
qneant. Qnod vt faciliòs oſtendi poſsit, qnædam
pręmitteoda ſunt,à qnibus theorematis huins ex-
plicatio non parum lucis accipiet. Itaq; cùm tam-
porum acceſsionis oeceſſaria in hia explicaodis ſit
futura meotio, boc io primis io conſiderationem
dedoceodum erit,quòd Galenns, & priſci Medici
anctores vario modo hæc tampora,pręſertim verò
io febrib. iotermittentibos, quādo io integritatem
vel intermiſsionem omnioo daſinont,partiti ſunt.
Aliqnando enim,vt ex libris Galen. de temporibus
morborum,& ex libris etiam de criſib. percipi po-
teſt, voiuerſam periodum partiuntur in qoinqus
sempora,nempe in principium aeceſsionis, incre-
mentum,vigorem vel ſtatum, inclinationem & in-
teruallum vel intermiſsionem,quam διάλειμμα Ga
leo. græcè appellat: noonunqoam & io ſex tempo-
ra diuidnot,diuiſo nimirum iocrsmento particu-
tim io duo tempora, in id tempus, quod Galenus
ἀνωμαλότητος,hoc eſt, inæqnslitatis appellauit, & il-
lod, quod ęqualis iocramẽti ab illo dicitor. Et hæc
qnidem partitio non fuit temerè & ſine aliquā ra-
tione à Medicis inſtituta, neque ſolios temporis ha
bita ratione, quod vndiqoe vt volumos pattiri oo-

A bia licet,ſed ex multa ratiooe,quæ à vario motu &
trsoſmntatione caloris in ipſs acceſsione facilè ob-
ſeruari poteſt, depromta eſt. nam cùm tempos ſit
numerus & menſura motionis, partitio hæc potiùs
à diuerſitate reperta in re numerata, vel qnam me-
timnr, quā in ipſa menſura accepta eſt : nam in ini-
tio acceſsionis, calor tum natiuus, tum febrilis, reſu
giens ad internas partes, quaſi ſtrangulatur : mox
verò ab eo tẽpore incipit in vniuerſum corpus ex-
B pandi,& ſnbinde vſq; ad vigorem increſcere, in vi-
gore cooſiſtit, & quatenus ad ſenſum pertinet, æ-
qualiter ſe habet, quouſq; ſuccedit inclinstio, in
qna deinda incipit, euaporante & digeſta putrida
fuligine, decreſcere, inclinationi deinde ſnccedit
interusllum vel intermiſsio. Et quānis hæc io hũc
modnm communi quadam ratione ſe habeant: ſi
samen res magis particolatim cōſideretnr, tempus
incremẽti poteſt in duas diuidi partes, aſſnmta ra-
tione ipſius partitionis non à partibilitate tempo-
C ris,ſed ab ipſa iſtius rei, qnam partimur, diuerſa na
turs: vt proinde poſsit Medicus duo hæc tempora
particolarim quaſi diſtinctas ſpecies perinde con-
ſtituere, ſicuti & reliqua tempora diſtingunntur:
oam cùm calor reuerti & expandi incipit per vni-
oerſnm corpus, primùm quidem cum qnadam in-
æqualitate expanditor, quæ ſenſo manifeſtiſsimè
percipi poteſt (eo enim tempora interiùs febrici-
tantes æſtuant, cùm tamẽ exteriùs, ſi eos tetigeris,
adhuc frigere videantur, vnde à Galeno tempus
D hoc inæqnalitatis fuit nuncupatum) expanſo ve-
rò calore in vniuerſum corporis babitum, æquali-
ter deiode increſcere iocipit io omnibus partibus,
donec ad ſnmmom deuenarit, qoo tempore inci-
pit vigor: & ſecunda bæc incrementi pars, tempus
æqualis incrementi propterss dicta eſt. Noo inoe-
nit autem in aliis temporibus ſimilem diuerſitatis
rationem, quæ ſenſui conſpicua ſit, qnæq; motum
caloris ſequeretur, vnde poſsit in illis aliqoa ſimi-
lis diſtinctionis occaſio ſuboriri. qnapropiar tẽpus
E Incrementi à Galeno & cæteris priſcis Medicis po
ſitum fuit tanquam doò tempora, particulatim ſe-
cundùm rei naturā diſtincta, qnod tñ in aliis noo
eſt admiſſnm: qnamois Auicenna in inclinatione
qnoq; aliquā ſit commeotns dinerſitatem : verùm
diſpar admodum eſt boins & illius temporis ratio,
ſi modò rectè rem exiſtimaoerimus, quia in incre-
mento tanta eſt motus caloris diuerſitas, vt, quate-
nns ad Medicom pertinet, poſsit duas quaſi ſpecie
diſtinctas differẽtias conſtituere, à qoib. ille poteſt
F diuerſas remediorũ indicatlones deſumere: diuer-
ſitas verò quæ fuit ab Auicenna io declinatione ob
ſeruata, non item, quia dnæ illæ partes inclinatio-
ois, qnarum ipſe meminit, non differũt niſi pro ma
ioris, minoris ue ratione, aoi, quẽadmodum ſolent
ioniores loqni, ſecũdum magis & minus. His, quæ
hactenus expoſita ſunt, prętęrea & illud addamus,
quòd motiones illę, à quibus accepta eſt vniuerſa
ferè ratio, qua acceſsionem Medici in hęc temporá
partiti ſunt, duos habent extremos exceſſus, admo
G dom naturæ aduerſarios & noxios, qni ea quoq; ra
tiooe natiuum calorẽ extinguere ſolent. biſariam
nāq; natiuus calor, ſicuti & ignis materialis in his
ioferiorib. poteſt extingnl, præterquā quando à fri
gore extinguitur: primũ quando iocnlcatus in ali-
qnẽ anguſtum locum, ſtrangulatur : deinde verò,
quādo nimis expāditur, & ita enocatur, & daſertà

propria materiâ proprioq; fomento, diſsipator, vt & digeſtus euaneſcat, primo ſanè modo ignis extinguitur, cùm in aliquo loco côcludit̃, in quo nullam difflationem, vel euentationẽ poſsit habere, & hoc modo intereunt, qui ex timore, vel mœrore interdum moriuntur: altero verò modo, quando à maiori igne minor extinguitur, quemadmodum accenſæ candelæ paruæ ſolaribus radiis expoſitæ extinguunt̃; & hoc modo intereunt, qui pre nimio gaudio obeunt ſuũ extremũ diem. Sed hæc ad preſens inſtitutũ referamus: priori modo moriunt̃ illi, qui initio acceſsionis agunt animã: altero verò illi, qui in vigore. cùm enim incipiẽte acceſsione calor adeò intrò recurrit, vt tum à multitudine materię, tum etiã à repẽtino peneq; violento receſſu côculcat⁹, ab euẽtatione illi neceſſaria deſtituat̃, neq; ille vires habeat, vt poſsit expãdi, ſtrangulatur: contrà verò in vigore acceſsionis, nimis expanditur, & à febrili calore victus & euocatus ferè diſsipatur. Duo ergo hæc tẽpora præ aliis maximè naturam, quæ aut calor natiu⁹ eſt, aut in eo ſuã ſedem habet, affligere ſolent, vtpote quæ verſus hos extremos exceſſus magis adducant calorẽ natiuũ, vt his ipſis tẽporib. ille magis laboret. Atq; hinc deinde fit, vt tũc febricitãtes cibum oblatũ grauiùs ferãt, quàm aliis tẽporib. quæ inter hæc media ſunt, & remotiora ſunt ab illis exceſsib. Vnde quãdo medicus neceſsitate cõpulſus, quippe ꝙ virib. non fidat, in acceſsione alere vult febricitãtem, eo tempore in primis alere nititur, quo nõ ita oppreſſa eſt natura, vt illa faciliùs poſsit cibum adminiſtrare, & cum minori noxa: nam alioquin nunquã in acceſsionibus poteſt cibus citra vllam noxã offerri. cui rei atteſtatur Hippoc. 1. aph cùm ait, cibus in acceſsionib. detrahendos: apponere enim malum eſt. vnde ſolum interuallum vel intermiſsionis tempus, quatenus ad illud attinet, cibo exhibẽdo opportunius eſt, & ab omni noxa remotius: ſed id eſt periodi pars, nõ propriè acceſsionis. Sed vbi cenſemus, nõ eſſe eatenus morandum, donec interuallum accedat, illud non eſt ratione illius interualli, ſed inſtantis initij, vnde tunc in inclinatione alimus. Hæc eſt itaq; generalis contemplatio conſideratioq; horum tẽporum, quantum ad eorum naturã pertinet, neq; hactenus eius vlla eſt apud medicos dubitatio. Sed quia materia, circa quam verſat̃ ars medica, inconſtans admodum eſt, vt quæ à multis occaſionib. poteſt variari, cùm tempora hæc aliquando longiora, aliàs breuiora ſint, & febricitãtium corpora, alia quidem faciliùs & diutiùs inediam ferre poſsint, & minori cum noxa, alia verò contrà ſe habeant, prętereà & tempora, conſtitutiones anni, ætates, & conſuetudines magnam vim habeant mutandi, vel potiùs limitandi cõmuniora medicæ artis theoremata: proinde ab illis nonnunquam aliquãtulum deflectimus, neq; tamen propterea iudicandum, illa falſa & pręter rationem eſſe. Quòd ſi deſideras hęc omnia magis particulatim & per ꝓprias limitationes diſtincta legere, tantiſper morare, donec obiectas rationes diſſoluamus: quarum prima quidem, quam opponis, nempe ꝙ nullibi Galen. iſtius ſententiæ meminerit, quòd cibus in incremẽto ſit dandus, facilè ſoluitur. præter id enim quòd, vt omnes Dialectici tanquam in prouerbio habent, locus ab auctoritate negando nihil probat, ſi nos memores fuerimus eorum, quæ in frequenti conſuetudine

A fuiſſe antiquis auctoribus teſtatus eſt Galen. facilè percipiemus, rationem hanc claudicare: nam neq; illi ſoliti erant omnia ad aliquam methodum pertinentia ſemper particulatim explicare: ſed ſæpè vno vel altero explanato, alia deinde, quæ cum his ſimilem rationem haberent, vel quæ cum his collata poterant facilè percipi, addenda legẽtibus relinquebant, vel illis qui eam methodum erant expoſituri. Atq; ita etiam illis expoſitis, quæ ad hæc tem-

B pora pertinent (quantum ad naturæ laborem oppreſsionemq; ſpectat) quæ extremos exceſſus ſolent continere, alia quoq; quæ in hoc media ſunt, facilè quiſq; vel parum etiam in his eruditus, ex ſe poterit particulatim percipere addereq;. Sed & alterum argumentum ex Hippocrate de ratione vict. in acut. morbis depromtum, nullas cõtra nos vires habet: nam ſi rectè animum aduertis, confert principium & incrementum cum inclinatione, ſit enim neque in principio neque in incremento eſſe

C dandum cibum, ſed differendum quoad vſque calor deferens partes medias, ad pedes, & manus deſcendat: quæ ſunt manifeſtiſsima inclinãtis acceſsionis ſigna. Hæc aũt non magis tuam, quàm noſtram adſtruũt opinionem: nam & nos affirmam⁹, inclinationem, ſi modò expectari poſsit, eſſe expectandam, & cum minori noxa eo, quàm aliis tẽporibus, offerri poſſe cibum, quãuis eo quoq; tempore aliquantulum nocere ſoleat, quod ſequenti à te citata ſentẽtia inſinuauit Gal. vbi ait, quòd, quãdo

D interuallum inter vigorẽ præſentis, & principiũ futuræ acceſsionis breue eſt, neceſſe eſt vt vel cibum corpori adhuc calenti offeras, vel quo tempore inſtat futuræ acceſsionis initium manifeſtum autem eſt, quòd interuallum, quod eſt inter præſentis acceſsionis vigorem, & initium ſequentis, inclinationem cõprehendit, quæ quò magis vigori proxima fuerit, eò corpus calidius erit, & maiori cum noxa nutrietur. vnde ſi, vt fugiamus initium futuræ acceſsionis, cibum damus in inclinatione, & in ea par-

E te, qua nondum deferbuit calor, ſed cõtinenter deferueſcit, non propterea voluit indicare vltimã partem vigoris, ſed incipientem inclinationem, quam Hippocrates declarauit per caloris declinationem ad pedes & manus: nemo autem eſt qui negat, ꝙ interuallum vel intermiſsio ſit expectanda, ſi ea commodè expectari poſsit, quodq; quò maior fit inclinatio, eò minori etiam noxa cibus exhibeatur. Quia verò maiori nixu auctoritati Gal. itidem 11. meth. incumbis, qui ibi docuit, quando medicus

F cibum dare in initio cogatur, & quando in vigore, nulla tamen habita incrementi mentione: quaſi ab hac ratione omnino incremẽtum reiecerit: nos, vt in hac ratione diſſoluenda, definitionem, & limitationem iſtius theorematis, præſertim verò ex Galeni decretis, exponere meliùs poſsimus, hic aliquantiſper conſiſtemus, vel potiùs vt rem hanc clariorem reddamus, aliquantulum digrediemur. Nullus Medicorum, qui Medicinam ex ratione tractant, non hoc pro comperto habet, quòd ra-

G tio victum in febricitantibus rectè inſtituendi, vel potiùs in omnibus morboſis affectibus, in primis ex mutua collatione duarum indicationum pendeat, quæ, vt ſunt à duabus rebus omnino inter ſe aduerſariis depromendæ, ita & ipſæ inter ſe ſunt aduerſariæ, & contrarium etiam indicandi modum habent, & contrarios ſcopos medi-

dico

dico demonſtrant: nam altera à viribus ægrotantis, altera à morbo depromenda eſt: hęc verò ſe mutuò deſtruere contendunt. A viribus quidem vniuerſa vitæ & ſanitatis ratio pandet: morbus verò laboranti vniverſum faceſsit negotium, vnde oportet medicum, (vt in prouerbio eſt) dextrum oculum ad vires iotendere, ſiniſtrum verò ad morbū, & ſibi priorem ſcopum præfigere, vires integras, qooad fieri poteſt, ſeruare, alterum verò, morbom profligare. Itaq; ſi hæ indicationes mutuò conferantur, habent omnino modum rationemq; contrariam, quia quò maior & deterior eſt morbus, eò indicatio ab eo aſſumpta magis Medicū vrget, vt ſui potiorem rationem habeat: & qnò minor eſt, eò vis iſtius indicationis magis languaſcit: Contrà verò, quò vires maiores & validiores fuerint, eò iodicatio ab illis accepta minùs cogit Medicum, à morbi expugnatione daſiſtere. At ſi pares ſint ambæ hæ indicationes, nempe vt vtraqne pariter vrgeat, ſemper illa maioris eſt momenti & vim maiorem habet, qnæ vires reſpicit. Neqne modò in vniuerſom, ſed particnlatim etiam, quatenus ad rationem cibum febricitantibus offerendi pertinet, aduerſariæ inter ſe ſunt eæ indicationes, non minùs quàm in aliis rebns: nam vires, cùm viget ab illis accepta indicatio, requirunt, vt cibus detur, quia cibo ſeruantur & reficiuntur: morbos verò cùm vrget, Medico indicat, cibum non eſſe offereodum, vtpote qui fouere poſsit & angere morbum, tum quia naturā pugnantem cum morbo à pugna & concoctione morboſæ materiæ diſtrahit, & ab excretione ſuperuacuorum excrementorum, tum verò, quia fieri nequit, quin cibus à febrili calore vitiatus, in vitioſum tandem humorem, aliqua ſaltem ex parte degeneret. Quibus iam expoſitis, in præſentia conſideremus parumper, collatis mutuò acceſsionum temporibus, io quo eorum morbus deterior & moleſtior ſit, magisq; naturam affligat: nam eo tempore indicatiooes ab eo depromtæ maiorem vim habebunt, & magis vigebunt, ſubindeq; oe magis obſtabunt, quò minùs cibns eo tempore dandus ſit. Sed vt apertiſsimè nuper oſtendimus, principium & vigor deteriora ſunt tempora, & naturam magis affligentia, erunt ergo tempora ineptiora aliis omnibus febricitanti alendo, vtpote in quibus ab accepto eibo plus lædi poſsint: quare maior quàm cæterorum omnium horum in hoc erit habenda ratio. *capit. vlt.* vnde Galen. 11. metho. inſtituta diſquiſitione de hac re, ad illa diligentiorem adhibet conſiderationem, in quibus maius verſatur periculum: & cùm cibus maius afferat incommodum, quando maior eſt morbos, ideò præſertim verſatur circa exponendam rationem principij & vigoris acceſsionum, & horum magis particulatim & diſtinctè meminit, quàm incrementi, & præcipuè ſecundæ illins partis, in qua citra vllam dubitationem minor eſt naturæ afflictio. Porrò oe rem hanc, quæ nō parum vtilis eſt, relinquamos ita ſolùm in vniuerſum expoſitam, prædictis & hoc addamus non indignum cognitu, quamuis & ſine illo potuiſſet hęc res dsfiniri: illnd verò eſt, quod ab his eiſdem indicationib. oſtenditur medico, quando ille poſsit aut cogatur febricitantem in principio alere, vel etiam in vigore: nam ſi angeatur vis indicatioois acceptę à natura, & eins viribns, aut ſi languidior ſit indicatio, à morbo ſumta, tunc aut poteſt, aut cogitur alere febricitātem: nam ſi vires fatiſcant, & animi deliqnium immineat, & in principio, & paolò ante ipſum alere ſolemns: imò etiam cogimur, quod Galenus tnm ratione, tum exemplis multis ibi oſtendit. neque hoc in principiis modò fieri debet, verùm & quocnnque alio tempore illæ videantur ruere. concedit præterea ibidem Galenus cibum dati febricitaotibus circa initium acceſsionis, quādo principium non admodum moleſtum eſt, quippe quia non fiat magna caloris reuocatio & oppreſsio. vnde in illis acceſsionib. in qnibus non fit inſignis caloris retractio, ſiue in principio, ſiue ante principium alatur ægrotus, ipſe non facit multā vim, quia debilis eſt & languida tunc indicatio ab illo morbi tempore accepta. Eodem deinde modo in vigore, ſi vires diſſoluantur à ſæuitia & æſtu vigoris, illicò dandus eſt cibus: præterea verò ſi corpus fuerit plurimū ſqualidum, & febris calor multus, conſiderandom Medico erit, quód nam illorū magis videatur ſua indicatione vrgere, & vnde maius immineat febricitāti periculum: nam cùm poſsit febris in torridum maraſmum, niſi cibo occurramus, tranſire, idcirco tunc parua ratione caloris habita, vt periculum illud effugiamus, alimus ęgrotātem, vt cibo humectetur corpus: ſin aūt noo multus adſit ſqnalor, magnus aūt ardor febris, abſtinēdum omnino illi erit à cibo. Ex his igit̃ patet, quód ratio, quā opponis, magis deſtruat, qnàm adſtruat tuam ſenteotiam: nam Galen. dicto loco non prætermittit mentionem incrementi propterea, quia ſit in hoc negotio deteſtatus incrementum, ſed potiùs quia noo erat tāti momēti tantæq; conſiderationis, alere in incremēto, ſicut in principio & vigore. alioquin. n. ſi ratio ea valeret, quòd propterea putaſſet Gal. potiùs io vigore alendum eſſe, qnàm in incremēto, quia vigoris non aūt incrementi ibi meminit, itidem valeret ad probādum, quòd principium eſſet tempus alendo febricitāti accōmodatius, quàm incremētum: quod tñ & tu falſum eſſe videris cēſere, imò & ex Galeno illo eodem loco poteſt argnmentum depromi, quod ſit ſatis validum ad probādum, quòd incremētum in hoc ſit vigori prę ferendum, quia cibum in principio ſanè febricitāti concedit, quando ant nulla ſit, aut ſaltem non inſignis, caloris contractio & coarctatio: in vigore aūt, quādo non fuerit multus ardor febrilis. Sed in ſecunda pręſertim incremēti parte nulla eſt amplius caloris contractio, cùm ille iam expanſus ſit, neque hactenus calor multus eſt, cùm nondum ad ſummū illum ardorē excreuerit, qoi in vigore dominatur: quare ſatis commodè poterit cibus in incremento offerri, & citra inſigoem aliquā læſionem. Vnde his expoſitis, ſatis iam patet, quónam pacto diſſoluatur & alia ratio, nempe, quòd oblato cibo in acceſsionis incremento, prorogetur acceſsio, quia rurſom calor intrò propter cibū reuocatur: nam primùm dicimus, quòd ſemper prorogetur acceſsio, qoocunq; tempore in ea cibus aſſumatur, præterquàm forſitan in ſiccioribus temperaturis, quādo inclinante acceſsione accipitur. in his enim eo tempore aſſumto cibo, ſępè videmus qodd, inde humectato corpore, calor remittitur. Semper etiam quocunq; tempore cibus ingeritur, ſi ille concoquendus ſit, calor introrſum, tam in ſanis, qnàm in ęgrotantibus reuocatur, oeq; magis in ſecunda incrementi parte, quàm in aliis temporib. nam iam pe-

nitùs calor expanſus eſt. argumentum vim habe-ret,ſi ſermo eſſet de priori parte in qua calor expá-ditur adhoc,nec dum omnino eſt expanſus: ſed ſe-cunda illa pars nõ accedit prope naturá principij, ſed potiùs propéſa eſt ad naturam vigoris, quantũ à natura principij recedit. Neq; in hoc negotio me Celſus plurimo mouet,quippe qui,ſi rectè es,quæ ab illo tradita ſunt,cõſiderentur,totus ſit antiquo-rum illorum Medicorum,qui ſe Methodicos nun-cupabant,ſectæ addictus, & illos in primis ſequa-tur,qui Diatritarij dicebãtur: quapropter neq; in eius ſententia exponenda multùm laborabimus. Quód aũt tu præferas incremẽto ſecundam vigo-ris partẽ,quia ſit propinquior declinationi, nõ da-mno ſanè,imò laudo ſolertiá promtam ad fugian-das difficultates: Sed & hæc cõſideranda ſunt,pri-mùm,quòd partitio hęc vigoris in duas partes nul lam habet ab ipſa re euidentem occaſionem: nam quatenus ad affectũ pertinet,& propriã ipſius rati-onem,pars prior ab altera nihil habet,quo differat, cùm ambę vnius & eiuſdem rationis ſint: ſecus aũt in incremento,in quo,vt diximus,ratio partitionis eſt ab ipſa rei natura deſumta: & propterea duæ il-læ partes differẽtes rationes, & differẽtes indicati-ones habere poſſunt. Deinde veró,quód,ſi quęſtio hęc aliquam dubitãdi rationem habitura ſit,ita in-telligenda eſt,quód nimirum quæratur, ecquo tẽ-pore,ſi Medico liberum ſit,ex tribus aliquod elige re,in principióne,an incremento,an deniq; in vigo re ſit alendus ille,qui in acceſsione eſt,neq; tãtiſper morari poteſt, donec illa inclinet, cùm præſertim ab infirmitate virium coactus quocunq; tempore poſsit cibum offerre. rariſsimè autem accidit,vt ei-bos,ſi prolatus ſit vſq; ad ſecundam vigoris partẽ, non poſsit etiam differri ad inclinationem, & vſq; dum incipiat vehamẽs vigoris ardor remitti: nam Gal. iſtud eodem capite videtur inſinuaſſe, vbi ait, quòd niſi ſqualor magis quàm feruor vigoris vrge-at,morãdum donec plurimum caloris ſe remittat. Cęterùm neq; illud,quod,vt rationum noſtrarum aciẽ obtũdas, opponere niteris, vim multá habet: nam prudenter quidem dictũ putamus,quód non ſolùm ea in morbis conſideranda ſint,quæ præſen tia ſunt,verùm & quæ ſunt futura. hac enim ratio-ne motus fuit Galen. vt conſuleret,eandem eſſe ha bendam rationem morbi qui magnus ſit futurus, quę illius habetur,qui iam magnus euaſerit: vnde, quantum ad hoc pertinet,Medici quicunq; ſapiũt, ſi cogãtur cibum ante inclinantẽ acceſsionem ex-hibere,illum non pleniorem exhibent, ſed leuem & modicum,quãtus ſanè poſsit vires fouere, & cu ſtodire ad illud vſq; tempus,quod opportunius ſit futurum ad eas pleniori cibo reficiendas: nam aut iure ſolo vtũtur,aut cremore hordei dilutiore, aut pane loto, & plurimùm cocto,dilutoque,quæ ſunt concoctu facilia,& proinde poſſunt magna ſaltem ex parte ante acceſsionis ſummũ vigorem eſſe con fecta. vnde primùm hac ratione proſpiciunt ea quę futura ſunt, & ſeruant rationem illius theorematis, quo præcipitur, quòd cum nobis duæ occurrunt indicationes inter ſe pugnantes, eam ſemper plu-ris faciamus,quæ magis vrgeat,ita tamen,vt neq; al-teram etiam negligamus: & cùm indicatio à viribꝰ in propoſito caſu magis vrgeat, primùm illi incum bimus,quatenus omnino cibum damus: ſed quia tempus principij ſuâ naturâ ineptiſsimũ eſt huic

A officio,deinde verò tempus vigoris: ideò principi-um declinamus,& partem illam incrementi, quæ ſimilem magna ex parte naturam habet,ſed & vigo rem,quãtum nobis licet,fugimus, & illud tempus eligimꝰ,quod natura inter vtraq; illa medium eſt, & pariter ferè ab vtroq; diſtat,& hac etiam ratione futura proſpicimus. Neq; negamus nos, quòd ci-bus in acceſsione,quacunq; hora ſumatur, lædat, neq; quód, ſi differri poſsit ad cõmodius tempus,

B non eſſet differendus: ſed cùm ex malis ſemper id præeligendum ſit, quod minus eſt, minus malum iudicamus alere in incremento,quàm in principio & vigore. prima etenim fundamenta, & prima ini-tia omnibus aliis vim maiorẽ habent: in incremen-to aũt,dum leuior eſt febricitãtis ſtatus, faciliùs po teſt à natura cibos adminiſtrari: nimirum enim an teaquam ſuperueniat æſtuatio & inquietudo vigo ris,quæ aliò natiuum calorem diſtrahit, & eius vi-res non parum diſsipat, prima concoctionis initia

C & fundamenta meliùs iaciuntur, vt deinde cibus maiorẽ vim ſortiatur,qua poſsit corruptioni, à ca-lore igneo & febrili inducendæ, reſiſtere, quò ma-gis proceſsit concoctio. quia quó ſucci minùs ſunt ſeparati à natiuo calore,eò corruptioni & putredi-ni ſunt magis obnoxij,& quanto magis cocti,& af-fecti ab innato calore,eò magis illis reſiſtunt. vnde longè magis timenda eſt corruptio, quãdo langue ſcente natiuo,& vigente extraneo calore, cibus ſu-mitur,quàm dum maiorem vim natiuus, & mino-

D rem febrilis habet. Et quamuis cibus poſsis in in-cremento grauare vires,& proferre acceſsionem in longius,& poſsit etiam ęſtuationem augere: longè tamen id in vigore fieri magis poterit, vel etiam in parte eius ſecunda. tempus enim vigoris,quod de-terius eſt,& magis affligit,quàm incrementum, in longius proferatur. Huc præterea accedit, quód, cùm cibum in acceſsione demus,vt vires,quas de-fecturas timemus,foueamus: ſit autem prudentio ris viri caſum earum proſpicere, & illi, antequam

E ſuperueniat,conſulere potiùs, quàm poſtea caden-tes ſubleuare, iſtius caſus periculũ maximè in prin cipio,& in vigore timendum eſt: in altero propter ſtrangulationem, in altero propter caloris expan-ſionem & diſsipationem. Et proinde in febribus, quas in præſentia ſyncopales appellant,quando ti-memus futurum animi deliquium,in principio,an te incipientem acceſsionem alimus febricitantem: ita etiam ſi timeamus,ne in vigore vires ante incli-nationem,diſsipatis ſpiritibus, & natiuo calore,fa-

F tiſcant,conſultius eſt ante vigorem eas fouere,quã vigorem expectare: nam illæ aliquantiſper reſectę, faciliùs ferre poterũt moleſtiam vigoris. & quam-uis, vt poſtremò opponis, prima incrementi pars principio, altera verò vigori ſimilis ſit: non tamen inde conficitur, quód vtraq; ſit fugienda, cùm ale-re volumus: ſed potiùs contrà ſequitur, nimirum quód potiùs principiũ & vigor ſint fugienda. quia ſi propterea incrementum ſit fugiẽdum, quòd par tim principio, partim vigori ſit ſimile, longè ma-

G gis principium & vigor declinanda ſunt: nam ha-bemus Ariſtotelicam regulam: Propter quod v-numquodq; tale eſt, illud magis tale eſt. ſed ex ea-dem ratione ſequitur, quód & inepta ſit ſecunda vigoris pars alendo febricitanti, quia non ſolùm ſit vigori ſimilis, ſed ipſe vigor. Et hæc pro explj-catione noſtræ ſententiæ ſatis ſunto.

EPI.

EPISTOLA IX.

Eidem.

De cauſa continente in morbis.

VT quæ hactenus generaliùs à me diſpotata
ſunt, mi Iohannes Franciſce, magis particula
tim nunc explicem, & ſigillatim ea omnia,
quæ dubitandi occaſionem tibi præbuerunt, expo
nam, boni conſules, ſi particula quædam, breuiſsi-
mè tamen, ex illis, quæ aliis literis fuere explanata,
in memoriam reuocauero. Itaq; cùm conſeruãtem
cauſam noſtris rationibus obiicis, ad quam ſemper
confugis, primùm tibi erit aduertendum, qualis nã
ſit ea cauſa, quam morbum ſeruare ais, num illa, ſi-
ne qua morbus conſiſtere vel exiſtere non poteſt,
ita vt eà ablatà ſit neceſſe ſtatim & morbum aufer-
ri. Et ſi iſtius naturę putas hanc cauſam eſſe, quam
conſeruantem appellas, tibi præterea erit conſide-
randum, ab id genus cauſis morbi propriam ratio-
nem omninò abhorrere: qui cùm affectus vel *διάθε-
σις* ſit, remota quacunque cauſa, poteſt exiſtere. Sin
autem cauſam conſeruantem illam omninò vocas,
quæ morbum eatenus fouet, quatenus illi præſens
eſt, quæque, niſi priùs remoueatur, obſtat quò mi-
nùs curari morbus poſsit: ſciẽdum, quòd, hac ipsâ
remotâ, quamuis facilior ſuccedat morbi curatio,
requirat tamen & ipſe, vt Galen. in lib. artis medici
nalis docet, vt propriis remediis tollatur. Sed con-
feramus hæc cum illis, quæ de inflammatione pro-
fers: non puto ſanè te ſentire, inflammationem ha-
bere cauſam ſecundùm priorem modum conſer-
uantem, cùm inflammatio morbus, & ſubinde dia-
theſis ſit. Sed ſi affirmes, eam habere conſeruantem
cauſam ſecundum alterum modum, neceſſe erit, vt
præterea concedas, quòd detracto ſanguine illo fer
uente, quo inflammatus locus refertus, attolleba-
tur in tumorem, reliqua adhuc ſit facta inflamma-
tio, & cùm illa ſit in genere tumorum, qui præter
naturam ſunt, reliquus ſit etiam tumor præter na-
turam: quod quàm verum ſit, & quàm conſentiens
cũ decretis Gal. tu ipſe potes perſpicere. ſed & nos
aliquantiſper exponamus. nam præterquàm quòd
eiuſmodi cauſa nequit dici continens ſeu coniun-
cta, quia rationẽ propriam cauſæ coniunctæ à Gal.
traditam minimè ſeruat, (ea enim eſt, vt ea poſita,
ponatur effectus. & ea remota, remoueatur) ſi con-
cedamus, quòd reliquus ſit adhoc tumor, quære-
mus vnde fiat tumor ille, qui reliquus eſt, cùm priꝰ
vniuerſus ſequeretur plenitudinem, & infarctum
ipſius particulæ ex feruente illo ſanguine. Præter-
ea perpendamus & examinemus vniuerſam ratio-
nem curationis ipſius inflammationis à Galeno
expoſitam, tum 13. method. tum etiam 2. ad Glau-
con. ait enim ipſe, quòd curatio inflammationis, vt
inflammatio eſt, euacuatio eſt, idque ſi iam facta ſit
inflammatio: nam dum fit, & anteaquam ſit facta,
& dum in generatione eſt, eius curatio non eſt va-
cuatio, ſed remotio cauſarum, à quibus illa genera-
tur, nempe vt fluxioni obſiſtamus, illamque ſiſta-
mus. Et vt nunc ea prætereã, quæ ad vniuerſi cor-
poris vacuationẽ pertinent, & humorum reuulſio-
nem, de externis & localib. appellatis remediis lo-
quamur: apertiùs etenim illa nobis hanc rem oſten
dent. Curatur ergo, ait Gal. in principio, dum flue-
re incipiunt humores, repellentib. medicamentis:

A cùm autem partim fit, partim facta eſt inflãmatio,
repellentia, quæ vim habent arcendi & reprimen-
di fluxionem, cum digerentibus miſcemus, quæ id
quod iam influxit, quodq; iam factum eſt, diſsipẽt
& inaniant: Sed vbi iam fluxio cõſiſtit, ſolis vtimur
digerentib. vtpotè cùm ſola tunc ſit opus vacuatio
ne. priùs enim compoſita erat indicatio, quæ & à
cauſa, & à morbo facto habebat occaſionem, ſed vbi
conſtitit fluxio, ſola indicatio illa reliqua eſt, quæ à
B morbo iam facto depromitur. Et hæc ſumma curã-
dæ inflammationis ratio non ſolùm Galeni, ſed &
Pauli, Aetij, atq; aliorũ priſcorum Medicorum. Ex
quo patet, quòd, ſi iſtius curationis prima ratio,
quatenus inflammationis curatio eſt, ſit ſanguinis
vacuatio vel detractio, eiꝰ eſſentia in ſanguinis ple-
nitudine ſita ſit: & cùm ratio curationis vlteriùs
non progrediatur pręter vacuationem, ſequitur, vt
neq; ratio ipſius morbi vlteriùs extendatur. ſangui
ne namque detracto, & exinanito, omnia deſinunt:
C nam omnis tranſmutatio, omnis calor, omnis do-
lor, vtpotè quæ ſequerentur feruẽtem ſanguinem,
quo refertus erat locus inflammatus, ſpontè ſua e-
uaneſcunt. Ac ſi quis contendere velit, quòd rema
neat remouenda caliditas, poſt ſanguinem detra-
ctum, ſecùs illi & ipſa res & experientia demonſtra-
bit: neq; enim poſt vigorẽ inflammationis, aut nos
vtimur, aut quiſquam probatus auctor vſq; ad mor
bum omninò deletum aliis vti docuit, niſi digerẽ
tibus, quæ potiùs calefaciunt, quàm refrigerẽt. Vn-
D de Galenus eodem 13. methodi, dixit, eandem eſſe
curationem ſcirrhi & inflammationis in principio,
penitùs autem diuerſam in incremento & vigore:
illis poſtmodum vergentibus ad inclinationem, i-
terum ſimilis eſt vtriuſq; curãdi ratio Poſſemus &
alia quamplura ad hoc argumentum attinentia aſ-
ſcribere, ſicut illud, quod Gal. inflammationem cũ
eryſipelate cõferens, ait, in inflammatione ſcopum
vacuationis vim habere maiorem, quàm ſcopũ re-
frigerationis, in eryſipelate, contrà Sed ad præſens
E inſtitutum hæc videntur poſſe eſſe ſatis, nunc con-
uertamus ſermonem ad aliud, quod non parùm lu
cis poterit huic quæſtioni afferre, exponendum. Et
ſicut hactenus ex curationis ratione, quæ magna
ex parte à natura morbi petenda eſt, naturã inflam
mationis, quaſi, vt logici noſtri dicere ſolent, à po-
ſteriori, nixi ſumus oſtendere: ita eandem in præ-
ſentia, conſideratis eiuſdem principiis & modo ſui
ortus, quaſi à priori explanemus. exordiamur aũt
ab eo, quod omnibus in confeſſo eſt, inflammatio-
F nem ortum habere à fluxione: fluxione tamen non
ita accepta, vt ſolam motionem, ſed potiùs vt rem
ſignificat, quæ in motione eſt: philoſophi recentio-
res dicerent, accipiendam eſſe pro forma fluente,
non pro fluxu formæ. Fluxio ergo, quę cauſa eſt in-
flammationis, eſt materia calidior, quæ mota fertur
in aliquam partem: hæc materia fluens eſt corpus
naturale, & quatenus quidem eſt corpus, habet ſuã
propriam molem vel magnitudinem. vnde cùm in
aliquam partem fluit, ab ea recipitur, eamque
G replet, recipitur autem in tenuibus & inconſpi-
cuis meatibus particularum, & venis expreſſa, par-
tim etiam in inanibus ſpaciis, quæ interiacent in-
ter ſolida membra, & ea replens, ſubinde neceſſe eſt
vt extendat, & tandem in maiorem tumorem attol
lat: cùm enim aliquod, quod ipſum aliquam
magnitudinẽ habet, alteri itidem magno additur,

neceſſe,eſt vt illud in maiorem molem excreſcat.
Quare intumeſcente & in maiorem molem elatâ
particulâ præter rationem naturæ ipſius,bæc om-
niaincommoda illi poteront accedere:primùm,vt
eâ ſuam naturalem magnitudinem excedente,pro
priis ſuis actionibus aliquod fiat impedimentum:
poteſt præterea & naturalis eius figura vitiari, vn-
de lædantur etiam actiones: & hæc omnia ab aocta
mole, aut tumore particulæ occaſionem babent:
deinde verò poteſt & aliqua fieri obſtructio,vel et-
iam anguſtia alicoius ſpatij,ſicuti aliquando in vē-
triculo, thorace, aut veſica fit anguſtius ſpacium,
ſubortis, aut inflammatione,aut aliis tumoribus,ſi
inſignes ſint, præſertim verò in interna parte. ſed
hæc potiùs ratione loci, in quo tumor attollitur,
quàm primùm & per ſe ratione tumoris ſolent ac-
cidere. Quare bactenus apparet,quòd tumores bi,
qui in particulis ſuboriuntur, poſſunt interdom
ad diuerſa morborum genera bis rationibos refer-
ri.nam & ad geous morborum, quod in magnitu-
dine aucta, & ad illud,quod in vitiata figura conſi-
ſtit,&ad id,quod in via,itemq; ad illud,quod in ſpacio
& concaoitate eſt. Sed cùm hæc eadem materia
influens ſit præterea etiam naturale corpus,&ſub-
inde aliqoibus naturalib⁹ qualitatibus præditum,
qoibus poteſt & alia tranſmutare, & viciſsim quo-
que ab aliis tranſmutari: qualitates autem, quibus
eioſmodi corpora prædita ſunt,calor, frigus,humi
ditas & ſiccitas, ſi adeò inſignes ſint, vt eam ratio-
nem excedant, quam natura & tamperies illarum
partium requirit, in quam fluxio decubuit, ſolent
immutare illarum naturale temperamentum: vn-
de & hac itidem de cauſa poteſt actionibus eſſe im-
pedimento,&proinde poterit etiam ad genus mor
borum referri, qoæ in intemperatura conſiſtunt.
Nimirum ergo vna & cadem res,iuxta diuerſam ra
tionem exceſſus à naturali ſtatu corporis,poteſt ad
diuerſa morborum genera pertinere: quamuis in-
ter hæc non exigua intercedat differentia, quia ra-
tio illa, quæ reſpicit vitiatam temperaturam, pro
piùs & magis ex eius natura inflammationi attri-
bui poteſt,quàm ea,quæ vel magnitudinem,vel fi-
guram,vel viam, vel ſpaciom. Nam inflammatio
ſemper per intemperiem actiones lædit, quomo-
docunque ſe babcat,ſiue magna ſit,ſioe parua,&in
quocunqoe loco fuerit:per magnitudinem aotem,
vel figuram non lędit,niſi multùm excreſcat:in via
verò vel ſpacio, eam lædendi occaſionem potiùs
ratione loci habet, in quo oritur, quàm ex ſua pro-
pria natura Quod poteſt ex verbis Galen.in lib.de
differentiis mor.cap.vltimo facilè percipi.ibi enim
ait apertiſsimè, inflammationem primùm quidem
& per ſe eſſe ęgritudinem primorum ſimpliciomq;
corporum: inſtrumentariorum verò, non primo
neque propriè,ſed ex accidenti tantùm, vnde ſæpè
tumor & figura ſequuntur inflammationem po-
tiùs quaſi ſymptomata, qoàm qoòd morbi ratio-
nem babeant: hoc enim in libr.de different.morb.
cap.12.Gal.ſatis apertè protulit:aot tanquam cau-
ſa habenda ſunt, quod inſinoaſſe videtur Galen.in
libr.de differentiis morb. vbi ait, quòd materia tu-
morum, anteaquam ita creſcat, vt actionibus offi-
ciat:habet rationem cauſæ,at vbi iam lædit, acqui-
rit rationem morbi: intemperatura verò ſemper
per ſe actiooes lædit, & ſemper per ſe aſt morbus,
vnde ratione intemperaturæ, ſemper eſt morbus

A & per ſe in eo genere, non ſemper antè ad alia mor-
borum genera referenda eſt. Et quamuis tumor
præter naturam, quod quaſi genus inflammatio-
nis, à mole & tumore nuncupationem baboerit,
quòd auctam qoantitatem ſignificat, & id antem
quia tumor,qui illi accidit, communiter priùs ſen-
ſibus conſpiciendus offertur: attamen inflamma-
tionis poſtea nomen, qood ſignificat particulatim
naturam iſtius affectus,à feruore feruentique cali-
B ditate, qua tranſmotando particulas, lædit earum
operationes,tanquam proxima & interna differen
tia deductum eſt. Sed poſtea quàm hoc longo hoc
orationis doctu deoenimus,his,quę hactenus fua-
re expoſita,& illud addamos, qood ad iſti⁹ rei per-
ceptionem non parom videtur neceſſarium. Quā-
do dicimus, in inflammationib⁹ actiones primùm
& per ſe per intemperiem lędi,id ſano modo eſt in-
telligendum:nam doplex eſt ibi intemperaturę ra-
tio: altera in ſanguine feroido, & hæc iam facta eſt,
C neqoe ampliùs in tranſmutatione eſt, vtpotè quæ
eò iam peroenerit, vt poſsit conſiſtere, vel exiſtere
remota etiam quacunque cauſa,à qua fouaatur, &
aliqoandiu manere:altera verò, quę in tranſmuta-
tione eſt, & ſubinde adhoc fit. nam ab boc feruen-
te ſanguine continenter trāſmutantur partes, qui-
bos eſt inſarctus.& aliæ etiam,quæ bis ſont vicinę,
vt ſunt caro,nerui,venæ,arteriæ, membranæ, & id
genus reliqoa: & illa intemperies, qua afficiuntur
partes illæ, nondum eſt in termino, neq;, vt docet
D Galenus,&loquuntur iuniores,in tranſmutato eſ-
ſe dici poteſt, quia remoto ſanguine, qui eas tranſ-
mutat, ſpontè & illa intemperies euaneſcit: niſi in-
terim cōtingat, vt perſauerāte trāſmotatione dio-
tiùs,illa etiam ad terminum perducatur, vt iam di-
ci poſsit, quòd ſit facta, & qoòd partes ipſæ fixam
caliditatem habeāt,qoam, remota etiam inflamma
tione,poſsint ſeruare. Sed pars ills, quę ita habebit,
duplici morbo laborabit, cùm tamen priùs vnico
tantùm laboraret.nam priùs tantùm inflammatio-
E ne, qoæ intemperies calida eſt cum materia, labo-
rabat,nonc autem & alia,quę citra vllam materiam
eſt,ſed contracta ex partium tranſmutatione,quæ-
qoe, remota quacunque materia, poterit manere
& actiones lædere: & duo etiam morbi erunt, alter
quidem,qui proprius iam factus eſt earum particu
larum affectus,nec ampliùs ab inflammatione pen
det, cùm amplius in generatione non ſit, ſed iam
ad terminū deuenerit: alter verò inflammatio,cu-
ius ratio non in caleſacto particularum, ſed in ca-
F leſacto contenti ſanguinis in inflammatione ſuam
eſſentiam habet. Hoc verò ſpectaſſe videtur Gale-
nus in lib.de tumor.præter naturam, vbi agens de
inflammatione,ait,quòd partes,quę inflammatio-
ne tentantur, in tranſmotatione quidem ſunt, nō-
dom tamen tranſmutatæ: tranſmotatæ autem e-
runt, quando ad terminum peruenerit inflamma-
tio. Porrò autem tonc traoſmutatio erit in termi-
no, quando ab illa iam tranſmutata temperatura
actiones per ſe, non autem propter aliud aliquod
G alterios rei vitiom lædentur,ſicuti priùs omnis læ-
dendi ratio à ſanguine feruenti eas tranſmotaote
pendebat: ſed poſtea contractâ in eis intemperatu
râ, poſtquam tranſmutatio ad terminom deuenit,
primùm & per ſe lædi incœpit, & non tantùm ab
alio illas tranſmutante. Sed præterea, vt iſtius quę-
ſtionis habeatur abſolutio, & illod conſiderādom,
quòd,

quód, cùm loquimur, in exponenda morbi aut ſa- A
nitatis ratione; dę integris, aut læſis vitiatiſue a-
ctionibus, ac præterea de cauſis, cur illæ quidem
integræ, hæ aotem vitiatæ, & pręter natoram ipſius
particulæ edantur, quamois diuerſimodè de illis
habeamus ſermonem, quatenus ea omoia in diuer
ſas cauſas, diuerſaq́ principia referimus, eorum ta-
menomoium tandem non eſt diuerſa, ſed potiùs
eadem ſeotentia. Videbitur fortaſſe res hæc ita io
vniuerſum prolata confuſior, obſcuriorq́, ſed ex- B
emplis illam clariorem reddemus: petemus autem
exemplum ab illis, quæ ſecundùm rei ipſius natu-
ram ſe habent, quia rectum, vt ait Ariſtoteles, iudex
eſt ſui & obliqui, poſtea etiam ad ea transferemus
orationem, quæ vi morbi accidere ſolent particula
tim ergo ſermonem inſtituemus de illis, quę ad cõ-
coctionem, & facultatem concoctricem pertioent.
Dicimus interdum, quòd concoctio eſt actio ven-
triculi, interdum verò, quód eſt opus caloris nati-
ui ventricoli, quandoque etiam, quòd à caliditate C
ventriculi fit eius concoctio, poſtremò, quód illa à
naturali temperatura ventriculi fiat. Hæc quamuis
diuerſa videantur, tamen omnia in vnum princi-
piom referuntur, & in eandem ſententiam, ſi qoia
rectè ea coofideret, adeò vt cùm vnius horom me-
minimus, propterea reliquorum viio nó negemus:
nam integrum & abſolutum efficiens concoctionis
eſt ventricolus, primum verò & proximum ioter-
num eius ioſtrumentum, quo ille in concoqoendo
vtitur, eſt ſuus calor natiuus, qui non eſt res aliqua D
diuerſa & aliena à natora & eiua ſubſtantia, ſed eſt
eiua pars princeps & potiſsima, ad eius ſubſtantiã
ettinens, & corpus eſt: verùm quia ſubſtantia ipſa
per ſe nó agit, ſed per ſuas qualitates, vnde & Ariſt.
dicebat, quód ignis non agi, in quantum ignis, ſed
in qoantũ calidus: ideó natiuus calor nó agit proxi
mè per ſusm ſubſtantiam, ſed per ſuas qualitates,
nempè per calorem. & quia temperatus eſt is calor,
non excedens rationem naturæ illius rei, & velu-
ti forma & modus temperaturæ totius particulæ, E
ideó rationem integrarum actionom taodem refe-
rimus in probam particulæ temperaturam. Quic-
qoid ergo, dum de cõcoctione loquimor, de his di-
xerimus, ea tãdem omnia in vnũ initium, in voam
ſenteotiam, non io diuerſaa tendunt. Sed noo mo-
dó in corporis integritate & ſanitate res hæc ita ſe
habet, verùm & in his qoæ à morbo proficiſcuntur:
ſanitatis enim & morbi, ſicut oppoſitorũ omnium,
eadem omninó eſt diſciplina. Huius rei declarãdæ
gratiâ exemplum illud accipiamus. de quo pręſens F
qoæſtio fuerat inſtituta, nempe inflammationem,
in qua dubitandum minimè eſt, quin omnia, qoæ
io hoc affecto perſpici & cõſiderari poſſunt, ſint tã-
quá accidentia conſeqoẽtia ſanguinem, quo plena
& infarcta eſt inflammata particula: & ſicut omnis
ratio integrarum actionom referebatur in calidum
ionatom, tanquam in primum principium & cau-
ſam concoctionis, cuius tanqoam ioſtrumentum
erat ſuus naturalis & temperatus calor, ita etiam il-
lud, quod primom & per ſe lędit actiones, eſt vitio- G
ſus ſaogois io Inflammatiooe ſemper enim, vt tan-
quam principiũ ponitur à philoſophis, ſuppoſito-
rum contrariæ ſunt actiones: ſed neqoe quantitas,
neq́ qoalitas, oeq́ figura quicquam ſeorſum & per
ſe agere poſſunt. neq; enim calor calefacit, ſed igois,
ignis etiam eſt qui vrit: ſed quo ignis calefacit, aut

vrit, eſt calor. id ergo, qood primùm lædit actiones,
& agit qoicquid io inflammatione perperã agitur,
eſt vitiatus ſangois: quib. verò illa perperã agũtur,
ſunt varia & diuerſa. nam temperaturam earũ par-
tium, quib. infarctus eſt, & vicioarom tranſmutat
& vitiat per ſuum calorem: per tumorem autem,
tum magnitudinem, tũ verò figurã naturalem par-
ticulæ vitiat, & eodem etiam vias obſtruit, & ſpacia
anguſtiora reddit. Ipſe tamen vnum eſt, & primum
quod lædit, quam plurib. vtatur principiis, vel po-
tiùs proximis inſtrumentis in his omnib. agendis.
Vnde, ſicut idem eſt ignis, qui & ſeipſum deorſum
mouet, & ipſe etiam mouetur, præterea etiam, qui
& calefacit & vrit, & in his omnib. ipſe primum a-
git, vtitur tamen dioerſis principiis & inſtrumen-
tis in his agendis, iiſdemq́ internis, non externis:
& qoamuis ipſe ſecundùm ſuam naturam ſit ſub-
ſtantia, ab eo tamen tot proficiſcũtur motus, & tot
differentes rationes motionum. nam horom alius
eſt motus localis, qui ad cathegoriam, vbi, pertinet:
alius eſt alteratio, quę ad qualitatem: & alius eſt ge-
neratio, quæ ad ſubſtantiam, vt quando vrit ligna:
ita pari ratione in inflammatione ſanguis feruens
& vitiatus, cùm, vt paulò antea oſtendimus, pri-
mùm & per ſe lædat actiones, propriè morbus eſt:
ſed quia diuerſis principiis vel inſtromẽtis vtitur,
dum actiones lædit, & diuerſos modos habet, qui-
bus poteſt eas lædere, ad diuerſa morborum gene-
ra referri poteſt. Quare facilè perſpici poteſt, quã
ſit rationi conſonum illud, quod diximus, ſangui-
nem, quo referta eſt inflammatio, non eſſe conti-
nentem, vel cooiunctam inflammationis cauſam,
ſed inflammationem, & ipſum tandem morbum,
cùm pręter ſanguinem illum feruidum, nihil in in-
flammatione ſit, quod poſsit verè diatheſis dici, cũ
eo detracto, & particulâ vacuatâ, cętera omnia ſpõ-
tè abeant, vnde & vniuerſum momentum curatio-
nis ipſius inflammationis, vt inflammatio eſt, in va
euatione iſtius ſanguinis conſiſtit. Hæc verò lon-
giori orationis doctu exponenda cenſuimus, quia
inde facilis admodum erit ſolutio cæterorum om-
nium, quæ nobis in febrium ratione obiicis. Nam
ſicut in corpore, quod proſpera fruitor valetudine,
ſanitaa & integritas vniuerſa conſiſtit in calido na-
tiuo, cuius eſſentia & natura in ſpiritibus & ſangui-
ne, vt teſtatus eſt Galenus, ſita eſt, & in his funda-
tur etiam vniuerſa ſanitatis ratio, & dum ſuam na-
turalem temperiem ſeruant, prima & proxima cau-
ſa ſunt integrarum actionum: ita contrà etiam, ille
idem calor vel calidum naturale, vitiata ſua natu-
rali & proba temperatura, in cauſa eſt, cur actiones,
qoæ priùs integræ erant, vitiatæ & læſæ à particu-
lis proficiſcãtur. Vnde cùm is natiuus calor ſedem
ſuam habeat tum in ſpiritibus, tum in ſanguine,
vt pauló antè ex Galeno dicebamus, (accepto ta-
men ſanguine, vt reliquos etiã humorea continet,)
tum etiam in ipſis ſolidis membris, quod aliás pro-
baoimus: tranſmutatã à horum propria temperatu-
râ, calor ille natiuus, quem in his ſitũ eſſe diximus,
ſobinde etiam vitiatur: (per eam enim trãſmutatio
nem à ſua natura degenerat) & hæc propriè, ſi rei
iſtius naturam reſpiciamus, febris eſt, quod mon-
ſtrare voluit Galen. cùm dixit, febrem fieri ex mu-
tatione caloris natiui in igneum: qood idem etiam
reſpexit, cùm ex ſententia Hippocr. dixit, febrium
partitiooem in tria illa commuoia genera, nempè

aphemeram, potridam, & hecticam, eſſe acceptam
à rei ſobſtaotia, non ab accidantibus, quæ partitio,
ſi eſſet accepta à materia, vel, vt dicunt philoſophi,
à ſubiecto, non eſſet partitio per ſe & à ſubſtantia
rei depromta, qnam partiremur, ſed, vt iidem aiũt,
accideotis in ſubiecto: perinde ac ſi diceremus, al-
borum aliud cygnus, aliud oix, aliud lac, quam di-
uiſionem nemo dixerit deſnmi à rei ipſius ſubſtan-
tia. Vnde tandem febris putrida reipſa nihil aliud
aſt, oiſi putridns humor, vi putradinis in fuliginē
connerſus, per qnam cor primùm, ſubinde verò &
alias particulas tranſmutat: ephemera verò, ſpiri-
tus, qui ſupercalfactus eſt, calore extraoeo in illo
accenſo: hectica verò, calidum innatum partium ſo-
lidarum in igneum tranſmutatum. Atque ita de-
mum præſtantiſsimè defendere poterimns, quòd
per differentias, quæ per ſe ſunt, ſit facta febrium
partitio. nam hæc ſnnt quæ primùm agunt, & trã-
mutatis ſolidis particulis, actiones earum læduu-
tur, quamuis caliditas & praua temperatnra ſit il-
lod, quu agunt, ratione cuius ad motum alteratio-
nis, & ad capot qualitatis referuntur. Nolumus au-
tem multum temporis in reſpondendo illi rationi
conterere, qnę tibi eſt Achilles ad adſtruendam ra-
tionem cauſæ coniunctæ, quia ſi rectè examinetur,
non habet multam vim. nam cùm aduerſarios de-
ducere velis ad illud incommodum, qnòd, ſi nega-
uerimus cauſam morborum coninnctam, & illam,
quam vos coninnctam cauſam, nos morbum ap-
pellare voluerimus, ſequetur, quòd idem ſubiret
ſimul ratiooem cauſę & effectus, quod ab omni ra-
tione videtur omninò eſſe slienum: ſatis fuiſſe re-
ſponſum prioribus literis putamus: tamen, vt res
hæc ſacilior, & apertior reddatur, pancula quędam
illis addemus: nempè quòd ea, quæ talia per aliquã
relationem vel comparationem dicuntur, facilè,
mutata & variata comparatione, dinerſas ratiunes,
& interdum etiam oppoſitas ſubinduere poſſunt.
neque tamen propterea ſequitur, quùd ſententiæ
inde deprôtæ inter ſe ſint adnerſariæ, quia, vt phi-
loſuphi docuere, oppoſitio eſt eiuſdem, ad idem, &
ſecundnm idem. vnde cùm morbus & ſanitas ſem-
por ad actiones referantur integras vel læſas, quò
atiam ſpectant omnia, qoæ ad ſanitatem, vel mor-
bum aliqoa raoone referuotur, vt canſæ, & ſympto
ma: ſicuti morbus dicitur quod per ſe & primùm
actiones lædit, ita caoſa, illud qnòd non per ſe &
primùm lædit actiones, ſed per morbum. Quid ita-
qne incommodi erit, ſi fluxio, verbi causâ, cùm in
aliqnē locnm ſertur, primùm qnidem actiones ooo
lædat, mox verò, vbi delata ibi conſtiterit & magis
creuerit, iam lædere incipiat, & quæ priùs tãquam
caoſa habebatur futuræ læſionis, iam in loco rece-
pta, actu & effectu lædat, & hac ratione iam mor-
bus incipiat eſſe? cuntra ratiunem ſanè eſſet, ſi ſi-
mul & eudem modo eſſet cauſa & effectus. Et hoe
poſſumus multis exemplis oſtendere. nam multis
in locis aquæ, per aliqnem aluenm perpetuò fluen-
tes, flumen cunſtituunt, quæ vbi locum aliquem
concauum & amplum reperierint, vbi ſtagnare poſ-
ſint, lacnm, & quidem magnum interdum coufici-
unt: neque lacus aliud eſt, quàm cullectiu multá-
rum aquarum ſtagnautiom in vnu loco, mox verò
repletu illo ſpacio, & vel erumpentes inde, aliuqné
reperto alueo parato, per quem diffluant, iterum
flumen cooſtituunt, vt ex Benaco, & Lario lacu flu-

A mina effluunt, & ex Mantuano lacu. illæ ergo aquę
noo ſemel, ſed ſæpiùs, tum cauſæ, tom effectus ra-
tionem ſubennt. Sed medico quoqi vtamur exem-
plo: frigidior vẽtriculi temperatura moltarum cru-
ditatum generandarum cauſa eſt, qnæ ſi in ventri-
culo deteutæ maneant, tranſeunt in cauſam, quia
illam intemperiam ſonent & augent, ita vt illa cor-
rigi nunqoam poſsit, niſi crudiures illę materię de-
trahantur: ſed præterea illæ & obſtructionum, &
B dolorum, & aliorum malorum caoſa ſunt. Ex his
ergo perſpicere potes quaotom vrgeat hæc ratio.

EPISTOLA X.

Hieronymo Aroloto, Medico.

De cauſa continente in morbis.

ROgas me, Hieronyme, vt meam de caoſa, quam
in præſentia coniunctam appellsnt, ſeotẽtiam
C tibi per literas breuiter expunam. de qoa re-
centiores medici maiori contentione quàm vtilita
te in præſentia differunt. Non poſſum autem pro
ea, quæ intercedit iuter nos amicitia, vel potiùs ne-
ceſsitndine tibi non morem gerere. Aſſumam ergo
proninciam, vt tibi, quantum in me eſt, ſatiſfaciam,
ea tamen lege, vt mihi liceat à recta & probata lo-
qneodi ratione recedere, & aliorum qui de hac re
egerunt, dicẽdi formam ſequi, vt clariùs & apertiùs
poſsint hæc explicari. Et vt ex ordine inſtituatur
D hæc tractatio, ab ipſius nominis expoſitiune exor-
diemnr: deinde ſi io illis aliqua latuerit ambigoi-
tas, illam explicabimns & aperiemus: tertiò funda-
menta quædam ex doctrina Galeni, cnius decreta
præſertim in bac re nobis ſaqueuda pruposnimus,
iaciemos, ex qoibns iſtins problematis vel theure-
matis explanatio apoſsimè & accommodatiſsimè
depromi poterit. Primùm argo in qno ſenſu vel io
qua ſignificatione, præcipuè medicis, in vſu ſit no-
men cauſæ, couſideremos: deinde verò vnde occa-
E ſiooem habuerit cauſarum partitio in procatarcti-
cas, vel vt nuuc loqnimur, primitiuas, & anteceden
tes quæ à Græcis προηγούμενα: & coniunctas vel con-
tinentes, qnæ συνεκτικὰ dicnntur: deinde qoænam
ioter eas ſit differentia: tertiò quæ ſit propria & ab-
ſolnta morbi ratio. His enim poſitis atqne cunſtitu
tis, facilis erit iſtius rei explanatio. In primis ergu
hoc tanqnam poſitum accipiamus, hunc ſermonē
da illa canſa eſſe inſtitutum, quæ eſt vna ex tribus
rebns, qnæ παρὰ φύσιν, hoc eſt præter vel contra na-
F turam à medicis dicuntnr, qnaſqua illi ferè omnes
partiti ſunt in cauſam, morbum, & ſymptoma. &
qnamuis ipſi interdum omniũ quatuor generum
cauſarum meminerint, & eas omnes, quæ ad illa
qnatuor genera pertinent, cauſas appelleot, quod
ax 2. lib. methud. cap. 1. & 2. facilè percipi poteſt: ta-
men cùm de cauſis, morbis, & ſymptumatibus pro-
priè ſermunem habent, & in has tres differentias
ſit partitiu, cauſas eas intelligunt, quæ effectrices &
procreatrices ſont morborum. Ex tribus autem
G harum canſarum, quarum antea meminimus, diſ-
ferentiis, duæ omnibus medicis, aut illis ſaltem,
qui ex ratione artem tractauere, iu confeſſo ſem-
per ſuere, nempe illæ, qnæ procatarcticæ, vel eui-
dentes, vel manifeſtæ, vel, vt iuniores luquontur,
primitiuæ, vel externæ dicuntur: & quę προηγούμενα,
vel antecedentas, val intarnæ, vel abditę ſolitę ſunt
à ma-

à medicis appellari. Et qoamuis noonulli ſophiſtę, qui eupiunt videri plus aliis ſapere, cõtra communem cæterorum omnium ſententiam, nixi ſint, vt Galenus in ſuo de his cauſis libello ait, cauſas procatarcticas de medio tollere, eorom tamen non putamus io præſentia aliquam rationem eſſe habendam. Hoc autem modo mutuò hę caoſæ differunt, quòd procatarcticæ illæ propriè ſunt atqne etiam dicuntur, quarum prouẽtus extrinſecus eſt, & quæ occaſionem extrinſecsm habent, vt ſont venti, æſtus ex radiis ſolerib⁹ vel ex igne, frigus exteroum, labor, otiuto, animi perturbationes, vigilia, venus & alia id genus multa. Antecedentes verò ſunt, quæ in oobis ortnm habaot, & omnes ferè (ſi Gal. credimus) in duo tsodem capita referuntur, in homorum plenitudinem, quam Græci πληθώραν appellãt, & in eorundem corruptionẽ vel vitium, κακοχυμίαν iidem dicunt. & circa hoc cauſarum genus vniuerſa lis & contentio verſatur: quæ licet priùs inter medicos rationales, & antiqoos methodicos fuerit orta, in præſentia tameo à recentioribus iterom maiore contentiooe eſt exagitata, qui ab Auicenna & Arabibos iſtius controuerſiæ occaſiooem habuere. hi eoim cauſas interoas & quæ in oobis ortum habent, bipartitas eſſe ceoſuere, neque omnes eas ad idem genus, vel eandem differentiam, quatenus ſaltem ad rationem, qua cauſæ ſunt, pertinere voluerunt. Alias enim propriè eſſe antecedentes, alias coniunctas vel continentes eſſe dicendas, arbitrati ſunt: vtroque enim modo græcum verbum συνεκτικὸν αἴτιον noſtri transferont. Videtur autem Auicennas cauſam antecedentẽ eam nuncupare, quę nondum actu morbum efficit, vtpote quę remotior ſit: conionctam verò, vel continentem, vel contentiuam, eam quę proxime eſt, &, vt noſtri iuniores dicere ſolent, immediata, quæ que iam actu morbum gignit. Vnde quantum ad id ſpectat, ſi horum ſequamur ſeotentiam, altera harum ab altera non eſt ita diuerſa, vt re ipſa mutuò differant, ſed tantũ per diuerſas qoaſdam rationes: quia vna & eadem res, quæ priùs cauſæ antecedentis rationem habebat, poſtea in coniunctã vel contentiuã cauſam tranſit. Verbi gratia, vitioſos humor dum in corpore congeſtus, & per commuoia vaſa digeſtus quieſcit, oec dum putreſcit, aot in aliquam partem delat⁹ illam in tumorem attollit, febris, aut inflammationis ancedens caoſa dicetur: at verò vbi iam putreſcens febrem accendit, val inflammstionem actu excitat, cauſa coniuncta, ſi hos ſequamor, erit dicenda. cuios ratio hæc præcipua eſt, vt poſita hac cauſa, vel præſente, neceſſe ſit morbum adeſſe, & eã reiootã, morbom tolli: hæc enim eſt ratio cauſarum quas proximas appellare ſolemos. vnde qoeten⁹ ad has pertinet, antecedeotes caoſę tempore & natura ſoleot morbos præcedere: coniunctæ verò tantùm oatura. ex qoo deinde ſeqoitur, qoòd cauſa, quęcũque illa ſit, non lædit operationem primùm & per ſe, neq; actionibus propriis animantium primùm impedimeoto eſt, ſed tantùm per morbum, veluti per medium quoddam: morbus verò illud eſt qđ proximè & ex propria ſua ratione lædit operationes. vt tamen hæc ſola ratio ſatis nequaquam ſit ad conſtituendam morbi eſſentiam integram & abſolotam, ſi cum Gal. cæteriſq; priſcis medicis, imò etiam cum ipſa ratione velimus conſentire. nam interdum actiones ab aliqua re proximè impediun-

A tur, quæ tamen impeditio propriè morbus diei nequit. ſi enim manus ſint ligatæ, nó poſſuot ſuas obire operationas, neq; tamen ęgrotant. vnde Galen. primo & ſecundo meth ſed maximè lib. de differẽtiis ſymptomatum, in duobus poſuit omnem rationem morbi: primùm, vt ſit affect⁹ corporis animati, ipſa verò græcè διάθεσιν eppellat, non autem πάθος, quaſi paſsionem latinè dicas. Per affectum autem vel διάθεσιν ille intelligit talem affectũ, qui iam B ſtabilis & manens its ſit, vt remota etiam csuſá maneat, neq; vnà eom ille tollatur: πάθος eutem vel paſſionem appellat affectionem qnando in motu & tranſmotatione eſt, quæq; deſinente motu, & ablata cauſa mousote & tranſmutante, tollitur & ipſa. vnde paſsio vel πάθος tàdem in διάθεσιν vel affectum deſioit: nsm, vt Ariſtoteles ait, habitibus præſentibus in materia ceſſat motus. Neq; tamẽ propterea credendum eſt, nos illius eſſe ſeotentię, oempe qđ ſit neceſſe, vbi ſtabilis & permanẽs ſit facta impreſ- C ſio, vt ſtatim deſinat tranſmotatio, imò dum præſens eſt morboſe cauſa, morbus ab ea ita fouetur, vt iode cuſtodiatur aut increſcat. vnde qusmuis morbus, qua parte manens & ſtabilis factus eſt, nõ ampliùs habet, quod à cauſa ſit & pendeat, attamen adhne neceſſaria eſt cauſæ eblatio, quippe vt tollatur fomentum à quo ſeruatur, & ſubinde etiã prohibeatur, quò minùs creſcat. primam ergo hanc rationem vel conditiooem morbo ineſſe oportet, ſi verè & propriè cenſeodus ſit, nempe vt ſit affectus, D ooo paſsio. Altera proprietas vel conditio morbi eſt, vt primùm proximeq; actiones lædat. vnde primis quidem, vt ibidẽ docuit Gal. multis deeſt ſymptometibus, quamuis aliquib⁹ interdum attribui poſsit. nam genus mutetæ qoalitatis ſæpe ſymptomata continet, quæ, vt ille item expoſuit, affectus diei poſſunt. Altera verò ratio vel conditio nequit caoſę vel ſymptomati cõgruere, quia cauſa oon primùm & proximè, ſed per morbum actionib officit: nam eam actiooem procreat, à qua ſtatim & proxi- E mè operationes mancæ & imperfectæ redduntur: ſymptoma verò morbum ſequitur, qoi actionib. eſt impedimẽto. His itaq;, mi Hieronyme, poſitis & expoſitis, ſi proponatur quæſtio: nũ in medicina (vt none miſſa faciamus quę ad philoſophiã pertinẽt) ſit oeceſſum ponere & concedare cauſam coniunctam, dicam qoòd propoſita quæſtio ſimplex non eſt, ſed multiplex ambiguaq;, quoniam quęritur in voiuerſum, an ſit neceſſaria mentio illius csuſę cõiunctæ, etq; ita aio eſſe neceſſarism, quia ſaltem a- F ctiones & operationes, quæ motiones quædã ſuot, ex propria natura cauſam coniunctam habent, vnde ſymptomata omnia, quæ in genere actionis læſæ ſuot, habent hãc cauſam. actiones enim integræ & perfectæ ſanitstem tanquam coniunctam cauſam habent, quæ eſt effectrix esuſa actionum integrarũ. & ſicut motos eſſe nequit ſina motore præſente, neque motor actu ſaltem ſine motu, quod in philoſophia natorali probatnm eſt: ita non poteſt eſſe pręſens ſanites, quin operationes inde progre- G dientes integræ, & pro rstione illius ſanitatis perfectæ ſint. vnde & de coniunctis vel continentibus vel contentiuis cauſis pulſus ſit mentio & perſcrutatio à Gal. in lib. de pulſibus: ſed & id genus cauſas habet reſpiratio. morb⁹ etiam eſt cauſa hoc modo ſymptomatum omnium, quæ eo genere cõprehenduntur, quod ad actiones læſas pertinet. Si aũt

qoæſtio ad certum & definitum genus referatur, A vt ad morbũ ipſum, vt quæſtio inſtituatur, an morbus habeat cauſam eam, quam hactenus coniunctam vel contentiuam appellauimus, res hæc in magnam his temporibus controuerſiam reuocata eſt: cùm alij aliter ſentiãt. Ego autem, poſteaquam & mea proferenda eſt ſeutentia, puto (ſalua tamen pace eorum, qui ſecus ſentiunt, virorum alioquin doctiſsimorum) quòd illi, qui cauſas coniunctas in morbis, quatenus morbi ſunt, quærunt aut ponunt, B in priſcorum authorum, præſertim verò Galeni & Hippocratis ſententia ballucinantur, & quę ab illis clariſsimè dicta & probata ſunt, obaudiunt & procul ab omni veritate & à medicinæ principiis aberrant. Et primùm quidem quòd à Galeno diſſentiant, facilè eſt probatu. ipſe enim præter ea, quę primo de ſymptomatum differentiis, & primo ſecundoque methodi retulit, in eo libello quem de cauſis coniunctis ſeu contentiuis inſcripſit, vt referunt qui eum legerũt, ſicuti Nicolaus Leonicenus C teſtis omni exceptione maior, cur propterea etiam credendum eſt, quia illa eadem ſententia ab eodem repetita eſt in apologia, quam contra Iulianum edidit, qua Hippocratem defendit & ea quæ ab illo in aphoriſmis fuerant prolata, vbi & iſtius de cauſis coniunctis commentarioli meminit: in his, inquam, locis Galenus ait, quòd nomen cauſæ coniunctæ inuentum Stoicum eſt, & illis tantùm in vſu, qui illi ſectæ fuere addicti, & deinde in medicinam introductum ab Atheneo medico, qui fuit pri D mus illius ſectæ in medicina author, quæ Pneumaticorũ dicebatur. ipſe enim Poſidonium Stoicum audiuit, & diu cum eo verſatus eſt, ab ipſis Stoicis nomen cauſæ coniunctę mutuatus eſt, quod deinde & à Methodicis medicis fuit receptum, quamuis illi non probè eo vſi fuerint. Ego verò, ait Galenus, ne nimis contentioſus viderer, & qui vellem de verbis citra vtilitatẽ contendere, illud interdum admitto & vtor, cæterùm non ita in vniuerſum, vt illi ſoliti ſunt vti, ſed cum quadam limitatione, E in illis nimirũ quæ fiunt, & quatenus fiunt, & quorum eſſentia in motu & tranſmutatione eſt. Quæ ſi cum illis conferantur, quę paulò antè poſita expoſitaque fuere, dicemus, quòd quæ *πάθη* ſeu paſsiones dicuntur, quando nondum in *διάθεσιν* vel affectum deſiere, poſſunt quidem ſibi coniunctam cauſam vendicare, affectus verò, quatenus affectus, nequaquam: nam affectus, vt affectus eſt, non eſt amplius *πάθος* vel paſsio, quare neque amplius coniunctam aliquam cauſam requirit, cùm ipſe poſsit per F ſe & remota quacunque cauſa conſiſtere, vtpotè qui ſit iam factus ſtabilis & permanens. Accedit ad hoc, quòd Galen. in eo libello de cauſis contentiuis, quod & apertiſsimè in libr. de differentiis ſymptomatum ſcriptum reliquit, ait duas fuiſſe antiquitùs medicorum ſectas, quatenus ad morborum rationes pertinet. quidam enim voluere morbum propriè eſſe actionem læſam, alij verò affectum viuentis particulæ, in illam per eius tranſmutationem introductum, qui in cauſa eſt, cur earum actio G nes lædantur, & ait deinde, quòd de hac ab eis appellata cauſa coniuncta diuerſimodè, pro diuerſa harum poſitionum ratione, loqui oportet. quia illis, qui ſtatuũt morbos nihil aliud eſſe præter ipſas actiones læſas vel actionum læſionem, neceſſe eſt admittere cauſam morborum coniunctam, immò illam in omni morbo, ſi illis ab ipſis ſit curandus, inquirere, cùm alioquin curari nequeat, niſi remotâ causâ. At verò qui non læſas actiones, ſed affectũ illum à quo primùm operationes læduntur, morbum eſſe cenſent, non coguntur ponere aut inquirere aliquam coniunctam morbi cauſam, ſed illis ſola ſufficit cauſa antecedens. Et cùm ille, vt ipſemet in libro de ſymptomatum differentiis, & in libris methodi aſſerit, horum poſteriorum ſectam ſit profeſſus, neceſſe eſt, vt dicamus cauſam hanc coniunctam eſſe omninò alienam à decretis Galeni. Huic tertiò accedit, quod idem Galenus tertio artis medicinalis, hoc tanquam præcipuum in curandis morbis pręceptum tradidit, quòd primùm auferenda ſit cauſa morbi, poſtea verò curatio ad factum morbũ conuertenda, quod ſanè præceptum, iſtius modi causâ poſitâ, aut falſum omninò eſſet, aut ſuperuacuum & inutile. nam vel cauſa, quam priùs eſſe remouendam præcipit, eſt antecedens, vel coniuncta: ſi eſt antecedens, præceptum omninò falſum eſt, quia poſt remotionem cauſæ antecedentis reliqua eſt cauſa coniuncta, quâ non ablatâ, nequit fieri vt morbus auferatur: ſin autem pręceptum illud ſit referendum ad cauſam coniunctã, ſuperuacaneum & futile erit præceptum, quia ſi cauſa coniuncta ſeu contiuens, vt docuit Galenus contra Iulianum, ſemper præſens eſt dum morbus adeſt, & eâ ablatâ ſtatim morbus tollitur, poſt iſtius cauſæ remotionem nullos ampliùs morbos curandus reliquos eſt. Sed hæc horum poſitio ſit à veritate & à veris medicinæ principiis aliena, non eſt probatu difficile, poſito hoc tanquam fundamento, quod ab omnibus medicis, qui ex ratione & methodo medicinam profitentur, accipitur, nẽpe quòd vniuerſa medendi methodus in indicationibus fundatur, quæ medico ſcopos demonſtrant, quos in medendo ſpectare oportet. Et tantam vim in arte medendi indicationes habent, vt pro diuerſa ratione præcipuarum & primarũ indicationum diuerſæ ſint conſtitutæ medicinę partes. nam cùm omnes indicationes aut à naturalib. rebus deprõtæ ſint, aut ab illis quę corpori præter naturam accidunt: à naturalibus ſanè accipiuntur illæ, quæ temperaturam, vires, & ætatem reſpiciunt, & quæ ad has tandem referuntur, & magis coindicant, quàm quòd propriè indicent. Ex his autem, quæ ſunt præter vel contra naturam, duo tantum primùm & per ſe vim indicandi habent, cauſa nimirum & morbus: ſymptoma verò, quod morbum ſequitur, ex ſe nullam propriè indicandi rationem habet: & ſi aliquando aliquam indicandi vim videatur habere, iam non ampliùs rationem ſymptomatis habet, ſed cauſę, vt docuit Galenus, rationem ſubinduit. vnde duo ſunt quæ in curandi ratione propriè indicant, nempe morbus & cauſa: & hoc teſtantur medici omnes. ſed indicatio à morbo deprompta propria eſt methodo curatrici, imò eſt maximum illud fundamentum, cui illa innititur. quæ verò à cauſa ſumitur indicatio parti medicinæ peculiaris eſt, quæ verſatur circa tuẽdam proſperam valetudinem: hæc enim ſeruatur, dum cauemus à morboſis cauſis. vnde, quando in ægrotante præſens adhuc cauſa eſt, ſicuti ambæ indicationes ſimul iunctæ ſunt, nempè quæ à cauſa, & quæ à natura morbi ſumitur, ita commiſcentur & quaſi cõfunduntur duo illi ſcopi qui ad præſeruatricem, & qui

qui ad curatricem medicinæ partem attinent. nam prior indicatio cauſam eſſe remouendam oſtendit, & vt quantum morbi ex præſentia cauſæ futurum eſt, prohibeamus. à præſente enim cauſa morbus fomentum & incrementũ habet: altera verò indicatio, quod factũ eſt, per contraria eſſe remouendum poſtulat, & hæc propriè curatio eſt, ſicuti ablatio cauſæ, præſeruatio aut ſanitatis tutela dicitur. quàuis, vt ſeptimo aphoriſmorum teſtatus eſt Galenus vſus iam obtinuerit, vt quando hæ indicationes ſimul coniunctæ ſunt, per quendam abuſum, vtrũque officium communi curationis nomine comprehendatur: ſed præſeruatio vel tutela dicatur, quando ſola cauſa præſens remouenda eſt. Quod ſi res in hunc modum ſe habet, ſi iam quæratur, cur ſymptoma, quod & ipſum res eſt aliena à natura, vel, vt ſolemus quotidie dicere, præter naturam, & ſæpe magis moleſta quàm morbus, & à qua magis explicari cupimus, nullam tamen in curandi ratione indicationem ſibi vendicet, non equidem puto quidquam aliud reſponderi poſſe, niſi quia morbum ſequitur, vt morbo remoto & ipſum ſtatim remoueatur. Quod ſi ita ſit, & nos in morbis cauſam contentiuam, præter antecedentem, conceſſerimus, & iſtius cauſæ coniunctæ ratio, vt contra Iulianum expoſuit Galenus, eſt, vt ſemper præſens ſit dum morbus eſt, & qua remota remouetur ſtatim & morbus: non video cur magis morbo quàm ſymptomati ſit aliqua indicatio attribuenda: vtrinque enim par ratio eſt. nam ita ablata hac cauſa ſtatim morbus aufertur, ſicut ablato morbo vnà tollitur & ſymptoma. Vnde plerique eorum, qui has cõiunctas cauſas introduxere in medicinam, dum exemplis illam explanare contendunt, titubare deinde videntur, nec ſecum vndequaque conſentire, quod Auicennæ accidit. interdum enim actiones læſas inter morbos recẽſiſſet, & morbum ipſum tanquàm earum coniunctam cauſam refert, interdum verò eas tanquam coniunctas cauſas habet, quæ propriè ſunt antecedentes, & à Galeno antecedentes vocantur. Explanaturus etenim qualis ſit iſta cauſa coniuncta, primo can. fen. ſecunda doctrin. ait cauſam coniunctam cæcitatis eſſe oppilationem, oppilationis verò humorem, qui ad oculorum meatus deſcendit, eosque obſtruit. ait præterea putredinem eſſe coniunctam cauſam febris. His autem exemplis manifeſtè oſtendit, quòd aliquando cum illis ſentit, qui voluere morbum eſſe actionem læſam, vel operationis læſionem, aliquando verò cum illis, qui affectum, à quo actiones læduntur. nam cùm inquit, cæcitatis cauſam coniunctam oppilationem eſſe, manifeſtò ſẽtire videtur, cæcitatem eſſe morbum, cùm illius cauſæ coniunctæ definitio ſit, vt inter illam & morbum nullum intercedat medium. ſi ergo inter cauſam coniunctam & morbum nullum intercedit medium, & oppilatio comparata ad cæcitatem eſt tanquam eius cauſa cõiuncta, cæcitas erit is morbus, inter quem & oppilationem nullum intercedit medium. ſed cæcitas nihil aliud eſt, niſi offenſa actionis oculi, ablata nimirum vel deſtructa oculi actio: quemadmodum ſurditas, aurium: contra quàm ipſa ſenſiſſe videtur, quando definitionem ægritudinis, vel morbi protulit. ibi namq; dixit, quòd ægritudo erat diſpoſitio vel affectus nõ naturalis in humano corpore, à quo prouenit nocumentum in operationi-

A bos, prouentu primo. Ecce ægritudinem appellat affectum, à quo læditur operatio. Vnde ſi ipſe ſibi conſtare voluerit, neceſſe eſt fateatur, cæcitatem nõ eſſe morbum, ſed ſymptoma: morbum verò, oppilationem, à qua prouenit læſio operationis prouentu primo. Sed in eo præterea perperam ſentire videtur, quòd ait humorem qui deſcendit ad foramina vel meatus oculorum, eſſe coniunctam oppilationis cauſam, cùm potiùs ſit morbus iam factus,
B & inter eos morbos recenſendus qui in via dicuntur. quia ſi oppilatio eſt morbus in via, illud erit, quod dum in via & meatu eſt, operationes lædit. in oculorum autem via vel meatu nihil aliud reperitur, niſi humor ille qui infarctus obſtruit, vnde intercepto tranſitu facultati cum ſpiritibus ad oculum, impeditur immò tollitur viſus. niſi quiſpiam fortaſſe dicat, Auicennam, cùm dicit humorem qui deſcendit eſſe cauſam coniunctam oppilationis, non ſpectaſſe humorem qui iam fluxit, ſed
C illum qui adhuc fluit, aut illum qui fluxurus eſt. ſed hoc nequaquam dici poteſt, quia ille potiùs cauſa antecedens eſt & dici meretur quàm coniuncta. vnde pari etiam ratione mihi recẽtiores à vera via, quam priſci & celebres medici, præſertim verò Galenus Hippocratesq; triuere, omninò aberrare videntur, cùm humorem iam receptũ in aliqua particula, illamque in tumorem attollentem, cauſam coniunctam inflammationis aliorũmque tumorum appellant, quia, vt de obſtructione diximus, ita &
D de inflammatione ſcirrhoque, & aliis tumoribus cenſendum puto, nempe quod humor qui partem inflammatam aut ſcirrhoſam in tumorem attollit, ſit morbus, quodque nihil aliud ſit inflammatio re ipſa, niſi ſanguis feruens intruſus & infarctus, in aliquam noſtri corporis partem. cui ſententiæ ſubſcribere voluiſſe viſus eſt Galenus in lib. de tumoribus præter naturam: vbi hac ratione vtitur: inflammatio, vtpote quæ eſt rubicundus tumor, non poteſt eſſe niſi carnis, aut ſanguinis copia. ſed non eſt,
E vt ipſe ait, πολυαιμία, quare erit ſanguinis multitudo vel abundantia. præterea & in libro de differentiis morborũ, duas ait eſſe differentias morborum, qui in ſimplicibus particulis propriè ſolent exoriri, alteram, quæ in ſolis qualitatibus partium ſimilarium conſiſtit, & intemperies citra materiei affluxum dicitur, alterã verò, cum affluxu materiæ quæ qualitatibus prædita eſt. materia ergo quæ per affluxum accipitur, & abſorbetur, ad rationem & differentiam morbi pertinet: Sed & ea parte videtur
F Auicen. à vera priſcorũ via aberrare, qua dixit putredinem eſſe cauſam coniunctam febris putridæ. nam apertè Gal. 11. meth. cap. 9. ait, humorum putredinem eſſe cauſam antecedentem febris. Porrò mihi hoc, quippe quod non parum ad integram iſtius rei ſolutionem facere videatur, nequaquã eſſe prætermittendum videtur, nempe quòd eorum, qui Auicennam ſectantur & eius ſententiam omninò defendendam ſuſceperũt, vniuerſa vis in hoc conſiſtere videtur, quòd, cùm duplex ſit morborũ
G differẽtia: aliqui enim facti ſunt, alij verò, vt conſueuere noſtri recentiores dicere, fientes, quamuis facti morbi minimè egeant cõiuncta cauſa, illis tamẽ qui fiunt, quatenus fiunt, eiuſmodi cauſa omninò neceſſaria eſt. nã dum fiunt, in generatione & tranſmutatione ſunt: ſed Gal. etiam illis eſſe neceſſariam coniunctã cauſam affirmat, quorũ eſſentia in trãſ-

mutatione eſt. Cæterùm quia poſſent aliqui huic rationi reſpondere, quòd morbi dũ fiunt, non ſunt propriè morbi: ideò eorum conatus vuiuerſus eò tendit, vt probent, morbos qui fiunt, dum fiunt, & quatenus fiunt, omninò eſſe in morbis ponendos. probant autem hoc modo, quia ſunt res, quæ ſunt in animalis corpore præter eius naturã, omnia autem res in animantis corpore præter naturam, aut morbus eſt, aut cauſa, aut ſymptoma: & cùm non ſit cauſa morbus qui fit, quippe qui primùm operationes lædat, neque ſymptoma, tum hac eadem ratione, tum verò quia morbum per ſe non ſequitur, erit ergo propriè morbus. Verùm quòd ratio hæc falſo innitatur fundamento lubricoq́, non erit difficile oſtendere. nam quãdo quærimus, an morbus fiens, vt fiens eſt, ſit morbus, perinde ſanè videtur, ac ſi quæratur, an ſemen tritici iactum in terram, dum in tranſmutatione eſt, & pullulat, ſit triticum: vel id quod in vtero receptum & verſus humanam naturam tranſmutatur, nec dum viuit, ſit homo, vel etiam dum viuit, vita tamen plantæ. dum enim hæc generantur, nequit ſimpliciter & abſolutè dici, quòd ſint vel triticum vel homo, niſi, vt noſtri philoſophi dicere ſolent, ſecundum quid, & poteſtate vel potẽtia: ſunt enim in via & tranſitu ad ſuã ſpeciem, & in tranſmutatione. nam & hoc ſit homo, & illud triticum. Et ita dicere poſſumus, quòd eſt triticum, vel homo fiens, ſicuti etiam eſt aliquis morbus fiens. neque deinde ſequitur, quòd hæc, quatenus fiunt & in tranſmutatione ſunt, neceſſariò habeant propriam & coniunctam cauſam, quo quidem modo hactenꝰ de illa loquuti ſumus. nam tranſmutatio ſine tranſmutante eſſe nequit, neque tranſmutans, vt tranſmutans eſt, ſine tranſmutatione, vel ſine re quæ ab ipſo trãſmutetur: ita etiam ſit neceſſe, triticum, & hominem, quatenus hæc ſunt, habere cauſam coniunctam. Sed quia hæc ſubſtantiæ ſunt, idem etiam in accidentibus oſtendamus, in quibus etiam verus eſt motus, & magis manifeſtum, eſſe in fieri, & eſſe factum. Dealbatio, vt dealbatio, rem ſignificat vt fit & in tranſmutatione eſt, albedo verò vel album, vt facta iam eſt, & vt eſt manens & ſtabilis qualitas: tamen dealbatio, vt dealbatio, non eſt quidpiam aliud niſi albedo dum fit. Et quia omnia quæ fiunt, quatenus fiunt, relationem habẽt ad duas partes, quarum altera iam facta eſt, altera verò nondum facta, ſed eſt futura fieri, (nam & hoc Ariſtot. in phyſicis auſcultationibus demonſtrauit, vbi probat, quòd omne, quod mouetur, partim eſt in termino à quo, partim in termino, ad quem eſt motus) ſicut illud quod mouetur, ratione illius quod iam eſt in termino ad quem, nõ eget motore: quia quatenus ad illum pertinet, iam eò peruenit, quò ducebatur ab ipſo motore: ſed eo eget ea ratione, quæ eſt in termino à quo, nempe vt ab illo deducatur ad terminum, ad quem tendit: pari etiam ratione in morbo qui fit, nondum autem omninò factus eſt, neceſſaria eſt cauſa coniuncta, vtpote quæ ſit tanquam mouens & efficiens, propter illud quod nondum ex eo factum eſt, ſed eſt futurum: & id quidem dici propriè morbus non poteſt, niſi poteſtate: ratione autẽ illius, quod factum eſt, & morbus in actu eſt, non eſt illi neceſſaria cauſa coniuncta, quia cùm incipit eſſe affectus vel *διάθεσις*, vt ex Galeno ſuperiùs fuit expoſitum, incipit non pendere à cauſa efficiente. Vnde ſi quæratur,

A an morbus, vt morbus eſt, habeat coniunctam cauſam, reſpondemus, quòd nequaquam, quia vt morbus eſt, affectus eſt vel *διάθεσις*· dicitur autem *διαθέσεις* cùm eò prouecta res eſt, vt permanens adeò ſit, vt remota cauſa illa non ſtatim tollatur, ſed maneat: morbus verò vt fiens eſt, naquit dici morbus ſimpliciter, ſed tantùm ſecundum quid, quia tantùm ſecundum partem factam, non ſecundum vniuerſum. neq; illi neceſſaria eſt cauſa coniuncta, niſi ra-
B tione eius quod nondum eſt, ſed eſt futurum. quare nemo eſt qui non videat, non ſequi, quòd ſi in morbis qui fiunt neceſſaria eſt cauſa coniuncta, illa ſit tanquàm neceſſaria in morbis ponenda, imò potiùs contrarium ſequitur, nempe quòd, quia ſolùm quando fiunt morbi neceſſaria eſt coniuncta cauſa, & quatenꝰ fiunt, morbus quatenus morbus careat cauſa coniuncta. Quòd autem in vniuerſum verum ſit, quòd propriè & per ſe nequeat dici morbus, niſi per partem quæ facta iam eſt, apertiſsimè
C oſtendit illud, in quo medici omnes tam iuniores, quàm antiqui conſenſere, nempe quòd febris dici non poteſt, niſi ſit aliquid calefactum in corde à calefacto itaque quod iam contractum eſt in corde, habet calor pręter naturam vt dicatur febris. Vnde ſi horum virorum alioquin doctiſsimorum ratio vera eſſet, qua nitũtur probare, quòd morbus dum fit, propriè dicendus ſit morbus, poſſemus eodem fundamento innixi deſtruere ſententiam Galeni, Auicennæ, & aliorum ferè omnium medicorum,
D qui negant calorem præter naturam febrem priùs appellari poſſe, quàm ſit aliquod calefactum in corde: quia dum cor calefit, calor qui per tranſmutationẽ inducitur, antequam ſit factus, eſt res aliqua præter naturam, ergo aut cauſa, aut morbus, aut ſymptoma: nõ eſt cauſa, quia nihil efficit ſeipſum, neque etiam ſymptoma: ergo morbus, & tandem febris. Vnde talis trãſmutatio non eſt morbus, vel febris propriè, ſed via ad morbũ, & morbus poteſtate. Hæc eſt ergo mea ſententia quatenus ad pri-
E mum problema pertinet. Alterum autem problema vel theorema, cuius à me explanationem requiris, maioris eſt momenti, & ad diæteticam medicinæ partem proximè pertinet, ſicuti primum ad ætiologicam. Maioris verò momenti in arte medica propterea eſſe videtur, quia circa res ipſas, & artis operationes verſatur, quemadmodum prior contentio, ſi ad finem medici comparata diligenter examinetur, tandem deprehenditur, vt & Galenus aliquando inſinuaſſe viſus eſt,
F verſari circa nomina & vocabula. nam id quod Auicennas & eius ſequaces cauſam coniunctam, Galenus & antiquiores, aut antecedẽtem cauſam, aut morbum, vt oſtendimus appellant, non multùm ad rectè & ſecundum artem operandum refert, ſiue hoc, ſiue illo modo loquamur: dummodò illud ſeruemus & attendamus, quòd indicationes accipiantur ab affectu, à quo proximè & primùm operationes læduntur, non autem ab operationibus læſis, tum verò cauſis, vtpotè quæ foueant & auge-
G ant morbum. Hoc autem alterum verſatur circa victus rationem in febribus putridis & periodicis rectè inſtituendam. Quæris itaque vt exponam rationem, qua medici adducantur noſtra hac tempeſtate, vt cibum febricitantibus in incremento acceſsionis exhibeant; & an mihi ea ratio probetur. nam cùm primùm hoc animaduertiſti, non parum

turba-

turbatus es:memioeras etenim Hippocratem,Galanum, Aoiceonam & reliquos probatos medicos ſecus egiſſe,ſenſiſſe,& præcepiſſe. Ego verò meam in hac re ſententiam quàm potero breuiſsimè exponam, ſi priùs tamen hoc fundsmenium iacero: Nullom inueniri in medicina, vel potiùs in alia arta qoæcunq; illa ſit, generale præceptum vel theorema:vel ſi aliqood reperiatur,illud rariſsimom ſanè eſt,qood aliqoam interdum noo pstiatur exceptionem,& id quidē propter iocooſtantiā & mutabilitatē materiæ,circa quam artes verſsntur. Ecce enim, na longiùs exempla petamos,boc præceptū sb Hippocrate, qui slioquin ſemper ſomma breoitate delectatur, ſæpiùs propter eius vim & vtilitatem fuit repetitum.oam primo aphor.11.& 19.præterea primo & quarto commaoto in libr. de ratioue victos in acotis morb. ſcribitur, quòd in aceeſſiooibos, modò per vires liceat, à cibo ſit abſtinendom:ſed ſi per eas minimè liceat,tempus aleudi ægrotos deterrimom eſſe initiom accelsioois : in eo enim tempore maximè noxios poteſt eſſe cibus: prætarea verò & quando inſtat , & propè eſt acceſſio. eui ſentantiæ ſobſcripſit Auicenna cùm dixit, eſſe procurandom,vt paroxyſmos ſoperueoiat vētre vscuo. Deinda verò & ipſum tempus eſt iniqoom buic officio:ſicot opportuniſsimum tempus prę omnibus aliis tamporibus, aceeſſionis eſt inclinatio. His quidem,prętér id,quód ſunt comprobata optims & eoideutiſsima rationa, etism atteſtatur longa experieotia: pationtur tamen multas exceptiones : nam interdum & pauló aote acceſsionem,& iocipiente acceſsiona,& interdum in vigo-

cap.21. re cōgimur cibum offerre. id enim Gal.11.methud. tum ratiooe,tum experiētia probaoit: ſed id in medicins propter vatias indicationes, quæ ſe medico offeront, ſolet accidere, vt uou ſemper eaſdem, vel ęquales vires in indicando habeant,quando ſimul conoenioot, ſad inter eas ioterdum alia maiorem vim habet. Si enim conſideraoerimus ſolam indicationem à morbo deprōmtam,vel ab eius temporibus,in qoib⁹ variatur motus accesſionis, veriſsima & perquàm neceſſaria ſunt hæc omnia, qoæ bactenus propoſita ſont:cæterùm quia non bęc ſola, ſed & aliæ plures ſpectandæ ſunt indicationes,quę non modò dioerſam ab hac ratiooem babent, verùm nonnonquam illi adoerſariam , ideò iſtis omnibos deinde inter ſe collatis,illam ſeqoimur rationem & occaſionem, qua magis prodeſſe, & minùs obeſſe poſsimus ipſi ægrotanti, ſiquidem & illa, quæ (quatenos ad præſens negotiom pertinet) io primis vim aliquam indicandi habent, ſont laborantis corporis natura, deinde ætas,tertio anni tēpos & conſtitotio, poſtremò conſoetodo: nam & ipſa vim maximsm indicandi hsbet , qoippe quæ, vt Gal.docuit,eſt qoaſi aſſcititis sdoentitiaq; natu-

aphor.25.& deinceps. ra: & Hippoc.in libro de ratione vict.in scut.morb. nos docoit quanta ipſius ratio in victu inſtituendo, non modò in ægrotis , verùm etiam in ſanis ſit habenda,qoando expoſuit,quæ incommoda illi patiantur, qui ſoliti ſunt bis in die comedere, ſi ſemel taotùm comadant,& contra quoqoe, ſi qui sſſuenere ſemel tantùm,velint bis comedere. Quòd verò hæc interdom medicum cogant diuertere ab illis commooibos præceptis de indicatione à mor-

cap.3.4.5. bo & eios temporibos accepta docoit Galenus 10. method.vbi probat, quòd ægroti qoi ſuapte natu-

A ra ſont calido & ſicco corporis habitu , vt ſoot illi, qoos Hippocrates ἀκροχόλους appellabat, ſi cogantur cibi aſſumtiooem vltra proprias horas differre , animo delioquont,vnde ſæpè,niſi paolò ants acceſſionem,vel in ipſo initio acceſsionis alantur,maximom ſobeant viiæ diſcrimen. Sed & 11.method.

capit.vltim. cenſuit eos , quorom eo tempore corporis hàbitus videtur nimis ſqualidus factus,vel in ipſo etism vigora eſſe aleodos. Præterea, ſi error aſt, eos ſemel

B tantùm alere, qui bis in die comedere ſoliti ſont, quis oon videt, quód , ſi hos velimus bis cibo reficere, op⁹ eſt interdùm illis in acceſsiona cibum offerre, & ſæpe alio tempore, quàm in inclioatione? Quara vt ſummam iſtius rei paocis compreheodamus,oullos eſt tam ignaros medicus,modò in illis ſit,qoi medici merentur sppellari,qoi oon cenſeat, declinandam eſſe acceſsiouem in offerendo cibo, modò id commodè fieri poſsit , ſin sutem id, aut propter acceſsionis prolixitatem, aut ægroti nstu-

C ram, vel conſoetudinem fieri neqoeat, ſaltem tantiſper morandum , donec inclinatio incipiat. at ſi neqoe etiam eatenos poſsit occaſio alendi protrahi,reliqos erunt tris tempora, nempe principiom, incrementum, & vigor vel ſtatus acceſsionis:vnde poſtea conſideraodom erit,qoo horum trium temporum com mioori noxa poſsit ægrotus ali. Porrò dobiom oon eſt , qoin , vt ex Hippocratis Galeniqoe ſententia psolò antè oſteodimus , & omnes madici conſenſere, tempos importuniſsimum ad

D boc officium ſit prioeipiom accaſsionis : & id quatenus pertioet sd rationem illius temporis, quia eo tempore natiuos calor vnà eom potridis vaporibos,oecnoo & ſanguine,intrò in profundom recurrunt,ibiqoe incùlcsti obroontur,& penè ſtrangulantur ; & cùm ſimilem ratiouem mouendi ſanguinem & ſpiritus habeat aſſumtus cibus (à principio enim perinde vt ſtrues viridiom lignorum igni impoſita natiuom ignem ita opprimit, vt illom videatur ſtrangolare: nam iidem fit reuocatio ſpi-

E rituum & ſanguinis ad interiora viſcera) conſpirantibus in vnum duabos his motionibos,ferè periculum ſobit, oe extinguatur. At in vigore vires externi febrilisqoe csloris vigent,vt qui iam ęqualiter apprehendit tam internas quàm axternas partes , & illis qusſi videtur dominari : vnde ingeſtus eo tempore cibus duorum malorum caoſa eſt, primùm natorā à ſuo monere auertit, cui⁹ vniuerſus conat⁹ eo tēpore eſt, vt putridam fuliginē & febrilem calorem digerat, stque ad externas partes, li-

F beratis internis & præcipuis, qoanta poteſt vi impellat, cibus verò coquendus ab hoc officio illam diſtrabit: deinde cùm inſtromenta concoctionis ſint à ſebrili & extraneo calure obſeſſa, cibus non minos ab boc, quàm à natiuo afficitur tranſmotaturqoe, & proinde oequit noo vitioſus humor gigni, vtpote qui ſecum à ſuo ortu ſomentum sut ſemina putrediois ferat : ſicoti in principio crodior fit bomor, qui generatur ob oppreſsionem natiui caloris , aut etiam corrompitur. Inter duo aotem

G hæc extrema eſt incrementom, in quo & calor iam expanſos eſt, & oon ampliùs its ſtrangulatur, neqoe etiam its æſtuaot interoa viſcera, quibos neque adhuc febrilis cslor its dominatur. imò ſi animom rectè velimus aduertere, & rem rectè æſtimare , percipiemus quod tempos incrementi febricitantes pleruoqoe leuiùs & faciliùs ferunt, qoàm

brem intermittentem gignit, neceſſe omninò eſt, A vt ille sot ibi gignator, vbi potreſcit, aut vt alibi genitus, eò feratur. non eſt dicendum, qoòd ibi ſemper generetor: cùm enim dicat, quòd materia qoartanæ ſit atra bilis in lienem reſuſa, non ergo in liene generatur: ſed alibi genita in lienem refunditur: & nulli non notum eſt, in iecore generari atram bilem, quæ eſt quaſi ſæx ſanguinis, & ſæpe etiam aliam, qoæ ſit ex aſſatione ſanguinis, ſi modò iecur calidius ſit. Sed non minùs & in reliqois parti- B bus vel venis gigni & congeri poteſt multa atra bilis, qoæ mox in lienem refundatur. vnde qoæcunque incommoda circomſtare putat illos, qui aiunt à venis in habitum corporis excuti materiam melancholicam, eadem premût etiam Fernelium, credentem, illam à venis in lienem, vel in membranas circum præcordia refundi. nam qoòd bilis atra, & pituita è venis in babitum corporis effundatur, neque ex illis ſolùm, qoæ circa præcordia habentur, verùm & ex ſuperioribus, indicant me- C lancholici affectus, qoi vſq; ad cotem pertingont, vt ſont nigræ vltiligines, & albæ etiam, & ſcabiei differentiæ,, quæ ſerinæ dicuntur, elephantiaſesque, & id genus aliæ affectiones. Sed neque difficile eſt antiquis Medicis rationem reddere complexionom compoſitionomqoe febrium: nam non ſemper eadem corporis particula eſt prima cauſa febris. cùm enim putridarum febrium cauſa ſit vitioſus humor, non eſt ſemper vnos & idem locos in qon gignontur vitioſi bumores, cùm in D omnibus particolis, ex vitiata earum temperatura, poſsit vitioſus ſoccus generari & congeri. Atque hoc deinde in cauſa eſt, cur multi poſsint eſſe febriom complexus: interdom quidem earum, quæ ad idem genus pertinent, ſicut qoando ſimul componontur plores tertianæ: nonnunquam verò earum, quæ ad diuerſa genera. Nam ſicut diuerſos fomites vel mineras habent: ita diuerſis temporibos & per diuerſas periodos acceſsiones & diuerſa habent ſymptomata. Et quantom ad E Fernelium & Syloiom pertinet, licet plure potoiſſent proferri, & magis etiam particulatim, quibus & antiqoorum ſententis adſtrueretor, & illorum deſtrueretur: nos tamen hic conſiſtere decreuimos. nam oimis etiam vagati ſomus in re iam bene conſtituta & ſatis clara. Quia tamen non defuere & alij, qui tam delicatæ naris ſunt, vt vel aromata, & quæ cæteris ſuauem ſpirant odorem, illis fœtere videantor & ſordeant, & reliquos omnes, præter ſe, vulgus Medicorum appellent, ignoren- F tiæque damnent: vt tandem hanc tractationem ad calcem perducamus, de illis etiam, qoæ ab his in mediom prolata fuere, aliqua, vt noſtræ militiæ principes ab illorum calumniis defendamos, decreuimus prioribus ſubnectere. Conantur itaque & iſti illorum refellere ſententiam, qui arbitrati ſunt, focum putredinis in intermittentibus eſſe extra venas: Primùm, quia tempore febriom ex vrinis potiſsimùm diſcernuntur, ratione nimirum concoctionis, quam nobis vrina demonſtrat. vrina nā- G qoe, vel etiam ipſo Galeno teſte quarto de tuenda ſanitate, concoctionem, & affectionem homorum; qoi in venis ſunt, nobis oſtendit: non autem eorum qui extrà & in corporis habitom diſperſi ſunt. Sed & ſecondo de differentiis febrium ait hypoſtaſim eſſe quaſi cinerem ex putredine vel conco-

ctione relictum, quæ in venis ſit. Preterea etiam addit, fruſtra laboreturum Medicum in his febribus, quando vtitur remediis aperientibos internas viſcerum obſtructiones, ſi humor in venis non ſit, ſed potiùs in habitu corporis. Inſoper nollam omninò eſſe ait retionem, cur vena in febribus eſſet ſecanda, ſed ſatis eſſe externos meatus aperire, per quos fiat perſpiratio habit* corporis. His, & hoc addunt, quòd ſi res ita ſe haberet, & in intermittentibos febribos humor in habitu corporis putreſceret, videretur deinde & hoc plurimùm eſſe rationi conſentancum, vt, ſoluta prima acceſsione, alia nō ſocecederet. nam in tertiana, ſi illa ſit ex humore putreſcente, excuſſo in babitum corporis, & ille ſtatim in prima acceſsione excutitur, & ſimol etiam cum ea finitor, nolla ampliùs cauſa erit reliqua, cur altera ſubinde accendatur: ſi enim aliquid relinqueretur, interuallum non eſſet porum. Præterea vt concedamus, inqoit, in tertianis habere aliquam veriſimilitudinem, vt humor in habitum corporis diſpergatur, ibique putreſcat, vtpotè qoòd bilis ſit homor tenuis, pituita tamen & atra bilis bomores ſanè craſsi & lenti non ita facilè è venis excuti, & diſpergi per anguſtos meatus ſolidarum partium poterunt. Denique bis etiam quæſtionibus pugnat, cor in tertianis omnibus non ſit laſsitodo vlcerosa, ſi per carnem ſpargitur bilis: cùm illa laſsitudinis differentia alioqoin non fiat, niſi bile per carnea diſperſa? & cur etiam ex pituita diſperſa in qootidianis, non attollitur babitus corporis in œdematoſum tomorem? Hæc ſunt ſpicula, quæ hi in Galenum & priſcos aotores reliqnos contorqoēt: qoibos qoò magis ſe profeciſſe in redargoenda antiqua Medicina putant, eò maiorem ignorationem eorum decretorum oſtendont, qoæ ab antiqois optimè conſtituta fuere. Et ne tempos in diluendis omnibus argomentis horum ſigillatim conteramus, rem ipſam quomodo ſe habeat exponamus. ea enim rectè percepta, nemo erit, qui, ſi Medicinam vel ab ipſo tantùm limine vnqoam ſalutauerit, non facilè poſsit deprebendere, quàm lobrico & inani fundamento innitantor hæ iſtorum retiones. Primùm ergo hi in hoc ballucinantur, quòd credunt aotores antiqoos potaſſe, in intermittentibos febribus, quæ non vnica tantùm acceſsione finiuntur, ſed per plores periodos decurrunt, vniuerſam illam materiam, quæ, in omoibus futuris periodis putreſcens, eſt acceſsiones accenſura, vno & eodem tempore primùm in venis contineri, ac ſimol deinde eadem expulſione excerni, moxque per partes potreſcere, vt & Fernelius rem hanc interpretari viſos eſt. Qui aotem ita ſentiunt, in eas anguſtias ſe indont, vt ab illis neſciant ſe explicare, niſi per illud diuerticulom, vt dicant, rationem periodorum ſequi naturam, vel proprietatem, vel formam bumoribos inſitam, qoæ vim babeat, vt illi certis temporibus & per conſtituta interualla moueantur. hoc verò mihi ſanè videtur nihil tandem aliud ſignificare, niſi hos bumores per has periodos ad putredinem moueri propter qoandam caoſam, quam ignoro. Porrò ſi res hæc, quam iſti proponunt, eſſet retione aliqua expendenda, magis conſentaneum verò eſſet, quòd bilis celeriores habeat periodos, quàm pituita, cùm ſuapte natura & ſecundùm omnem retionem promtior illa ſit, vt moueatur, quàm pituita. præterea faciliùs

potre-

putreſcit bilis, quàm pituita: quod pręſertim ea ra-
tiooe poteſt probari, qoia, licet plerooqoe maior
pituitæ, quàm bilis copia coogeratur io humanis
corporibus, & nulla in illis pars à natura ſit pro-
craata, quæ officium babeat attraheodi pituitam,
ſicut fellea veſicula bilem: tamen longè freqoentio
res fiuut febres tertiauæ, quàm quotidianæ: &
qoamuis multi alij morbi gignantor ex pituità
noo putreſceuta, rari tamen admodum ex ea pu-
treſceote. Sad præterea ſi hoc verum ſit, quód pe-
riodorum ratio ſequator naturam humorum, ef-
ficeretur inde, vt, vbi eſſet collecta aliqua bilis co-
pia, illa ſuæ naturæ conſcia potreſceret, atque ita
diarrhæaa, quæ à bile fiuot & ſæpe per plores dies
ægrotantem exercent, ſemper tertiana fabris con-
comitaretur: præterea & arquati morbi, immò &
eryſipelatum comes eſſet ſemper tertiana. Sed vt
vt illis hoc iodulgeamos, quomodo poſtea poteri-
mos aliquam iuire rationam, vt iuteruallum io in-
termittentibos ſincerum interuallom eſſe poſsit?
qola vt verum ſit, qoód humor, qui in cauſa febris
eſt, à propria natura babeat, vt per certas perio-
dos ad potredinem moueatur, primùm & hoc o-
portebit, vt & iliam babeat proprietatem, qua per
partes certas & definitas ad putrediuem moueà-
tur, noo autem ſecundum ſe voiuerſam: quia vni-
uerſa febris vnica acceſsiooe termioaretur. At vi-
dere deiode minimè poſſum: ſi voiuerſus humor
ille vnius formæ ſit ſecundum ſpeciem, & vnde-
quaque ſit ſibi ſimilis, quid deinde habeanr partes,
cur hæc primò, altera vero ſecundò, & ita deinceps
ad putredioem mooeàtor? Sed hoc etiam eſto: qoi
aotem fieri poteſt, vt partes illæ, quę vno loco con-
gaſtæ, & iotar ſe continentes ſunt, (cùm hæc ſit
putredinis natura, vt, ſi qoid à putrido tangitur, &
ipſum potreſcat) uon ſubinde potreſcant, & ab
vna in altaram putredo ſerpat? qoód ſi ſerpat,
quomodo iuteruallum erit ſincerom, & febris ex-
pera. Sed hæc in præſentia ad oſtendendam bo-
rum abſurditatem ſatis ſint. Et quamuis hi poſte-
riores noo io locis circa membranas, vt Fernelius,
locum putrediois eſſe putauerint, ſed iu venis: pa-
riter tameo eædem ratiooes illos poſſuut redar-
guera. Nunc eò reuertamur, vnda dioerteramus.
Hæc argo eſt Galeni & reliquorum rationalium
Medicorum ſeuteotia, quód vitiati homores, qui
ſuut caoſa febris aotecedans, generentur atqoe et-
iam congeraotur io veois, aut per ſecundam con-
coctionem, io qua error aliquis commiſſus eſt vel
ab ipſa natura ſeu facultate ob aliquod vitium iu
organo contractum, vel quis ſuit aliqood vitiom
in cibis & alimeoto, vel ex aliqua ſimili interna vel
externa occaſione, aot ex concoctione tertia ex ſi-
milibos cauſis: ſed iuterdum & ex caoſis externis,
vel ex labore oimio, ex triſtibus auimi parturba-
tionibos, ex curis, & aeris motationibus magois,
vude ſaoguis & alij homores conteoti in veois, vel
per aſſationem, vel ob aliquam aliam cauſam, præ-
ſertim verò ex obſtructionibus, ſæpe in vitioſam
excrementitiamque uaturam degeoerant. In ac-
ceſsionibus autem iotermittentium febrium, cùm
ex cauſis iam expoſitis vitioſi humores eà copià
collecti ſuot io veois, vt iam, aut copia, aut mala a-
liqua qualitate incipiant naturæ oegotium faceſ-
ſera, illa, facultate expultrice excitata, uititur vt
ſaoguinem expiet, à venis maioribus ad minores,

A ac ſubinde ad vltimas illos expellere, vt inde mox
excutiaotor: qoi poſtea excuſsi ibi putreſcuut, pu-
treſcentesque febrilem acceſsionem faciuot, quæ
tantiſper durat, donec eam putredo fouat, qoa ab-
ſumta, deſinit affectio io febris vacuitatem, & ita fit
interuallom, vt aiuot, ſincerum. Sed interim ex eiſ-
dem cauſis iterum fit noua generatio & congeſtio
ſimilis materiæ, quæ nou voiuerſa, ſed paolatim &
per partes generantur iu eiſdem venis, & dafinito
B eget tampora, vt ita augeatur, quoad itarum luci-
piat oaturæ inſignem afferre moleſtiam, à qoà ite-
rum ad expulſiouem cooigetur. Atque boc tantiſ-
per deinceps fit, donac, temoià caoſà iſtius gaue-
ratioois & congeſtionis, deſiuat tandem morbus
voiuerſus. Hæ autem, vt diximus, tranſmutationes
omnes ſioe booo ſint, ſiue malo, in vauis fiunt, at-
que io illis ſuccis, qui in venis continantur. Sed &
coococtiones io venis fiunt à natiuo calore, & à tē-
peratura propria mambrorum ſolidorum, qualia
C ſunt ipſa vaſa: vnde & omoem curationis ratio-
nem dirigimus, oon quidem ad putridam materi-
am, quæ eſt io habitu corporis, quia acceſsioue de-
ſinente, illa ſua ſpontè abſumta digeſtaque euaoa-
ſcit. ſed ad eam, quæ in venis congeritur, & eſt tan-
quam autecedens cauſa fabris, & eius quaſi fomes:
præterea procoramus, vt cauſam iooeniamus tol-
lamusque, vode bumores à ſua propria natura de-
generant. Patet itaqua qoòd hi Andabatarum mo-
re poguant in tenebris, cùm opponout, quòd ſu-
D peruacanea eſſet in febribus obſeruatio vrinarum,
& bypoſtaſis, quæ vaſorum affectiones, noo habi-
tus corporis nobis oſteudara poſſunt: itemque
quando dicont, ſuperuacuom fore Medicorum la-
borem, quaudo in his febribus ſtudeot, vt ſanguis
mittatur, & obſtructiooes reſerentur, ſi quæ ſint in
viſceribus. quia cùm viſcerum & vaſorum natu-
ralis & proba temperatura, (qoæ ſicoti per com-
modam perſpirationam ſeruari poteſt, ita illà in-
terceptà, vitiatur & corrumpitur) iu caoſa ſit in
E primis, cur boni gignantur humores: lotercipitur
hæc perſpiratio præſertim & maximè ex obſtru-
ctiouibus: neque ſolis illis qoæ ſunt circa corporis
habitum, ſad illis qooque, quæ iu veois & viſceri-
bus orioutur. fiunt etiam obſtructiones aut à mol-
ta, aut à craſſa materia, vel lenta. Sed oeq; propter-
ea, qoia in acceſtionum initiis fit vomitus, & alui
interdum deiectio, quæ ſolent etiam interdum cō-
ferre, aliqnod in hac re momentum habet. conce-
dimus enim quód per vomitum, & per deiectio-
F nes aloi noo id deiicitur, qood ex habitu corporis
effuoditur, ſed ex veuis: addimos tamen & id, quód
illud, quod iu habitum corporis circa initia acceſ-
ſiooom inſpergitur, ipſum etiam è venis effundi-
tur. nam cur miraodum ſit, ſi oatora io ea concita-
tione, qua oititur uoxiam materiam exturbare à lo-
cis magis præcipuis, indeq; expellere, partem alis
qoam, quæ in venis ad vētriculom attineotib. erat,
ad illum, tanqoam ad locum commodiorem expel
lat, partem verò aliam, ad inteſtina, ſicoti reliquum
G io corporis habitum excutit ſempar eoim per lo-
ca, quæ illi magis io promto ſont, ſi poteſt, expellit.
Sad fortitudo & imbecillitas partis impellentis, vel
ſuſcipieotis, non parum ad hoc facit: tenuitas verò
vel craſsitodo humoris facit ad faciliorem & ci-
tioram expulſionem: nam & principia acceſsio-
num in quartanis & quotidianis lougiora ſunt: ud

tamen tantam vim habent, vt omninò prohibeant, quia natura, cùm fortis eſt, nihil in expellendo reſiſtit. alioquin enim quomodo fierent dolores articulares, quando à pituitoſa materia fiunt, vel quomodo nerui repleti conuellerentur? Quòd autem non ſemper acceſsionem in tertianis vlceroſa præcedat laſsitudo, & œdema in quotidianis, eſt vel propter diuerſa natura bilis, vel pro diuerſa ratione motus humoris. in exquiſitis enim & veris tertianis, quæ ex bile exquiſita fiunt, præcedunt rigores, & dolores quaſi à re pongente excitati: & hoc omnes referunt in acrem humorem, quid autem illud eſt, vt etiam Gal. affirmat, niſi vlceroſa laſsitudo? quando verò humor eſt minùs acris, magiſque mitis, quia vel non multùm receſſerit à ſanguinis natura, vel quia mixtione alicuius tenuis pituitæ, acrimonia obtusâ, mitior euaſerit, vel quia non ita confertim neque tanto impetu moueatur, minor fit, & nullus quaſi rigor, & exigua etiam vel nulla laſsitudo. In quotidianis denique non intumeſcunt externæ partes, (quamuis ſæpe facies tumidior videatur, vtpotè quæ magis ſub aſpectum veniat.) ſicut in œdemate, quia in eo pituita ex aliqua parte rarefacta, in flatum vertitur, atque ita in maiorem tumorem partes attollit, in quibus continetur, cùm ibi non putreſcit, ſicut neque in auriginoſis putreſcit bilis: in febre autem putreſcit, & calor febrilis ex putredine accenſus, flatum diſcutit. Sed hic tandem receptui canamus. nam nos vagari vltra etiam quàm inſtitueramus, coegit arrogantia quorundam, qui putant, hoc tandem eſſe multum ſapere, ſi à ſapientibus & probatis viris, præſertim verò ab antiquis, quos alij ſuſpiciunt & admirantur, diſſentiant.

EPISTOLA XIII.

Ad Horatium Feroldum.

Defenſio eorum, quæ ab eius patre fuerant adnotata in commentarium de loco putredinis.

VT quatenus per nos fieri poteſt, doctiſsimo & diligentiſsimo patri tuo ſatisfaciamus, obiectionibus contra noſtrũ commentariolum de loco putredinis in febribus intermittentib9 nitemur particulatim reſpondere. priùs tamen quædam tanquam fundamenta vniuerſi noſtri inſtituti ponemus, quæ, ni fallor, nos ab omni calumnia defendere poterũt. Primum autem erit hoc, quòd ea quam nos defendimus, non eſt noſtra nec noua ſententia, ſed Hippocratis, Galeni, ac cæterorum priſcorum Medicorum, quæ diu & tot temporum interuallis ſibi preſcripſerat, vt iam in hac re ius acquiſitum, vt Iureconſulti loqui ſolent, meritò ſibi vendicare poſſet. vnde ſatis in illo commentariolo factum eſſe videri poterit, ſi rationibus eorum, qui illam de ſuo iure detrahere diuellereque nituntur, dilutis ac diſſolutis, in priſtinam poſſeſsionem reſtituamus, quod nos feciſſe arbitramur. Quòd ſi deinde & rationibus, quibus contrariam Fernelij & Syluij opinionem euertere conabamur, non ſit admodum difficile reſpondere, propterea tamen non tollitur, quin nos noſtro officio functi ſimus. In his enim quæ ad naturalem vel medicam diſci-

A plinam pertinent, difficilimum, mea quidem ſententia, eſt, veras conſtruere demonſtrationes, & ſatis eſt, vt & Ariſtoteles teſtatum reliquit, ſi in his ea proferamus in medium, quæ veritati magis conſentanea videantur: præſertim verò quando non ſit inſtituta diſputatio litigiosè, neque vt aliquem tentemus, periculumque de eius ingenio faciamus, ſed tantùm diſciplinæ vel doctrinæ gratiâ. nam alioquin, ſi cum proteruo aliquo & perfrictæ
B frontis homine ſit contentio, nulli rationi non reſponderi poteſt. Sed iam ad obiectiones tollendas accedamus. Nitebamur refellere ſententiam Fernelij, deducto argumento à ſtructura inferioris vẽtris, quæ aptior videtur continentibus, quàm intermittentibus febribus. Huic argumento reſpondet vir excellens, illud potiùs arguere difficultatem, quàm impoſsibilitatem. cùm enim corpus vniuerſum ſit tranſpirabile, nihil obſtare, inquit, quò minùs materia, quæ effuſa eſt in illum ventrem, poſsit, poſtquàm putruerit, antea digeri
C diſcutique, quàm iterum altera effundatur: præſertim quando non multa fuerit effuſa materia. Sed hic & id animaduertendum, quòd, ſicut quæ fieri nequeunt, nunquam fiunt, ita quæ factu ſunt difficilia, raró fieri ſolent, & quæ faciliora, frequentiùs: ſcientiæ verò & artes circa illa verſantur, quæ aut ſemper, aut frequentiùs ſolent fieri, vnde quæ rariùs eueniunt, procul ſunt ab artis ratione. Quando autem de loco putredinis inſtituitur à Medi-
D cis diſputatio, illa non eſt referenda ad aliquam vnam definitam & limitatam rationem, quæ aliquando poſsit aliquem locum habere, ſed ad rem vniuerſam, quæ ita frequentiùs ex illius rei natura locum habeat. Vt præterea & hoc addamus, quòd ſi reſponſio hæc valeret, eodem modo nos defenderemus, poſſe accendi intermittentem febrem ex materia putreſcente in maioribus, ſicut minoribus venis: ſi nimirum imaginaremur paucam ibi materiam putreſcere, quæ priùs deſinat,
E quàm altera interim generetur & colligatur. Sed & quodam dilemmate decreta Fernelij nitebamur diuellere, nempe introducta partitione locorum, in quæ, ex eius ſententia, quis affirmare poſsit, fieri putreſaciendæ materiæ effuſionem in intermittentibus febribus. Nam ſi quis diceret, quòd in ſpacium inane ventris inferioris materia inſpergatur, eundem fore modum arguebamus, quo fierent febres intermittentes, & quo hydrops: nam & aqua intercutem gignitur effuſis vitioſis & ſero-
F ſis humoribus in illud ſpacium. Ad hæc autem ita ille reſpondet, quòd inter hæc ea intercedat differẽtia, quòd hydrops alios morbos ſequatur, ſed intermittentes febres ſtatim à principio incipiant. Sed nõ tollit difficultatem reſponſio hæc, quia hoc non variat eſſentiam & naturam morbi, nempe ꝙ non ſequatur, aut quòd ſequatur alios morbos. nã quartana ſæpiùs alias febres ſequitur, interdum lienis affectum aliquem: tertiana iecoris, vel veſicę fellea: quotidiana ventriculi: & febres omnes putri-
G dæ, obſtructiones: quare nihil hæc differentia illi proderit. Deinde verò quia dicebamus, quòd ſicut febris cùm accenditur in hydropicis, continẽs eſt, ita & in aliis, ſi materia in eo ſpacio putreſceret, inde continens febris accenderetur: reſpondet, quòd ſi febris in hydropicis interdum percipitur, ea non fit propter materiam putreſcentẽ in abdomine, ſed

propter

propter illam, quæ eſt in venis iecoris aliquo alio A
morbo occupati. Sed ille mihi præterea reſpondeat, & cauſam afferat, cur materia in ventre hydropicorum contenta, loco nimirum calido, in quo nõ facilem habet perſpirationem, excremẽtoſua vitioſaque humor, non putreſcat, vt cogamur deinde occaſionem febris aliunde quærere, cùm ſæpe fiat hydrops ſiue ſcirrho, vel aliquo alio tumore in iecore, vel in aliis viſceribus, ſicuti quando ſequitur nimiam ſanguinis effuſionem. Eidem autem B
fundamento innixus, eximia vir in nos rationem retorquet: ait enim, ſi ergo materia in abdomine putreſcens, febrem continuam concitat, quomodo à nobis conſtitutum eſt, continentem febrem fieri à materia putreſcente in venis. Non eſt multi momenti hæc obiectio, quia neque nos etiam dicimus, omnem febrem continuam fieri ex materia in venis putreſcente. pleuritim enim & phrenitim, & cæterorum viſcerum inflammationes ſequitur febris continua, præterea & empyema, & ſanguinem C
concretum, & putreſcentem in ventriculo, in inteſtinis, & veſica: ſed dicimus, quòd ſemper, cùm in venis putreſcit humor, fit febris continens. Sed cùm neque Fernelius hoc profiteatur, nec alius quiſpiam, quem ego nouerim, materiam febrium intermittentium fluctuare in ventre hoc inferiori, perinde vt in hydropicis humor fluctuat: nolumus in hac re tempus conterere, & quatenus ad hoc pertinet hæc ſatis eſſe poterunt. Quo etiam loco oſtenſuri incongruitatem opinionis Fernelij, qui D
innixus illi fundamento, quòd locus circa hæc viſcera eſt quaſi ſentina & cloaca, in quam excrementa corporis confluunt, dicebamus ideò in hunc ventrem confluere excrementa, quia à variis particulis huic officio à natura delegatis, attrahantur, vt ſunt lien, renes, veſicule fellea, quæ loca etiam propria habent à natura itidem procreata, per quæ fit eiuſmodi excrementorum excretio: Obiicit ille, quòd & ſi hoc ordinariè verum ſit, atque dum corpus bene habet, cùm tamen ſe habet præ- E
ter rationem ſuæ naturæ, nihil tunc vetat, quo minùs varia excrementa poſsint ibi colligi, excreta à venis in hoc ſpacium, cùm corpus vniuerſum & vndique ſit confluxibile. Mihi quidem videtur, quòd obiectio aut nullam, aut modicam ſaltem habeat vim, quia nemo negat, quin id fieri poſsit, cùm id fieri in hydropicis nemo negare poſsit: ſed nos eo loco oſtendebamus id fundamentum labare & lubricum eſſe, nulliuſque momenti, quia conceſſo hoc, quòd inferior venter ſit veluti ſentina, F
non tamen inde ſequebatur, quòd propterea is vẽter eſſet locus & ſedes humoris putreſcentis in intermittentibus febribus. Nam primùm cur in his magis, quàm in continuis? nec enim neceſſe eſt, vt cùm ille ſit ſentina, ad quam confluunt omnia excrementa, quando ibi colligitur materia, copioſa illa colligatur. quare rationi videtur deinde conſonum, quòd multa putreſcente materia, potiùs febris continens, quàm intermittens gignatur: quemadmodum & in thorace, ſi in eo putreſcit me- G
terie, ſolet fieri. Deinde verò neque id ſequitur, quòd ibi multa facilè congeratur materia, quia cùm per ſua emiſſaria excernatur inſtituto naturę, raro ibi multa congeritur. Sed nec id prętereamus, quòd experientia contrarium teſtatur: cadauera enim eorum, qui febre confecti periere, cùm ſecan-

A tur, non reperiuntur multam huiuſmodi continere materiam in hoc ventre, ſicuti in hydropicis reperimus. In thoracis autem affectib. multa ibi materia putrida ſolet inueniri. Præterea verò & illud experientia videmus, quod cùm male affectum eſt corpus, & vel viæ ſunt obſtructæ, vel excretoria facultas imbecillis eſt, vel nimia excrementorum copia gignitur, illa potiùs digeruntur in habitum vniuerſi corporis, interdum ad cutim, vnde fiunt ic-
B teritiæ, tam nigra, quàm flaua, vitiligines, ſcabies, & id genus reliquæ cutaneorum morborum differentiæ: interdum vero ad vnum aliquem imbecillum locum delegata, varios tumores excitát. quòd ſi aliqua pars interdum etiam in ſpacium hoc effundi poteſt, illud adeò raro fit, vt nihil ad nos id faciat. Eadem ratione reſpondere poſſumus, & facilè quidem, ſequenti inſtantiæ, quæ allata eſt, vt infringeretur vis rationis, qua nitebamur reprobare ſententiam Fernelij, opinantis locum putredinis
C in intermittentibus eſſe circa viſcera: quia ſi circa viſcera putreſceret materia, febris, quæ inde accenderetur, potiùs continens, quàm intermittens eſſet, quia affectus ille aut inflammatio eſſet, aut ſimilis inflammationi. Ait ergo excellentiſsimus vir in fauorem Fernelij, quod ſi materia per ſubſtantiam viſcerum diſpergatur, repletis nimirum eorũ meatibus, in quibus putreſcat, minimè erit inflammatio: ſed cùm materia adeo pauca eſſe poſsit, neque adeò conculcata, poterit etiam ita cito reſolui, vt
D deinde intermittens febris euadat. Sed hoc conſiderandum, quod in inflammatione materia à venis expreſſa, diſpergitur per meatus & loca inania particularum. neque enim, vt à philoſophis probatum eſt, poteſt fieri corporum penetratio: quarè omninò erit affectus ſimilis inflammationi, ab ea non differens, niſi maiori vel minori inculcatione: Quamuis, ſi velimus verba Fernelij diligenter æſtimare, cùm velit ipſe, quòd in intermittentibus materia quaſi furens feratur concitato impetu ad loca
E circa præcordia, videre non poſſum, quomodo dicẽdum ſit, quod nõ inculcetur in eam particulam, in quam defertur. & cùm locus ille ſit cordi vicinus, qui fieri poteſt, vt febris illa poſsit eſſe intermittẽs, præſertim autem ſi de illis loquamur, quæ ſæpiſsimè ſolent euenire, non de illis, quæ admodum raro. Cui & id accedit, quòd viſcera ſunt ſemper ſuccis repleta, tum bonis, vt iecur, tum excrementoſis, vt lien, & fellea veſica, & id genus reliqua, vnde quantumlibet non eſſet ibi multa vitioſa materia,
F quæ delata in meatus viſcerum putreſceret: tamen partem etiam earum humiditatum afficit, quę ſuapte ferè natura in eo viſcere continentur, illamque ſecum in conſortium putredinis trahit. quemadmodum enim, vt Gal. 8. c. 7. de comp. med. ſecundũ loc. etiam docuit, chylus in iecur attractus, ſi ibi ob imbecillitatem facultatis concoctricis corrũpatur, ſecum in corruptionẽ aliquas commixti ſanguinis particulas attrahit: pari ratione hîc, quàuis nõ multa ſit materia quæ confluit, multa tamen putreſcit:
G Cui prętera & illud addamus, quòd, ſi materia non ſit plurimùm viſceri infarcta & inculcata, cùm viſcera interna expultricem facultatem validam habeãt, & de illis ſolicita ſit natura non parum, facile materia illa, anteq̃ putreſcat, expelletur ad alias imbecilliores particulas: vt rariſsimè, niſi aut ita multa, aut ita infarcta ſit, vt vires naturę ſuperet, ibi putreſcat:

Quia verò dubitare videtur, an ſecoodum Ga-
lenum lethargus ſit inflammatio, cùm id nũquam
ſcriptum apud Græcos teperierit: mihi illud non
videtur difficile prubatu ex variis Gal. locis. Nam
cùm de viſcerum inflammationibus loqnimur, nõ
eo modu inflammationem accipere ſolemus, quo
poſteriores Medici accepere, nempe vt ſignificat ca
lidum tumorem ex infarcto ſanguine: ſed pro qno-
cunque calido tumore, qnem febris ſequitur, ſiue
ex ſua natura ſit calidus, ſiue ex accidenti. ſic phre-
nitis etiam exqoiſita à Medicis omnibus dicitur in-
flammatio capitis, qoæ tamen à bile exqoiſita ortũ
habet. nam ab eodem bumore, ſi Galenum ſequa-
mur, fit tertiana exquiſita, & caoſus vel febris at-
dens, & phtenitis. Neque video cot & pleuritis nõ
fiat à bile exqoiſita, quando ſputum ſimplex eſt, nõ
mixtum ex rubro & pallido, vel flauo: licet ſacus de
humore melancholico ſentiendũ ſit, qoia in mẽbra
nam craſſus humor naqnit penetrate: qnod erat à
Fernelio conſiderandum, quando dixit, in febribus
intermittentibus materiam ſerri impeto ad mem-
branas partium intra præcordia: num id in quarta-
na locum aliquem habere poſſet. ſed tamen in ſuc-
cingente membrana humor aſſatus ab igneo calo-
re, in melancholicum ſuccum vertitur. Par ergo ra
tione & lethargus, quamuis ſit pituitoſus affectus,
inflammatio tamen eſt, vt & peripneumonia, vnde
Galenus qnart. . ecauſ. pol & quarto de præſagi-
tione ex pul. ai, quòd pulſus lathargicorum &
peripneumonicorum, aut iidem, aut ſimiles ſunt,
quodq́ue vterque calidus eſt affectus: alioquin eo-
rum non eſſet comes ſebris continua. Neque pro-
pterea, qnia fiũt ab humore frigida, ſeqnitur quòd
ſint tumotes & affectus frigidi. nam & quotidiana
febris ab eadem materia fit, & tamen eſt calor præ-
ter naturam, & ex cõculcatione anim materię quę-
dam contrahitur putredo, & ſubinde calor, vnde
febris accenditur. ſecus autẽ eſt in œdemate, qnod
mollis & laxus tumor eſt, & in exterioribos parti-
bus circa putredinem concitatus. Quòd verò &
Galenus ita ſenſerit, facilè, ni fallor, probatu eſt.
Docens enim quomodo à lethargo differat phre-
nitis, dixit hos affect⁹ loco & materia differre: quia
phrenitis in membranis, lethargus in cerebri ſub-
ſtantia oritur. Vndecimo tamen meth. cùm de ca-
taplaſmatis, cerebro & partibus capitis accommo-
datis ageret, ait, quòd in cerebri & membranarum
eius inflammationibus non opottet in initio cu-
curbitulis vti, neq; niſi priùs inanito corpore: item
& cùm de reprimentibus medicamentis ſermonem
haberet eodem loco, & rationem horum referret,
ea prufert, ex quibus, ſi rectè æſtimentur, cùm hæc
ſint generalia præcepta, quæ non magis ſint phre-
nitidi, quàm lethargo accommodata, & referantur
cum his quæ paulò antè ralata fuere, qnando men
tionem facit inflammationum cerebri & membra-
narum eius, & phrenitis propriè ad membranas,
lethargus verò ad cerebri ſubſtantiã pertineat: ne-
minem eſſe arbitror, qui non ſtatim ſit iudicaturus,
quòd ſub nomine & genere inflammationis ſit et-
iam lethargum complexus. Sed his præterea & il-
lud addamus, quòd idem Gal. 13. meth. cap. 21. cùm
ageret de differenti ratione, lethargicos & phreni-
ticos curandi, ait, quòd duo hi affectus ferè contra-
rij ſunt ſpecie: alibi etiam illos eſſe cõtrarios dixit:
ſi ergo ſpecie differentes ſont, & contrarij affectus,

A erunt neceſſariò in eodem genere, quia ſpecies ad
vnum cõmune genus referuntur, & contraria ſunt,
quæ ſub genere eodem plurimùm diſtant, genus
antem phrenitidis eſt inflammatio. Item puto, ne-
minem negaturum, quòd ſicut à bilioſo humore
membranæ in tumorem attolluntur, ita etiam à le-
thargo cerebrum: quodq; is tumor calidus ſit, quã-
uis primùm à frigido humore excitetur, à pituitoſo
ſcilicet ſucco. Et quòd is tumor ſit calidus, mihi ſa-
B tis liquidò conſtare poſſe videtur, vtpotè qui & fe-
brem continentem & delirium comites habeat. vn-
de Galenus 3. aphor. dixit, eos quorum ætas incipit
inclinare, faciliùs, quàm iuuenes, à lethargo corri-
pi, idq; ea de cauſa, qnia iuuenes excremento pitui-
toſo magis carent, ſenes verò quãuis eo abundent,
in illis tamen non eſt ea via caloris, vt poſsit febrem
accendere. quare ad lethargum concitãdum febris
neceſſaria eſt. vnde ſi lethargus ſit tumor calidus,
non erit neqne œdema, neque ſcirrhus, ſed neque
C eryſipelas, cùm non habeat ortum à bile: erit ergo
referendus in inflammationum genus. Huic præ-
terea & illud fidem facere poteſt, qnòd peripneu-
monia ab antiquis omnibus in inflammationum
ordinem relata eſt, cùm tamen affectus ſit lethar-
go frigidior, vt ſatis apertè docuit Galenus quarto
de cauſis pul. capit. 13. Sed in hoc nimis vagati ſu-
mus: accedamus ergo ad aliam obiectionem, quæ
ad eundem ferè locum pertinet.

Obiicit itaque, quaſi non faciat ad propoſitam
D diſputationem quod diximus, quòd, ſicut pleuri-
tis inflammatio eſt, cuius tamen vna differentia à
pituita fit, ſicut & alia à ſanguine, tertia à bile, ita &
lethargi materia qnamuis ſit pituitoſa, nihil tamen
obſtat, quin inflammatio dici poſsit. opponit autẽ,
dicens, qnòd pleuritis ex aliis ſinceris humoribus
fieri nequit, ſed aut ex ſanguine bilioſo, aut ex ſan-
guine pituitoſo, non autem ex pituita ſola. Hoc no-
bis nihil obſtat: quomodocunque enim res ſe ha-
beat, lethargus cum ſebre eſt: non ergo erit œde-
E ma, erit ergo inflammatio. vnde pituita dum ſuam
naturam ſinceram ſeruat, & frigida omninò eſt,
nequit febres vel inflammationes concitare, vbi
verò à ſua illa ſincera natura degenerat, & vel alte-
rius humoris mixtione, vel contracta putredine,
calorem eatenus ſibi comparat, vt febrem poſsit
accendere, poteſt etiam inflammationis eſſe autor.

Obiicit etiam contra ea, quæ ex Gal. ſententia 2.
lib. cummẽtariorum in 6. epid. dicebamus, nempe
qoòd vniuerſum hoc negotium inde exponi pute-
F rat: ibi enim ex motu bilis per diuerſa loca rationẽ
diuerſorum affectuum, vel ſymptomatum, in febri
bus euaniẽtium retulit. ait autem, quòd quatenus
bilis per venas vnà cum ſanguine fertur, pręſertim
verò per venas vẽtriculi, iecoris, & pulmonum, ac-
cendit ardentem: ſin ad ſolidas partes feratur, rigo
res concitat, ſed ſi in cerebrum & mẽbranas ſit im-
pacta, phrenitim, ſed antea venas perfluens in his
ſitas, non phrenitidas, ſed deliria. Illi verò vide-
tur, qood etſi dicat, quòd rigor fiat quando bilis
G fertur ad ſolidas partes, hoc tamen non probet,
qnòd locus putredinis in febribus intermittenti-
bus ſit habitus corporis vniuerſi, quia ſi rigor pro-
prius eſt intermittentium, & ille fit delata bile ex
venis ad ſolidas partes, iu ſolidis partibus ſunt et-
iam interna viſcera, & eorum ſubſtantia, & mem-
branæ, ſicut & muſculorum. At ſi quis rectè rem
hanc

hanc examinet,& Galeni ſententiam, facilè perci- A
piet hanc obiectionem pondus vim huic rationi ad-
dere, quàm detrahere, primùm quia ſemper ferè
Gal. per ſolidas partes eas intelligit, ex quibus con
ſtituitur corporis habitus, nimirum muſculos, &
eius partes, vt facilè poterit percipere, qui loca le-
gerit diligenter, in quibus rationem rigoris expo-
nit: & quamuis rigor ſit proprius intermittétium,
fit tamen & in ardentibus febribus, in quibus ſu-
dor, qui illum ſequitur, oſtendit bilem ad muſcu-
los ferri, non autem ad viſcera. Sed quòd rigor fie- B
ri nequeat expulsâ materiâ ad ſubſtantiam vel car
nem viſcerum, nemo eſt, qui nõ perſpicere poſsit.
rigor enim fit re acri delata per partes ſenſu prædi-
tas, & quamuis ventriculus ſit ſenſu, vel etiam acri
præditus, iecur tamẽ & pulmones eo carent. Cùm
enim defendit Stephanum Athenienſem, credi-
mus rectè illũ ab eo defendi: nam & nos credimus,
imò ſcripſimus ita illum ſenſiſſe: ſed nihil poſtea
hæc Stephani ſententia opinioni illorũ fauere po-
terit, qui ponunt locum putredinis in his febribus C
eſſe circum viſcera, cùm ille nõ loquatur ibi in vni-
uerſum, ſed particulatim de aliquibus, quæ rarò
eueniunt. Si etiam animũ aduertamus ad locum,
in quo de putredinis foco cuiuſcunque febris ha-
betur, facilè tollitur propoſita ambiguitas, ab ex-
cellenti Doctore allata. nempe cùm dicit, non ſibi
plenè ſatisfacere id, quod à nobis dictum eſt, quòd
in continuis cum remiſsione locus putredinis ſint
venæ minores, quæ pertinent ad artus & vniuerſi
corporis habitum. quia aptior videtur locus, venæ D
minores prædictorum viſcerum: quia quid tan-
dem mali afferre poteſt, ſi in his continuis materia
putreſcat in venis artuum? Diximus verò, quòd
in febribus ardentibus materia putreſcit in venis
maioribus, quę ad viſcera pertinet, & circa ea ſunt:
has autem iſtas eſſe dixit Galenus, quæ ſunt intra
hos fines, nempe infra clauiculam, & iugulum, &
ſupra bubones, & pubem. in venis autem minori-
bus, quę ſunt digeſtæ in habitum corporis, nempe
per muſculos, tandemq́ue ad ſolidas partes, vt hæ E
inde alantur, eſt proprius locus putredinis, in fe-
bribus continuis, quæ à iunioribus Proportiona-
les dici ſolent, quæque remiſsionem ſine intermiſ-
ſione habent. Cùm verò extra has in habitum cor-
poris materia expulſa putreſcit, nempe in muſcu-
lis, accenditur febris intermittens. Hæc expreſſa
eſt Galeni ſententia, vbicunque de his loquitur.

Nec maiorem vim habet ea oppoſitio, quæ ferè
penultima eſt, qua putat, quòd ratio declinari poſ-
ſit, vnde probabamus, deprompto argumento ab i- F
pſo rigore, quòd locus putredinis ſit in carnibus
muſculorum, & id propter triſtem ſenſum & laſsi-
tudinem, quæ in illis percipiuntur in initijs acceſ-
ſionum. Reſpondet autem, quòd, etſi in tertianis
exquiſitis, & quartanis plerunque fiat rigor cum
ea laſsitudine & triſti ſenſu: in tertianis tamen no-
this non percipitur rigor, ſed horror ſine ea laſsi-
tudine. Sed obiectio hæc noſtræ, vel potiùs Galeni
ſententiæ magis fauet, quàm aduerſetur. primùm
enim concedit, quòd ea ratio in exquiſitis tertia- G
nis & quartanis intermittẽtibus concludit, verum
eſſe Galeni decretum: quare iam confectam habe-
mus magnam partẽ iſtius negotij, & oſtendimus
apertiſsimè, quòd in his febribus falſa eſt Fernelij
Syluijq́; ſententia, cùm videatur eadem ratio, qua-

A tenus ad locum putredinis, de quo præſertim eſt
inſtituta hæc quæſtio, omninò in his, quæ & in il-
lis: ſicuti & continuarum periodicarum, & arden-
tium eidem febrium, eadem videtur eſſe ratio, &
idem locus putreſcendi. nihil enim video cur ma-
gis in iſtis, quàm in illis, materia extra venas putre
ſcat. & adeò res hæc clara videtur, vt neque diutiùs
in ea videatur eſſe immorandum. Poſtrema verò
obiectio erat, contra deductum argumentum con
tra Fernelium ex tranſmutatione febrium, quan-
B do intermittentes in continuas, & continuæ in in-
termittentes tranſmutãtur: nam eadem opponit,
quæ & ſuperiùs fuêre oppoſita. ait enim, poſſe il-
lum, qui ſibi Fernelium defendendum propone-
ret, dicere, quòd non fit hęc tranſmutatio, quia ma
teria, quæ effuſa extra venas fuerat, iterum ad ve-
nas redeat, ſed quòd dum ex intermittente fit con
tinua, illa quæ priùs expellebatur, nequit ampliùs
expelli, atq; ita etiam, dum, quæ priùs expelli non
poterat, incipit poſſe extra venas expelli ad mem-
C branas, fit intermittens. Sed ſi rectè animaduerte-
rit is, qui ita opponit, ad ea, quę eo loco à nobis de-
ſcripta ſunt, facilè percipiet, hæc nihil habere, qđ
contra nos faciat, neque quod noſtræ rationis vim
infringat. neq; enim aliquem ita inſulſum eſſe poſ-
ſe arbitror, vt credat in his tranſmutationibus, ma
teriam, quæ ſemel extra venas extruſa fuerit, ite-
rum in venas remeare: ſed aliò tendit ratio. inniti-
tur enim tanquam fundamento, conſuetudini &
inſtituto naturæ, præterea etiam facilitati materiæ
D expellendę. nam natura ſuopte inſtituto, &, vt Phi
loſophi docent, ab intelligentia non errante dire-
cta, de internis viſceribus, quæ aut magis nobiles,
aut magis vitæ & incolumitati animãtis operatio-
nes neceſſarias habent, ſemper magis ſolicita eſt, &
noxia excrementa ab illis quàm poteſt longiſsimè
auertit, vnde illis etiam naturales facultates, tam
expulſoriam, quàm attractoriam, fortiores indi-
dit, quibus & noxia repellere expellereq́; poſſent,
& vtilia validè attrahere: vnde quò natura eſt for-
E tior, & vires maiores habet, eò remotiùs à præci-
puis membris & magis neceſſarijs expellit noxias
& morboſas materias, extra quidem corpus ſi po-
teſt, ſin minùs, ſaltem ad cutem, quæ & ea de cauſa
alijs ſubiectis partibus à natura facta eſt imbecil-
lior, interdum etiam ad glandoſas carnes, quæ &
ipſæ molles & laxæ creatæ ſunt. quòd ſi neque ea-
tenus natura expellere poſsit, ad carnes ſaltẽ, quæ
externum corporis habitum conſtituunt, id effi-
cere nititur: & ſemper, quantùm fieri poteſt, inter-
F na viſcera magis tuetur, vtpotè quę ad vitam & ſa-
nitatem maius momentum habeant. Quibus ita
conſtitutis, nemo eſt, qui videre non poſsit, quòd,
ſi conuerſio continuæ in intermittentem fit ob id,
quia natura facta eſt fortior, magis ſit rationi con-
ſentaneum, quodq́ue noxios humores exteriùs ad
partes ignobiliores conuertat potiùs, quã ad mem
branas internorum viſcerũ, vbi tum vicinia, tum
connexione, quam cum illis habent, magis nocere
poſsint: niſi velimus putare illam aut ebriam eſſe,
G aut ab inſulſa intelligentia dirigi. Sed ſi præterea
facilitatem motus, & tranſitum materiæ expellen-
dæ conſideremus, in idemq́; & facilitatẽ loci illam
ſuſcipientis, id ipſum iudicabimus. nam cùm ex-
pulſio fit per venas, maiores primùm, per minores
deinde, tranſitus fit per loca ampliora & patentio-

ra, quàm per membranas: ſed & carnes, quæ molliores & rariores ſunt, aptiores & promtiores ſunt A ad ſuſcipienda excrementa, quàm membranæ ſolidæ & denſæ partes.

Reliquum tandem eſſe videtur, vt eam tandem contradictionē, quam excellentiſsimus vir in Galeni verbis deprehendit, quæq; illi grande videtur negotium faceſſere, diſſoluamus. Conſiſtit autem in hoc, quia Galenus, & quicunque etiam illum ſectati ſunt, ſensêre, locum & focum in febribus intermittentibus eſſe partes, quæ habitum corporis B conſtituunt, nempe muſculorum carnes, quæ materiam à venis expreſſam ſuſcipiunt, & in quibus mox putreſcit. quæ res ſi ita ſeſe habeat, paradoxū & admodum dubium illud videbitur, quod à Galeno 2. de Differ. febr. prolatum eſt, neque cum his quoquo modo conſiſtere poſſe: ait enim ibi, quòd in periodicis febribus excrementa ab vna parte ad aliam imbecilliorem feruntur, atq; ita putreſcētia febrem accendunt: ſed ſi in habitum corporis vniuerſi diſperguntur, quomodo vna eſt ea particula, C quæ locus eſt putredinis, vel ſi ea vna eſt, quomodo diſperſa eſt per habitum corporis? Non mihi videtur admodum difficilis is nodus, ſi modò Galeni dogmata rectè percipiantur, & eius etiam verba tum alibi ſæpè, tum vel maximè 2. de Differ. febr. cum illis voluerimus conferre, ⁊ iam ſemper, cùm Galenus ex propoſito de loco putredinis in intermittentibus febribus ſermonem habuit; ipſe ſui ſimilis fuit, neque varius vnquam: at verò in 2. de Differ. febr. nō id inſtituerat, vt locum putredinis D aperiret, ſed vt periodorum rationem exponeret: & quamuis cognoſceret ad ſuum inſtitutum pertinere, vt tantùm de febribus loqueretur: quia tamen hoc theorema longè ampliores fines habet, quàm vt ſolas febres comprehendat, ipſe etiam hanc conſiderationem ampliùs extendit. & vt proximam & exactam iſtius rei cauſam explanādo aperiret, omnes morbos qui ſolent per periodos inuadere complexus eſt, ſicuti ophthalmias, articulares dolores, podagras, chiragras, inflāmationes, & reliqua præ- E terea morborum genera, in quibus ratio aliqua periodorum deprehendi poteſt: eam verò rationem vniuerſam in tria tandē capita digeſsit, quia & materia etiam illa, vnde morbus is excitatur, tot modis conſiderari poteſt. non enim periodi aliquem locum habent, niſi vbi morbus à materia fouetur, aut ibi generata, vbi morbus oritur ex aliquo vitio illius particulæ, aut alibi genita & in illum locum amandata: ſi eò aliunde fertur, aut id euenit, quia natura illius particulæ, à qua genita fuit, illam à ſe F expellens, ad aliam imbecilliorem conuertit, aut, quamuis ab ea non expellatur neq; moueatur, à laborante tamen particula attrahitur, vt mittens nihil agat, niſi quòd attrahenti non reluctatur: ſed quæ attrahit, vel dolore, vel calore attrahit. Cùm verò in omnibus his ſit opus aliqua materiæ copia, vt fiant acceſsiones, quæ deinde congeri nequit, niſi in aliquo certo tempore: inde fiunt repetitæ acceſſiones per quædā interualla. & vt nunc prætereamus, quando in laborante particula generatur ma- G teria, nec aliūde ſuſcipitur, de illis loquamur, quando aut attrahitur, aut expellitur morboſa materia. In his neceſſe eſt, vt ab vno in alium locum, aut attracta, aut expulſa, materia feratur. neq; cùm ita loquimur, ita hoc intelligendum eſt, ac ſi velimus quòd ſemper ſit neceſſe, rem ab vno in vnum definitè & certè moueri. ſed id intelligendum in vniuerſum, & confuſa quadam ſignificatione, vt ab aliqua corporis parte ad aliquam aliam eiuſdem moueatur, & ſiue à toto in quampiam vnam fiat motus, ſiue ab vna ad vnā, ſiue etiam ab vna aliqua, vt à iecore in vniuerſum corpus fiat expulſio, ſemper dicetur, quòd ab aliquo in aliquod fit motus. Vnde & in febribus poſſunt hæ omnes differentiæ obſeruari, & à quibuſcunq; earū poſſunt accendi febres cum periodis: nam multas inflammationes ratione putreſcentis materiæ febres ſequuntur, in quibus materia putreſcit vno loco circumſcripta, quæ tamen aliunde propulſa ibi conſtitit. neque tamen propterea cenſendum, quòd interdum, ſi quando plures inflammationes idem corpus, locis tamen diuerſis occupant, falſum ſit, quòd inflammatio fiat, quando humor ab vno in alium locum mouetur, ibiq; putreſcit, ſicut neq; ſi ex vniuerſo corpore propulſus humor in vnū quempiam locum, illum in tumorem & inflammationem attollat, atque ibi putreſcens, febrem accendat: neq; item contrà, ſi natura validior facta, ab aliquo interno viſcere, vt à iecore, in habitū corporis materiam expellat: ſicuti quando febris acuta iudicatur, ſuborta ictericia poſt diem ſeptimum. Theoremata ergo generalia cùm exponuntur, generaliter & communi ſua ratione ſunt exponenda, ſed poſtea particulatim, quando definitis rebus accommodātur, aptè ſunt accommodanda & congruēter cum ratione illius rei: quia licet omnia, quæ ad illud referuntur in ea communi & generali ratione, quaſi vnū quoddam ſint: particulatim tamē, quādo mutuò ſecundum priuatas ſuas peculiareſque rationes conferuntur, eas diuerſas & differentes habent. In 2. itaque lib. de Differ. febr. cap. vlt. non expoſuit priuatim intermittentium febrium rationes, niſi quatenus periodos habent: in quo quidē cum multis alijs morborum differentijs conueniunt, vt cum continuis periodicis, & cum illis quoq; quæ inflammationes ſequuntur, ideò communes duntaxat horum omnium cauſas attigit: & ſi quando aliquid particulatim perſequitur, illo pro exemplo vtitur, vtpotè quòd aptius videatur ad inſtitutū ſuum oſtendendum. Et hæc mihi ſatis videntur, vel etiam plus quàm ſatis, cùm nouerim mihi rem eſſe cum viro doctiſsimo. Hoc tamen mihi non videtur prætermittendum, potiùs propter iuuenē eruditum Horatium, quàm quòd putem viro excellentiſsimo eſſe eo opus: (quod magis videtur illis, quæ ſuperiùs fuêre tractata, quàm præſenti loco conuenire) nempe quòd eo vltimo capite Galenus viſus eſt voluiſſe exponere, quomodo lethargus, peripneumonia, phrenitis, & reliqui tandem ſimiles tumores, qui præter naturam excitantur, & inflammationes dicuntur, in genus inflammationum ſint recepti, quamuis pituitoſi, vel bilioſi tumores dicātur. ait enim, quòd eo capite teſtatū reliquerit, neceſſarium eſſe ſanguinē, qui in illis particulis eſt, in quas influunt ſucci excrementoſi, cum illis ſimul computreſcere: vnde ſi computreſcit ſanguis, ex ſanguine mixto illis calor accenditur, & ex putredine, atq; propterea dici poſſe inflammationes, ſed pituitoſas, aut bilioſas inflammationes, aut etiam melancholicas, nuncupatione nimirum accepta à natura vincentis humoris.

EPISTO-

EPISTOLA XIIII.

Theophilo Guarino Brixienſi Medico.

Vtrùm ſola hectica morbus factus ſit, & an reliquæ febres, cùm lædant actiones, hecticam coniunctam habeant.

QVod ſuperioribus diebus, mi Theophile, ob negotiorum multitudinẽ, quibus diſtrictus eram, facere nõ poteram, id nunc, poſtquam nonnihil otij nactus ſum, aggrediar, & ea expoõá, de quibus nõnnihil dubitare videris. Primam autẽ dubitandi accaſionem præſtitit locus à Gal. in lib. de Inæq. intemp. deſcriptus, vbi ait, quòd in febribus ſola hectica eſt temperatura æqualis, & cæteræ omnes inæqualis intemperaturæ rationẽ retinent. Huius decreti rationem afferens, dicit, quòd eius cauſa eſt, quia caliditas in hac vna febre duntaxat facta eſt, & æqualiter in vniuerſam ſolidarum partium ſubſtantiam introducta. & illa iam fixa, id quod de alijs minimè profiteri poſſumus: in alijs ſiquidem ſolidæ partes caleſiunt, neq; dum tamen calefactæ ſunt. Ratio dubitandi in hoc conſiſtit, quia ſi eiuſdem Galeni decreta ſequamur, nulla maior ratio videtur, cur hectica potiùs in ordinẽ æqualium intemperaturarum redigenda ſit, quàm febres reliquæ: cùm tam Hippocr. quàm Galenus conſenſerint in hoc, quòd corporis noſtri integritas in tribus conſiſtat ſubſtantijs, quas illi continentia, contenta, & impetum facientia nuncuparunt, quæ ſunt ſolida membra, humores & ſpiritus, quodq; ab his tribus tres illæ febrium differẽtiæ ſumendæ ſunt, quæ maximè propriæ & eſſentiales differẽtiæ ſunt, pro ea ratione, qua in aliquo horum primùm æqualis ſit introducta intemperies. neq; enim febris ratio ſolùm ab eo perẽda, quòd caleſit, vt docuit idem Galenus 1. de Differ. febr. ſed magis ab eo, quod iam calefactum eſt. inquit enim, quod niſi aliquod horum trium ſit in corde iam calefactum, nunquam poterit dici febris, & quia tria in eo ſunt, quæ calefacta eſſe poſſunt, ideò tres etiam ſunt differentiæ primæ & per ſe. Quod ſi à nobis fuerit conceſſum, mox videtur minimè defendi poſſe, quin ille ſibi contrarius videatur, & errare in febre conferenda cũ ſuo fundamento proprio, aut primario ſubiecto. nam febris quidem hectica fixa, vel facta, vel æqualis dicetur, quando refertur ad illud, in quo primũ fundatur, non autẽ quando ad alia refertur, quæ non ſunt primùm affecta, ſed ſolùm quatenus cum ſolidis conſentiunt, & ab ipſis caleſiũt: pari, ni fallor, ratione & aliæ, quando conferũtur cum illo, quod primùm & per ſe eſt earũ fundamentum vel ſubiectum, vt cùm ephemera ad ſpiritus, & putrida ad humores putreſcentes, ſunt temperaturæ factæ, fixæ, & æquales: reſpectu verò aliorum, quæ ab his caleſiunt, cum eis conſentientes, ſunt inæquales temperaturæ. Quare nulla, quantum ad hoc pertinet, erit differentia inter hecticam & alias febres. Altera verò dubitatio habuit occaſionẽ ab alia ſententia eodem libro & capite deſcripta. Explanaturus enim quónam pacto aliæ duæ febrium differentiæ interdum in hecticã tranſeant, hæc inquit: Cæterùm in febribus id genus omnibus caleſit quidẽ ſanguis, & interdum vniuerſus ille, qui calorẽ præ-

A ter naturam, obortum ex humorũ putredine, concepit: veruntamen non arteriarum, neq; venarum tunicæ, aut vllum circumiacentium corporũ ſuum proríus mutauit temperamentum, ſed adhuc incaleſcens mutatur, alteraturq;: ſed ſi hoc longiori patiatur tempore, vincetur tandem, atq; prorſus mutabitur ita, vt non ampliùs caleſiat, ſed iam ſit præter naturam calefactum. quibus ita dictis, ſubdit, quaſi expoſiturus terminum iſtius tranſmutationis, ad quem ſi perueniat, non ampliùs ſit dicenda

B fieri, verũ potiùs facta iam: porrò terminus tranſmutationis eſt cuiuſcunque particulæ functionis læſio. Is autem videtur eſſe horum verborum ſenſus, nempe quòd quando intemperies vel calefactio ſolidarum partium eò peruenit, vt iam earum functiones lædantur, tunc illæ iam prorſus ex ſuo ſtatu naturali mutatæ ſunt in eum, qui ſit præter naturam. Qui non minimam ſecum difficultatem ferre videntur, quia his ita poſitis, videretur neceſſarió ſequi, quòd ephemera & putrida ſemper ha-

C berent iunctam febrem hecticam. nam ſi terminus iſtius tranſmutationis eſt læſio functionum ſolidarum partium, & in omni febre ſolidarum partium functiones læduntur: (alioquin enim febris non eſſet morbus) ſequitur ergo, quòd in omni febre caliditas ad terminum tranſmutationis peruenerit, & proinde ſit facta iam in ſolidis membris: cùm functiones omnes, teſte Galeno, primũ pertineant ad ſolidas particulas. Hæc videtur ſumma harum dubitationum, quæ non admodum ſanè

D ſunt ſolutu faciles: nitemur tamen pro noſtra virili parte illas ſoluere, atque id quidem ex ipſiuſmet Galeni decretis, poſtea quàm ex eiuſdẽ verbis occaſionem habuêre. Sed id me non multo negotio facturum ſpero, ſi altiùs aliquanto repetito exordio, nonnulla in memoriam reuocauerim, quæ ille alibi diligentiùs expoſuit, & ex quibus hæc tanquã corollaria vel concluſiones deducta ſunt. Primum ergo quia Galenus in eo libello de Æquali & inæquali temperatura agit ea ratione, qua ad morbi

E naturam pertinent: ideò de morbi ratione nonnulla priùs dicemus, quæ ad hanc quæſtionem diſſoluendam non minimum momẽtum habent. Secundo itaq; Methodi libro, tum verò in principio libri de Symptomatum differentijs, duas ait eſſe conditiones neceſſarias ad hoc, vt aliquid morbus dici poſſit, ita, vt quæcunq; earum deficiat, id nequeat vllo modo morbus dici: nempe & quòd affectus, vel affectio ſit, quã ipſe Græcè διάθεσιν nuncupat: (affectum autem vel affectionem propriè

F eſſe ait, quando ita iam permanens ſit, vt per ſe, remotâ cauſâ, perſiſtere poſſit) itemque vt actiones lædat. & prior quidem conditio aliquid ſignificare videtur, quod, vt Logici loqui ſolent, eſt abſolutum, nempe quia poſſit, citra vllam ad quidpiam aliud comparationem, intelligi, ſicuti calor. Alterius verò ratio vniuerſa in collatione vel relatione ad alterum ſita eſt, nimirum ad actionũ offenſam, vel ad eas functiones, quæ offenduntur. Vnde primum quidem fundamẽta rationem habet, alterum

G verò eſt quaſi forma morbi. Et proinde quantum ad hoc pertinet, morbus, vt morbus eſt, in ijs eſt, quæ, iuxta morem peripateticum, præſertim in categorijs, hoc ipſum quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur. Vnde ſicut pater non ſuus eſſe dicetur, ſed filij pater, quamuis ipſe ſit ſubſtantia per ſe, & quæ

A ſeorſum conſiſtere poſsit, quia tamen non dicitur pater, niſi vt filium reſpicit, eorum eſt, quæ ad aliquid dicuntur: pari quoq; ratione, quamuis morbus ſit affectus quidam genitus in corpore, qui propriam eſſentiam in eo habet, atq; hoc ſit illi neceſſarium ad hoc, vt ſit, hoc tamen non eſt vltima eius differentia & ſpecifica, quæ morbi vniuerſam rationem abſoluat, verùm relatio ad læſas functiones. Ideò morbus in eorum ordinem redigendus eſt, quæ ad aliud dicuntur: nam quemadmodum pater non eius dicitur pater, in quo eſt paternitas, B ſed illius ad quem dicitur: ita & morbus, non ita propriè eius dicitur morbus, in quo eſt talis affectus, ſicut illius, cuius actiones lædit. Deinde verò & illud in memoriam reuocandum eſt, cuius & tu meminiſti, quodq; nos Galenus tum Aphoriſ. 3. aphor. 17. docuit. tum etiam 3. de Facult. ſimplic. medic. cap. 18: nimirum quòd functiones omnes vel actiones à ſolidis in animante particulis per ſe fiunt & abſoluuntur. nam quamuis ad earum abſolutionem ſint ſpiritus neceſſarij; præterea & ſanguis: hi tamē minimè illæ ſunt, quæ primùm agunt C vel edunt proprias animantis actiones, ſed potiùs ſunt tanquam inſtrumenta partium ſolidarum, & naturæ, quæ in illis eſt, ea ipſa adiuuantia: princeps verò agens eſt membrum ſolidùm. propriè enim ventriculus & hepar ſunt, quæ primùm concoquunt, & in concoctione tertia ſolida membra, quæ corporis habitum conſtituunt. atque hoc idem eſt in alijs functionibus, quæ cerebro, cordi, & teſtibus debentur, atque id genus alijs. Ex quo D deinde inferendum eſt, quòd ad has duntaxat particulas ſit morborum ratio referenda, quodq; hæ ſolæ ſint, quæ morbo laborare dicendæ propriè ſint, & morbis eſſe obnoxiæ, ad ſanguinem autem & ſpiritus nequaquam. Vnde quamuis febris morbus dici nequeat, niſi ſit aliquod calefactum, nempe vel humor, vel ſpiritus, vel ſolidæ corporis partes, febrem tamē non dicimus, ſi propriè loqui velimus, eſſe morbum ſanguinis, vel ſpirituum, ſed ſolùm morbus eſt ſolidarum partium, quas Hippo E crates continētia appellauit, & hæc ſunt quæ propriè ægrotare dicūtur, vtpotè quoniam ad ea vniuerſa ferè morbi abſolutio & forma pertinet, cùm in morbis omnibus horum præſertim actiones vel functiones per ſe lædantur, & in alijs quidem febribus id quod affectus propriè eſt, nempe calefactū, tanquam in ſubiecto eſt in ſanguine: is tamen affectus non ea ratione morbus vel ægritudo eſt, quà eſt in ſpiritibus, vel in humoribus, ſed quatenus ab illo membrorum actiones læduntur. vnde propriè F ægrotare vel morbida eſſe dicuntur membra, quamuis non ægrotent ob proprium aliquem & primarium ſuum affectum, ſed ex alieno affectu, dum cum ſpiritibus & ſanguine conſentiunt, & ab illis transmutantur. In hectica verò ægrotant ac laborant ex proprio affectu, & ob id ſola hectica dicitur facta & æqualis intemperatura, vtpotè quæ iam in illis, quæ propriè & per ſe ægrotare dicuntur, ſola ad finem tranſmutationis deuenerit. Quibus in hūc modum poſitis & expoſitis, patet quo- G modo ſola hectica ſit morbus, vel febris facta, nempe dum cum illis confertur, quorū febris vel morbus dicitur, quorum etiam reſpectu dicenda eſt æqualis intemperatura, & non ita aliæ febres, quia licet & illæ pariter ab aliquo pendeant, quod iam

A ad finem tranſmutationis deuenerit, illud tamen non eſt quod febricitare vel ægrotare propriè dici poſſit, ſed id ad terminū tranſmutationis nondum deuenit. Præterea verò quantumlibet in omni febre lædantur functiones debitæ ipſis membris, quæ minimè lædi poſſunt tanquam à morbo, niſi transmutatio ad finem deuenerit, inde tamen non ſequitur, ꝙ omnes febres ſint hecticæ, aut cum hecticis coniunctæ, quia niſi ſolidæ partes ſint tranſmutatæ, dici nequit hectica: & ob id aliæ febres, neque factæ ſunt, neq; adiunctam hecticam habent. B nam verum quidem eſt, ꝙ læſio actionum ſignum eſt, ꝙ transmutatio ad terminum peruenerit: non tamen ſemper illius partis, cuius actiones læduntur, ſed illius quidē aliquando, nempe quando illa ſuo proprio affectu laborat, aut alterius, quando alieno affectu, & cum altera conſentiens laborat.

EPISTOLA XV.

Theophilo Varinonio Brixienſi.

C

De cauſis Diabetæ.

QVòd de diabete non parua inter præſtantiſſimos illos Medicos diſcordia interceſſerit, non eſt multa ſanè admiratione dignū, præſertim ſi ea velimus diligenter obſeruare, quæ ab antiquis, celebribusque auctoribus in arte medica literis tradita fuêre; cùm illa videantur in hac re non parum inter ſe varij & quaſi aduerſarij. Paulus enim videtur ſenſiſſe, hūc affectum in ſola con- D ſiſtere renum calidiori intemperatura. Aetius nihil ipſe de hac re definire voluiſſe videtur eo capite, vbi de iſtius morbi ratione & natura loquitur: nam ſola Gal. verba ex 6. de Loc. affect: & 1. de Criſibus deſcripta refert: Areteus Cappadox, cuius eodem etiam locò Aetius meminit, ſe non parū confundit, vtpotè qui ſtatim à principio dicat, diabetem eſſe frigidam & humidam renū intemperiem: ſed ſi animū ad ea aduertamus, quibus ſigna iſtius affectus deſcribit, illa potiùs calorem ꝙ frigus indi E care videbuntur. At Auicēna à calore quidem plerunque ortum ſuum habere atteſtatur, non tamen ita, quin poſſit & ab immodico frigore oriri: in quo ipſe cum Rhaſi conſentire videtur. Galenus, quem hac tempeſtate omnes ferè ſequuntur, & cum eo Aetius, rem hanc apertè non explanauit, neq; definiuit: ipſe namq; refert proximam & præcipuam cauſam iſtius affectus eſſe infirmitatē duarū præſertim naturalium facultatum, contractam in renibus: neq; tamen deinde particulatim exponit, vn- F de hæc imbecillitas originē habeat: quamuis aliàs apertè profeſſus ſit, ꝙ, qui dicit aliquid eſſe factum ab alicuius partis imbecillitate, is particularim nihil ferè dicit, quia omnis aliquarum partium imbecillitas ſequitur aliquod in ea contractū intemperamentum: neq; etiam alicubi, quod meminerim, rem hanc diſtinctiùs explanauit. Quòd ſi illa à nobis vlteriùs ſit definienda, ſequemur eā Hippocratis conſuetudinem, cuius Galenum tum alibi, tum verò 1. de Articulis, meminiſſe legimus. ille etenim, G quæ diligēter obſeruando viderat, & ſenſibus ipſis erant aperta, pluris ſemper faciebat, quàm rationes quantumlibet ſubtiliter excogitatas: & proinde nunquam aliquid ita ſe habere aſſeuerabat, niſi id aliquando ſe ita habuiſſe ipſe conſpexiſſet. Nos itaq;, dum medicinam Venetijs faceremus in

ſpatio

ſpatio annorũ quadraginta, tres tantùm vidimus
diabete laborantes: in præſentia autem duorum
tantùm meminero, quos etiam frequentiùs inuiſi.
Alter erat frater illuſtriſsimi Cardinalis Piſani, qui
cùm febre acuta fuiſſet correptus, & eſſet impatiẽs
ſitis, qua non parùm cruciabatur, nolebat potum
admittere, niſi gelidum: quare vaſa aquam conti-
nentia, qua ille in potu vtebatur, & ea quidem plu
rima continenter demiſſa in puteum detinebatur,
& os præterea gelidà colluebat. Vnde eò tandem
peruenit, vt aquam, quam ex iulepo dilutam bibe-
bat, ita mingeret, ſicuti biberat, nulla prorſus facta
illius transmutatione, neque in calore, neque in o-
dore, neque in ſapore: (nam quidam familiares ſæ
pè illam guſtauère) neque tamen vllus percipie-
batur in renibus vel hypochondrijs inſignis calor,
& eo morbo tandem interijt: neq; aliquis ibi fuit,
qui non iudicauerit, id ex potu nimium frigido ac-
cidiſſe. Altera verò fuit mulier, & cuiuſdam mona-
ſterij Abbatiſſa Muriani, quæ ex vehementiſsimis
triſtiſsimisque animi perturbationibus, ex ſæuis
perſecutionibus concitatis, in ſitim inexhauſtam
cum febre incidit, quę nullo poterat potu miteſce-
re: ſicuti autem bibebat, ita mingebat, & os linguá-
que ſemper erat illi arida: vrina erat plurima, te-
nuis alba, & omnino cruda: in inferiori autem ven
tre multum percipiebat æſtum. Quibus ita obſer-
uatis, diligenterque conſideratis, non poſſum non
aſſentiri illis, qui ſentiunt, poſſe interdum fieri dia-
betem ab intemperie frigida, licet fortaſſe rarius: i-
mò ſi vel unus rectè Galeni verba æſtimare, inue-
niemus, neque illum eſſe alienum ab hac ſentẽtia,
vtpotè qui dixerit, duas in diabete facultates eſſe
labefactatam, nempe contentricem & commuta-
tricem, non autem attractricem, cùm attrahatur
quidem, non contineatur autem neque transmu-
tetur lotium in venis, neque in renibus. non video
autem quid repugnet, quò minùs duæ hæ faculta-
tes à frigidiori intemperatura puſsint labefactari,
cùm omnis immodicus exceſſus in temperie actio-
nem propriæ facultatis, teſte ipſo Galeno, poſsit
deijcere. Ac commutatriũæ quidem facultati maxi-
mè aduerſarium eſt frigus: eodem modo quòd fri-
gus facultatem contentricem etiam infirmet, quis
eſt, qui aliquando non ſit expertus: nam hyeme ſi
frigus ſimus perpeſsi, præſertim ſecundum pedes,
ſæpius & plus mingere ſolemus: ſæpe etiam refri-
geſcentes nimis, incidimus in alui profluuium, &
inteſtinorum leuitatem. Huic accedit, quòd Ga-
lenus illam frequentem attractionem, quæ fit à re-
nibus in diabete, non videtur adeò in calorem re-
ferre, ſicuti in humiditatis deſiderium, quod illius
priuationẽ ſequitur magis, quàm renum calorem.
nam facilè hoc illo eodem exemplo probare poſ-
ſum, quo vtitur Galenus, accepto à fame canina, in
qua ventriculus cibum appetit, & oblatum attra-
hit, quem poſtea intransmutatum, antequàm ſatie-
tur, eo aggrauatus, cogitur deijcere, & pauló pòſt
iterum deſiderare, vt itidem in lienteria quoq; fie-
ri aſſerit: qui tamen frigidi ſunt affectus. ita etiam
renes ſuapte natura humorem deſiderant, quo de-
leniantur, atque illum attrahunt: verùm præ imbe
cillitate attractum nequeunt, quantum in illis eſſe
poteſt, continere, ſed ſtatim in veſicam defluit, vn-
de fit; vt iterum, ſi quis ſit in venis talis humor, il-
lum attrahant, & ita ſubinde & continenter fit,

A quamuis nulla interdum adſit calidior intempe-
ratura. prę multa enim humoris appetitione cogi-
tur attractrix facultas omni ſua ope & vi attrahe-
re. vt tamen non negemus, quin à calidiori intem-
peratura frequẽtius, faciliùs, & violentiùs fiat eiuſ-
modi attractio: & propterea, vt credimus, ſæpiùs
ab illa, quàm à frigida fit diabetes: Tum ergo ab
experientia doctus, tum etiam rationibus & au-
ctoritatibus adductus, in hanc ſentẽtiam facilè de-
ſcendi, quam credo me ſeruaturum eatenus, do-
B nec aliquid, quod veriſimilius mihi videatur, au-
dierim aut legerim.

EPISTOLA XVI.

Eidem.

De cauſis Diabetæ ſolutio difficultatis.

RESCRIPSISTI, Theophile doctiſsime, quam-
uis ex prima ſtatim noſtrarum literarum le-
ctione aſſenſeris noſtrę de diabete ſententiæ,
C nempe quòd licet non ſæpe, aliquando tamen à fri
gida & humida intemperatura poſsit ortum habe-
re: dum tamen poſtea ſtudijs medicinæ incumbis,
libroſque Galeni attentè legis, obicem offenderis,
quia lib. 7. de Methodo medendi, cap. 8. vbi de ven-
triculi intemperaturis agit, octauum caput hac ſen
tentia claudit: Scil autem ante omnia debebit, v-
bi validè in ambabus qualitatibus immutata quæ-
uis particula ſit, omnem eius actionem perire, ne-
que quod ſic eſt affectum facilè ad ſuam naturam
D redire poſſe. Et ſanè obiectio talis eſt, vt poſsit, ſi ea
Galeni verba in cortice duntaxat conſiderentur,
eius animum turbare, qui facilè & inconſideratè
pronunciaſſet, diabetem ex frigida & humida in-
temperie poſſe oriri: ſed ſi rectiùs & attentiús con-
ſideremus, & ad medullam vſque voluerimus pe-
netrare, nihil in illis inueniemus, quod poſsit nos
ab illa ita bene conſtituta ſententia auellere. Nam
ſi ab eo capite, quod tibi quaſi alter Achilles viſus
eſt, fuerimus exorſi, nempe quòd, quotieſcunque
E magna fit immutatio temperaturę in duabus qua-
litatibus, neceſſe ſit, omnes illius particulæ actio-
nes deperire: atq; ſubinde ea ratione confici poſſe,
quòd, ſi fieri poteſt, diabetes ab intemperie frigida
& humida, nulla fieri poterit attractio, cùm ſit ne-
ceſſe perire omnes actiones. Sed ſi rectè conſide-
raueris deinde, percipies, quòd ſi in hac ratione ſit
aliqua vis id probandi, ea identidem facilimè pro-
bare poterimus, quòd nulla etiam erit attractio, ſi
diabetes fiat à calida & ſicca intemperatura, ſi exi-
F mius fiat in ambabus qualitatibus exceſſus. nam
quòd in diabete coniungatur caliditati ſiccitas, ſi
non in principio, ſaltẽ poſt, facile probatu eſt, quia
ſi in diabete ſit veluti emortua contentrix vis, ne-
ceſſe eſt, vt ſit ingens in calore exceſſus, qui, vt om-
nes affirmant, ſibi & inſignem ſiccitatem aſſociát,
ſi ſit illa intemperies ſine materia: ſin autẽ ſit cùm
materia, illa erit plerunq; bilis. Sed & id ipſum ex-
perientia & effectus confirmat: areſcunt ſiquidem
corpora in diabete, maxima ſitis excruciat, os, lin-
G guaque ſemper arida eſt. Huc accedit, quòd ex ea-
dem præterea ratione poſſumus Galenum falſita-
tis mendacijq; arguere illo eodem loco, qui dixit,
quòd ſi diabetes in renibus conferatur cum diar-
rhœa in ventriculo, ſimiles ſunt affectus, quodque
eandem omnino rationem habent: vtrobiq; enim

eſt, vt diceret aliquis, extinctio vtriuſque virtutis, alteratricis & retentricis: in leuitate autem inteſtinorum præter has duas reliquæ nõ extinguuntur: neque enim quæ attrahit, neque quæ expellit: ſed neque cibi appetentia: nam qui hoc laborant affectu, cibum deuorant: expellunt quoque per inferiora in inteſtina, & ſæpe ingentiſsima fame cruciantur. Cur ergo, ſi in hoc affectu ingens lapſus in frigiditate & humiditate, ſuperſtesque ſit attractio & expulſio, poterit illa ſupereſſe etiam in diabete, poſito & conſtituto hoc, quòd ex hac eadem intemperatura originẽ habeat, & præterea humoris appetentia, quæ ad ventriculum vſq; pertingit. vnde fit, vt ſicuti lienterici plurimùm fameſcunt, ita & qui diabete affecti ſunt, ſitiant. Quare niſi Galenum ignarum & parùm conſiderantẽ facere voluerimus, aliam ſententiã ſub illis verbis, quàm illam, quam in prima fronte ipſa præ ſe ferãt, putandum eſt habuiſſe. Sed præter hæc omnia, quæ nuper propoſuimus, & id addere poſſumus, quòd, ſi omnes in vniuerſum in leuitate inteſtinorum, ac etiam in diabete, actiones perirent, neceſſe eſſet, vt ſtatim ferè vita periret, quia nullo pacto corpus ali & inſtaurari poſſet. Conſideranda ergo eſt Galeni illa ſententia, quam profert 7. Meth. med. nam vbi inſignis ſit facta tranſmutatio temperamenti alicuius particulæ in duabus qualitatibus, non ait ipſe primùm, quòd pereant omnes omninò illius actiones, ſed quòd [illegible], hoc eſt, perit opus eius vniuerſum: hoc eſt, neceſſe eſt, totum id opus vel munus, ad quod illa particula à natura deſtinata eſt, perire: quod ita intelligo, quòd ſicuti ventriculus quotieſcunq; fuerit factus nimis calidus & humidus, vel nimis calidus & ſiccus, vel frigidus & ſicc⁹, vel frigidus & humidus, perit omninò ferè concoctio: addo aũt, ferè, quia nequit fieri, vt extincta omninò vi cõcoctrice ventriculi, viuat animal, cũm penitùs alimento deſtituatur: nam & Ariſtotel. ait, quòd ceſſatio altricis facultatis eſt mors. Et quòd hoc modo intelligẽda ſint Galeni verba, ipſe oſtendit 1. de Criſib. cùm dixit, quòd in diabete & inteſtinorum leuitate eſt vtriuſque facultatis, vt aliquis diceret, extinctio, ac ſi dixiſſet, eſt quaſi, vel quoquo modo extinctio. Sed illud aduertendum, quòd quando eſt lapſus inſignis in duabus qualitatibus, ſeu in vtraque contrarietate, labefactantur quidem actiones omnes aliquo modo: ſed non omnes pariter. nam aliquæ penè pereunt, aliquæ debiliores quidem fiunt, non tamen vt propè extinctionem ſint, vel intereant: nam inſignis humiditas magis retentioni obeſt, quàm attractioni: frigiditas vero primùm concoctioni, deinde attractioni, poſtea alijs. Quamuis ergo poſsit ex frigida & humida intemperatura fieri diabetes, nõ tamen ſequitur, quod ſit neceſſe, vt penitùs tollatur attractio, perinde vt detentio & concoctio: ſicuti neque quando fit ex exceſſu caliditatis & ſiccitatis, præſertim coactâ naturâ à deſiderio attrahendi illum humorem, cùm attrahunt renes ſuum alimẽtum.

EPISTOLA XVII.

Ioan. Franciſco Cananio Ferrarienſi.

An in criſi ſalutari morborum materiatorum concoctionis & ſymptomatum vigor in idem tempus concurrant.

ARdua ſanè eſt quæſtio, in qua, mi Ioannes Franciſce, meam requiris ſententiam, ſi modò mihi nun ſolùm exponenda ſit ſententia, ſed &, vt par eſſe videtur, cur ita ſentiam, ratio ſit reddenda. Quæſtio autem vertitur circa hoc: An in morbis, qui ſalubres ſint futuri, & à materia pendent, fomentumque habent, ſemper in vnum tempus coeant & conſpirent, vigor ratione concoctionis, & vigor ratione ſymptomatum, vel ſecus: nam in hac re anceps interdum videtur Galenus. Cæterùm non ſequemur morẽ recentiorum tum Philoſophorum tum Medicorum, in exponenda noſtra hac ſententia, qui propoſitis ex vtraque parte rationibus & auctoritatibus, quæ videntur quæſtionem difficiliorem reddere poſſe, moxq; iactis aliquibus fundamẽtis, quibus innixi, credunt omnem difficultatem ſe ablaturos, poſtremò oppoſitarum rationum diſſolutionẽ aggrediuntur. nam nobis in præſentia tantum otij non eſt, vt omnia hæc tractare copioſè poſsimus: ſed ea perſequemur, quæ proximè videntur ſtatum iſtius controuerſiæ attingere. Primùm autem præcepto Galeni, quod extat primo aphoriſmorum, obtemperabimus, qui dixit, in omni quæſtione, ſi aliqua in his, de quibus ſermo habendus eſt, lateat ambiguitas, vel, vt Græci aiunt, ὁμωνυμία, aut vt iuniores noſtri, æquiuocatio, eam prius eſſe tollendam, ne illa confuſionem & obſcuritatem pariat: deinde methodum illam ſequemur, cuius primus inuentor, vt primo de Ratione vict. teſtatur Galenus, fuit Hippocrates. Incipiamus itaque ab ea homonymia tollenda, quę in temporis nomine latet, præſertim verò apud Latinos, quia apud Græcos ea non eſt tanta. nam ita & præceptum Peripateticorum ſeruabimus, qui ſtatim à principio ſuorum librorum de altera reſolutione, monent, in omni diſputatione incipiendum eſſe à nominum, vel, vt iuniores Dialectici loqui ſolent, à terminorum expoſitione. ſæpè etenim illis rectè expoſitis, facilior & clarior fit illius rei dilucidatio. Tempus ergo, cùm bifariam conſiderari & accipi poſsit, duplex etiam nomen ſortitum eſt: imò verò, ſi rectiùs & exquiſitiùs rem examinare velimus, triplex, vt triplex quoque ratio eſt, (quatenus ad præſens negotium pertinet) qua de tempore Medicus poteſt vtilẽ quempiam ſermonem habere, congruentemque cum propoſito ſcopo. Quandoq; enim Medici, præſertim verò Hippocrates & Galenus, de tempore loquuntur iuxta communem generalemq; eius rationem, qua conſideratur vt eſt numerus vel menſura, qua metimur vel numeramus omnem motum, quatenus ad eius longitudinem vel breuitatẽ pertinet, velocitatemque & tarditatem: quomodo Galenus de tempore loquutus eſt, quãdo primo de Dignoſcendis pulſibus dixit, Omnis motus habet tempus: itemque quando pulſus & reſpirationis partes metitur, nempe motus & quietes, quibus motus illi inter ſe aduerſarij dirimuntur, cumque de veloci & tardo pulſu, & de crebro, & raro, & de ſimilibus reſpirationis differẽtijs agit, ita etiam cùm morbos breues vel longos, diuturnóſue appellamus. Sed & hoc modo Galenus 4. Method. cap. 4. tempus accepit, cùm probauit nullam à tempore depromendam eſſe indicationem. Temporis autem in hunc modum accepti differentię ſunt, præſens, præteritum & futurum: partes verò, annus, menſis,

menſis, ſeptimana, dies, & hora. Et tempus, cùm ita accipitur, græcè communi nomine χρόνος dicitur. Quandoq; tempus magis particulatim accipitur, nimirum vt certam quandam mutationem, vel potiùs viciſsitudinem tranſmutationis in hoc mundo inferiori, præſertim verò in aere, metitur, quæ ſequitur motum Solis annuum per Zodiacum circulum, à qua vario etiam modo afficiuntur corpora animantium, præcipuè verò hominum: quę mutatio ad morbos & ſanitatem non parum momenti habet. Temporis autem in hunc modum conſiderati, vel potiùs anni, partes vel differentiæ ſunt Ver, Æſtas, Autumnus, & Hyems: quas partes Latini quidem communi & generali vocabulo anni tempora appellàrunt: ſed Græci rem magis diſtinxère, & has partes τὰς ἐνιαυτοῦ ὥρας dixère. vnde Hippocrates vniuerſu ferè tertio aphoriſmorum libro ita accipit, & ita nuncupat hæc anni tempora, vel partes, ſicuti ſtatim à principio, vbi ait: Mutationes temporũ morbos pariũt, & alijs ſubinde aphoriſmis. Tertiò, magis particulatim de tempore loquuntur Medici, nempe vt cõditiones, ſtatuſque, vel affectiones metitur, à quibus aliquas arripimus occaſiones vel opportunitates, ad aliquid rectè operandum vel agendum, quomodo aiunt Sacræ literæ: Tempus ridendi, tempus flendi. ita etiam in Euangelio: Tempus veſtrum ſemper eſt, tempus autem meum nundum venit. ſed & Poeta inquit:

Temporibus medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent.

De tempore autem hoc modo accepto frequens apud Medicos ſermo eſt, quemadmodum quando de vniuerſi morbi temporibus, aut particulatim de temporibus acceſsionum tractationem inſtituunt. Et in hoc etiam, ſicut in alijs multis, felicior & copioſior fuit lingua Græca, quæ huic quoque temporis ſignificato proprium nomen indidit, καιρὸν enim appellauit, vnde Suidas refert, καιρὸν ſignificare tempus, quo aliquid opportunè & aptè agi poteſt: atq; Hippocrates ſtatim in principio aphoriſmorum in hoc ſenſu loquutus eſt, cùm dixit, καιρὸς ὀξὺς, hoc eſt tempus vel occaſio præceps. Et quãuis Galenus in principio libri de Morborum temporibus, quę ipſe καιροὺς Græcè vocauit, in aliam ſententiam videatur abire, cùm ait, καιρὸν neque propriè ſignificare tempus ſimpliciter & ſecundum ſuam communem & vniuerſam rationem: neque etiam tempus illud opportunum, qua de remedijs adminiſtrãdis rationem inimus: ſed ſolùm mutationem, quæ fit in morbis, per quandam temporum viciſsitudinem obſeruatam, quemadmodum vita animantium in varijs temporibus p ſuas ætates variatur & mutatur: ſi tamen res hæc rectè æſtimetur, non eſt illa Galeni ab hac noſtra ſententia diuerſa. Nam mutationes, quæ hoc modo in morbis fiũt, bifariam à nobis conſiderari poſſunt. Primùm quidem per ſe, & ſecundum eorum propriam naturam, deinde eorum etiam cauſas, ad nullam aliam rem externam nobis illas referentibus: ſicut & ætates interdum itidẽ conſideramus, duntaxat quatenus ſequuntur tranſmutationem, quæ in animantibus fit, ab internis præſertim eorum principijs, nimirum à natiuo calore, & humido, quod illius fundamentum & pabulum eſt. & ſi hoc modo conſidereotur hæc in morbis tempora, verum omninò id eſt, quod Galenus ait, qui etiam iuxta hanc rationem illis in libris de morborum temporibus agit, & de eorum differentijs, cauſis & ſignis. nam quantum ad horum temporum naturam & cauſas pertinet, eorum viciſsitudo & mutatio in morbis non eſt, neque pendet ab occaſione vel opportunitate, quam Medici ex eorum obſeruatione captãt, vt appoſitè & vtiliter aliquid agant, ſed potiùs vice verſa res hæc ſe habet. Obſeruant namq; Medici rationes & varietates horum temporum, vt ab illis excitati arripiãt occaſionem opportunè aliquid agendi, vel non agendi. pro ratione enim qua variatur & mutatur affectus per ea tempora varias etiam indicationes inde deprumunt. Et quia in omnibus tam actiuis, quàm factiuis habitibus, operatio eſt tanquam communis ſcopus vel finis: ideò licet hæ occaſiones naturâ quidem poſteriores ſint illis temporibus, attamen cùm ſe habeant tanquam finis conſiderationis illorũ, ideò ab hac opportunitate vel occaſione illis fuit nomen illud, nempe καιρός, inditum. Vnde ille idem Galenus eo libro rationẽ horum temporum, ſpaciumq; vel longitudinem oſtenſurus, ab vtilitate, quam conſequitur Medicus ex eorum obſeruatione, argumẽtum ducit. Si enim, ait ipſe, initium primæ acceſsionis in febribus periodicis acciperetur tanquam principium vniuerſi morbi, ex eius obſeruatione, quæ vtilitas ſequeretur? quã tamẽ ſententia Hippocratis magnam eſſe probat. Cùm ergo vniuerſum iſtius quęſtionis momẽtum vertatur circa temporum rationem, iuxta hãc tertiam illorum conſiderationem, quæ vniuerſa ferè accipienda eſt à mutatione & varietate earum rerum, quæ in ægrotantibus in morbi progreſſu vtiliter ſolent à Medicis obſeruari, & res præter vel contra naturam ab ipſis vocantur, nimirum morbus, cauſa, & ſymptoma, (nam hæc omnia, ſi rectè ab initio vſque ad finem ipſius affectus conſiderentur, varias & cognitu vtiles mutationes ſuſtinent, ſecundum diuerſa tempora) ab his tribus vniuerſa ratio partiendi tempora in morbis erit petenda. Sed tamen & hoc tanquam verum & neceſſarium fundamentum ponamus, quòd omnia quę præter naturam eſſe dicuntur, talia ſunt per quendam exceſſum à naturali ſuo ſtatu, teſte Galeno 4. Aphoriſmorum, aphoriſmo 39. Vnde neceſſe eſt vt dum à naturali ſtatu excedunt, inter initia minùs excedant, poſtea verò ſemper magis exceſſus augeatur, quò maior fit progreſſus. quod ſi redeundum poſtea ſit ad priorem & naturalem ſtatum, erit etiam neceſſium, vt exceſſus tandem conſiſtat, ac vt demùm, cùm incipit reditus, ſemper fiat minor. Ab his ergo ferè vniuerſa diuerſorum temporum ratio ſumenda eſt, vnde triplex inſtituta eſt ratio partitionis morborum per ſua tempora, vel fortaſſis etiam quadruplex: quia cauſa ipſa duplicem nobis interdum offert partiendi occaſionem. Atque hæc quidem diuerſa temporum partiendi ratio perquàm vtilis eſt, vel potiùs apprimè neceſſaria ad conſtituendam medendi methodum. Sed rem hãc magis particularim tractemus. Primùm, quod in ægrotantibus ſolemus conſiderare, eſt morbus, qui ſecundum diuerſa tempora varias habet mutationes, idque dum ipſe per ſe & ſecundum ſuam naturam, vel eſſentiam conſideratur. is ergo, vt eiſdem libris Galenus expoſuit, cùm ini-

tium habet ſuæ generationis, minor omninò eſt; A poſtea verò paulatim aſcédit vel increſcit, deinde conſiſtit, poſtremò inclinare & imminui incipit, ac ita, donec omninò deſinat, paulatim procedit. Alterum verò, quod deinde conſiderandum eſt, ſunt ſymptomata moleſta, quæ morbum ſequi ſolent, atq; per diuerſa tempora varias habent mutationes. nam & ipſa cùm incipiunt, minora ſunt, poſtea ad aliquod vſq; tempus maiora fiunt: deinde verò, ſi morbus ſit futurus ſalubris, conſiſtunt aliquandiu in ſua magnitudine, demùm inclinant B & remittuntur. Et huius duplicis rationis, qua diuidi poſſunt tempora in morbis, meminit apertiſſimè Galenus 3. de Rat. vict. in acut. morb. aphoriſ. vlt. vbi ait, quòd in pleuriticis, vbi cæperint, qualia opus eſt, expuere, morbus neutro modo poſſit amplius creſcere, neque ratione ſymptomatum, neq; affectionis. oſtenditque non eſſe vtrorumque eandem rationem, quantum ad incrementum & decrementum pertinet. Tertium verò quod in ægrotantibus ſolet conſiderari, ſunt morboſæ cauſæ: de C antecedentibus autem loquimur, hoc eſt, de humoribus, à quibus morbi excitantur. Et quia duplex poteſt eſſe cauſa huius mutationis, propter duplicem modum, quo fieri ſolent affectus ab aliqua materia: (quandoque enim morbus ab aliqua materia ortú habet, quæ ibi aut genita eſt, aut paulatim eo loco congeſta, anteaquã morbus ibi quaſi accendatur, quæ deinde aut putreſcens, aut alioquin contractã aliquã malã qualitate, incipit operationes lædere partis illius, in qua continebatur, D atque ita morbum procreare: nonnunquam verò aliunde expulſa ad aliquam imbecilliorem particulam, ab illa recipitur, illamq; mox tranſmutans, morboſam reddit: & hoc modo plurimis in locis docuit Galenus fieri inflammationes, eryſipelata, & reliquas differẽtias tumorum præter naturam) ex hac differenti ratione procreandi morbos: differens etiam ratio à Medicis accepta eſt partiendi tempora in morbis, quantum vel ad eorum cauſas pertinet, vel ad materiam vnde illi poſſunt excitari. E Quæ differens partitio non modò cognitu vtilis eſt, verùm & neceſſaria Medicis, qui morbos ex ratione & methodo curare volunt. Sed explanemus harum partitionum diuerſarum rationem, & à prima incipiamus, præſertimque loquamur de morbis, qui ſalubres ſunt. Cùm autem id genus morbi præcipuè, vt teſtatus eſt Hippocrates in 6. Epid. ab ipſa natura curentur, vtpote quæ ſuperatis vitioſis humoribus, eorumque prauitate, ſanitatem adducat, ſicuti illa diuerſimodè agit in vitioſos ſuccos, F morboſq; terminat, ita diuerſa inſurgit ratio diſtinguendi tempora. verùm tribus modis morbi terminari ſolent, ſuperatis à natura vitioſis humoribus, ſecundum Galeni ſententiam: primùm quidem per concoctionem, deinde per excretionem, ſeu criſin, tertiò per abſceſſum. nã ſi humores neq; multi ſint, neq; admodum vitioſi, quia tum parum à ſua natura receſſerint, ope naturę per concoctionem poſſunt reuocari, & fieri naturæ vtiles. præterea & morbi diuturni, vt eodẽ loco, 2. Prognoſt. G nobis tradidit Galenus, ſæpiùs per concoctionem terminantur, vel per abſceſſum, raró per excretionem, ſicuti contrà acuti frequentiùs per excretionem, rariùs per abſceſſum, vel concoctionem, propterea quòd acuti maxima ex parte ortum habent

A à ſuccis calidis, tenuibus, & acrioribus, vt ſunt bilioſi. Sed in hanc ſententiam tam Philoſophi, quàm Medici, conſpirârunt, quòd id, quod nimis coctum & quaſi aſſum eſt, nequit recrudeſcẽs iterum ad mediocritatem reuocari, & proinde neque ita coqui, vt ampliùs vtile reddatur naturæ operibus, illique familiare, poteſt tamen eo modo coqui, quo excrementa coqui dicuntur, nempe vt minùs pertinaces & naturæ renitentes reddantur, operã caloris natiui, prætereaque faciliores ad excretionẽ: craſſi B verò, crudi, frigidiq; ſucci, vtpotè qui à mediocritate per imminutam concoctionẽ receſſerint, niſi in cruditate & craſsitie adeò exceſſerint, vt minimè poſsint ſuperari à natiuo calore, poſſunt concoqui vlteriùs, ac ita in probum ſuccum conuerti, atque hoc modò ſæpè diuturni morbi ſolent à natura ſuperari terminariq;: vel ſi quando nequeunt vſque adeò coqui, vt fiant vtiles, cùm ex alia parte ſint ad excretionem faciles aptique, nititur ſaltem natura, quàm maximè poteſt, procul ab internis C & nobilioribus viſceribus, ad partes imbecilliores & ignobiliores protrudere. vnde & hac ratione ſæpè fiunt parotides, bubones, dolores articulorum, & eorundem tumores. At acuti morbi, qui magni ſunt, & velocis motus, magnaque ſymptomata annexa habent, vel viribus, vt 1. Aphor. aphor. 23. expoſuit Galenus, omninò ſuperatis & proſtratis, hominem interficiunt, aut naturam, quę tantam moleſtiam & ſæuitiam nequit longo tempore ſaluis viribus perferre, cogunt omni ſuo conatu ad excre- D tionem noxiæ materiæ inſurgere. Et proinde hi morbi ſæpiùs per excretionẽ ſolent terminari, atq; etiam per criſim, quæ vera & abſolutè criſis ab Hippocrate, vt nos monuit Galenus, appellari conſueuit: quando nimirum confertim & concitato motu ad excretionem inſurgit. Sed hoc mihi notatu dignum videtur, quòd morbi, qui à fluxione fiunt, vt ſunt tumores præter naturam, duplicẽ, vel fortaſſe etiam triplicem modum habent, quo iudicari poſſunt. primus qui & optimus eſt, & quam maxi- E mè optandus, fit, quando per concoctionẽ, ſubindeque per digeſtionem, vel, vt iuniores aiunt, per reſolutionem terminantur. alter verò, quando per ſuppurationem deſinunt in abſceſſum, vel, vt Græci aiunt, in apoſtema, vel, vt Arabes, in exituram. tertius per excretionem, quo pacto ſolent inflammationes nonnunquam terminari, quando ſunt in magnis & acutis morbis, vt ſunt phrenitides, peripneumoniæ, pleuritides, quæ quandoque per ſanguinis profluuium è naribus indicantur, inter- F dum per ſudorẽ. His verò & illud addamus, quòd hæ morborum terminationes vel iudicia, non eandem habent rationem & eundem modum exitus. quia in his interdũ morbi verè terminari dici poſſunt, quia corpus, vel laborãtem in eo particulam, relinquunt omnino integram & expertem cuiuſcunque morboſi affectus. & hoc modo terminantur vel iudicantur morbi per veram criſim, ſiue illa integra ſit, ſiue non integra nam ſi non vnã, pluribus ſaltem criſibus tandem integrè terminãtur: G qui verò in abſceſſus deſinunt, non propriè terminari dici poſſunt, ſed potiùs fit tranſitus & permutatio ex vno in alium morbum, quandoque magis, quandoque minus malum. nam quando inflammatio ſuppuratur, fit tranſitus ex inflammatione in apoſtema, ita & alij, qui iudicantur per abſceſſum,

ſum, in alios morbos tranſeunt, vt in parotidas, vel bubonas, vel articulorum dolores, alioquin in paralyſin. vnde in alijs, quàm in his ſimplicior erit ratio diſtinguendi tempora. Neque etiam illud prętermittendum eſt, cuius & tu meminiſti, nempe quòd morbi per excretionē multifariam terminari poſſunt. interdum enim confertim facta excretione iudicantur, facto repentè impetu ab ipſa natura in noxios humores: & fit ſemper hæc excretio ſenſibus manifeſta, ſiue fiat integra, ſiue nō integra iudicatio: aliquando verò fit quidem excretio ſenſibus etiam manifeſta, non tamen confertim, ſed potiùs paulatim. ſicut enim paulatim ſuperatur & concoquitur materia, quæ morbum excitauit, ita etiam excernitur. hoc verò præcipuè fieri ſolet in inflammationibus, quæ effluxum habent: habent autem effluxum illæ, quæ vt Galenus 1. Aphoriſ. aphoriſmo 12. ait, occupant partem aliquam, quæ non ſit obducta craſſa & denſa cute, vt quando superueniunt partibus vulneratis, vel vlceratis, aut internis partibus oris, vel faucium, aut intra thoracem, vt pleuritides, aut peripneumoniæ appellatę, quarum præſertim meminit Galen. de Rat. vict. in acut. morb. Comm. vlt. loco ſæpiùs ante adducto. ternò, fit etiam excretio per inconſpicuos meatus, quæ & ipſa inconſpicua eſt ſenſusque latet: ſicuti quando per reſolutionem vel digeſtionem terminantur morbi. Sed his omnibus in hunc modum expoſitis, redeamus vnde diuerteramus, & accipiamus tanquam conſtitutum, quòd, cùm diuerſitates hæ, quas in morbis ſolemus obſeruare, non ſtatim & momento fiant, ſed omnes tempore menſurentur, ſecundùm has tranſmutationes accipitur ratio diſtinguēdorum temporum in morbis, cùm ex illius natura ipſæ diuerſæ & multiplices ſint, & ab aduerſis etiam rebus pendeant, nimirum à morbi natura, vel eſſentia, à ſymptomatibus, & à cauſa vel à morboſa materia, quæ deinde duplicem poteſt habere motionem, & ſubinde duplicem etiam rationem diuerſitatis temporum, nempe quia interdum ab vno loco in alium defluēs, morbum in illo procreat, interdum in vno loco manens, ibi à natiuo calore afficitur & concoquitur.

Cùm ergo quæritur, an diuerſæ hæ differentiæ, vel rationes temporum poſsint ſimul in vnum commune tempus coire, ita, vt ſimul ſint principia ſecundum propriam naturam & eſſentiam, & ſecundum ſymptomata, & ſecundum mutationem cauſę, ſiue eius fluxionem, ſiue illius concoctionem & maturationem ſpectemus, mihi videtur perdifficile rem hanc vnicā & determinatā ſententiā definire, an omnes in vnū tempus poſſint conſpirare, an plures, an duæ ſaltem? & ſi plures, quæ & quando. Quantum tamen tum ex diligenti lectione priſcorum Medicorum, tum verò ex attenta circa ægrotos obſeruatione, aſſequi potui, crediderim, ſæpiſsimè ſaltem; ſi non ſemper; duas temporum differentias coniungi in vnū tempus, neq; ſemper eaſdem, ſed interdum has, interdum alias, & hoc ꝓ modo & ratione; qua morbus terminandus eſt: rariſsimè autem, & fortaſſe nunquam omnes ſimul per eadem tempora in morbis procedere poſſe. Sed vt manifeſtior ſit res hæc, particulatim eam explanemus, has temporum differentias inter ſe conferentes, ſumamusq; initium à morbis, qui à fluxione procreātur, vt procreari in-

A flammationes Galenus docuit, & primùm de illis agamus, quæ neque per ſuppurationem, neq; per effluxum terminantur, ſed per concoctionē & digeſtionem vel reſolutionem. In his ergo quando ſalubres ſunt, duę temporum differentiæ ſimul in vnam coeunt, & pariter procedunt: nam ſimul & principium vtriuſq; earum eſt, & ſimul incrementum, ſiculque vigor, & tandem inclinatio: vel potiùs tres differentię, nam ſimul incipit fluxio ad inflammatum locum, & inflammatio, & ſymptomata, quæ inflammationem ſequuntur, vt dolor, rubor, calor, & tenſio illius partis: tempora verò, quę accipienda ſunt à tranſmutatione materiæ ꝑ concoctionem vel maturationem, cum his conſentire & congruere minimè poſſunt. nam cùm maior fit fluxio, maior item fit inflammatio, & ſymptomata etiam creſcunt, conſiſtente præterea fluxione, conſiſtit etiam affectus & ſymptomata, & deniq; cùm fluxa iam materia incipit à natura ſuperante digeri vel reſolui, omnia etiam incipiunt inclinare. hoc

C tamē tempore vix incipit incrementum, ſi ad tempora reſpiciamus, quæ à ratione concoctionis materiæ ſunt accipienda, quia, vt 4. de Rat. vict. in acut. morb. teſtatur Galenus concoctiones ꝑ quietem fiunt, illiſque motus maximè eſt aduerſarius: vnde quando conſiſtit fluxio, natura concoctionem aggreditur. Patet ergo, quòd tempora accepta ab ipſa affectione, & à ſymptomatibus ſimul paritérq; procedunt, tempora verò accepta à cauſa, vel à materia, ex qua inflammatio ortū habuit,

D partim quidē cum illis ſimul progrediuntur, partim verò ſecus. cum illis enim congruentia ſunt tempora fluxionis, aliena verò ſunt omninò tempora concoctionis. Nam ſi principium in his eſt, quando cruditas eſt, principium iuxta hanc rationem comprehendet tria tempora: nempè, ſi reſpicimus ad ſymptomata, atque ad ipſum affectum, & ad fluxionem: & cùm incipit manifeſta materiæ concoctio, reliqua omnia incipiunt inclinare, niſi in ſuppurationem vergat inflammatio. Nam ſicuti

E tūc mutatur morbus, & in alium tranſit, ita etiam mutatur ratio temporum. Methodus autē curandæ inflammationis, vt inflammatio eſt, nobis poteſt manifeſtò monſtrare, rem hanc ita ſe habere, vt hactenus expoſuimus. Nam quando Medici docent curare inflammationes, in initio quidem ſolis repellentibus, poſtea in incremento digerentibus & repellentibus, in vigore autem ſolis vti digerentibus ſolent. Vnde nemo non videt, hanc horum temporum diſtinctionem, nō reſpicere tranſ-

F mutationem materiæ per concoctionem, ſed potiùs rationem eius quatenus influit, quia vniuerſa indicatio reſpicit materiam quatenus in fluxione eſt. poſtea verò partim eam quæ fluit, partim illam quæ fluxit iam, poſtremò ſolam illam quæ fluxit. Quòd ſi inflammatio in abſceſſum ꝑ ſuppurationem ſit tranſitura, ſicuti mutatur morbus, ita & ratio curationis, & ratio temporum mutatur. nam in reliquum per maturantia & ea quæ pus mouent, erit inſtituenda curatio, nō autem ampliùs per repellentia, vel digerentia. Et tempora etiam ipſa ra-

G tionem mutant, nam principium erit antequam incipiat apparere manifeſta aliqua ſuppuratio vel concoctio: cùm verò iam tumor videtur aliqua ex parte mollior fieri, eſt incrementum, facta maturatione vigor eſt, poſtea aperto abſceſſu & effluente

pure,omoia inclinant. Hęc autem ratio diſtinctionis horum temporum à tranſmutatione materiæ accipitur,quæ per coococtionem ſuppuratur: Sed & tempora, quæ à ſymptomatibus ſumeoda ſunt, nunc cum iſtis in vnû coeunt,& ſimul procedunt. Nam dum pus conficitur, diſtentio augeri, & feruoſ ſanguinis io inflammatione, quaſi ebullientis vndæ,incipit,dolores & febres augentur,ſicut coo coctio procedit,vſque ad vigorem,calore communicato cordi,poſtea & ipſa inclinant. Ratio autem eſſentiæ & naturæ morbi longè ſecus ſe habet. Nã vbi incipit materia eoqui, morbus fit minor,vt Galeous eodem loco 3.de Rat.vict.in acut.morb.aph. 6. ait : Ego in libro de voiuerſi morbi temporibus, non hanc rationem temporum, ſed priorem , quæ accipitur ex tranſmutatione materiæ,qoę vertitur in pus, ſpectabat , quando dixit , quòd vigor in inflammationibus terminatur puris generatione. Quę quidem vigoris terminatio per puris generationem intelligi debet,quatenus reſpicimus ad eſſentię morbi rationẽ,quia morbus non poteſt amplius creſcere, ſed potiùs mitior & minùs malus fieri incipit, cùm materia per tranſmutatiooẽ & concoctionem incipit manifeſtè in pus cõuerti. Si autem de vigore, quuad ſymptomata, loquamur, explanandus eſt locus , quòd generatione puris terminatur vigor , hoc eſt, genito pure, vigor deſinit, & declinare omnia incipiunt . Sed ſi loeũ citatum ex 3.de Rat.vict. cum illo conferamus , qui deſcriptus eſt in 1.de Criſib. & cum ſententia, cuius nuper meminimus ex libro de Temporibus vniuerſi morbi,eandem rationẽ ſeruabût tempora in morbis acutis,qui per criſim veram terminandi ſunt,ſi inter ſe , quantum ad diſtinctiuoem, conferantur, ſiue quantum ad coalitum & compoſitionem. Nimirum quia tempora ſymptomatum , & tempora, quæ à tranſmutationa materiæ & eius concoctione pendent,in vnû tempus coeunt,& pariter procedunt : tempora vero à ratione morbi accepta,ab illis omninò diſſentiunt,quia quando priorum incipit incrementum,affectus potiùs incipit inclinare,& tria ferè tempora, quatenus ad affectus rationem pertinet,nempe initium,incrementum,& vigor tranſeunt , quando incremantum ſymptomatum & concoctionis incipit. nam corrupto abſceſſu,pus effluit: poteſt & id tanquam criſis haberi illius affectus,vnde per locum à pari,p aphoriſmum 47. 2.aphor. declarat Galenus 3.de Rat.vict.& 1.de Criſibus, quòd,dum fit in venis cõcoctio,dolores, febres , & reliqua ferè ſymptomata perinde increſcunt,quemadmodum & in abſceſsibus,dum conficitur pus , & quòd ſimilis eſt ratio concoctionis, quam ex vrina obſeruamus,in morbis,quorum fomentum in venis eſt , cum illa , quæ in abſceſſu fit, dum pus conficitur,& quòd denique eiſdem dotibus laudatur hypoſtaſis in vrina, quibus & pus ex abſceſſu effluens , nempe ſi alba fuerit , leuiſque & æqualis. Similiter ergo pariterque procedunt tempora ſymptomatum & concoctionis . quò fit, vt in his morbis ſemper, aut frequentiſsimè , fiant iudicationes in vigore, tam concoctionis, quàm ſymptomatum. Quod ſi cupias magis particulatim tibi probari in primis conſiderabis, ſi criſis ſit expectanda,quę bona & perfecta ſit, neceſſe eſſe vt morbus ſit coctus, ſignaque concoctionis aut integræ, aut propè integritate conſtitutæ, oſtendat, io quo

A antiqoi omnes conſensère . Sed quòd etiam ſemper in vigore,quo ad ſymptomata, morbi indicentur,oſtendère Hippocrates & Galenus 2.Aphoriſ. aphor.13. vbi dixère,quòd nox, præcedens criſim, ſemper difficilis eſt, ſequẽs verò facilior : præterea verò idem Galenus 4.Aphoriſ. aphor.36.ait,quòd morbi ſemper in vehementioribus acceſsionibus iudicantur: apertiſsimè quoque eodem 4.Aphor. aphor.31.demonſtrat , quòd ſi morbi per criſim veram ſint terminandi , neceſſe ſit , vt incrementum B ſymptomatum ſequatur incremẽtum concoctionis. quia ſi nequit certa & conſtans fieri iodicatio, niſi morbo cocto,neceſſe eſt,vt quò res eſt propinquior iudicationi , eò magis proceſſerit concoctio: & quò minor apparet concoctio,eò iudicium ſit remotius: ſed apertè ille ibi explanat, quòd quò magis propè eſt iodicatio,eò fortiora & vahementiora fiunt ſymptomata: ait ſiquidem : Vigilant enim magna ex parte, & grauiter ſe babẽt , & febricitant vehementiùs ægroti, quãto propiùs iudicationem C accedont. Satis ergo hoc videtur eſſe probatũ,vnde opportuoũ videtur eſſe , vt iam tranſeamus ad eas inflammationes , quæ neque per digeſtionem, neque per ſuppurationem terminantur,ſed habẽt effluxum , quales eas eſſe dixit Gal. eodem loco in 3.de Rat.vict.in acut.morb.qnæ intra thoracem,& circa pulmones ortum habent : illarum namque, pręſertim eo lib.de Rat.vict.fit ab Hippoc.mentio, & à Gal. imò de ratiooe harum curandarum duntaxat in illo particulatim ſermo ab illis habitus eſt, D quamois,vt ibidem teſtatur Gal.has inflammationes propoſuerit,tanquam exempla,& quaſi ideam curationis aliorum morborum acutorum . In his itaque inflammationibns , quæ effluxum habent, æqualiter procedût tempora ipſius affectus ſecundum ſe, & tempora ſymptomatum, & neutrum illorum cum temporibus concoctionis conuenit, que aliquod illorum concoctionis rationẽ ſequitur: nam vigor iam morbi quàm ſymptomatũ iam adeſt , quãdo nondum aliqua incipiens concoctio E apparet : rem autem ita ſe habere , facile eſt probatu,tum Hippocratis & Galeni autoritate, tũ etiam exemplis ab eis petitis . Hippocrates enim lib.1.de Ratione victus in acutis morbis,aphoriſmo 41.examinans , quo præſertim tempore ptiſana exhibitã pleuriticis, eos lædere poſsit, ait , quòd ſi dolor fuerit aſsiduus,qui fomentis minimè cedat,& ſputum etiam nõ procedat, ſed lenteſcat, citra coococtionem, & illi ptiſanam ſorbendam dederis , non ſectâ priùs venâ,vel corpore purgato ægrotum in F terficies. cuius rei rationem referens Gal.in Commentario,ait : Interficitur,quia alitur in vigore inflammationis , quo tempore cibus quàm maximè poteſt officere . vigentia enim inflammationis illa ſigna ſunt,quæ ab Hippocr. hîc referuntur,nempe continens dolor , qui fomẽtis non cedit, quibus & illa ſigna addit , ait Galenus, quæ non modò magnum morbum demonſtrant , verùm etiam malignum. quòd enim ſputum nõ procedat,ſed recrudeſcens fiat glutinoſum , malignæ pleuritidis ſi-G gnum eſt.vbi,ſi rectè rem cõſideres,ſigna hæc morbi magnitudinem,malitiamque,& præterea vehementia ſymptomata oſtendunt : vnde & morbus, & ſymptomata ad vigorem peruenère , cùm tamẽ ſumma ferè adhoc cruditas ſit in materia , à qua pleuritis fuit excitata . nam lenteſcere ſputum citra

ſtra concoctionem, ſignum eſt crudæ admodum
inflammationis, ſed & id indicare poteſt, ꝙ mor-
bus, quando dolor continenter vrget, & ſputum
crudum exſpuitur, in vigore ſit: quia ſtatim, vbi in
ſputo concoctionis ſigna apparent, & æger exſpue
ra incipit qualia oportet, inclinare incipiunt, cùm
affectio, tum ſymptomata: & tamen concoctio eſt
in incremento. hoc enim in fine 3. de Rat. vict. aper
tè ſatis explanaſſe videtur, paucis tamen verbis, de
quibus paulò poſt, quia multis obſcura dubiaq́ue
videntur, aliquem ſermonem inſtituemus. Nunc
id ipſum quod à nobis his auctoritatibus probatū
eſt, exemplo Anaxionis Abderitani, quod Hipp. 3.
Epidem. Commentariorum verò Galenus lib. 6.
item 3. aphor. 79. deſcripſit, oſtendemus: vnde Ga-
lenus 1. de Criſib. cap. 18. & 1. Aphoriſ. aphor. 12. ri-
dem exemplum petijt. in illo enim ſemper mor-
bus pariter & ſymptomata creuêre: & ſi quis hæc
cum illis conferat, quæ paulò antè fuêre relata ex
1. de Rat. vict. in acut. aphoriſ. 31. quo loco Galenus
exponebat vigorem in pleuriticis, facilè percipie-
mus, tunc fuiſſe vigorem, cùm affectionis, tum ve-
rò ſymptomatum. nam refert, quód ſeptima die
grauiùs ſe habuit, quodq́; eatenus febris eſt aucta,
& quòd dolor nullis cedebat fomētis, quòd etiam
tuſsis moleſta erat, & reſpiratio difficilis: ſed om-
nia hæc magnam oſtendebant eſſe affectionem, &
magna quoq; ſymptomata, póſt octauam diem do
lor, miſſo ſanguine, cæpit mitiſcere, vt iam res vi-
deretur ad inclinationem vergera: ſed vndecima
manifeſtò iam declinare cæpit: cùm tamen eò vſq;
nullum fuerit viſum concoctionis maioris indi-
cium, ꝗ in principio viſum fuerat: in initio etenim
ſola vrina aliquid boni inſinuabat, vtpotè quæ be-
ne colorata aſſet & copioſa, ſad tenuis, quæ non e-
rant alicuius manifeſtę concoctionis ſigna, præſer-
tim verò in pleuritide, in qua præcipuè ſputa ſunt
obſeruanda, quæ ad vndecimam vſque ſummam
præ ſa tulère cruditatem: nam ab vndecima ſputa
cæpère eſſa humidiora: manifeſta autē coctio pri-
mùm in decimaſeptima apparuit: ait enim, quòd
tūc cæpit pauca concocta exſpuere. & ſi hæe rectè
æſtimentur, incrementum ratione concoctionis,
aut vndecimo, aut magis decimoſeptimo die cæ-
• piſſe dicendum erit, quo tampore iam pridem cæ-
perant, & affectio, & ſymptomata inclinare. Sed ſa
tis probatum videtur illud, quod iam inſtituera-
mus. At verò qa locus à te ſtatim à principio quæ-
ſtionis ex 3. de Rat. vict. in acut. morb. productus,
difficilis & obſcurus eſt, & qui multis celebriori-
bus etiam viris non parum negotij potoit faceſſe-
re, vt, quantum per nos fieri poteſt, tibi hac etiam
in parte ſatisfaciamus, de eo aliqua dicemus. Inci-
piemus autem ab ea ſententia, quæ tibi, & quidem
meritò, dubia eſt, vbi Galanus inſtituto ſermone
de vigore morbi, ait, quód vigor interdum cum i-
pſa coctione exiſtit: Græcè autem ita, [illegible]
[illegible]: & re vera dubius eſt locus: nimirum,
an per negationem, an per affirmationem ſit legen
dus, vt codices impreſsi omnes habēt. & mihi qui-
dam magis probatur, quòd per negationem legi
debeat, vt de[illegible], [illegible], vel exiſtit. nam & in
Aldinis codicibus primis impreſsis, & editis, locus
aſt aſteriſco notatus, quod ille facere ſolebat locis
omnibus, vbi aliqua videbatur eſſe dubitandi ra-
tio, maximè verò vbi variæ reperiebantur lectio-

A nes. Sed & ſequētia etiam magis negationi, quàm
affirmationi videntur atteſtari. In hoc tamen, ſi in-
genuè agendum ſit, non facere multam vim vtró-
nam modo legatur, quia arbitror vtramq; lectio-
nem citra vllum errorem poſſe admitti: ſi tamē re-
ctè, & in ſenſu commodo fuerit accepta, quod nos
oſtendemus, poſitis prius fundamēns quibuſdam,
quæ itidem à Galeno ponuntur: ab illis enim pen
det vniuerſa iſtius nodi diſſolutio. Ea verò ſunt, ꝙ
Hippocr. & ſubinde etiam Gal. in vniuerſis illis de
B Rat. vict. in morb. acut. libris, de plenitudine agit:
ita tamē, vt eius curationem, tanquam exemplum
propoſuerit curandorum reliquorum acutorum
morborū, & proinde liber ille in vniuerſum inſcri-
ptus eſt, de Ratione vict. in acut. morb. Et res hæc,
vt in ſuis Commentarijs teſtatus eſt Galenus, ali-
quam peperit obſcuritatem. vnde cùm Galenus
protulit illam ſententiam, quòd vigor interdum
cū coctione exiſtit, ita accipienda eſt, vt ſit ad om-
nes acutos morbos referenda, quod ſpectare vida-
C tur titulus, aut inſcriptio iſtius operis: vel per na-
gationem, addita nempe negatiua particula, locus
legendus eſt, quia aliquando, non ſemper autem,
neque ſæpè contingit, vt vigor non ſimul cum co-
ctione exiſtat. Sed ſi tantùm ſit referenda ad affa-
ctus thoracis, & internis eius partibus inſidentes,
legendus eſt locus, vt affirmet, non autem neget,
quia aliquando quidam, rarò tamen in pleuritide,
& peripnaumonia, vigor cum concoctione exiſtit.
Videbitur autem fortaſſe explanatio hæc dubia, &
D non parum obſcura, ego varò teſtibus víus, Hippo
crate & Galeno, (ſi quis tamen velit eſſe iuſtus iu-
dex) hæc omnia ſatis lucidè probaturus ſum: ſed
primùm iactis quibuſdam fundamētis, ex aiſdem
auctoribus depromtis. Statuamus ergo primùm,
quòd acuti morbi frequentiùs, diuturni verò rarò
per criſim terminantur, nimirum veram, ſæpè au-
tem per concoctionē, vel abſceſſum, cuius & ſupe-
riùs meminimus, & quod in doctrina antiquorum
auctorum manifeſtiſsimum eſt. Huic verò & illud
E addamus, quòd neceſſe eſt, criſim, quę abſolutè cri
ſis ſit futura, ſemper fieri in vigore morbi, tam quo
ad concoctionem, ꝗ etiam quo ad ſymptomata. Et
quamuis hoc paulò antea fuerit à nobis probatū,
quantum poterat eſſa ſatis, non erit tamen ab re, ſi
aliqua præterea huic loco aſcripſerimus ex Gale-
no, quæ plurimùm robur huic fundamento affer-
re poſſunt. Itaqua quòd in vigore plerunque mor-
bi iudicētur, teſtatus eſt Galenus 1. Aphor. aphor.
19. at verò quòd ſemper in vigore concoctionis, &
F experientia demonſtrat, & probatu non eſt diffici-
le, auctoritate præſertim Galeni vt multis in locis,
ſic etiam in 3. de Criſib. cap. 5. 6. vbi ait: Tempus ſta
ſtus criſis expectat, & ea optima criſis eſt, quæ ſit
morbo iam concocto. Sed quòd etiam ſemper in
vigore ſymptomatum fiat criſis, & ex alijs locis,
percipi poteſt, & maximè ex 1. lib. Comment. in 6.
Epidem. ibi enim ſymptomata referens, quæ im-
minentem criſim indicant, illa maxima refert, quæ
non modò aſsiſtentibus & familiaribus timorem
G incurere poſſunt, verùm & eos ad deſperationem
ſalutis ægroti adducere. 6. etiam Aphor. aphor. 5.
huic eidem Gal. atteſtari videtur, cùm ait, quòd in
acutis morbis vehementiſsima ſymptomata ſolent
bonas criſes operari: 2. autam Aphoriſm. aphor. 23.
non modò id ipſum affirmare voluiſſe viſus eſt, ſed.

& iſtius rei rationem reddere, vbi dixit: Natura ſe- A
parante à bonis mala, & es ad excretionem paran-
te, fit criſis, in tali autē turbatione grauiter habent.
Cum his autem conſentire ea videntur, quæ ab eo
prolata ſunt 3. de Criſib. cap. 9. nempe quòd nō fit
criſis ſine certamine, vnde & Auicenna dixit, quòd
ſtatus eſt tempus pugnæ. Rarò autem in his mor-
bis, qui hoc pacto per criſim terminantur, cum his
temporibus conuenit in vnū vigor ipſius affectio-
nis vel morbi. Secundo namq; Aphor. aphor. 29.
idem Galen. vniuerſam hanc ſententiam, quam in B
præſentia afferimus, lucidè & breuiſsimè expo-
ſuit, nempe quòd vigor tam ſymptomatum quàm
concoctionis in vnum tempus conſpirét, non au-
tem affectionis, vel morbi. ait enim: Circa vigores
omnia ſunt fortiora, oportet autē his addere, ſym-
ptomata. diſpoſitio ſiquidem, ex qua ſymptomata
gignuntur, quā & morbum nominamus, non om-
ninò in vigoribus eſt fortior, verùm in his, qui ſal-
uari debent, melior eſt multò, quàm in principio.
Quòd autem rariùs in inflammationibus, quæ in- C
tra thoracem conſiſtunt, vigor ſimul cum conco-
ctione exiſtat, ex multis, quæ hactenus expoſita
ſunt, facile erit probatu. nam cùm non exponunt,
vel nō bona exſpuunt, principium illud eſt, quate-
nus ad rationē concoctionis pertinet: ſymptoma-
tum verò & affectus, vt Hippocratis Galeniq; ſen-
sentiā 1. de Rat. vict. in mor. acut. probauimus, iam
ferè vigor adeſt. cùm verò incipiunt, qualia opor-
tet, exſpuere, incipit quidē concoctionis incremen
tum, ſed affectus & ſymptomata eo tempore, vt ibi D
dem docuit Gal. inclinare potiùs incipiunt. nam
cùm exſpuere concocta incipiunt, dolor, & febris,
ſpirandiq; difficultas miteſcunt, atq; morbus vn-
diq; fit minor. & inde etiam euenire ſolet, vt in his
non admodum frequens ſit terminatio per criſim
propriè, nempe quæ ſit vehemens & velox naturę
motus ad excretionem, quia illa non inſurgit vehe
menti & veloci conatu, niſi cū à magnitudine tum
morbi, tum ſymptomatum excitatur: propterea
namq; dixit Galenus, quòd criſis aut in vigore fit, E
aut pauló ante vigorem, ſi ſit futura bona criſis. &
ſi interdum fit in initio, vel circa incremētum, aut
mala erit criſis, vtpotè quę ſequatur multam mali-
gnitatem & ſæuitiam morbi, aut erit criſis imper-
fecta. Sed neq; poſt vigorem, ait idem Galen. 3. de
Criſib. criſis hoc modo eſt expectanda, quia quan-
do morbus circa vigorē non iudicatur, poſtea con
coctā & excretā materiā paulatim terminatur: qđ
etiam facile perceptu eſt ex verbis Hipp. & Gal. 1.
de Rat. vict. in mor. acut. cùm enim ſuperiùs dixiſ- F
ſent, quòd cùm ſputum non procedit, non eſt dan
da ptiſana, quia in vigore morbi illa nō conuenit,
poſtea hoc loco aiunt, ꝙ, cùm os humeſcit, & ſpue-
re incipiunt qualia oportet, opportuna erit ſorbi-
tio ptiſanæ, quia ſputū iuuat. quantò enim os ma-
gis humeſcit, & copioſior fit excretio, eò etiā mor-
bus citiùs iudicatur, quod de vera criſi nequit in-
telligi, vt hoc ibidem monet Gal. ſed de criſi, vt ſi-
gnificat morbi mutationē, qua vel ſtatim morbus
integrè ſoluitur, vel ægrotus periculum iam eua- G
ſerit, quia plerunq;, quando pleuritici exſpuere in-
cipiunt copioſa, tranſit morbi vigor, poſteaq; pau-
latim morbus ſoluitur. hoc autem nobis oſtendūt
verba Galeni, deſcripta 3. de Rat. vict. in mor. acut.
aph. vlt. vbi ait, quòd, vbi incipiūt exſpuere qualia

oportet, nullo modo ampliùs creſcere poſſunt
morbus aut ſymptomata, imò morbus miteſcere
incipit. Terminantur tamen aliquando hæ inflam
mationes p criſim, interdum perfectam, interdum
verò imperfectam & mancam: quamuis rarò id ac-
cidat. Sed cùm in his fit criſis, ſemper conueniunt
ſimul vigor ſymptomatū & concoctionis, non au-
tem morbi, quia nunquā poſſunt ſimul vigere affe
ctus & concoctio, cùm per concoctionem ſæuitia
& vehemētia ipſius affectionis remittatur, quam-
uis ſymptomata fiant vehementiora. Et hoc Ana-
xionis exemplo oſtendere poſſumus, qui bis in eo
morbo fuit iudicatus: primùm quidē imperfectè,
poſtea verò perfectè, & primum quidē iudicium,
ſi rem rectè æſtimare velimus, factum fuit in incre-
mento, quantum ad concoctionem pertinet. &
quamuis per id iudicium ſymptomata ferè omnia
remiſerint, ſimulq; & morbus, non tamen penitùs
omnia: quidpiā enim remanſit, quod oſtenuere po
terat, aliquas morbi reliquias eſſe derelictas poſt
iudicationem illam, quę futuram recidiuam pute-
rant minari, quia deſierat quidem febris, ſitis atta-
men adhuc erat moleſta: vnde & recidit Anaxion
die vigeſima ſeptima in eundē morbum, q poſtea
die ſeptima à principio recidiuæ, accedente vigo-
re concoctionis, & cum eo coeunte vigore ſympto
matum, integrè iudicatus eſt. nam, vt refert Hippo
crates, febris rurſum inualuit, & iterū tuſsis illum
afflixit, quæ naturam ad excretionē per lotia, per
ſudorem, & per ſputum veloci & vehementi mo-
tione inſurgere coegere. Mihi ergo videtur eſſe a-
perta ſatis iſtiuſmodi diſſolutio: niſi fortaſſe putes
illi obſtare eam dubitationē, quam poſtremo con-
tra hæc opponis: nimirum quia hæc non videntur
cum re ipſa conſonare, ſed neq; cum his illa, quæ à
Galeno varijs in locis prolata ſunt, qui profitetur,
ꝙ in vigore ſit ſumma morbi magnitudo. In pri-
mo namq; de Criſi, cap. 8. dixit, quòd vigor eſt ve-
hementiſsima morbi pars. primo etiam de Diebus
decret. cap. 13. vigorem ex ſententia Hippoc. extre-
ma appellat. Sed huic & illud addamus, ꝙ ſi in vi-
gore vehementiſsima ſunt ſymptomata, & ſympto
mata morbum tanquam cauſam ſequuntur, quo
pacto morbus fieri minor poteſt, quando ſympto-
mata maiora fiunt? Verùm hæc nihil nobis obſta-
re exiſtimauerim, quòd facilè intelligi poterit, ſi de
medio ambiguitas vel homonymia tollatur, quæ
in illis verbis latet, quando dicimus, magnum eſſe
morbum. nam morbus triplici ratione, & illa qui-
dem plurimùm diuerſa, magnus dici poteſt, quod
nos 4. Meth. & in lib. de Conſt. art. med. cap. 6. Ga-
lenus docuit: quia aut ratione loci affecti, vt phre-
nitis, vel peripneumonia, aut ratione propriæ ſuæ
naturæ, vel eſſentiæ, vt febris ardens vel ſynocha,
aut ratione ſymptomatum, vt febris, quæ ſyncopa-
lis à iunioribus dicitur: item & vulnera neruorū,
quæ conuulſio ſequi ſolet. vnde dicimus, quòd,
cùm Hippocrates aut Galenus dicunt, in vigore
eſſe ſummam morbi magnitudinem, illud ad ſym-
ptomata referendum eſt, non autem ad naturam
vel eſſentiam morbi, vt ſymptomata excludit. hoc
enim Galenus 1. Aphor. aperti[illegible] oſtendit, & 3.
de Rat. vict. tex. 19. vt ſuperiùs quoque monſtraui-
mus, & eodem ſpectauit 1. de Decret. diebus. Sed
quia circa finem quæſtionis illius quandam pro-
fers ſententiam, ex libro de Optima ſecta ad Thraſi-
bulum,

bulum,cap.40.deſmtam,quæ nō parum his,quæ A
hactenus à nubis definita ſunt, aduerſari videtur,
non erit ab hoc negotio alienum, ſi de ea paucula
quædam verba ſecerimus.ac prætermittam nunc,
quòd libellus ille mihi nō parum ſuerit ſoſpectus
& dubius, an fuerit legitimus Galeni: velim tamen in præſentia, vt tanquam legitimum acclpiamus. Ait ergo ibi, contra Methodicos diſputans,
& probans nullam à tempore iodicationem eſſe
accipiendam, in vigore verò cibum interdici, & alia furriora remedia, quia eo tempore ſummus ſit B
morbi impetus, qui virium imbecillitatem oſtendat. tunc enim cauſæ valentes ſunt, facultas verò
languida, atqne ideò rationabile eſt in morbi vehementia quieſcere. Poſſumus aotem verba hæc
bifariam exponere, illis nimirum poſitis, quæ ſuperiùs à nobis fuêre expoſita, & hoc primùm accipiamus, quòd, vt diximus,vigor dicitur ſumma &
vehementiſsima morbi pars, præſertim propter
ſymptomata. ratione ergo ſymptomatum, quorũ cauſa eſt morbus, eo tempore magnus eſt mor- C
bus, non propria ſui ratione: & facultates etiam
eadem ratione videntur imbecillæ, ea præſertim
cooparatione. nam à vehementia ſymptomatum
torbatæ, videntur quaſi opprimi, donec collectis
viribus, natura morbum omnino ſuperare incipiat, eo nempe concocto, aut materià per excretionem expulſa, idque, ſi de vigore eo ſit ſermo,
quando concoctionis & morbi vigor noo coeunt
in vnum tempus. Sed ſi velimus id referre ad morbum per veram criſim terminandum, ipſe Gale- D
nus docuit primo Aphoriſmorum, quomodo vires in vigore ſint imbecilles. nam ibi ait, hoc intelligendum eſſe quatenus ad animalem facultatem
pertinet: morbum verò & eius cauſas in vigore eſſe fortes, ꝑpterea videri, quia natura in vigore maximè concoctionē molitur, & ſubinde, vt eodem
loco exponitur, ſecretionem vtilis à noxio, & demum excretionem. Et quamuis eo tempore in primis morboſæ materiæ à natura & natiuo calore ſuperentur, dum tamen illa concoquitur, vt primo E
de Criſib. propoſito Anaxionis exemplo expoſuit
Galenus febres,maiori facta vaporatione,& maiori excitato calore, fiunt vehementiores, atq; etiam
dum agitata ſecernitur excerniturque, corpus, vt
paulò antea ex Galeni ſententia ſecundo Aphoriſmorum diximus, turbatur, & quatenus ad hoc
pertinet, eo tempore fortiores videntur, nempe,
quia magis mouentur. nam vt idem tertio de Cauſis ſymptomatum docuit, cauſa dum mouetur,nocentior eſt, & magis affligit, quàm quando quie- F
ſcit. Sed nec ratio illa vim multam habet, quòd,
quia morbum ſequantur, ſymptomata ideò ſi maiora illa ſint, neceſſe etiam ſit,vt morbus ſit maior:
quia vera ſanè eſt, ſi de ſymptomatibus ſit ſermo,
quę neceſſariò morbum ſequuntur, & ſunt pathognomonica illius ſigna: ſecus autem eſt de ſymptomatibus,quæ actionem ſequuntur,& pugnam naturæ cum morbo & eius cauſis, quæque ex eo ordine ſunt, quæ pòſt apparentia dicuntur. hæc enim non ſequuntur morbum primò, ſed potiùs G
pugnam naturæ & natiui caloris morbum ſuperantis in morbis ſalubribus.

EPISTOLA XVIII.

Ioanni Angelo Cerro Mediolanenſi, Medico.

Conciliatio αἰτιλογίας: Corpora impura quò plus nutries, eò magis lædes. Hippoc 2. aphor.10. Vbi validæ vires fuerint, & humores corrupti, pleniùs & ſæpiùs cibandum. Gal.17. Aphor. lib. 1.

SVperioribus diebus noſtrum tertium de Compoſitione & vſu medicamentorum Commentarium Alexandro Panizzæ tuo nomine tranſſcribēdum dederamus, qui an fuerit ad te delatus,
nondum cognoui. ille enim his elapſis menſibus
peſsima quadã ſcabie fuit cruciatus, cuius comes
etiam erat febris. Quartus liber nondum abſolutus eſt, vt qui poſt tuum diſceſſum nullum incremētum acceperit: nam multæ occupationes, dum
eſſem Venetijs, mihi fuêre impedimento. Quatenus verò pertinet ad dubitationē, quam mihi ſoluendam proponis, verſantem circa aphoriſ.10. libri 2. Aphoriſ. & aphor.17. libri 1.Aphor. nos ſanè,
quamuis difficultas non exigua in eo nodo diſſoluendo non modò videatur, ſe re vera etiam ſit, tamen nitemur ꝓ noſtra virili parte, vt tibi morem
geramos eam ſoluere, & loca illa explanare. Dicimus itaq; primùm,quòd ſententia aphoriſmi illius
10. non eſt pugnans,neque contraria,meo quidem
iudicio,illi ſententiæ à Gal. in Commen.17. aphor.
libri 1.prolatæ: nempe,ꝙ,vbi vires validæ ſuerint,
cum defectu & corruptela humorũ, pleniùs & ſæpiùs ægrotus ſit alendus. qa vera cōtradictio inter
aliqua eſt,quando illa idē reſpiciunt,& ſecundum
idem proferuntur: hoc enim Philoſophi ferè omnes nos docuêre: duæ verò illæ ſententiæ, neque
eandem reſpiciunt indicationum rationem, neq;
eadem tempora, neq; eundem corporum, de quibus proferuntur,ſtatum: hoc namque apertiſsimè
verba oſtendont, quibus vtuntur in illis ſententijs
explicandis, tum Hippocrates tum verò Galenus.
Aphoriſmus ſiquidem ille: Corpora impura tantò
magis lædes,quantò plus nutries: ad conualeſcentes eſt referendus. id enim inſinuauit, nec obſcurè
quidem Gal. cōm cenſuit, illum oportere octauo
præcedēti ſubiungi, quippe quia cauſam in ſe partis ſecundæ illius contineret, quæ ita ſe habet: Si
quis à morbo, hoc eſt, poſt morbum, quaſi dicat, ſi
conualeſcens cibum non appetens, nō roboretur,
hoc eſt, vires priſtinas non reſumat ex accepto cibo, ſcire oportet, illum egere vacuatione, quia hoc
illi non accidit,niſi propterea, quòd corpus nō eſt
à malis excremētis purum & corpora impura quò
pleniùs aluntur, eò magis læduntur. Decimus autem ſeptimus aphoriſ.1.lib. præſertim ægrotantes
adhuc reſpicit. hoc enim indicare poteſt tum comparatio, tùm ordo inter hunc & pręcedentes aphoriſmos, quem obſeruauit & expoſuit Gal. qui ait, ꝙ
in præcedentibus tradita nobis eſt ab Hipp. doctrina de quantitate & qualitate eorum, quæ offerenda ſunt: in hoc autem 17. proponitur eorundē modus, quo illa ſunt offerēda. Manifeſtum autem eſt,
quòd in 16. de cibis aptis ipſis ægrotantibus, ſeu febricitátibus ſermo ſit habitus, cùm dixerit, victum

humidum conferre febricitantibos omnibus. Sed
neque ſecondum eaſdem indicationes ſunt ambæ
illæ ſententiæ prolatæ, vtpotè quę fuerint à diuer-
ſis rebus, dioerſimodè conſideratis, acceptæ. Hoc
autem declarabimus, ſi tamen priùs rectè conſide-
rauetimus, & perpenderimus aphoriſmum ex ſe-
cuudo libro depromtum, atque verba Galeni, qui-
bus vtitur in explanandis, tũ hoc tum priori, nem-
pe octauo. ex illis namq; facilè percipiemus, quòd
minimè voluetit Hippocrates, quòd, q conualue-
rint à præcedenti morbo, neq; vires reſumũt, quan
tumlibet comedant: ſine appetiru tamen & dele-
ctatione, (id quod illis nulla ferè alia de cauſa eue-
nire poteſt, niſi qoia cacochymi ſuut, & ſeruát ad-
huc vitioſorum humorum aliquas reliquias, præ-
ſertim circa partes ad ventriculum attinétes) pro-
pterea uon ſint aleudi, quantum poſaint ſaltem vi-
res ſeruari, vel aliquantiſper fortaſſe etiam augeri.
ad hos enim præcipuè hi aphoriſmi referuntur: a-
lioqui certè hoc eſſet præter omné rationem. Sed
in his duas inter ſe indicationes confert, quæ maxi
mè in his vigeat, qui, vbi conualuerint, cibum non
aſſumont, & proinde neque refici poſſunt: altera,
quæ ſumenda eſt à natura affectus, à quo imbecil-
litas virium pendet, vtpotè à defectu, qui in corpo
re eſt, ſanguinis nempe boni & ſpirituũ, & fortaſſe
etiam ſolidiorum partium ex præcedenti morbo:
qui defectus uon poteſt refici, niſi alimento. Altera
verò depromta eſt à cauſa, cur hi neq; cibum aſſu-
munt, & proinde neq; probè ali poſſunt: cauſa ve-
rò eſt cacochymia, & reliqoiæ præcedentis morbi,
quæ ſunt vitioſi humores, qui poſt morbi iudica-
tionem relicti ſunt. & quantum quidem ſpectat ad
principem ſcopum, & deſiderium conualeſcentis
& Medici, prior eſt illa indicatio, quam prioré ex-
poſuimus: ſed qa hæc altera ab his accepta eſt, quę
impedimento ſunt, quò minùs poſsit prior ille ſco
pus attingi: ideò præſcribit nobis recta ratio vel
methodus, vt dilato priori illo ſcopo, nempe alen-
di quatenus requirerent reficiendæ vires, & ſolùm
ea victus ratione ſeruata, qua vires nõ deficiant, al-
teri ſcopo interea incumbamus. ſcopus auté is eſt,
vt reliquias illas, qoæ impedimẽto ſunt, præſertim
verò ventriculo, ne & probè appetat, neq; etiam ci
bum concoquat, quibus maximè egemus, vt vires
reparentur, q̃ citiùs poſsimus detrahamus: nam
præſertim ad ventriculum hæc incommoda Gal.
refert. quia alioquin ſi, hoc neglecto, incumbere vo
luerimus alendo conualeſcẽti, liberaliori cibo ex-
hibito, magis illum lædemus, q̃ proſimus. nam ca-
cochymiæ addemus, & recidiuæ in cauſa erimus,
quia reliquiæ hæ, niſi detrahãrur, recidiuas pariẽt:
præſertim ſi earum copia augeatur ex importunè
dato cibo. nam cùm vitioſi humores relicti, qui ad
ventriculum propenſioné habent, (aliter enim hi
non careret appetitu & guſtu) impediát, ne cibus
probè appeti & coqui poſsit, cùm à ventriculo re-
ctè adminiſtrari nequit cibos in eo contẽtus, eorri
pitur à corrupta & vitioſa illius materiæ natura,
quæ illum occupauit, & deſtitutus ope oatiui calo
ris, in naturam eorum excremẽtorum degenerat,
atq; ita facilè poterit cacochymiam augere. Sed ſi
parcè interim vel modeſtè alamus, cibus poterit
faciliùs à calore veutriculi rectè ſuperari & admini
ſtrari, neq; facilè corrumpetur, eoq; probè confe-
cto, geuerabitur probus ſauguis: atq; ita p epicra-

A ſim corrigi cacochymia facilè poterit. vnde ſi rectè
verba & loquendi modum Hipp. æſtimao erimus,
videbimus, hunc eſſe ſcopũ eius in illo aphoriſmo:
neq; enim dicit, ſi conualeſcentem cibum uon aſſu
mentem nutriueris, illum magis lędes, q̃ iuues. ſed
dixit: Si magis nutrieris, magis lædes, hoc eſt, ſi co-
gas illum vti liberaliori cibo, vt vires reſumat, uon
purgato priùs corpore, præcipuè verò veutriculo
ab excrementis, eò magis læſeris, quò magis alue-
ris. Cùm enim duplex ſit ratio conſulẽdi homini-
B bus cacochymis, altera p vacuationem, altera per
epicraſim vitioſorum humorũ, in conualeſcẽtibus
quidem, quibus adhue corpus nõ omnino purum
& mundum eſt, prior eſt indicatio purgationis, q̃
temperarionis, quæ p epicraſim facienda ſit, ſicuti
iu ægrotantibus, pręſertim auteaquàm morbus ſit
cõcoctus, prior & tutior & facilior eſt epicraſis, vel
contemperatio. Vnde videtur hoc aphor. 8. & 9. &
ſubinde etiam 10. qui ſuperioribus, vt ſentit Gale-
nus, coniungendus eſt, Hippocrates reſpexiſſe er-
C rores, qui paſsim à vulgaribus & imperitis Medicis
in regendis conualeſcẽtibus ſolent committi, qui,
cùm nouerint eibo vires inſtaurari, nolla alicuius
rei ratione habita, hoc ſolùm procurant, vt libera-
liori cibo eos reficiant & impleant, qui ſi animad-
uerterent, q non id, quod in ventriculũ ingeritur,
alit, & vires reparat, ſed id quod à ventricolo con-
coquitur, atq; ita paratur, vt facilè poſtea in bonũ
ſanguinem, reliquosq; bonos ſuccos vertatur, pro-
curarent magis & priùs, vt ea tollerentur, quæ ob-
D ſtant, quominus hæc fiát, expiato nempe corpore
à malis excremeutis: nam neq; io his difficilis fu-
tura eſt purgario. quia ſi prior morbus iam ſupera-
tus eſt, & cauſa quæ illum fouebat, maiori ſaltem
ex parte, detracta eſt per euacuationé, (nam, vt te-
ſtatus eſt Gal. his duobus modis tolluntur morbi,
vacuatione nimirum, vel concoctione, quando illi
pendent à materia) & cùm eoacuatio nulla poſsit
eſſe ſalubris, niſi præceſſerit illius materiæ conco-
ctio, conſentaneum ſanè eſt, quòd, ſi deſijt mor-
E bus vacuatione, coueoctio materiæ præceſſerit, vn
de & hæ reliquiæ, aut omnino concoctæ ſunt, aut
parum à concoctione abſunt: quare neque erunt
vacuationi admodum ineptæ. eodem etiam mo-
do, ſi per concoctionem fuetit morbus depulſus,
illæ reliquiæ, quę non potuère in bonam naturam
reuocari, erunt ſaltem ita paratæ, vt facilè poſsiot
educi, ac ita facilè poterunt deinde liberaliore ci-
bo vires inſtaurari, quando nihil cibi concoctio-
nem impediet: ſicut priùs reliquiæ corruptorum
F homorum coctionem impediebant, tranſmutatâ
& conturbatâ probâ ventricoli temperaturâ: tem-
perati enim ventriculi eſt benè & appetere, & con
coquere. deinde cùm eibus ingeſtus, dum nequit
rectè à calore ventriculi admiuiſtrari & ſoperari,
corruptus degeneret in eorum naturam, quæ il-
li inſident: ab eis nempe immutatur, quò copio-
ſior erit, eò difficiliùs adminiſtrabitur, & faciliùs
corrũpetur: & proinde, quò magis aletur, eò plus
lædetur conualeſcens. quapropter monet Medi-
G cum, vt in his magis vacuationem, quàm inſtaura-
tionem procuret. At verò in corporibus iam ægro-
tis, præſertim quoad morbus ad vigorem, couco-
ctâ causâ eius, deueniat, nullam vim habet vacua-
tionis ſcopus vel indicatio, præter quàm ſi res tur-
geat, qa eatenus nulla inſignis purgatio poteſt eſſe
vtilis,

vtilis, ſed ſolùm ſcopi hi Medico ſe offerunt; vires ſeruandas eſſe vſque ad vigorem. hoc enim Hippocrates monuit 1. Aphor. aphor. 9. vbi ait: Coniectari autem oportet, an ægrotans cum eo victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat: præterea verò, vt materia, quæ morbi cauſa eſt, præparetur & temperetur. Et vires quidem ſolo ferè cibo ſeruari & inſtaurari poſſunt, at pro ratione defectus cibum metiri oportet, nec aliunde per ſe, quia etſi etiam morbus concurrit: is potiùs tamen eſt, tanquàm magis vel minùs prohibens, quàm quòd de illo aliquid indicet: defectum autem tam ad vires reſpicientes, quàm ad penuriam bonorum ſuccorum dicimus. nam & languor defectusque virium indicat cibum eſſe dandum, & defectus ſubſtantiæ corporis vel ſanguinis: niſi quòd languidæ vires indicant, dandum quidem cibum quantus ſatis ſit ad eas ſeruandas & reficiendas, non tamen confertim, ſed pluribus vicibus partitū, quia multus ſimul datus, vires exquirit validas, vt coqui poſſit, alioquin eas ſtrangularet: defectus autem ſubſtantiæ, vel bonorum humorum, ſi inſignis ſit, non poteſt refici niſi copioſo cibo, neq; neceſſarium eſt illum, quantum ad ipſum pertinet, in tot diſtribui partes. modò illæ vires ſint, quæ poſsint totum illum ſuperare & rectè adminiſtrare, quia alioquin & hic oporteret cibum diſpertiri. Apparatus autē & maturatio humorum corruptorum fieri duplici poteſt inſtrumento, nempe recta victus ratione, præſertim cibo & potu, præterea verò & medicamentis contrarijs illorum qualitatibus: ſed de cibo duntaxat ſermonem illo 17. Comment. Galen. inſtituit, qa in primo libro ſolùm eas rationes Hippocratis exponit, quæ rationem victus reſpiciunt: neq; enim indicationes, vſum medicamentorum ſpectantes, ad inſtitutum Hippocr. eo libro quidquam faciebant: cibos verò, ratione ſuæ ſubſtantiæ, & quatenus poteſt ille verti in ſubſtātiam corporis, poteſt ſatisfacere indicationi à defectu deſumtæ: ratione verò qualitatum, ſatisfacere indicationi à corruptela depromtæ: ſed prior, & magis princeps locus hic debetur ipſi defectui, q̄ corruptelæ, quia cibus, vt cibus eſt, priùs reſpicit defectum in corpore, medicamenta verò priùs corruptelam & vitium in ſuccis contractum. Quibus & id addendum, quòd, quando in illo Commen. 1. libri Aphoriſ. nempe 17. ait Gal. quòd ſi vires validæ ſint, in corpore autē ſit defectus & corruptela, multus, & ſæpè dandus ſit cibus; cùm multū & parùm ad aliud dicantur, & non ſecundum ſe, ſi rectè ſit percipiēdus illius præcepti ſenſus, opus eſt, vt quò referendum ſit id, quod multum aut parum, & ſæpè vel raro dicit ibi Gal. percipiamus. Cùm enim intra hos terminos comprehendatur vniuerſa hęc comparandi ratio, nempe vires, defectus, & corruptela: defectus quidem corruptelaq; ex parte morbi ſe tenent, vires verò ex parte naturæ, & proinde dixit Gal. quòd an ſæpius vel raro ſit alendus ægrotus, accipiendum eſt tum à viribus, tum à morbo. & quamuis indicatio cibi offerendi primùm & per ſe à viribus ſit ſumenda: quatenus ad morbum attinet: ipſe potiùs abſtinendum à cibo indicat, quia, dum natura conficiēdo cibo incumbit, diſtrahitur à pugna, quæ illi eſt cum morbo: vnde quantum ad id ſpectat, dandum eſſet quò fieri poſſet minus cibi. Verùm quia in morbis, præſertim in fe-

A bribus, conſumitur corpus tum à natiuo, tum ab extraneo & febrili calore, & neceſſe eſt, vt tandem, niſi huic conſumptioni & defectui conſulamus, vires attritæ cadant, ideò defectus is, (quamuis ex altera parte ſaltem morbum ſequatur: nam ex altera ſequitur actionem caloris natiui. & ob dixit Hippocrates, condonandum eſſe aliquid ætati & tempori, quia maior ſit conſumtio, vbi plus eſt natiui caloris.) vim indicandi acquirit: quæ indicatio alimentum dandum reſpicit, cùm eo in primis defe-

B ctus ſit ſupplendus. vnde præcipuè ratio multi vel pauci cibi exhibendi primū & per ſe inde accipienda eſt: humorum verò corruptela primùm & per ſe non reſpicit cibum, in quantum alimenti rationem habet, ſed ratione qualitatum, quæ in cibo reperiuntur. vnde corruptela nō indicat eſſe cibum ob id differēdum, vt corpus eo alatur & reficiatur, ſed vt ſuis qualitatibus illi vitio contrarijs corrigatur & temperetur praua eorum ſuccorum natura, qua morbum fouent: ideoq; indicatio hæc potiùs

C oſtendit, ſecundum eius principem rationē, qualis, q̄ quantus cibus ſit exhibēdus, quamuis aliquo modo & ſecundario poſsit & quantitatem ſibi oſtendere, quia corruptela, quæ à multitudine prauorum ſuccorum pendet, à modico admodum cibo nequit ſuperari: vires autem in hac comparatione potiùs videtur permittere & aſſentiri, quàm ꝙ ipſæ copiam & quantitatē indicent, & quantum ad ipſas pertinet, potiùs indicant, ſæpiùſne, an rariùs dandus ſit cibus: pręſertim verò ſi ad eas vires

D reſpiciamus, quæ aſſumtum cibum adminiſtrant. nam quantomlibet alia indicēt eſſe opus multo cibo, ſi tamē vires nequeunt illum rectè ſuperare & regere, poſtponimus illam indicationem, aut potius moderamur. quia cùm cibus neceſſarius ſit, illum quidem dabimus, ſed non quantò eſſet opus, ſed quantus à vi concoquente poſsit rectè ferri, & commodè concoqui, & deinde, illo ſæpiùs repetito, paulatim ſupplemus defectum & indigentiam naturæ. ſi verò etiam vires validiores ſint, copio-

E ſiorem damus, & magis confertim alimus: nunquā tamen adeò confertim, vt plus demus, q̄ commode ſuperari ab ipſis viribus poſſe ſperemus. pro ratione ergo defectus quidē primùm, mox verò corruptelæ humorum in morbis, definiendum an pluri, an minori cibo ſit opus: à viribus autem nobis indicatur, an paulatim & p vices illud dandum ſit, quod dandum eſſe definierant defectus & corruptela, an verò confertim & multum, & illud multum, ad ſingulam cibi exhibitionē referendum ſit;

F an nimirū ſemel, plus, minúſue exhibendum. Colligamus ergo omnia, vt tandē rem hanc ad calcem perducamus. In comparatione propoſita in primo & altero caſu, in vno ex his, quæ fuēre propoſita, tantùm inſignis eſt differentia, vel diuerſitas: nempe in viribus, quia in primo ponitur, vires eſſe languidas, in altero autē eas eſſe validas, in ambobus verò reliqua eadem ſunt, defectus ſcilicet & corruptela. vnde tota diuerſitas, quæ exſurgit, in determinationem duorū illorum paſſuum poſitorum

G accipienda eſt à collatione mutua eorū, quæ illius diuerſitatis Medico curanti occaſionem præſtat. cùm verò in vtroq; caſu ponatur, ꝙ inſignis ſit defectus, eò ꝙ duplicem habeat cauſam, videlicet natiuum corporis calorem, & indem extraneum, qui continenter digerunt & conſumunt corporis ſub-

ſtantiâ,neq; poſsit refici defectus is,niſi aliquâ cibi A copiâ:cùm verò ſit etiam nõ parua corruptela pręſertim in acutis morbis, ad quos præcipuè reſpiciunt aphoriſmi lib.1.deſcripti, quæ, vt diximus,& ipſa à cibo rectè & ex ratione aſſumto, & ea natura,& qualitatibus, quę fuère præcedẽti aphoriſmo definitæ,ſit temperanda & corrigenda, neq; poſsit exiguo cibo temperari & corrigi,indicabit eſſe copioſo cibo opus. pręterea cùm vires quantumlibet validæ in ægrotis dicatur, id ſemper accipiendum eſt, habita ratione ſtatus,in quo eſt ægrotans. quia B non videtur rationi conſonum,quod æquè validę ſint, ſicuti eſſe ſolitæ ſunt, dum ille integra frueretur ſanitate:longè minus,quòd ſint etiam validiores. vnde nec aliquis vnquam ſanæ mentis repertus eſt, q dixerit liberaliùs alendos ægrotos,quàm ſanos. Siue ergo validas,ſiue inualidas vires ponamus,ad ſtatus morboſi rationem referimus,nõ autem ſimpliciter eas conferimus cum viribus bene valentium. Vnde ſicut etiam, cùm ſanos poſt aut inediam, aut longos labores reficere & reſtaurare C volumus,non confertim cibo inſtauramus, ſed potiùs paulatim, ita longè minùs expedit ægrotãtes confertim & ſæpè plurimũ reficere, & ſemel. nam neque in his, neque in illis commodè tantum cibi ferri & rectè adminiſtrari potest, vnde vtriſq; cibum partiri oportet,& paulatim nutrire. ſæpiusq; vtriſque cibus dandus, illo nempe, quem defectus & corruptela indicauerat, in plures partes diſpertito, quod à viribus in primis acceptum eſt, quæ nunquam in ægrotantibus, præſertim magno ali- D quo morbo correptis,ſanorum viribus ſunt æquales: nam morbi exigui non egent adeò diligenti perſcrutatione.quare quò vires infirmiores erunt, eò in minores partes erit cibus partiendus, ac frequentiùs offerendus,quò verò validiores,in maiores partes, & quacunque exhibitione plus cibi, q̃ quando imbecilles ſunt: ſemper tamen, nõ ſemel, quantum requireret prior expoſita indicatio, ſed aut bis, aut ter, aut ſæpius, collatis his omnibus, quæ in conſiderationé venère. vnde cibus,ſecun- E dum hanc rationem diuiſus,non modò non lædet corpus hoc modo non purũ, ſed potiùs plurimùm poterit prodeſſe, facta humorum epicraſi. nam alioquin nullus vnquá eſſet locus epicraſis in mundis enim & puris corporibus illa ſuperuacua eſt,in ægrotantibus ergo duntaxat vtilis vel etiam neceſſaria. vnde ſi corpora impura à cibo inſigniter læderentur, nunquam oporteret tentare hanc epicraſim:tunc autem læduntur,quando in exhibendo cibo,à ſcopo aberrant illi, qui alendi ſunt, tum F copiâ cibi,tum naturâ, & qualitate, tum modo, & ordine illum aſſumendi. Et huc ſpectaſſe videtur Hippocrates 2.Aphor. aph.17.cùm dixit: Vbi cibus præter naturam plus ingeſtus fuerit,is morbum facit:plus autẽ cibi præter naturam ingeritur,quando dando cibo in his aberratur: nã hi errores ſunt, qui faciunt vt cibus ſit præter naturam ingeſtus: quod & Galenus eo commentario inſinuauit, nec admodum obſcurè: cùm verò ſecundum rectam rationem, & ſecundum naturam ſumitur, non fa- G cit morbus, ſed potiùs adiuuat ad ſanitatem reuocandam. neque tamen auſim negare, quòd in corpore cacochymo nõ corrumpatur aliqua cibi pars ratione malæ qualitatis, quam in eo fouent vitioſi humores, cùm vix audeam hoc profiteri in ſanis, A & Gal.ſatis apertè hoc fateatur in lib.contra Iulianum, cap.7. vbi ait, quòd ſicut ex cibarijs, rectè in corpore confectis,bonus generatur ſanguis,ita periculum eſt, ne dum idonea concedimus alimẽta, cum prauo,qui priùs inerat,vnà bonus corrumpatur. Quamuis autem omnino id cauere non poſsimus, aut raro poſsimus, longè maior tamen eius pars in bonum ſuccum tranſit, quãdo quantus, & qualis cibus datur, & eo modo diuiſus, & eo præterea tempore, quo rei ratio exquirit, & cùm bo- B nus inde ſanguis gignitur,præter id quòd vires fouet,& ſæpè auget, corrigit etiam malitiam eorum, qui priùs inerant,humorum. Vnde cùm eò prauitatis præcedens ſanguis,aliique humores,qui in corpore ſunt, deuenère, vt à bono ſanguine, q in dies gignitur ex alimẽto accepto, corrigi ampliùs nequeant, ſed potiùs hic ab illis magis ſuperatur & corrumpitur,morbi,qui inde ortum & fomentum habent,iudicandi ſunt tales, vt curationẽ nequeát admittere.nam & hoc ipſum etiam eodem loco do- C cuit nos Galenus,cùm priori à nobis adductæ ſententiæ hanc ſubnectit: Quamobrem Medici non omnem affectum ſe ſanaturos pollicentur, ſed illum,in quo corpus firmum ſit,& vires validæ,neque cùm æruginoſus penitùs factus ſanguis fuerit, & q inditum alimẽtum trahere ſecum in corruptelam poſsit, ſed qui potiùs ab ipſo contemperari poſsit. Nulla ergo controuerſia, nulla pugna eſt,ni fallor, inter duas illas ſententias, vtpotè quæ, ſi eo modo & ſenſu, quo ab his auctoribus ſunt prolatæ, fue- D rint acceptæ, ambæ veræ ſint.

EPISTOLA XIX.

Iacobo Antonio,Medico Taurinenſi.

Conciliatio contradictionum ex Galeno de pulſu in tertianis febribus: de pulſu hemitritæo: de vſu abſinthij in affectibus ventriculi: de vacuatione in magnis doloribus: de vſu E *lentis in hepate curando.*

SEra reſponſio reprehendi nõ debet, præſertim ſi nulla negligẽtia prætermiſſa ſit. Multis enim occupationibus diſtentus fui, & tempus non habui. Sed tamen & ſummis meis occupationibus aliquantũ temporis eripui, & tibi nũc reſpõdeo. Prima tua dubitatio eò Gal.adducit,vt ipſe ſibi videatur aduerſari,q in 1.lib.Art.cur.ad Glauc. cap.7.ait,in tertiana febre maiorem eſſe pulſum,quàm F in alia quapiam intermittente febre: cùm tamẽ in lib.de Typis,cap.4.dixerit, in tertianario typo eſſe pulſus mediocritatem. Sed maiorem adhuc dubitionem affert, quòd inter initia eiuſdem capitis ait, quòd tertianarios typos conſequi ſolet pulſus paruus & frequens,quotidianos verò magnus & laxus. Huic dubitationi ſi velim,vt de ea ſentio, ingenuè reſpõdere,dicam, mihi ſanè ſuſpectum ſemper fuiſſe librum de typis, ſicut & illum, qui inſcribitur, contra illos,qui de typis ſcripsère. quoniam neq; phra- G ſis horũ librorum ſtylum & eruditionem Galeni ſapere videtur, neq; etiam ſententiæ horum conſentire videntur cum Galeni decretis, quæ ab ipſo conſtituta ſunt in alijs libris, quos eſſe eius legitimos nemo non in confeſſo habet. Sed neque memini me vnquã legiſſe, quòd Galenus in his aliorum ſuorum

ſuorum librorum meminerit, aut iſtorum in alijs, A quod tamen illi in frequentiſsimo vſu fuit, niſi ꝙ 2.lib.de Differ.febr. dixit, quòd tractario de febribus compoſitis pertinet ad librum de typis: attamen neq; aſſerit à ſe fuiſſe iſtius argomenti librum vnquã editum, ſed potiùs ſubiungit, quòd ſi quis fuerit rectè verſatus in libris de differenrijs febriũ, iſtius doctrinæ non erit ignarus: quaſi voluerit his verbis inſinuare, ſuperuacuam fore hanc tractationem illi, qui quantum eſſe ſatis poteſt, eam ſit in libro de Differẽtijs febrium perſecotus, vt præterea B neque ex eius verbis quiſpiam habere certum aliquid poſsit, quòd liber hic de typis vllus fuerit ab eo editos. Porrò & id mihi non paruam ingerit ſuſpicionem, quòd duo illi libri nuoquam fuerint legitimi Galeoi, quia ſibi mutuò nõ videnrur cohærere: oam in altero inoehitur contra eos, qui de typis ſcripsêre: in altero profitetur, ſe in breue compendium ea redacturum, quæ fuſiſsimè de typis ſunt ab alijs literis tradita. Quam autẽ vtilitatem, & quod operæ precium ſit factorus ille, ꝗ io com- C pendiom redacturus ea eſt, quę illi non modò non probantur, ſed potiùs reprobantur? Quod ſi tamẽ pertinaciter velis contendere, eos libros eſſe Galeni, ne forraſsis putes me hæc, difficultatis fugiendę gratiâ, aſſeruiſſe, dicam, libellum de typis mendoſum eſſe, & corrigendum tum ex 1. lib. ad Glauc. tum ex libris de Pulſibus, vt vbi legitur, tertiaoarios ſaquitur pulſus paruus & frequens, ſir legendum, magnus & freqoens: itidem etiam vbi de typo quotidianæ febris ait, quòd eius pulſus eſt ma- D gnus & laxus, legendum eſt, paruus & laxus. nam quæ literis ab eo tradita ſunt 1.lib.ad Glauc. cap.5. 6.7. id apertiſsimè demonſtrant. Sed & ratio idipſum ſuadet: nam in tertiana maior eſt oeceſsitas, quia maior & auctior eſt eios calor. neque etiam in ea robur virium minus eſt, quàm in alijs intermittentibua febribus, neq; maior earũ oppreſsio; neq; tanta præterea ſiccitas eſt, vt ad magnitudinẽ pulſus nequeat peruenire: imò Gal.2.de Criſib.cap.3. ait, pulſum in tertiana ſtatim ab ipſo priocipio, & E alijs citiùs, magnitudiois accipere iocrementum. Id verò quod à te, vir doctiſsime, adducitur, & ſcriptum reperitur parũ ante fioem 4.illius cap. nempe: Mediocritas enim pulſus ſecundum magnitudinem in hoc typo reperitur, abſq; vllo dobio mendoſum eſt, quia in exemplari Græco deeſt illa particula, ſecundum magnitudinem. Recta aotem lectio vniuerſi illius loci hæc eſt: pulſos autem quartanarija non ita frequens, ſicur tertianarijs, neque vſq; adeò eleuatus in tumorem, vt in quotidiania: F mediocritas enim pulſus inoenitur in hoc typo: ità enim vetus Interpres legit, & ita legendum eſſe oſtendir Gal. eodem 1.ad Glauc. & ſiue Gal. fuerit eius libri autor, ſiue alrer, puto ibi voluiſſe eandem referre ſenteotiam, quam prolatam habemus loco nuper citato, vbi ille da quotidianis in hunc modom ſcripſit: Sed in bis molrò minores ſunt polſus pulſibus quartanarum, quàm iſtarum pulſus, pulſibus tertianarum. Rorſus verò tantò rariores ſunt pulſus in quotidianis, his qui ſunt in tertia- G nis, quantò illis, pulſua quartanarũ. Ex quibus manifeſtè patet, ꝙ ad quartanarium typum ſit referenda polſus mediocritas, non ad terrianariom.

Sed quia & quinta propoſita dubitatio ad librũ de typis pertinet, ideò priori eam ſubiungemus.

A Ait enim ibi, Hemitriteum appellatum, noo eſſe ſemper continentem, cùm tamen 2.de Differ.febr. cap.8. dixerit, Hemitrireum eſſe horridũ & cootinuum. imò inuehitur in Archigenem, qui illum in intermittentibua poſuerit. Dicimus & reſponſionis occaſionẽ accipimus à priocipe illius libri parte, vbi ioquit, ſe velle ea in breue compendium redigere, qoæ diffusè ab alijs fuère literis commiſſa. Itaq; ſi velimus contendere, librum illum eſſe Galeni, dicam, in illo Galenum aliorum potiùs do- B gmata fuiſſe ſecutũ, quàm quòd fuerit ex propria ſenteotia loquutus: at in 2.de Differ.febr. ex proprio loquitur inſtituto.

Quæris deinde, qoo pacto coociliandæ ſint illæ duæ ſententiæ, quæ deſcriptæ ſunt in libris procul dubiò Galeni legitimis, & tamen inter ſe videnrur aduerſariæ: imò ambæ in eodem libro referuntur, nimirum in 1.lib.ad Glaucooem. Capite enim 9.& 10. ait, qoòd ſi bilis fuerit ventriculo moleſta, dandum eſt abſinthiom, cùm concoctio apparuerit: C capite autem 14. abſinthium dari verat, niſi priùs partes circa ventriculum fuerint exporgatæ. Mihi videtur, quòd facilè poſsit hic nodus ſolui, ſi velimus ſcopos diuerſos diligenter examinare, quos ſpectandos in diuerſis illis locis ſibi propoſuit, & ſi eum illis deinde naturam abſinthij contulerimus. Abſinthium enim aliquá vim purgandi habet, ſed imbecillem, & quæ neque leotos & craſſos ſuccos, qui tenaciter hærent in ventriculo, diuellere poſſit, neque præterea tenoes, ſi ſint in tunicis ventri- D culi imbibiti: habet etiam vim adſtringentem, vnde in exqoiſira tertiana, vbi appareat concoctio, poterit abſinthiom bilem, quę iam cocta eſt, exporgare, vtpotè quæ tenuis ſuapte natura ſit. At verò io tertiana notha, vbi humor craſsior eſt, voluit poſt ſeptimũ iogirer dari, quia tenuis & attenuantia victus ratio præcedens, vnà cũ vſu oxymelitis, potuit humores lentos craſſosq; atrenuare, ſecare, & detergere, vt mox non ampliùs ſit timenda adſtringens, ne impingat & magis hærentes humo- E res faciat, ſed potiùs prodeſſe non parum poterit, roboratâ & firmatâ vi ventriculi: nam tunc firmitate magia, quàm vacuatione eſt opus, quia adhuc craſſus humor concoctus eſſe neqoeat, vt commodè poſsit vacuari. Ingem itaque laodat abſinthij vſum, quia cùm febria hæc ſit quoquo modo miſta ex tertiana & qootidiana, miſtam etiam compoſitamque curationia rationem requirit: qood ab Auicenna qooque fuit animadoerſum. In quotidiana verò & Galenus & cæteri quoqoe Medici præ- F cipiont maximam eſſe ventriculi rationem habendam, præſertim aotem poſt vigorem: vnde & hæc notha tertiana iſtius rationis eſt particeps, & proinde ex recta methodo ita eſt à Galeno ioſtitutum. Sed in cap.14. vbi de animi deliquio ſermonem habet, quod ab acri & tenui humore, recepto vel abſorpto in tunicia veotriculi, excitatur, qui eaa pungit & mordet, ſi abſintbium, anteqoam partes pertinentes ad ventriculum ioanitæ ſint, dederis, non poterit ſua purgatoria facultate eos educere, ſed G potiùs ſua adſtringẽte facultate, perinde vt cætera adſtringẽtia, humor, niſi priùs fuerit porgatus ventriculus, impingere, & facere vt ioteriùs peoetret, & ſubinde ea ratione affectũ moleſtiorẽ & difficiliorem reddere, & tandẽ, vt ſummatim dicá, magis adſtringendo lædet, ꝗ vacuando poſsit prodeſſe.

Porrò difficilior eſt dubitatio tertia, cùm aper-
tiſsimè Galenus videatur diſſentire à ſeipſo, qui
in Commẽtarijs libri primi Aphoriſmorum, apho
riſmo 24. dixit, quòd ad vehementes dolores præ-
ſtantiſsimum & maximè præſentaneũ remedium
ſemper inuenerit, vacuare vſq; ad animi deliquiũ:
Deinde tamen in primo libro ad Glauconem, ca-
pite decimoquarto, ait, quòd cùm dolor vehemens
in febribus aut vigiliæ infeſtant, non oportere con
ſeſtim & multam moliri vacuationem. Puto tamẽ,
& hanc dubitationem diſſolui poſſe, ſi ea in conſi-
deratione reuocare voluerimus, quæ ad definien-
dam & rectè limitandam vacuationis menſuram
neceſſaria ſunt. Et vt alia, quæ non ita ad noſtrum
negotium pertinent, prætereamus, ad rationẽ mit
tendi ſanguinis ſermonem conuertamus. Duo ita-
que ſunt prima & ſumma capita, quæ, vt Galenus
tum alibi, tum vel maximè in libro de Curandi ra-
tione per ſectam venam exponit, reſpicientes, ſan-
guinem mittimus, videlicet morbi magnitudo, &
virium robur, quę non modò ſpectanda ſunt, quo-
modo in præſentia ſe habeant, verùm etiam qua-
lia in poſterum ſint futura. neque enim ſolùm Me
dico ioeunda ratio eſt, an pręſens morbus magnus
ſit: ſed & an periculum ſit, ne paulò pòſt magnus
fiat. Ita etiam non ſolùm æſtimare oportet, an vi-
res nunc firmæ & validæ ſint, ſed etiam an ad vigo
rem vſque, & ad morbi inclinationem tales videan
tur poſſe permanere, vel potiùs antè ſint defectu-
ræ: nam in pueris, & à mittendo ſanguine & ab
omni alia inſigni & confertim facta vacuatione ca-
uemus, non quòd vires non ſint robuſtæ, ſed pro-
pterea quia in eis facilè collabuntur, quandoqui-
dem eorum ſubſtãtia facilè digeritur & dilabitur.
Vnde quotieſcunq; cum febre coniunguntur, ner-
uorum diſtenſio, vel dolor magnus, vel immodicæ
vigiliæ; quæ omnia præter febrem, plurimùm poſ-
ſunt de viribus detrahere: ſi febris ſit tanquã ſym-
ptoma hæc conſequens, vel etiam ſi hæc ſympto-
mata (nam hæc ſymptomata ſunt) citra febrem
conſiſterent, liberè poſſumus, quantũ morbi con-
ditio & vires videntur admittere, ſanguinem co-
pioſè, ſine vllo alio reſpectu mittere: Verùm cùm
plures affectus ſimul coniunguntur, ita vt curato
dolore febris adhuc curanda remaneat, vel curata
febre, dolor, & altero remoto, alterum remanens,
nihilo ſecius negotium faceſſere poſsit, cautiùs
eſt agendum: nam quando nullum poſtea rema-
net impedimẽtum, facilè & tutò poſſumus ab eua-
cuatione vires reficere. Sed exemplis agamus: Si
ſit febris cũ dolore, ſicuti ea eſſet ephemera ex do-
lore, ſoli attendemus dolori: ſin autem ſit febris
tertiana, quam capitis dolor ſequitur, tertianæ cu-
randæ incumbemus. Sed ſi alicui febricitanti ſu-
perueniat dolor renalis, aut colicus, aut articula-
ris, aut cæphalalgia, aut hemicrania, tũc alia ratio-
ne erit agendum, & cautiores in euacuatiõne eſſe
oportebit, videndumque, an poſt euacuationem
vires relictum iam morbum ferre poſsint.

Quarta dubitatio nullam habet difficultatem.
nam etſi Galenus 2. lib. ad Glauconem, cap. 2. ne-
gat lentem eſſe medicamentum accommodatum
herpeti curando, & paulò pòſt dicit, eam illi maxi-
mè conuenire: non ſunt tamen aduerſariæ hæ ſen-
tentiæ, quia non eadẽ res eſt de qua priùs & poſte-
riùs ſermonem habet: nam lentis, quæ in ſtagnis &
A aquis naſcitur, vſum in herpete interdicit, quia hu
mida eſt, laudat autem illam, quæ legumen eſt, &
qua veſcimur, quia deſiccat.

EPISTOLA XX.

Leonardo Puteo Mediolanenſi.

*Explicantur varia quæſtiones & repugnantia
ex Hippocrate, Galeno, Auicenna: De calore
B ſanguinis & cordis: de ſubiecto ſanitatis & mor
bi: de vltimo termino in acutis morbis: multa
ad naturam febrium attinentia: de vſu calido-
rum & frigidorum remediorum in ſimili in-
temperie: de viſcerum principalium
actionibus in curatione
ſeruandis.*

NItar tibi, quantum in me erit, in diſſoluendis
propoſitis dubitationibus, curſim ſatisface-
C re. Ad primam ergo, quæ occaſionem habuit
ab auctoritate Galeni 1. de Differen. febr. cap. 5. vbi
videtur concedere, omnem febrem, ephemera ex-
cepta, eſſe putridam, quod omnino haud cum his
conſentit, quæ innumeris ferè locis ab eo prolata
ſunt, quæ ſuperuacaneum eſt recenſere: dicimus,
quòd nõ eſt ex loco Galeni inſtitutum conſentire
cum Athenęo, quòd aliæ febres, nempe hectica &
putrida, à putredine ortum habeant, quodq; ſola
ephemera ex hoc ordine ſit eximenda, cùm, vbi-
D cunque illi de hac re mentio incidit, ſemper affir-
mauerit tres eſſe primas febrium differentias, pri-
mùm & per ſe ab ipſa rei eſſentia depromtas: ſed
cùm eo loco ferè præter inſtitutum incidiſſet do-
gmatis ſequacium Athenęi mentio, eá rem ibi non
ſumſit exquiſitè tractandam, ſed ſatis illi fuit oſten
dere, quòd illud, ita in vniuerſum prolatũ, falſum
erat, & quia ad oſtendendum, quòd falſum ſit vni-
uerſale aliquod pronunciatum, ſatis eſt oſtendiſſe
vel vnum ex his, quæ in illo comprehenduntur, ſe-
E cus ſe habere, quàm in eo pronunciato ſit prolatũ:
ideò hoc ipſum oſtendere volens, ait ipſe: Quam-
uis multa, quę à ſectatoribus Athenæi alioqui de fe
bribus prolata fuerint, mihi nõ parum probentur,
in hoc tamen decreto nõ poſſum cum illis conſen-
tire: nam ſaltem ephemera erat ab eo eximenda,
quia nihil in ea inueniri poſſe arbitror, cur in ordi-
nem putridarum referri poſsit, vel earum, quæ à
putredine ortum habent, vel aliquod fomentum:
ac ſi diceret, vt in præſentia alias febrium differen-
F tias prætereamus, ephemera ſaltem nulla ratione
cum illis erat connumeranda, quæ à putredine or-
tum habẽt. ab ephemera verò potiòs, quàm ab he-
ctica argumẽtum depromſit, quia hoc in ephęme-
ra & euidentius eſt, & probatu facilius. quia licet
hecticæ interdum poſsint ab ephemeris originem
habere, plerunq; tamen ſequuntur putridas: hoc
verò poterat aliquã illis contendendi occaſionem
præſtare. Ephemeræ autẽ ſæpius externas & pro-
catarcticas cauſas ſequuntur, & ſi quandoq; à pu-
G tredine aliquam habent occaſionem, id præſertim
accidit, quando aliquam inflammationem ſequun-
tur, vt bubones. vnde quamuis in alijs multis, quę
ad tractationem febrium pertinẽt, conſenſerit Ga-
lenus cum Athenęo, ab eo tamẽ cogitur in hoc de-
creto diſſentire, quia ſaltem ratio ephemerarum il-

li ad-

li aduerſatur. quod quatenus ad noſtrum inſtitu- A
tum attinet, poteſt eſſe in præſentia ſatis: ita enim
ego locum huuc intelligo. Ad ſecundam autem du
bitationem, quæ in hoc conſiſtit, ꝙ Gal. 1. de Nat.
hum. com. 36. & 39. ait, ſanguinem eſſe temperatiſ-
ſimum, cùm tamẽ huius oppoſitum videatur 1. de
Temper. cap. vlt. ſenſiſſe, vtpotè qui ibi dixerit, il-
lum eſſe calidiſsimum eorũ, quæ in corpore ſunt:
hoc modo reſponderem, ꝙ duæ hæ ſentẽtiæ, duo-
bus illis in locis prolatę, ſunt quidem diuerſæ, non
tamen ita, vt inter ſe pugnantes & aduerſariæ ſint, B
quia opponi aliqua dicũtur, quando, vt aiunt Phi-
loſophi, ad idem & ſecundum idem referuntur. at
ſi, quãdo dicimus, ſanguinem eſſe calidiſsimum, id
accipiamus ſecundum eam rationẽ & ſenſum, quo
id à Gal. 1. de Temper. prolatum eſt, nihil deinde
obſtabit, quin illum & calidiſsimum, itidemq́ &
temperatum affirmare poſsimus: quia non ita in-
telligendum eſt abſolutè & quocunq; modo, ſan-
guis calidiſsimus, ſed ſolùm habita relatione ad na
tiuum calorẽ. naturali enim caliditate ſanguis eſt C
calidiſsimus, non autem quacunq; caliditate abſo-
lutè & ſecundum ſe conſiderata & accepta. quia ſi
hoc pacto accipiatur, fortaſſe calidior eſt bilis: ſed
eius calor, comparatus cũ ſanguinis calore, igneus
potiùs eſt, ꝙ quòd natiui caloris rationem habeat,
natiuus ſiquidem calor, vt natiuus eſt, temperatus
eſt. & quòd hoc pacto accipiendus ſit is Galeni ſer
mo, facile probatu eſt. ille enim 1. Aphor. Com. 15.
hac ferè ratione probare videtur pueros & adole-
ſcentes plurimum habere calorem innatum, quia D
eorum corpora magis ſanguinea ſunt, adeò vt in
pueris vel ipſa etiã oſſa penè ſint ſanguinea, quod
& in lib. contra Lycum affirmat. Sed & illa, cuius
meminiſti, auctoritas huic eidem videtur atteſta-
ri, quia ſi ſanguis ſuam à corde caliditatem habet,
& cor eſt veluti fons & focus natiui caloris, ſanguis
natiuo calore calidiſsimus erit, nempe poſt ipſum
cor: imò eodem loco inquit Gal. ꝙ cor præ omni-
bus alijs particulis continet plus ſanguinis. Præ-
terea verò cũ natura vtatur ſanguine & ſpiritibus, E
tanquam proprijs inſtrumentis in animalibus, ad
obeũdas omnes actiones ſuas: vnde in actionibus
quæ fieri nequeunt citra aliquem cordis affectum,
vt ſunt gaudium, ira, timor, ſpes, verecundia, & ſi
qua ſunt genus alia, pro motu horum interiùs, vel
exteriùs, fiunt homines interdum rubicũdi, inter-
dum pallidi, cumq́; hæ ſint paſsiones natiui calo-
ris, neceſſe eſt vt & ſanguis pertineat ad rationem
caloris natiui, ea ſaltem ratione, quia illum fouet,
conſeruat & continet: id quod Gal. 1. Aphor. aph. F
16. inſinuare voluiſſe viſus eſt, vbi, cùm dixiſſet, A-
riſtotelem eius aphoriſmi rationem reddidiſſe, ac
illam proponẽs inquit: Ob id ventres hyeme & ve
re natura calidiſsimi ſunt, quia tunc temporis na-
tiuus calor in intimas corporis partes ſuccedit:
mox verò explanãs, quo pacto natiuus calor rece-
dat in interiores corporis partes, ait, quòd tunc ſan
guis & ſpiritus refugiunt in altas corporis partes.
vnde neceſſe videtur, ꝙ eo calore ſanguis inſigni-
ter caleat, qui natiuo calori ſit maximè affinis. ita G
ergo accipiendum eſt, ꝙ ſanguis eſt calidiſsimus,
quo modo & Hippocrates accepit, quando dixit:
Vẽtres hyeme & vere calidiſsimi ſunt naturâ. Sed
neq; propterea tollitur, quin item temperatus dici
poſsit, cùm natiuus calor à Gal. ſemper ferè tempe

ratus dicatur: cuius temperies non eſt ita intelli-
genda, vt eadem ſit habenda cum temperie cutis,
nempe ſecundum eandem æqualitatem & propor
tionem primarum qualitatũ, quia hoc modo dice-
retur eſſe eiuſdem temperamenti cum cute, quæ à
Medicis poſita eſt tanquã medium in vniuerſo ge-
nere temperamẽtorum, attinentium partibus om-
nibus, ex quibus augmentatum eſt corpus huma-
num. profitetur autem Gal. ſanguinem nõ parum
ab hac cutis temperatura, tum in caliditate rece-
dere, tum vel magis etiàm in humiditate. Dicitur
ergo temperatus, ad alios humores relatus, quia pi-
tuita humiditate multa, necnon & frigore adeò a-
lios humores ſuperat, vt aliquo modo temperata
dici nequeat: atra bilis ſiccitate & frigore, & præſer
tim ſiccitate itidem recedit, & proinde temperata
dici nec ipſa poteſt, cùm per vtraſq; has qualitates
à naturali temperie & ratione temperamenti calo-
ris natiui plurimùm recedat, ꝗ caliditatem halituo
ſam, nempe cum humiditate iunctàm, habet: bilis
verò flaua calida quidem eſt, ſed calore ſqualido &
fumoſo, vnde ipſa quoq; non parum per has quali-
tates ab eo temperamento degenerat, quod requi-
rit propria natiui caloris natura in humano corpo
re: ad illud autẽ propiùs accedit ſanguis præ alijs
omnibus humoribus. Comparatus itaq; ſanguis,
tum ad humores alios, tum verò ad ipſum homi-
nem, ſi de hominis tamẽ ſanguine is ſit inſtitutus
ſermo: ſin autem de ſanguine in vniuerſum, ad i-
pſum animal, temperatus dicetur. nam ſanguis il-
lam temperaturã eſt aſſequutus, quæ maximè con
gruens & apta eſt animanti ad omnes in eo opera-
tiones exercendas: & hoc reſpiciens Gal. 5. de Fac.
ſimpl. medic. cap. 21. dixit: Sanguis particeps eſt ca
loris mediocris in animali. Quantũ ergo ad ſecun-
dum dubium ſoluẽdum, hæc mihi ſatis eſſe viden-
tur. Tertia verò dubitatio, in qua quæritur, quo-
modo calor natiuus ſit temperatus, ſi cor, quod na
tiuo calido calidiſsimum eſt, dicitur à Galeno eſſe
focus, facili negotio diſſolui poteſt, quia ſæpe Phi-
loſophi, vt Ariſtotel. 2. de Anima, & interdum Gal.
natiuum calorem ignem appellant. vnde ſicut in
foco ignis accenſus ſeruatur, & cæteræ domus par
tes ignem, lumen & calorem, quando his opus eſt
à foco petunt, ita cor ea pars eſt in animãte, in qua
natiuus ignis vel calor accenſus ſeruatur, & à qua
cæterę particulæ habent & petunt ſuum calorem,
& ob id per quandam metaphoram cor dicitur fo-
cus, & origo, & fons natiui caloris, ideoq; hoc ipſo
calore, per regulam primo poſteriorum ab Ariſto-
tele deſcriptam, cor calidius eſt, nempe calore na-
tiuo, qui halituoſus eſt, non autem ſqualidus & fu-
moſus, vt externus & igneus calor, & ſubinde hac
eadem ratione eſt temperatus, ſicuti & ſanguinem
diximus, & temperatum, & eximiè calidum. Ad il-
lud etiam quod de natura bilis dubitas, quam Ga-
lenus 2. de Temper. dicit calidiſsimã eſſe omnium,
quæ ſunt in corpore. vnde poſtea videtur ſequi, ꝙ
ſanguis non ſit calidiſsimus, facilis eſt diſſolutio. bi
lis enim abſolutè, & igneo calore, alijs eſt calidior,
nempe ſqualido & fumoſo. ſanguis verò natiuo ca
lore, humido & halituoſo.

Ad dubitationem autem, quæ ex Auicenna pri-
ma primi, ſtatim à principio capitis de Subiectis
medicamentis, occaſionem habet, vbi ille ait, quòd
ſanitatis & ægritudinis ſubiectũ propinquũ ſunt

membra & ſpiritns, remotum verò, ſunt humores,
quodque humores febris putridæ non ſunt ſubie-
ctum, cùm tamen Galenus primo de Differantijs
febrium, capite primo, videator dixiſſe, quòd ſpiri-
tus & ſolida membra non poſſunt eſſe ſubiectum
propinquum febris putridæ: reſponderem, quòd
propriè & per ſe ægritudo & ſanitas ſunt affectio-
nes corporis viuentis, vel, vt iuniores loqui ſolent,
paſsiones: & proinde oon poſſunt rei alicoi attri-
bui, niſi qoateous vitę eſt particeps: ſola autem ſo-
lida propriè viount, quare ea ſola primùm & per ſe
ſana dicenda ſunt, vel ægra: ſicut ſunt ſubiectum
primum, in quo vita fundatur, & pari etiam ratio-
ne ſobiectum ſunt animæ, ſicut & vitæ. Sed pars,
in qua anima præcipuè ſuam ſedem habet, eſt ca-
lor natious. nam hoc exponere voluiſſe videtur A-
riſtoteles in libello de Longitudine & breuitate vi
tæ, cùm dixit: Generatio eſt prima participario ani
mæ in calore natiuo, & vita eſt eios permanſio, ſpi-
ritus verò, vt aliàs expoſuimus, eſt quaſi forma vel
actus caloris natiui. & proinde licet vita, & ſubin-
de ſanitas & morbus, quæ vitam ſequuntur, in eo
fundentur, quod tamen primùm viuere dicitur, &
eſt primum & adæquatum vitæ ſubiectum, ſunt
ſolida membra, quæ tamen natiuo calore viuunt,
tanquam principio, quo viuunt, & ad rationem na
turalis caloris pertinet, & ſpiritus. & proiode rectè
dictum eſt, quòd ſubiectum proximum & vitæ, &
ſanitatis, vel morbi, ſunt membra & ſpiritus, & qa
membra hæc componuntur ex humoribus, tan-
quam ex proprijs & proximis elementis, ideò ſuot
ipſa ſubiecta, verùm remotiora, vtpotè in quibus
non fundetur ſanitas & morbus, neque vita, niſi ea
ratione, qua ſunt materia membrorū & ſpirituum.
vnde hęc genita ſunt. Sed & adhuc remotiora ſunt
elementa prima, ex quibus mutuò commiſtis gi-
gnuntur humores: vnde etiam ſolida membra ea
ſunt pari ratione, quibus attribuendæ ſunt in ani-
mante omnes operationes, quapropter etiam illa
ſunt, quę, ſi propriè loqui velimus, ægrotare vel be
ne valere dicenda ſunt, non autē humores, aut ali-
menta: atque putandum eſt, Auicennam in hunc
ſenſum fuiſſe loquutum, Galenum verò aliò reſpe
xiſſe. Sed vt eius ſententia rectiùs percipiatur, hoc
conſiderandum, quòd morbus, vt propriè mor-
bus dicendus ſit, duas, vt Galenus in libro de Dif-
ferentijs morborum, cap. I. docuit, conditiones re-
quirit: primam, quòd ſit diatheſis, hoc eſt, affectio,
vel, vt iuniores loquuntur, diſpoſitio, qua, vt ille
idem declarat, præſertim accipitur pro affectione,
quæ iam ita ſtabilis facta eſt, vt remota quacunque
cauſa, poſsit aliquandiu permanere, & quando, vt
ipſe ait in libro de Inæquali intemperatura, tranſ-
mutario ad finem peruenit: altera verò conditio,
quam requirit, eſt, vt operationes primùm & per
ſe lædat. & primum qoidem requiritur tanquam
ſubiectum, vel fundamentum, & tanquā id, quod
ſit quaſi materia in morbi ratione, vel tanquam ge
nus: alterum verò tanquam differentia, vel termi-
nus, ad quem refertur hæc relatio, ſicuti pater eſt
paternitatis fundamentum & ſubiectum, filius ve-
rò ſe habet vt terminus, ad quem paternitas refer-
tur, & ſe habet quaſi forma illios relarionis. Ve-
rùm quandoque vtraqoe hæc conditio in eodem
& reſpectu eiuſdem reperitur, nempe in eadem
parte, & eodem ſubiecto; id quod facilè reperiri in
A illis morbis poteſt, ſi rem hanc rectè conſiderare
voluerimus, qui illius partis primarij & per ſe af-
fectus ſunt. interdum affectio in vno, tanquam in
proprio ſubiecto eſt, cuius tamen operationes non
lædit, & proinde neque etiam propriè illius dice-
tur eſſe morbus, cū illius non lædat actiones, quod
in primis in illis morbis accidit, qui ſunt per con-
ſenſum. Vt ſi quando doleat caput conſenſu ven-
triculi, vel vteri, erit quidem ea affectio, quæ mor-
bus dici poteſt, in ventriculo vel vtero, dolet ta-
B men caput, eiuſque operationes læſæ ſunt, vnde
pars, quæ conſenſu alterius morboſa eſt, laborat
quidem, ſed non ſuo, verùm potiùs alieno morbo,
eius nempe cum qoa conſentit. In febribus itaque
potridis, quæ alioquin nequeunt morbi rationem
habere, febris, niſi, vt primo de Differētijs febrium
probat Galenus, aliquid calefactum ſit in homo-
ribus, non erit aliqua diatheſis, niſi rarione illius
calefacti: at iſtius calefacti ſobiectum, qoatenus ad
rarionem talis febris pertinet, nibil aliud eſt, niſi
C humor putridus, non autem ſpiritus, neqoe mem-
bra ſolida. nam non eſſet potrida, ſed vel epheme-
ra, vel hectica. & quamuis ita ſit, non ſunt tamen
humores illi, quibus primùm & per ſe attribua-
tur, quòd ægrotent, vel febricitent, ſed ſola mem-
bra ſolida: cùm ea ſint, quorum per febrem actio-
nes læduntur, quæ tamen non ſuo proprio, ſed a-
lieno affectu laborant. Iuniores verò dixiſſent, du-
plex in his febribus reperiri ſubiectum, alterum
quidem inhæſionis, altarum denominationis: pri-
D mum ſont potridi humores, alterū verò membra,
quæ potiùs denominantur ægra & febricitantia, q̄
humores: qnia quod in humoribus eſt, ſe habet vt
materia morbi, quod verò in membris conſidera-
tur, nempe actionom læſio, ſe habet quaſi forma.
Diſtinctio tamen febris in ephemeram, putridam
& hecticā ab eo eſt deſumta, quod quaſi materiale
eſt in morbo, quia nequeunt dici diatheſis vel affe
ctio, ſecundum modum loquendi Galeni, niſi ra-
tione qoa iam tranſmutario deuenit ad terminū,
E & non ampliùs ab aliqua cauſa dependet: & hoc
interdom in humoribns, vt in putrida, quando-
qoe in membria, vt in hectica. læſio verò ope-
rationum io alio per ſe eſſe nequit, niſi in ſolidis
membris.

Qointa dubitatio eſt, in qua Galenos inconſtan
tiæ videtur inſinuari, vtpotè qui breui etiam inter-
uallo, in eodem capite, de eadem re variè pronun-
ciauerit: quippe qui a. lib. de Decret. dieb. dixerit,
q vltimus terminus acutorum morborum ex de-
F cidentia eſt dies quadrageſimus, id qood 5. Aphor.
confirmat: paolò pòſt tamē circa finem illius capi-
tis & ſequentis initium, bunc terminum protrahit
vſq; ad ſexageſimom. Ita autem dubium boc ſolui
poteſt, q, ſi rectè caput illud perpendatur, & mu-
tuò partes illæ conferantor, neque varius, neq; in-
conſtans indicādus erit Galenus, ſed ſemper in ea-
dem ſententia permanens. nam eo capite omnes
differentias morborum, qoæ quoquo modo ad ra-
tionem acutorum morborū pertinere poſſunt, ex-
G ponit, & præterea quibus iudicari vel terminari
poſſunt, vnde primum generaliores differētias ex-
plaoat, vt, q aliqoi ſunt peracuti, alij acuti ſimpli-
citer, alij acuti ex decidētia, mox verò harū quam-
libet in duas partitur differentias magis particula-
tim, quarū prima eos morbos continet, q exquiſitè
tales

tales dici poſſunt, altera verò illos, qui ſimpliciter A
tales. & prior quidè ſtrictior eſt, & breuius ſpatium
cõtinet: altera verò amplior eſt, & ampliori ſpatio
comprehenditur, vel longiorem terminum habet,
quo iudicari vel terminari poſſunt hi morbi. id qđ
Gal. exemplis ab his omnibus differentijs petitis,
explanaſſe videmus. morbi enim, qui peracuti di-
cuntur, hac ipſa ratione duplices ſunt: nam alij, q
ab ipſo exquiſitè peracuti dicuntur, non excedunt
diem quartum, alij verò, quos ſimpliciter peracu-
tos nominat, iudicantur in ſeptimo. Poſtea autem B
ſequũtur illi, qui acuti dicuntur, & hi itidem duas
habent differentias: eorum enim alij exquiſitè acu
ti ſunt, vt illi, qui in decimoquarto iudicantur, alij
ſimpliciter acuti ab illo dicuntur, & ad vigeſimum
vſq; protrahuntur. His verò ſuccedunt illi, qui fuè-
re quidem acuti, verùm proprio deinde ſpatio acu
torum nõ potuère omnino iudicari vel terminari
integrè, & proinde ob aliquas acuti illius morbi
reliquias, quæ nequiuère penitùs p præcedentem
iudicationem finiri, protrahuntur in longius, qui C
deinde acuti ex decidẽtia appellantur ab antiquio
ribus Medicis, cùm adhuc aliquam acuti rationem
ſeruent. nam febris adhuc continua, non eſt ſine
difficili aliquo ſymptomate & alicuius momẽti: ſi
verò fiat intermittens, nullumq; ſymptoma ſit am
pliùs reliquum, quod aliquam motus celeritatem
indicet, nihil eſt in eo ampliùs, cur ad acutos mor-
bos referendus ſit. Hi ergo morbi, qui acuti ex de-
cidentia ſunt, duplicẽ & ipſi differentiam habent:
nam eorum quidam exquiſitè tales dici poſſunt, D
quorum terminus eſt dies quadrageſimus: alij ve-
rò non exquiſitè tales, ſed quoquo modo, & vt ipſe
loqui ſolet, ſimpliciter ex decidentia, qui ad ſexage
ſimum vſq; diem proferuntur. Hunc ſenſum ego
puto eſſe loci illius aliquantiſper obſcuri.

Quatenus ad ſextam dubitationẽ pertinet, quæ
duplex caput habere videtur, primum quidem ha-
bet ortũ à Gal. 1. de Differ. febr. cap. 9. quo loco ait,
ꝙ ſæpè hecticæ ſine ſiccitate conſiſtant, quando
non tranſeunt in tabem: cùm tamẽ alioquin ſæpè E
dixerit, omnẽ febrem eſſe affectum in caliditate &
ſiccitate: ꝙ alterius dubitationis occaſionem ſug-
gerit, quia ſi febris eſt calida & ſicca affectio, quo-
modo Gal. 8. Meth. cap. 1. dixit omnem febrem eſſe
abundantiam caloris, quodq; qua febris eſt, refri-
geratione eget, nulla omnino humectantium facta
mentione. Hipp. verò 1. Aphor. aph. 16. humectan-
tium meminit, & refrigerãtia ſub ſilentio præterit.
Reſpondemus: primùm quidem, quantum ad pri-
mum dubium attinet, ſi aduertamus ad id, quod F
Gal. ait locis prioribus & poſterioribus. non erit
difficilis iſtius nodi explicatio, quia aliud reſpexit,
quando dixit, febrem eſſe affectum cum caliditate
& ſiccitate, & aliud, quando dixit, ſæpe hecticas ſi-
ne ſiccitate conſiſtere, cùm nõ tranſeunt in tabem.
cùm enim affirmat omnẽ febrem eſſe cum calidi-
tate & ſiccitate, id accipiendum & referendum ad
febrem ſecundum ſuam naturam, & p ſe conſide-
ratam, vtpotè quę ſit nihil aliud, niſi intemperatu-
ra calida & ſicca. in 1. autem de Differ. febr. non ita G
de febre loquitur, nempe in vniuerſum, ſecundum
communem febrium naturam & eſſentiam, ſed de
hecticis duntaxat febribus ſermonem habet, eius
differentias mutuò & inter ſe conferẽs. Cùm enim
hectica ſit proprius ſolidarũ partium affectus, eius

ꝓpriè eſt, primũ quidem conſumendo & digeren-
do natiua, & vt aiunt, ſubſtantialem humiditatem
illarũ partium deſiccare: quod in tertia ſpecie prę-
ſertim diſcernitur. nam in prima efferueſcunt par-
tium humiditates, mox ſequitur quędam etiã con
ſumtio, vt poſtea ſimilaria corpora, quæ ſunt quaſi
cordis elementa, nutritioni ineptiora reddita, ſic-
ciora euadant. In principio ergo, antequam hecti-
ca in maraſmum vergat, febris hectica non habet
ſiccitatẽ partium corporis, conſumta nempe pro-
pria earum humiditate, quia in initio efferueſcit ſo
lum humiditas, nec dum apparet eius conſumtio,
ſicut tandem apparet: nam tandẽ corpus fit ſqua-
lidum & cutis arida. Cur verò hoc conſtituto, ꝙ fe-
bris, quantum ad ipſam pertinet, ſit morbus cali-
dus & ſiccus, Hippocrates tamen 1. Aphor. vniuer-
ſum febricitantium victum in humidum retulerit,
nulla calidi facta mentione? Contrà verò Galenus
8. Meth. dixit febrem, qua febris eſt, egere refrige-
rantibus? Dicimus Galenum in eo 16. Comment.
1. Aphor. verſus finem inſinuaſſe ſolutionem iſtius
dubitationis, cùm ait Hippocratẽ conſueuiſſe, vbi
multa ſunt, quę eandem vel ſimilem rationem ha-
bent, & ſubinde etiam ſimilem indicãdi modum,
nõ explicare ea omnia particulatim, ſed aliquibus
eorum explicatis, reliqua addenda alijs relinque-
re. vnde cùm ab indicatione ſumta à natura mor-
bi ſit depromtus aphoriſmus, nẽpe cum febris ſic-
cus ſit affectus, humectãtibus illi eſſet opus. Quare
quis eſt ita ſtupidus, q nõ videat, ꝙ, cùm itidem ſit
calidus affectus, & magis etiam, neceſſe etiã eſſet,
vt refrigerantis victus rationẽ requirat: poſito ſem
per eo fundamẽto, ꝙ contraria contrarijs remedia
ſunt. & q a prius calidus, deinde ſiccus eſt affectus,
eo expoſito, quod fortaſſe poterat videri alicui mi-
nus verum, illud quod magis verum, & magis eui-
dens, tanquã omnibus manifeſtum, reliquit: Gal.
verò 8. Meth. id in primis reſpexit, quod erat ma-
gis pręcipuum in febre, ſed neq; deinde & alterum
prætermiſit: capite enim 9. ait, quòd febris refrige-
rantia & humectantia deſiderat: quod quidem, ſi
rectè perpendantur verba eius, tam ad victus rationẽ,
quàm ad reliquam rationẽ eſt referendum. Cum
verò dubitas, quomodo dicatur ſanguis eſſe eorũ
omnium calidiſsimus, quæ ſunt in corpore, ſi ſpi-
ritus ſit calidiſsimus: dicimus quòd ſanguis & ſpi-
ritus ad vnam & eandem rationẽ & naturam per-
tinent. ſpiritus enim nihil aliud eſt, niſi tenuior &
halituoſa pars ſanguinis, & ſanguis maximè cæte-
rorum calidiſsimus eſt ratione multorũ, quos con
tinet, ſpirituum. Cæterùm has duas præterea du-
bitationes, tibi ex lectione Galeni, cap. 5. obortas,
proponis diſſoluendas; quarum altera eſt, quòd
ille ſæpè dixit, cùm particulæ aliqua ſimili labo-
rant intemperie, nempe ſi particula ſuapte natu-
ra ſit calida, & calida item intemperie laboret,
minùs calidis medicamentis remedijsue curan-
dam eſſe, quàm quando contraria laborat intem-
perie, vt ſi particula aliqua naturâ frigida calidio-
ri intemperie corripiatur: nono tamen Methodi
frigidis & extenuatis corporibus laborantibus fe-
bre ardente interdicit potum aquæ frigidæ, quam
tamen calidioribus concedit. Altera verò dubi-
tatio occaſionem habuit à ſententia einſdem Ga-
leni 2. lib. Artis cur. ad Glauc. quo in loco ait, ꝙ in
morbis earũ particularum, quę aut præcipuę ſunt,

pe,ſatisfacere: reſpondebo tamen,tum prudentiæ
tuæ confiſus,tum verò qui minus malum duxi,vi-
deri minùs ſapere,quàm ruſticitatis notam ſubire.
Cùm ergo quæris,qua ratione,& quibus remedijs
putẽ curari poſſe affectum illum in gutture, quem
recentiores noſtri Botium appellant, vulgares *el groſſo*, Græci βρογχοκήλην,quaſi gutturis ramicem di-
cas. Dico, quód ſi eius curatio methodo eſſet in-
ſtituenda, non empirica tractatione, hoc eſt, ſolis
experimentis, eadem ratione curarem, qua ſole-
mus alios morbos curare, præſertim qui cum hoc
in eodem genere continentur. Nam cùm conti-
neatur in genere tumorum, qui præter naturam
in corpore ſunt excitati, neceſſe eſt, vt in vniuer-
ſum eundem habeat generationis modum,& ean-
dem curationis rationem, cùm ſemper ab ipſius
rei natura methodus depromenda ſit: ortus au-
tem omnium tumorum, vt ſæpè teſtatum reliquit
Galenus, eſt ex humorum defluxione in locum a-
liquem, vnde erit, dum curatur, tractandus vt alij
defluxorij morbi. Et hoc quatenus ad commu-
nem & generalem rationem pertinet: nam ea de-
inde definienda & limitanda erit particularim per
alias iudicationes, accipiendas & à natura defluen
tis materiæ, & à natura laborantis corporis, & af-
fectæ particulæ. Præterea verò,vt 13. Methodi,cùm
de curanda inflammatione haberet ſermonem, do
cuit,duo in his tumoribus curãdis ſunt ſcopi,ſicut
& duo ſunt tempora, quibus poſſunt curari: pri-
mum cùm iam facti ſunt, alterũ, dum adhuc fiunt
& in generatione ſunt. Scopus qui Medico offer-
tur, cùm facti ſunt, eſt vacuatio materiæ, quæ iam
fluxit & in particula affecta iam recepta eſt: nam
ſicut per plenitudinem eſt citatus tumor ille, ita p
vacuationem tollendus erit. Scopus verò propo-
ſitus, dũ fit & in generatione eſt tumor, eſt vt cau-
ſas fluxionis inquiramus, & repertas auferamus:
nam hoc pacto incremento tumoris obſiſtemus,
nempe ſiſtentes fluxionẽ, ex qua tumor & ortum
habet & incrementum. Neminem verò, qui in hac
arte legitimè verſatus ſit, latére puto, cauſas iſtius
fluxionis aliunde quàm à gutture eſſe petendas, ſi
non ſemper, ſaltem frequentiùs. Porrò cùm mate-
ria, ex qua tumor is conſiſtit, ſit pituitoſa craſſa &
lenta, quamuis interdum & melancholica inter-
miſceatur, putandum eſt, eam in primis à capite ce
rebroq́; defluere: ſed fomentum aut omnino, aut
maiori ex parte, habere à ventriculo, vtpotè qui
præcipua ſaltem, ſi non omnis, cauſa ſit, cur multa
congeratur pituita. Iam ergo, ſi hoc ita ſit, ſatis pa-
tet, inter initia tumoris ventriculum purgandum
eſſe, mox & caput, ab excrementis pituitoſis, ac vi-
tium id corrigendum, quo congeruntur ea excre-
menta tam in ventriculo, quàm in capite. Sed in
præſentia non multus ero in his exponendis, qui-
bus hoc ſit agendum, ne noctuas, vt aiunt, Athe-
nas. Qui enim neſcius eſt, quòd materia ſit priùs
paranda ad purgationẽ cum his, quæ vim habeant
hæc excrementa attenuandi, diſſecandi, & deter-
gendi: poſtea verò quòd ſit vacuanda cum his,
quæ humores craſſos lentos frigidosq́; detrahere
poſſunt: poſtremò etiam, quòd caput ſit roboran-
dum medicamentis, quæ corrigant eam intempe-
riem, quæ in cauſa eſt, cur mala ea materia fuerit
genita. Quinetiam quòd præter hæc & à princi-
pio, & deinceps ſit congruẽs victus ratio inſtituen-

A da: congruens verò illa erit, quę victum attenuan-
tem continet. Hæc itaq;, ni fallor, eſt generalis me-
thodus curandi iſtiuſmodi tumores, dum fiunt.
Quod verò iam in eis factũ eſt, localibus remedijs
diſcutiendum eſt. Vnde ita in his, ſicut & in alijs
frigidioribus tumoribus, ea eligenda ſunt, quę vim
habent attenuandi, ſecandi, diſcutiendiq́ue, vt ta-
men aliqua quæ molliendi facultate prædita ſint,
ſemper immiſceantur. Eorum autem confectionis
modum & formam poſſumus magis particulatim
B ex Gal. perdiſcere, partim in 6. lib. de Simpl. med.
facult. partim etiam 5. de Compoſit. medicam. per
gen. & 3. etiam. His enim locis quædã medicamen-
ta deſcribit, quibus & aliæ durities, & huiuſmodi
tumores poſſe diſcuti affirmat: & horum quidem
non poteſt vna ratio definiri, quia pro ratione ha-
bitus corporis, ætatis, ſexus, temperiei, & reliqua-
rum conditionum, quarum Medici quotidie me-
minêre, ſunt robore & facultatibus varianda. Quę-
res autẽ fortaſſe, an aliquod nouerim medicamen-
C tum, quo vel in potu accepto, vel deuorato, vel e-
tiam exteriùs adhibito poſsimus ſperare iſtius tu-
moris diſſolutionem. Dico, q̃ ſi loquamur de illis,
quorum vis potiùs referenda eſt in ipſam formam,
ſeu in occultam, vt aiunt, qualitatem, id iam termi-
nos methodi excedit. cùm ad experientiam id tan
tùm pertineat: de qua re, ſi ſit ingenuè loquẽdum,
cũ rariſsimi ſint hîc apud nos iſtiuſmodi affectus,
ſicut ſunt frequentiſsimi in locis, vbi aquis crudio-
ribus vtuntur, & aere frigidiori & humidiori, quẽ-
D admodum in vallibus inter montes, vt in Brixien-
ſibus vallibus, nos parum ſumus in id genus affe-
ctibus curandis verſati, quare neque multa potui-
mus experiri. Hoc tamẽ in vniuerſum dicam, opor
tere ea medicamenta vim habere exſiccandi, atte-
nuandi, & diſcutiendi. & hæc, cùm nobis ſit ſermo
cũ viro doctiſsimo, poſſe eſſe ſatis exiſtimauerim.
Sed mihi maius negotium incumbere videtur, ſi
velim contradictionem in Hipp. ſententijs diſſol-
uere, quæ ita omnibus difficilis viſa eſt, cuius Gal.
E 1. de Nat. hum. aph. 44. meminit, & plurimũ poſte-
riores deinde turbauit. Nam 1. Aphor. aph. 15. dixiẽ
Hipp. ventres natura calidiſſimos eſſe hyeme & ve-
re. in 1. autẽ de Nat. hum. ſæpiùs ab eo repertũ eſt,
q̃ hyeme pituita viget, & plurima generatur: quod
cum priori ſententia congruere non vidatur, quia
q̃ pituita, quæ frigidus & humidus ſuccus eſt, eo
tempore vigeat, & plurima generetur, quo ventres
natiuo calore maximè calidi ſunt, à ratione omni-
no alienum videtur. Etſi antẽ Gal. loco paulò antè
F citato, hanc dubitationem & mouet & diſſoluit: ta
men quia Galeni reſponſum obſcurum & difficile
multis videtur, nõ quidem quantum ad ipſa verba
attinet, quia illa ſatis ſunt aperta: ſed potiùs in eo
difficultas conſiſtit, vt ea, quæ ab ipſo dicuntur, ita
rei ipſi accommodentur, vt omnẽ deinde difficul-
tatem tollant, multi de hac re, vt non ignoras, ſer-
monem habuêre, & illi quidẽ viri omni exceptio-
ne maiores. Sed poſteaq̃ requiris, vt & ego, quid
ſentiam, exponam, tibi morẽ geram, & ſententiam
G meam, quò breuiùs, potero, deſcribam. Dico ergo;
q̃ experiẽtia ipſa vtramq; partem huius propoſitæ
dubitationis veram eſſe oſtendit. Videmus enim
clariſsimè, quòd hyeme noſtra corpora robuſtiora
ſunt, aluntur meliùs, coloratiora fiunt, q̃ omnia cer
tiſſimè demonſtrãt, meliorẽ hyeme fieri cõcoctio-

nem: ſed contrà etiam videmus hyeme homines plus exſpuere, magis eſſe deſtillationibus obnoxios, præterea in omnibus ferè hyemalibus morbis, aut pituitam ſuperiorem eſſe, aut ſi ſit alius humor, qui vincat, ſemper ille eſt cum multa pituita commiſtus, pluresq; ſemper cruditates fieri in hyeme, q̃ alijs tempeſtatibus, in omnibus affectibus. Porrò nõ mirum videbitur, quòd hi tam aduerſarij effectus in hyeme eueniant, ſi diligenter vires tam innati caloris, q̃ frigoris examinauerimus. Nã frigus, quatenus frigus eſt, cuicunq; calori concoctionique eſt aduerſarium, & eſt, vt Ariſtot. 4. Meteororum docuit, cruditatis parens. Vnde quatenus ſpectat ad hyemis naturam, quæ tempeſtas eſt frigida & humida, per ſe facit ad pituitam generandam: ſicuti æſtas, præ calore & ſiccitate, ad bilem procreandam: facilis enim tranſitus eſt in his, quæ ſymbolum habent. Si ergo ad naturam temporum reſpiciamus, & ad ea, quæ eorum naturam per ſe conſequũtor, pronunciandum omnino eſt, quòd in hyeme, vtpotè in qua frigus & humor dominantur, plurima gignitur pituita: ſicut in æſtate bilis plurima. ſed non tameo propter hoc tollitur, quin per accidens, vt Philoſophi loqui cõnſueuère, poſſit ſanguis plurimus & ſpiritus multus generari in hyeme, additis nempe viribus natiuo calori. Cùm enim natiuus calor temperatus calor ſit, ab externo frigore bifariam iuuari poteſt: Primùm, qnia intra terminos ſui temperamenti, à frigore repreſſus, faciliùs continetur, vnde propterea nec calor natiuus, imò nec ignis in his inferioribus diu ſine occurſu frigidioris aeris ſeruari poteſt incolumis, & proinde omnia citiùs æſtate, quàm hyeme, putreſcũt: deinde verò eſt & ea ratio, quam Galenus ex ſententia Ariſtotelis retulit: nempe quòd, ſicut æſtate à calore aeris valentiori euocatur calor natiuus exteriùs, & digeritur, diſſipaturq;: ita ab hyemis frigore cogitur in vnum, & intrò in penitiores partes repellitur, vnde & robuſtior efficitur: quò deinde fit, vt concoctione robuſtiori facta, copioſior ſanguis generetur. Hæc autem colligamus, & noſtro negotio accommodemus. Frigus itaq; cùm non vltrà progreditur, quàm vt calorem innatum intra ſuos naturales terminos coerceat contineátque, præterea intrò repellat, & in interioribus partibus in vnum colligat, roborat & auget, & ití cauſa eſt, quamuis, vt diximus, per accidẽs, probæ concoctionis: at verò ſi vlteriùs ita ꝓuehatur, vt iam illum ferè exſtinguat, vel ſuperet, nõ ampliùs concoctionem iuuat, ſed potiùs cruditates molitur, & cauſa eſt cur multa gignator pituita. Vnde Gal. 1. Aphor. explanans aphoriſmũ illum: Ventres hyeme & vere calidiſſimi, &c. ait, primùm, vt vera ſit ea ſentẽtia, ſubintelligendum eſſe, ꝙ hyems naturale ſuum temperamẽtum & quandam mediocritatem ſeruet: quia ſi alioquin nimius fuerit in hyeme frigoris exceſſus, & natiui caloris vires ſuperet, tunc eo exſtincto, vel ſaltẽ labefactato, nõ poſſunt bonæ cõcoctiones ſequi, ſed potiùs infirmæ & languidæ. Deinde verò & hoc addit, eſſe id intelligendum de robuſtis corporibus, in quibus adeò valida ſit vis innati caloris, vt facilè poſſit reſiſtere eximio hyemis frigori, vt ab eo non deijciatur: nam q imbecilliores ſunt, vt frigidi & ſenes, adeò nõ ſunt hyeme calidiores, neq; eo tempore probè coquũt, vt potiùs algeant, & cruditatibus pituitoſiſq; ex-

A crementis ſcateát. Addit inſuper tertiò, quòd non
in vniuerſum ſit intelligendum, ꝙ omnes corporis
partes ſint natura calidiores hyberno tempore, ſed
duntaxat interna viſcera, præſertim verò ventri-
culus, iecur, & intimæ maioresque venæ: nam hæc
ventrium nomine comprehenduntur: in quibus
communes concoctiones conficiuntur. In hyeme
enim interiora calent, recedẽte videlicet calore ad
interiora, exteriora verò refrigerantur ab externo
frigore. Vnde per concoctiones, quæ fiunt in ven-
B triculo, iecore & primis venis, multus gignitur ſan
guis: in externis autem & extremis partibus, atq;
adeò etiam in capite, neq; ita viget vis caloris, neq;
ita fiunt concoctiones exquiſitæ: & omne id, quod
non probè concoquitur, crudum remanet, & tan-
dem in pituitoſum tranſit excrementum, vbicun-
que id fiat. Neque præter rationem videtur, ꝙ in
ventribus ſeu in intimis viſceribus optimè coqua-
tur alimentum: in extremis autem partibus, quæ,
refugiente calore ad interiora, hyeme refrigeſcũt,
C fiant cruditates, ac ea ratione multa congeratur pi
tuita, quod in capite præcipuè fit, id quod ex deſtil
lationibus percipi poteſt, quę hyeme præ alijs tem
poribus moleſtæ ſunt. Sed præterea nec ad id pa-
rum facit, ait Galen. victus ratio, quia ventres ſunt
quidem natura calidiores hyeme in illis, qui ſe ex
ratione regunt, & corpus cuſtodiunt, congruis ve-
ſtibus id à frigoris iniuria munientes, ne frigus ad
internas vſque partes ſe inſinuare poſſit. alioquin
enim ſi quis aut ex inopia veſtium, aut ex ſocordia
D corpus nõ cuſtodiat, frigus ad ventriculum, iecúr-
que penetrans, ac illa refrigerans, occaſionẽ præ-
ſtare poteſt, cor per cruditatem pituita generetur.
Vt & hoc addendum ſit, vt idem monet, quòd cibi
quibus plerunque hyeme veſcimur, ad procrean-
dam pituitam maximè apti ſunt, vt caſeus, napi,
rapæ, olera, legumina, & id genus alia. & propter-
ea videmus, quòd qui hyeme proſpera fruuntur
valetudine, illi & coloratiores, & pinguiores, &
robuſtiores ſunt, quàm æſtate, vel autumno: ſed
E qui eo tempore in morbos incidunt, in eos mor-
bos incidunt, qui ex pituita plerunque excitan-
tur, vel ſi ex alijs humoribos, ſemper tamen mul-
tam habent immiſtam pituitam. & cùm morbi ple
rique ex improba victus ratione ortum habeant, ſa
nitas verò ex proba: hinc argumentum depromi
poteſt, victus rationem magnum in hac re momen
tum habere. Cæterùm quòd tertio loco quæris,
mihi non admodum difficile videtur: quæris au-
tem, cur in exorbitantibus & magnis vacuationi-
F bus, quas medicamenta purgantia moliuntur, ner
ui conuellantur? non conuellantur autem in fe-
bre hectica, quæ iam in tabem vel maraſmum pro-
na eſt, cùm longè is affectus & ſiccior ſit, & diu-
turnior? Ego verò dixerim, quòd tranſmutatio-
nes, quæ ſenſim & æqualiter vndique & longiori
tempore fiũt, faciliùs ab ipſa rerum natura, & cum
moleſtia minori perferuntur: quaſi enim ſenſus la-
tent, quæ hoc modo fiunt, vt aotor eſt Galenus:
vnde natura illis paulatim aſſueſcens, tanquam fa-
G miliaria & connaturalia excipit. At verò quæ con-
fertim & inæqualiter repenteq; particulas corpo-
ris afficiũt, ea plurimùm moleſta ſunt, vt tanquam
prouerbium receptũ ſit, natura repentinas tranſ-
mutationes non perfert. Quare cùm hectica fe-
bris atq; etiã maraſmus, ſit inæqualis intemperies,
quæ

quæ ſenſim & æqualiter aucta eſt, ea neq; ſentitur, neq; moleſtiam affert naturę, vtpotè quę illi ſit iam facta familiaris & quaſi connaturalis. Siccitas verò à vacuatione per medicamenta inducta, cùm inæqualiter & repentè fiat, & magis noxia, & magis moleſta eſt, & proinde faciliùs conuulſionem neruorum concitare poteſt. Et hoc quidem multis aliis exemplis poſſumus oſtendere non modò in rebus vita præditis, ſed & in illis quoq;, quæ eius ſunt expertes. Ligna enim facilè in orbem conturqueas, ſi paulatim id feceris, quod ſi vi & repentè facere volueris, franguntur: muſicalium etiam inſtrumentorum chordas ſi æqualiter & paulatim calefacias & exſicces, faciliùs citra fracturam perferent: ſin antè confertim, citiùs rumpentur, quia in repentinis tranſmutationibus partes inæqualiter afficiuntur, & vna priùs & magis quàm altera, & ea de cauſa ægriùs ferri poteſt ea tranſmutatio. Vnde cùm algentes manus hyemali tempore igni exponimus, ac repentè eas calfacere volumus, vehementes concitantur dolores, præcipuè verò in locis ad vngues pertinentibus: ſed ſi ſenſim id fiat, ſine vlla moleſtia id fieri poteſt. Sed venio iam etiam ad contradictionem illam, quam à te obſeruatam eſſe ais in diuerſis, cùm Hip. tum verò Gal. ſententiis, qui 3. de rat. vict. in ac. mor. dixere, aquam epotam nocuam eſſe naturis bilioſis, vtpotè quæ in illis amareſcat & bileſcat: cùm tamen 4. lib. comment. in 6. epid. dixerint, homini natura calido accommodatum potum eſſe aquam. *aph. 40.* Ac repugnantia hæc facilè poteſt & paruo negotio diſſolui, hoc nimirũ modo, quòd Hip. Galenusq; in lib. de vict. rat. in acut. morb. de his habuere ſermonem, qui morbis, præſertim verò acutis, ſunt impliciti, à quibus rarò abeſt febris, & ea quidem inſignis, in quibus aqua, cùm diu moretur in ventriculo ſuapte etiam natura calido, facilè interim à calore tum bilioſi ventriculi, tum verò febris poteſt corrumpi & putreſcere, ſicuti facilè putreſcunt aquæ ſtagnantes, dum à ſole caleſiunt, quemadmodum ſcripſit Hipp. in lib. de aere, aqua, & locis: per putredinem etenim poteſt aqua in ventriculo bilioſo, perinde vt ſucci fructuum frigidorum, amareſcere & verti in bilem. *aph. 15.* Quid verò ad ægrotos ſpectauerit, in lib. de ratione vict. in ac. mor. cùm hæc de aqua pronunciauit, ex totius illius libri ſcopo facilè percipi poteſt, & ex verbis Gal. particulam illam explanantis, nemo non videt. ait enim: atq; ea eſt cauſa, propter quam Hipp. ad mulſam, & oxymel, & vinum ſe contulit, ab aqua in ægris abſtinens. Sexto autem epid. ſi quis partem illam diligenter conſideret, facilè cognoſcet, vniuerſa ferè ea theoremata pertinere ad tutelam ſanitatis. In ſanis enim quamuis calidis naturâ, non ita facilè aqua bileſcit, quia non ita facilè ab eorum natiuo calore corrumpi poteſt, vt in ægrotantibus à febrili & externo. Cui & quotidiana atteſtatur experientia, æſtate enim plurimos videmus ex luſu & exercitatione valde excalfactos, aquam multam bibere, neq; tamen illa amareſcit vel bileſcit, vel ſi aliquando bileſcit, in illis bileſcit, in quibus multa eſt congeſta bilis amara in ventriculo, quos picrocholos appellauit Hip. 2. de ratione vict. in acut. morb. Sed hos vix ſanos appellauerim, qui iam in morbũ adeò procliues ſunt. Quia tamen is modus reſpondendi alicui non videbitur omnem difficultatẽ tollere: ideò aliqua præterea illi addamus, quę ex dili-

A genti examine verborum tam Hip. quam Gal. poſſunt elici. nã nemo eſt, qui, ſi ad indicationes à natura rei depromtas reſpiciat, itemq; ad naturam aquæ, non facilè videat potum aquæ naturis calidis affectibusq; calidioribꝰ eſſe accommodatum: omnes enim exceſſus per contraria corriguntur, tolluntur q;, aqua verò frigida & humida eſt. Quatenꝰ ergo ad id pertinet, eius potus per ſe ſanè aptus eſt & vtilis: ſed quòd inutilis & noxius interdum ſit,
B id, vt aiunt, per accidens illi cõtingit, nempe ob id, quia epota hoc habet incommodum, quòd in ventriculo longam trahit moram, cùm non facilè in venas penetret, quare putreſcit ibi & bileſcit. Proinde ſi nos prouideamus & procuremus, vt facilẽ trãſitum habeat, neq; in locis ad ventriculum attinentibus commoretur diutiùs, citra vllam noxam conferet plurimùm: citum verò, abſq; longiori mora, tranſitum habebit, ſi illi cõmiſceamus, quòd eam vim habeat, vt illi facilem præſtet tranſitum. Vnde
C Hip. tertio lib. de fracturis aph. 49. conſulit aquam quidem potandam bilioſis dandam eſſe, verùm cui parum oxyglycis ſit infuſum, ſperabat ſiquidem vir prudens & peritus, poſſe oxyglyces hoc præſtare, vt aqua, citius tranſiẽs & faciliùs, incommodum illud effugeret, Galenus verò, vt 3. de rat. vict. ipſe teſtatur, inſtillabat quandoque parum vini hac eadem de cauſa, atq; adeò modicum illud erat, vt Medici cæteri deridentes dicerent, illum potiùs oſtendere, quàm exhibere vinum. vnde idem Galenus
D 4. libr. comment. in 6. epid. explanans verba Hipp. *aph. 45.* ſtatim ab initio citata, ait, iſtiuſmodi naturæ hominibus potus præbenda eſt aut aquoſa potio, aut aqua, quaſi dicat, ſi hi adeò bilioſi ſint, vt aquam, ne bileſcat, timeamus, aliquid illi addendum erit, quo poſsimus huic timori occurrere; vt oxyglyces addebat Hippoc. Galenus verò tantillum vini. Sed ſi de hoc nihil eſſet timendum, nihil prohibet, quin & ea vtamur ſincera, ſicuti multos quotidie, qui integra fruuntur ſanitate, in ætate iuuenili, niſi frigi-
E diorem habeant ventriculum, aquam multam potare videmus & citra vllam noxam. Poſtremæ autẽ quęſtioni, vt à calumnia Medicos noſtros defendamus, qui dyſentericis rhabarbarum & eiuſce generis medicamenta, dum curare volunt, dare conſueuere, ita reſponderẽ: Quòd medica theoremata, ſicuti & aliarum artium, quamuis ſæpe in vniuerſum pronuncientur, non ita tamen abſolutè intelligenda ſunt, vt non aliquibus egeant limitationibus & diſtinctionibus: imò in hoc maximè, vt 1. lib.
F de ratione vict. in acut. morb. Galen. docuit, conſiſtit artis abſolutio, nempe in diſtinctione communis à proprio. Alioquin enim multa reperiemus ab his autoribus, qui quaſi artium fuere parentes, dicta fuiſſe, quæ inter ſe pugnare videantur. Sed ne ab inſtituto noſtro lõgiùs digredi velle videamur, de his quæ ad propoſitum negotium propiùs pertinere videntur, ſermonem habeamus: vt tamen, antequam rem ipſam aggrediamur, id aſſeramus, quod qui rhabarbari vſum in curanda dyſenteria
G damnant, Gal. damnant, Auicennamq; & reliquos antiquos Medicos. nã Gal. 8. de fac. ſimpl. med. rha laudat in iſtius affectus curatione, Auic. quoq;, vbi de curatione dyſenteriæ agit, & tãdem reliqui omnes. Quòd ſi Gal. in 8. de comp. med. ſecundum locos, neq; rha meminerit, neq; de id genus reliquis medicamentis purgatoriis, vbi dyſenteriæ curatio-

O

oem tractat, hoc, meo quidem iodicio, ad rẽ haud-
quaquam facit. Præter id anim quòd locus ab an-
toritate uegaodo, vt Dialectici aiunt, nihil valeat,
hoc etiem conſiderandum, quòd horum medice-
mentorum tractatio, quæ vacuandi vim habeut, ad
proprium illius libri ſcopum per ſe minimè perti-
net, quamuis rei cõſecutione ductus, eorum inter-
dum meminerit, io quo de medicamenđs agere in-
ſtituit, quæ quaſi topica ſunt, & potiùs vim habent
traoſmutandi, quàm ſolueudi & purgandi: & quá-
do vacuetionis, aut per venam ſectam, aut per me-
dicamenta moliendæ memioit, id tauquam πάρεργον
potiùs agit, quàm ex primario ioſtituto tractat.
nam hæc magis attinere ad alterum liberum vidẽ-
tur, qoem de porgaotiom medicementorum com-
poſitione ſe ſcripturum pollicit⁹ eſt. Sed vt ea, quæ
fuere oppoſita, diſſoluamus, redeam⁹ vnde digraſ-
ſi ſumus: nimirũ quòd niſi præcepta in voiuerſum
prolata certis quibuſdam limitationibus definian-
tur & diſtinguàtur, multa inueniemus fuiſſe à pro-
baoſsimis eutoribus prouuociata, quæ inter ſe pu-
gnaot. Et vt alie prætereamus, de bis in præſeutia
agamus, quorom facta eſt iu hac quæſtione men-
tio, nempe quòd materia non ſit ducenda per locũ
affectum: præterea verò, & quod protulit Gal. 1. ar-
tis cur. ad Glauc. quòd, ſi febris fuerit cum alui pro-
fluuio, nulla alia opus eſt vacoatione, ſed ea ſola ſuf
ficit, quemuis etiam non fuerit pro ratioue molti-
tudinis. At multa ſuut omnium coufeſsioue rece-
pta, & ex ratioue inſtituta, quæ cum priori ſenteu-
tia pugnare videntur: nam uemo ferè eſt, qui iu fe-
bribus, præſertim verò tertienis, ſi ioter initia ac-
ceſsionis eueoiat cardielgia, vel morſus cordis, ſi-
ue, vt luquũtur iuniores, anxietas ſtomechica, ma-
lè affecto videlicet ventriculi ore ex acri humora
ad id defluente, uou cieat vomitum: hoc euim Gal.
1. ad Glauc. præcipit, & illi cæteri omnes conſeuti-
unt. Sed & 2. lib. comp. med. ſecoudum loc. veutri-
culi affectus ex acri humore in illum coufluente, cu
ius conſeuſu excitatur capitis dolor, vomitu cura-
re docet: et hæ corationes fiunt, deductis & vacua-
tis humoribos per affectum locum. Sed & qui do-
lores colicos acrioribus clyſteriis uitontur tollere,
pituitâ & crudioribus humoribus per aluum eua-
cuatis, illi qooq; per locum affectum edueuot. Sed
quaodo Hip. docuit fluxum fluxu, & vomitu vomi-
tus curari, præterea & ſingultus, vt tum in comm.
iu 6. epid. libr. 2. tum verò in lib. de fac. parab. med.
docet Gal. nóu ne idem fit. item cùm mordaces hu-
mores iuteſtina infeſtantes, acri curantur clyſtere,
vt idem eodem commẽtario ait. Quarto etiam me-
thodi, cùm vlcera, quæ non facilè admittuot coo-
ſolidationem quæq; maligna ſunt, docet curare ex
Hippocretica metbodo, locis vlceratis & circumui
ciuis ſcalpello iucifis, atq; inde ſanguioe educto, uõ
ne ducitur materia per effectum locum? Itẽ io ma-
gnis inflammatiouib. vbi dubitamus ne in gaugræ-
uam tranſeant, ſcalpello incidentes, pari ratioue
ſanguinem per locum affectum detrahimus. Neq;
etiam alterum theorema minores patitur inſtãtias,
re bene perpenſa. Quia ſi nunquam liceat, cũ fluor
alui couiunctus eſt cum febre, moliri euacuationẽ
aliquam, licet etiam fluor ille non fuerit pro multi-
tudine vacuandę materię: nou video quem locum
ſit habiturus aph. at 1. lib. aph. Quę ducere oportet,
quocunq; oatura, &c. Gal. enim iu commeut. illius,

A & in lib. de ſect. venæ contra Eraſi. ait quod locum
in primis habet, cùm uatura aot nullam teutat iu-
dicationem, eut ſi tentat, nou eam abſoloit & inte-
gram molitur. Si ergo uatura febrem iudicere alui
profluuio incipiat, nec fluxio ille talis ſit, vt poſsit
integrè ſebrem eam iodicare, nónue erit natura iu-
uáde, & ſupplendus eius defectus, aut medicamẽ-
to, aut alia alioquin ratione? nam ſi eam iuuare o-
portet, eò ducenda erit materia, quo maximè natu
B ra vergit: interdicitur autẽ per id Gal. præceptum
omnis alia vacuatio, tã per aluum, quàm per aliam
ratiouem, qui voluerit nos ea ſola, quæ ſpoutè fit,
eſſe contentos. Præterea huic etiam ſenteotiæ ad-
uerſari videtur Hip. 6. aph. imò Gal. quoq;: uã cùm
ait Hip. quod ſi quis longo elui profluuio teutatur,
illi ſpontaneus vomitus ſuperueoiẽs morbum ſol-
uit, ibi Gal. ait, præceptum hoc Hip. eò ſpectare, vt
Medicum doceat, quòd in hoc & ipſe natoram imi-
tetor ſalubriter operantem, vude ſi fluxus longus
C ſebricitautem cruciet, ſi vomitum teutet, ſeqoetur
præceptum Hippoc. Sed uou modò iu dictis Gal.
ſed aliorum etiem inſignium autorum, ad hoc pro-
poſitum pertiuentibus, reperietur repuguantia, ui-
ſi rectè intelligantur & explaneotur, vt io ſenten-
tiis Auicennæ, quas temen ipſe ex Gal. & Hippoc.
deſumſit. Dixit enim ille, quòd ventrem ſoluere ſu
per veutris ſolotioue ſit timoroſum: cùm tameu a-
libi prouuuciauerit, quòd fluxus curatur fluxu, &
vomitus vomitu, & fluxus vomitu, & vomitus flu-
D xu. Sed ue nimis videamor iuepti & importuni, ſer
mouem noſtrum couoertamus ad citatas ex Gale-
uo ſententias. Dicimus ergo tãdem, quòd biſariam
fluxus poteſt cum febre couiungi, uempe vel ſym-
ptomatis ratione, vel iudicatoria ratioue, quia vi-
delicet criticus ſit. Cùm ſymptome eſt, vt ſemper
& quocuuque tempore poteſt febri ſuperueuire,
ita nunquam poteſt eſſe vtilis, donec ſymptometis
ratiouem habuerit: id verò ita dixi, quia non eſt a-
lienum à ratioue, quòd ſi inter ioitia vt ſymptoma
E cuutingat, poſtea verò, vbi coucoctio ioſignis ap-
parere iucipiat, iam & aliquam criſis ratiooem con-
ſequatur, atq; ita deiude poteſt eſſe vel ſalubris vel
vtilis, quia nou excitatur alioquin iu initiu uiſi na-
turâ irritatâ, concitataque aut à multitudina, vel à
mela ſuccorum qualitate. Vude cùm uullum ex
his, quibus morbi iudicari ſolent, ſed inter ioitia &
ente conceoctionis ſigna eppareant, poſsit vel bo-
num eſſe, vel vtile, oeque quicquam ad diſſulotio-
oem morbi facere, nec id genus alui profluuium
F vtile eſſe poteſt. Id autem profluuium, quod criti-
cum eſt ſolum verſus finem, vel poſt vigorem, vel
ſaltem poſt coococtionem iuſignem poteſt appa-
rere, & id ſemper vtile ſalobreq; eſt, quantum ad i-
pſum pertinat. Iſtiuſmodi autem elui fluxio aut ta-
lis eſt, vt putandum ſit per eam morbũ iutegrè iu-
dicari poſſe, aut non. Si iudiceri integrè putamus,
dimittendom eſt omne opos ueturæ, ueq; aliod,
præter rectam victus ratiouem, inſtituandum eſt:
uam ita nos Hipp. in aph. docuit: quæ iudicantur,
G aut iudicata ſunt, iutegrè non mouere: At ſi iudi-
cium non videatur integrè fieri, ſed potiùs parcior
fiat iodicatio, & quæ uou ſit pro ratione copiæ hu-
moris euacuandi, tonc iuuanda eſt natura, quia a-
lioqoin aut morbus uou tolletur, aut iterum reuer
tetur. nam & hoc monuit Hip. cùm dixit: quæ poſt
iodicatiooẽ relinquuntur, ea recidiuam facare cõ-
ſueuere,

ſueuere, & ea via reliquiæ illæ vacuandæ ſuot, qua cæpit oatura agere, vt idam Hip. docuit: cùm dixit, quæ docere oportat, quó maximè uatura vergit. Quando verò ſolam babet ſymptomatis ratiooem, præter id, quód vtilis eſſa nequit, tuuc maximè vires diſſoluit & diſsipat, ant ſaltem labefactat. vnde neq; alioquiu eſt excitanda & irritauda vlla medicameutorum ratione, cùm neq; bonum aliquod ex ea poſsimus axſpactare, ſed potiùs malom: nam buic alia addita vacustione, vires labefactatæ fatiſcuut & conciduot. Neq; tamen etiam euacuatio illa ſupprimeude eſt, ne humores illi vitioſi ab expoltrica ſtimulata importuuè cômoó, iutercepta ea via, retiueautur, & putreſcentes iuteriùs ſabrem adaugeant, aut varſus præcipuum aliquod membrum delati, maius afferant periculum. vude ita naturæ res eſt committenda, niſi fortè adeò præceps & copioſa ſit ea fluxio, & immoderata, vt manifeſtè umeodû ſit, ne viras coucidant: tunc euim noo ampliùs ſymptomatis, ſad cauſæ raóonem babuerit, & ideò illi propriè erit curatione occurrendom, atque ſaltem refrçuaoda. At cùm fluxus ventris exaitatur, qui non ampliùs ſebrem vt ſymptoma eius ſaquitur, ſed vel morbus per ſa ſit, vel ſi ſit cum ſebre, febris potiùs ſit tâqoam ſymptoma, febrem ſequens, tunc alia ratioue arit tractaudus: quia flux⁹ ipſe propriè non eſt morbus, ſed omniuo ſymptoma, alium morbum tanquam cauſam ſequeus: aſt enim actio læſa, vel vitiata. & cùm ſymptoma non curetur, niſi quatenus morbus, quem ſequitur, curatur: ideó pro ratione cauſæ, vnde excitatus eſt, erit illius curatio iuſtitueuda. Nam interdum fluxu curabitur, hoc, eſt, purgationa per aluum inferiorem, quam purgantibus medicamentis moliri ſolemus, vt prçter eá ſeutentiam, q̃ ſuperiùs citauimus, quòd fluxus fluxu interdum curatur, poſſem⁹ multas alias ex Galeno aſſarra, ſed nobis ſit ſatis locus vnus, acceptus ex comment. iu 4. de ratione vict. in acut. morb. aph. 18. quo loco exponens verba illa, quæ in buuc modum ſa habent: Si aluus humida fuerit, & bilis deorſum excernatur, & tormina adſiut, & morſus vomitusq;, bis optimû fuerit, quieſcere, mulſam bibere, nec vomere: ita ait: videtur bilis coutineri in vêtriculo, quæ ægrè elui poſsit, hác ergo moderatè ſubducera tentat, vnaq; concoquere, mulſa moderatè educetur, quieta concoquetur: ſæpe aût, cùm validè volt in eiuſmodi affectibus opem ferre, confertim vuiuerſam cacochymiam valentiori purgat medicameuto: aliàs autem aperieotib. uonuunquam adſtringeutib. & roborantibos, ſicut aliquaodo raualleutib. vt ex aphoriſtica ſententia ex 6. lib. apb. apb. 15. deprôta, quá ſuperius citauimus, facilè poſſumus percipera. Et quâtum ad ſenteutiam Gal. ex 1. lib. ad Glauc. acceptam pertioat, hçc mihi videutur poſſe ſatis eſſe. De altero deinde medicinali theoramate nonnolla etiam dicamus, quod magis ad dubitationem de dyſenteria pertioet quàm prçcedens, quia ſi rectè rem çſtimare voluarimus, illud vix ad propoſitá quæſtiunem attinat. Itaq; quaotum ad noſtrum uegotium facere poteſt, hoc in primis conſiderâdum puto, quód, cùm dicimus noxios humores nou eſſe per locum affectum duceudos, humorum vacuandorum omnium nô eſt vua ſemper eademq; raóo, ſicuti neq; illi in eodem loco ſunt conteuti, vnde nec de illis vno etiam modo loqui poſſumos. nam aliquando il-

A li, quos ſumus vacuaturi, in remotiorib. locis, atq; adeò etiam in totius corporis babitu ſuam ſedem habent, iuterdum verò tum in ipſa affecta particula, tum etiam in aliis vicinis & circunſtantib. Nimirum ergo: ſi qui humores remotiores ſiut, aut q̃ vnioerſam corporis habitû replerint, hi minimè ad affectum locum ducendi, ſed vacuaudo alió ſunt traosferendi, reuolſione, vel derioatioue. At, qui affectam paróculam vel viciuas & circunſtantes ob-

B ſideut, hi vel per eam vacuandi ſunt: ſi tamen aliqua via ſit in illa, per qnam commodè vacuari poſſiut, vel par aliquam viciuiorem: quæ omnia ſæpi⁹ á Gal & Hip. fuere expoſita, vbi de reuulſione, vacuatione, & deriuatione ſermouem habnere. Sed vt proximè ad hanc rem accedamus, hoc quoq; côſideraudom, quód medicamenta, qoib. io dyſenteria vómor, vt vacuemns, eiuſmodi ſunt, vt vix medicamenta ſoluentia dici mereautnr. oam rha neq; á Gal. ueq; ab autiquiorib. Medicis iu purgaotibus

C medicamentis poſitum aſt, quare uec myrobalani ab Arabibus appellatæ, poſitæ fuiſſent, cùm & ipſæ iu eodam ferè ordine ſint. Si tamen & hæc ipſa inter medicamenta eſſe coutendas, par me quidem eſto, quia oeq; in eo vim multam fecerim dum modó & tu etiam mibi hoc concedas, ea vim leuem ſol uendi habere, nempe quæ nequeant ad ſoccos remotiores, qui iu habitum corporis digeſti ſiot, peruenire, ſed vim habeaut eos duntaxat vacuandi, q̃ obſident primas venes, vel ſi ad iecur ipſum pertin

D gant, vix cauam & iuferiorem iecoris partem pertrauſeant: Sed & hoc addamus, quód, cùm medica menta hæc non habeaut ferè minorem vim adſtrin gêdi, quá vacuandi, ideó, vt eos humores, qui proximi ſunt laborantibus iuteſtinis, quiq; iu promtu ſunt, coufertim vacuaut, qui alioquin paulatim defluendo diutiùs vellicando & mordeudo eſſeut magis moleſti, & magis etiá & diotiùs abraderent, ita alios remotiores uuo mouent, vt potiùs vias illis aditumq; præcludant, atque ita obſtent, oe illi

E quoq; ad ſouendum affectum confluát: præſertim verò cùm illi ab his viis ſint remotiores, & proiode facili⁹ per alias regioues deduci & deriuari poſsint. Sed qui in venis propiuquis & pertinêtibus ad inteſtina, qoiq́, in caua iecoris parte continentur, vt facilimè per ioteſtina duci poſſnut, ita admodum ægrè per aliam regiouem, & id ratione loci io quo ſunt. Sed ſi his omnib⁹ addiderimus, quòd rba ex amaritudine, cuios eſt particeps, vim aliquam habet detergêdi, habet & exſiccandi, quo oomine po-

F teſt non parom vlceribus eſſe vtile, confectum putabimus hoc negotium, & rectè defanſam noſtrorum Medicorum in curâda dyſenteria ſententiam. Cùm autem ex me præterea qoæris, nom thermarum calidiorum potus, vbi aliis affectib⁹ ſuiſſet facta acceſsio varicoſi ramicis, poſsit eſſe vtilis: Ego in bunc modum reſponderem, qoód earum aquarum potus poteſt affectum ventrlculi, præſertim frigidum, qui non parum aliis affactib. fomentom ſolet ſubminiſtrare, aut omuinò tollere, aut repri-

G mere: cuius rei non exigua eſt habenda cura. Deinde & eam vim habet, vt excrementoſam matariam, ex inæquali viſcerum intemperie congeſtam, quæ ferè vniuerſum corporis habitum occupat, detergeudo & abluendo porgare póſsit: vude & bac ratioue & ramici, & aliis affectib. particulatim iucremautum & fomeotum ſobtrahatur. præterea varó,

cùm hæ aquę vim habeant etiam attenuandi, digerendi, & exſiccandi: hi autem ſint ſcopi, quos in curandis ſcirrhoſis affectionib. Medicum ſpectare oportet, vel hoc etiam nomine ramici varicoſo putarunt eſſe vtiles, & longè etiam magis carnoſo, & aquoſo. Niſi fortaſſe opponas, quòd humores duri & melancholici ſolis exſiccantib⁹ magis indurantur, potiusq́ mollientib. & humectantibus, quàm ſiccantibus, curantur melancholici affectus. Sed facilè eſt huic obiectioni reſpondere, quòd vera quidem ſunt hæc omnia, verùm cum grano ſalis intelligenda: quia ſi de his ſit ſermo, quæ purgant & vacuát ſuccum melancholicum, falſa ſanè ſunt. nam medicamenta, quę humorem melancholicum educunt, pleraq́ calida & ſicca ſunt, vt ſena, epithymũ, varatrum, & id genus alia multa, ſed & quæ diſcutiunt ſuccũ melancholicum in ſcirrho contentum, ea ſiccant & calefaciunt: Verũ tamen eſt, quòd humectantibus quoq́ & mollientib. eſt opus: ſed ea propter, vt ad faciliorẽ & magis æqualem digeſtionem humorem aptum reddát: at quæ poſtea illum ita iam paratum digerunt, calida ſunt, quæ vim habent attenuandi & diſcutiendi, itemq́ ſicca. Hæc verò quantũ ad localia pertinet remedia, ſic ſe habent: nã ſi in vniuerſum loquamur, victus quidem ratio mollientis & humectantis apta eſt, & præterea omnia, quę ad eius concoctionem & apparatum ſpectant, eiuſmodi eſſe oportet, vt minimè expertia ſint alicuius mollientis & humectantis facultatis. Vnde ad inſtitutum noſtrum redeuntes, dicimus, quòd ſi in varicibus ob humorem melancholicum vis exſiccans timenda ſit: huic timori occurrendum erit, adhibitis lenientibus, mollientibusq́ medicamentis. Sed iam ſatis prata bibiſſe videntur, quare opportunum erit riuos claudere.

EPISTOLA XXII.

Aloiſio Criuello Veneto, & Alexandro Iuſtinopolitano.

De concoctione & præparatione humorum ante euacuationes.

NOn ſum equidem is, cuius ſit lites veſtras cõponere, præſertim cũ illæ in ea cauſa verſentur, quæ his temporibus vbiq́ ferè locorum, vbi medicina rationalis in aliquo honore habetur, in controuerſiam reuocata eſt, & à viris in hac profeſsione clariſsimis maxima contentione diſputata. Quia tamen humaniſsimè rogaſtis, vt velim & ego quid de hac re ſentiã exponere: ne ruſticè me gerere erga vos videar, onus hoc ſuſcipiam, vt tamen me iſtius laboris ſocium potiùs q̃ iudicem habeatis. Arduum ſanè eſt hoc negotium: cùm in eo non modò varij ſcriptores inter ſe diſſentiant, verùm & iidem interdum à ſeipſis diuerſa ſenſiſſe viſi ſint, nec plebei modò autores, ſed illi etiam qui noſtræ militiæ principes, ac veræ Medicinæ parentes habiti ſunt, Hip. nimirum & Gal. Nam vt ab Hipp. exordiar, cùm ait in aph. concocta medicari, neq́ mouere cruda, neq́ in principiis, niſi turgeant: generale quoddam præceptum pronũciaſſe videtur, quod nullam aliam exceptionem admittat, niſi illam, quam ipſe expreſsit, nempe, cùm morbus turget, nam eo caſu, ille eadem die, nulla expectata cõcoctione vacuandũ eſſe, præcipit. Quare ab eo aph. 1. aphor. 22.

cæteri omnes qui huc ſpectant quaſi corollaris deducti ſunt, vtpote ille, cum morbi incoant, ſi quid mouendum videtur, moue: & alter, In acutis morbis rarò, & in principio purgantib. vti medicamentis oportet. item: Corpora vbi quis vult purgare, oportet priùs fluida facere. 2. aphor. 29. 1. aphor. 24. 2. aphor. 9. Ad hunc prẹterea locum attinere videtur id quod quarto commento de rat. vict. in acut. morb. ſcriptum inuenimus, quicunq́ fuerit autor ille: nam neq́ Gal. negat multa ibi haberi, quæ ſunt Hip. digna, imò & hanc ſententiam approbat: ait autem, ſi vrinę craſsiores ſint & nebuloſæ, purgandum eſt, at ſi tenues, abſtinendum erit à purgantibus medicamentis, alioquin, ait ille, impediretur concoctio, & febris in longum protraheretur. Quo loco Gal. exponit, cur purgatio concoctioni aduerſetur, concoctio ſiquidem quietem deſiderat, purgationes verò corpus vehementer mouentes fatigant. quib. liquidò poteſt conſtare, Hip. in initiis morborum, dum cruda eſt materia, omninò reieciſſe purgationem, illis duntaxat morbis exceptis, qui turgere propterea dicuntur, quia humores moueantur, nec vno conſiſtant loco. Huic ſententiæ vbique ſubſcripſit Gal. in aph. atq́ in acut. tantùm morb. nec in illis quidem omnibus, ſed in turgentibus ſolùm ſoluentium medicamentorum vſum in principio vtiliter admitti poſſe: in diuturnis vero ſemper concoctionem eſſe exſpectandam. In commento etiam 4. lib. de victu acutorum morborum, vbi autor ille dixit, quòd ſi purgãdum eſt, quarto die purgãdum erit, hæc literis tradidit Gal. Qui vel ſimpliciter dixerit in principio purgãdum eſſe, vel neutrum definierit, fallitur: nam res hęc diſquirenda & definienda eſt ad ſenſum aph. vbi & 22. & 42 aph. 1. lib. meminit. Præterea id ipſum ſenſiſſe viſus eſt eodem quarto de rat. vict. vbi ſcriptum reliquit, vnam eſſe duntaxat affectionum definitionem, quæ à cruditate vel concoctione vrinæ petenda eſt, quod & ſequentibus contextib. apertiſsimè deinde expoſuit, in quib. & eam promulgauit ſententiam, purgationem concoctioni plurimùm eſſe aduerſariam. Eodem etiam libr. hoc idem affirmat, cùm inquit, eſſe agendum vt Hipp. docuit, qui aut ſtatim ab initio antequàm firmantur humores purgãdum eſſe præcipit, aut poſtea cùm concocti fuerint Huc quoq́ ſpectaſſe videtur 8. lib. de compoſ. med. ſecundum loc. c. 1. vbi refert medicamenta ſtomachica ab Aſclepiade priùs relata. Ibi enim cũ antidotum hierã appellatam, quam à Themiſone deſcriptam primùm fuiſſe dixit, eſſet examinaturus, quia ille eam tanquam commodum & vtile medicamentum ad internas inflammationes refert, nos monet, id non eſſe ita accipiendum, vt credamus, illud eſſe opportunũ abſolutè in omni inflammationis tempore, ſed tãtùm vbi illa fuerit concocta, & iam inclinet. rectéq́ præcepiſſe Hip. ibi ait, concocta eſſe medicanda, non autẽ cruda, neq́ in principiis, niſi turgeant, hoc eſt, niſi motus ad excretionem adducat: quippe q̃ nondum momentum vel inclinationem in aliquam partẽ aut ſedem firmam habeant. Idem quoq́ in com. in 6. epid. affirmat, vbi in hunc modum loquitur: quando tempus aperſè ſignificat, quo vacuare oportet: nempe aut inter initia, antequàm matureſcit morbus, & vbi, vt ipſe Hip. ait, turget, atq́ ad excretionem humorum natura q̃ animalia gubernat, incũbit: aut poſt noxiorum, humorum concoctionem: nam & hoc, perinde ac il-

ac illud quod nuper expoſitum eſt, ipſe lo aph. do- A
cuit. Sed in eo libello cui titul⁹ eſt, Quos & quãdo
oporteat medicamẽtis purgare, autor ille, quicũq;
fuerit, ſiue Gal. ſiue Oribaſius Galen. ſecutus, huic
dogmati ita inhæret, vt nullum prætereo locũ du-
bitationi reliquerit. Neq; tamen hi in eadem ſentẽ-
tia præſtitiſſe videntur, quippe qui alio modo egiſ-
ſe videntur, quã alius docuerint. Nunne enim Hip.
pleuriticos ſtatim ab initio, ſi dolor ad præcordia
deſcendat, nigro veratro, aut peplio purgat 2. & 4. B
aph.11. comment. de rat. vict. in acut. mor. imò & primo v-
aph.76. bi præcipit, non eſſe dandam ptiſanam, niſi dolor
aph.33. priùs ſecta vena, aut purgante medicamento ſede-
tur. Dicet fortaſſe quiſpiam, hoc non probari Gal.
qui in comm. medicamenta timuiſſe videtur. Hoc
difficultatem non tollit: quia ſi rectè animaduerta-
mus, ille nõ timet purgationem, ſed calidam & ſic-
cam medicamentorum temperiem, & id, propter
acutam febrem. vnde ſi febris ſit mitior, non modò
conſilium Hip. laudat, verum & hieræ diacolocyn- C
thidos concedit. Alius fortaſſe dicet, quod propte-
rea præcipiat inter initia purgandum eſſe, quia do-
lor deſcendat, & ea ratione morbus ſit turgens. Sed
neq; hoc verum eſt, primùm, quia neq; Hip. neq; a-
lius quiſpiam dixit, turgere pleuritim deſcenden-
te dolore: deinde, quia ſequeretur, quod ſemper
humores turgerent, cũ dolor ad pręcordia in pleu-
riticis deſcendit, cùm in vniuerſum præcipiat, ſem-
per purgandum medicamento, ſi dolor deſcendet:
quod ſi quis concedat, abſurdus ſane ſit, & ab Hip. D
diſſentiens. nã cur magis turgeat cùm deſcendit ad
præcordia, quàm cùm ad claniculam aſcẽdit? Pre-
terea dixit Hip. raros reperiri morbos qui turgeant:
plurimi enim, ait ipſe, non turgent. Deinde conſen
taneum eſt, vt quò febris eſt magis acuta, eò magis
turgeat: attamen Gal. cùm maior eſt febris, purga-
re non audet, & purgandum eſſe conſulit, cùm fe-
bris mitior eſt. Sed ſi quis præterea verba Gal. dili-
genter examinet, quib. explanat verbum illud, tur-
gere, apertiſsimè percipiet, humores in pleuritide E
minimè turgere, vtpote quia non vagentur, neque
moueantur ad diuerſa loca, ſed ad vnum definitum,
vbi etiam firmantur, quemadmodum & in reliquis
inflammationibus, imò in omnibus tumorib. præ-
ter naturam. Vnde 1. aph. 22. cùm dixiſſet: Non o-
portet eos humores mouere, qui firmati ſunt in a-
liqua parte, in comprobationem iſtius ſentẽtiæ af-
fert locum ex 4. comment. de vict. acu. mor. deprõ-
tum, nempe quod in initiis morborum inflamma-
tiones medicamento ſoluere aggrediuntur, nihil F
efficiunt, ſed potiùs lædunt. Eandem ſententiam
apertiſsimè 8. de comp. med. per loca oſtendit, in-
flammationes internarum particularum non eſſe
in morbis turgentibus. ait enim hieram Themiſo-
nis dari non poſſe tutò & ex ratione in principiis,
ſed tantum vbi concocta fuerit inflammatio & iam
aph.12. inclinet, quod etiam probat aph. tuões citato, con-
cocta medicari. Id ipſum etiam Gal. demonſtrare
voluiſſe viſus eſt, primo prorrheticorum, vbi habi-
to de mutationibus ſermone, quæ in morbis inter- G
dum fieri ſolent, hęc literis tradidit. Dixit autem in
principio, quia forſitã alio tẽpore id fieri nequeat.
nam in initiis videmus frequẽtes fieri mutationes,
non autem cùm inueterauerint morbi: rationi ve-
rò conſentaneum eſt, hoc euenire in affectionibus,
quę à multitudine, vel qualitate vitioſorũ humorũ

A excitantur, dum aliàs in aliam partem feruntur, in-
terdum quidem in principem aliquem trãſlati, in-
terdum in eas quæ principes non ſunt: vnde cùm
ad principes partes transfluunt, viciant morbi be-
nignitatem, at cùm ad eas quæ principes non ſunt,
eam benignitatem demonſtrant, atq; eo maximè
tempore medicum oportet vacuationem aggredi
eorum humorum, qui moleſti ſunt, tum multitudi
ne, tum ſua qualitate. Quib. verbis ſi quis animum
B intendere voluerit, faciiè percipiet quando in mor
bis humor turgeat. nam id ſatis manifeſtè hoc loco
deſcripſit Gal. cùm enim primò incipiunt afficere
partẽ vnam, mox verò ea relicta ad aliam tranſeũt,
turgere ab Hipp. dicuntur. Quartò inſuper de rat. aph.6. & 7.
vict. in mor. acut. vbi de febre ardente agit, q̃ Græci
καῦσον appellant: ſi os amarum fuerit, cõſulit clyſte-
re primùm eſſe purgandum, & vomitu, deinde his
non ſatis facientib. ciendam eſſe aluum lacte aſini-
no cocto: vbi Gal. ait, voluiſſe quidem illum bilem
C purgare quę in ventriculo eſt, verũ timuiſſe ea me-
dicamenta quę calida & ſicca & proinde acria ſunt.
Sed paulò inferiùs, vbi anginam curare docẽt, quę
citæ ſuffocationis periculum affert, conſulunt tam
Hip. quàm Gal. corpus inter initia ſecta vena, tum aph.22.
etiã medicamentis inanire. Præterea nónne Gal. in aph.110.
eodẽ 4. com. quo loco autor ſcripſit, ſi aluus humi-
da fuerit, & bilis deorſum excernat, & tormina ad-
ſint, vomituſq; & morſus, his optimũ eſt quieſcere,
mulſam bibere, nec vomere, ſic ait: Videtur bilis a-
D cris in ventriculo cõtineri, quæ elui non poſsit, hãc
ergo ſubducere tentat, moderatè tamen, vnaq; cõ-
coquere: mulſa enim eluit, quies verò concoquit,
ſæpe autẽ qui validè voluerit in eiuſmodi affectio-
nib. opem ferre, cõfertim vniuerſam cacochymiam
valentiori medicamento expurgabit. Sed & primo
de com. med. per loca, alopeciã curaturus, ſtatim à
vitioſi humoris vacuatione curationẽ auſpicatur,
& id acriorib. medicamentis, nulla tñ præcedente
humorum pręparatione: exẽplum enim illius ado-
E leſcentis, q Gal. ibi propoſuit, hoc apertè demon-
ſtrat, quem ter quinq; dieb. hiera ex colocynthide
purgauit, atque etiam priùs ſuis catapotiis ex aloe.
Secundo etiam eiuſdem operis libro, vbi de capitis
dolore ex conſenſu cum ventriculo agit, quãdo ab
acrib. humorib. in ventriculo cõtentis ortũ habet,
illos q̃ celerrimè vomitu eſſe eiiciendos cenſet: ſed
ſi ſint vẽtriculi tunicis impacti imbibitiq;, hiera pi-
cra ex aloe expurgari voluit, nulla tñ ꝑparationis,
aut cõcoctionis facta mẽtione, cuius tñ, ſi expediat,
F non obliuiſcitur. nã inferiùs medicamentis deter-
gentib. & ſecantib. humores parare ad expulſionẽ
docuit, ſi illi lenti & craſsi fuerint. De illis etiã, qui
ex tumore orto in gurgulione ſuffocantur, nónne
ipſe 6. de comp. med. ſecundũ loc. hæc protulit? At
verò illis qui ſuffocentur, venã ſecare, ac clyſteri
eluere, purgantiaq; medicamenta exhibere, vt vni-
uerſum corp⁹ euacuetur, & impetus humorũ, qui
ad affectas partes deferũtur, inferiùs transferatur,
rationi conſentaneũ eſt, atq; multa experiẽtia indi
G catũ & cognitũ. Sed ſi reuulſionis gratia hæc agen-
da ſint, ſtatim à principio agenda ſunt. reuulſio. n.
principiis fluxionum, vt ipſe 4. meth. medendi ex
Hip. docuit, præſertim accõmodatur. Vt præterea cap.6.
& id addamus, q ſi in morbo adeò acuto cõcoctio
eſſet exſpectanda, interim ægrotus ſuũ diẽ obiret.
In curandis quoq; oculorũ fluxionib. eodem 4. lib.

eiuſdē operis poſt cibi parcitatem, & clyſteres, vo-
luit venam ſecari, validamq; fieri alui ſolutionem,
di.2. aph.9. & id in ipſo morbi initio. Sed & 6. epid. Gal. eiuſdē
videtur fuiſſe propoſiti, vbi ait: Putandum eſt elata
dixiſſe quaſi incitata, vt ſit ipſi ſermo de prima affe
ctua generatione, quippe qui iubeat ſtatim ad con-
cap.14.15. traria reuellere. Pari etiam ratione 5. meth. medendi,
eum, qui ſalſa exſpuit, ſtatim à vena ſecta ſuis il-
lis catapotiis validè euacuat, conſulitq; non eſſe a-
lioquin morandum, ne morbus interim omnis cu-
rationis fiat expers, atq; illos damnat, qui ſemper
cap 10. voluere curationē eſſe à leuiorib. incoandam. Duo-
cap.8. decimo etiam eiuſdem operis libro ait, ſe vidiſſe ſę-
cap.17. piſsimè, ophthalmias incipientes eadem die vnica
purgatione curatas. Item in decimoquarto, illum,
cui lingua adeò excreuerat, & inflata tumidaq; e-
rat, vt ſemper exertā deferre cogeretur, qua primū
die vidit, ſtatim expurgauit. Mulierē inſuper herpe
te laborantem, & omnia medicamenta renuentem,
ſine vlla præparatione, ſero lactis cui immiſcuerat
ſcammonium, purgauit, & curauit. Poſſem & alia
aph.37.39. 42. plura, tum ex Hip. tum verò Gal. libr. quæ non pa-
rum ad hoc propoſitum facerent, afferre ex ſecun-
do, & tertio de fracturis, vbi ſtatim & prima ferè die
veratro expurgat: & ſecūdo de articulis, vbi de fra-
ctura naſi ſermonem habet: ſed ea conſultò, longi-
tudini parcentes, præterimus. Ardua profectò eſt
hæc quæſtio, & quaſi quidā intricatus labirinthus,
in quo omnes ferè medicinæ autores ſe inuoluere
viſi ſunt. Et quāuis ſint aliqui, qui ſe euaſuros hūc
laqueum, atq; planiorem hanc difficultatem reddi-
turos credant, ſi dicant, nos multa congeſsiſſe, vt
dubitationem augeremus, quæ ſi rectè & ex ratio-
ne exiſtimentur, nihil planè ad rem faciunt. ad fe-
bres enim duntaxat quæſtionem hanc pertinere a-
iunt. nam in aliis alioqnin morbis ſæpiſsimè inue-
niemus, antiquiores medicos purgaſſe, nulla exſpe
ctata concoctione, quod tum in aliis, tum vel maxi-
mè in his quæ nuper adducta à nobis fuere, ſatis a
pertè conſpici poteſt. Sed hos arbitror omninò hal
lucinari, vtpotè qui ignari videntur eſſe methodi
Hippocraticæ. nam aphoriſmus, cui⁹ ſtatim ab ini-
tio meminimus, generale quoddam iſtius artis prę-
ceptum comprehendit, quod omnes morbos qui
concitantur ab humoribus reſpicit, quoſque in vio
ras materiales nuncupare ſolent. nam abſolutus
Hippocratis ſermo, cùm ait, concocta eſſe medican
da, in quo nullam maiorē febrium, quàm aliorum
morborum mentionem fecit, oſtendit illum non
eſſe magis accommodandum febribus, quàm mor
bis aliis qui ab humorib. ortum habēt. Et ſi quis li-
brum Hip. de humoribus legerit vbi hanc eandem
ſententiam repetit, & ſeriem eorum quæ eam prę-
cedunt & quæ ſequuntur cōſiderauerit, facilè per-
cipiet generale eſſe hoc præceptum, & non quod
febribus duntaxat ſit accommodandum. Gal. verò
adeò apertè hoc expoſuit, vt ferè erubeſcam in hac
re adeò multus eſſe. Et vt exordiamur ab explana-
tione iſtius aph. ita ipſe ait, redditurus rationem i-
ſtius theorematis, tales humores vacuare cōuenit,
nempe qui agitantur & mouentur de loco ad locū:
eos verò, qui iam ſunt in aliqua parte corporis fir-
mati, neq; aliquo auxilio mouere oportet, neq; me-
dicari ante concoctionem. tunc enim etiam natu-
ram ipſam euacuationi habemus adminiculātem:
nam videtur ipſa quoq; poſt concoctionem humo

A res diſcernere, & excrementa expellere, quo in tem
pore fiunt iudicationes Nemo autem ſanæ mentis
dixerit, hæc ad ſolas febres eſſe coarctanda. Sed & *aphor. 32.*
ſecundo libro commentariorum in ſextum epid.
apertiſsimè hoc idem oſtendit. vbi enim ait Hipp.
vias aperire, & nares, & alia quibus opus eſt, & vt o-
pus eſt, & qualia, & vbi, & quando, & quantum, lo-
cum explanaturus Galenus multa à principio vſ-
que ad finem illius commentationis protulit, quæ
B huic noſtræ ſententiæ fauent: inter alia verò hæc:
Quæ autem ſubinde literis prodita ſunt, ea ſæpius
ab eo didicimus eſſe in omni vacuatione vtilia. Et
ſigillatim deinde particulas explanans ab Hipp. in
hac ſerie verborum propoſitas, quas dixerat eſſe in
omni vacuatione vtiles, vbi ad quando deuenit, ſic
inquit: Quando, apertè tempus ſignificat, quo va-
cuari oporteat, nempe an in initio, antequam ma-
tureſcat morbus, quando, vt ipſe ait, turget, atq; ad
excretionem humorum natura animalium guber-
C natrix properat, an verò poſt noxiorū humorum
concoctionem. Quid tādem clarius in hac re à Gal.
quiſpiam deſiderauerit, ad oſtendendum, præce-
ptum illud omnes morbos reſpicere, qui vacuatio-
ne curandi ſint. Præterea verò & locus commen. 4. *aphoriſ. 22.*
de rat. vict. in acut. mor. multis affectib. relatis, qui
non ſunt purgantibus medicamentis, inter initia
tractandi, ſubdit ea verba, quæ fuere etiam ſuperi⁹
propoſita: nempe: Quicunq; inflammationes ſta-
tim inter initia medicamentis ſoluere conantur, ij
D nihil quidem ab inflāmata particula auferunt: nam
neq; illa cedit, dum crudus eſt affectus. Et hunc lo-
cum Gal. accipit & approbat tum primo de Criſi-
bus, tum verò 4 aph. quem ſe expoſuiſſe ait, cum a-
phoriſmum, cōcocta medicari explanaret. Ex qui-
bus ſatis apertè patet, theorema hoc non modò fe-
bres, verùm & alios morbos complecti, in primis
verò inflammationes: quod confirmat & locus ex
8 de comp medic. ſecundum loc ſuperiùs propoſi-
tus, vbi hac de cauſa hieram diałoes, quam Themi-
E ſon laudabat, ad internas viſcerum inflammatio-
nes prohibet in principio, nec alio fundamento in-
nititur Gal. niſi hoc eodem aphor. quem ibidem ci-
tat. Niſi quis fortaſſe credat, propterea aphoriſmū
ad inflammationes quoque attinere, quoniam in-
flammationes plerunq; adiunctas febres habent.
Sed hoc nihil eſt. nā quo pacto deinde Hip. & Gal.
à cōtradictione defendemus, qui ſi in initiis inflam
mationū, & earū præſertim quę interna viſcera oc-
cuparunt, alienū eſſe medicamentorū vſum autu-
F mant, vterq; tñ pleuriticos poſſe inter initia vacua-
ri medicamentis aiunt, quib. ſemper febris aſsidet.
vnde ſi dixerint, ad febres duntaxat pertinere hoc
pręceptū, illis ſtatim inflāmationes opponemos: q.
ſi cōceſſerint, manet adhuc difficultas, quia tā Hip.
q̄ Gal. ea videbūtur protuliſſe, quę inter ſe pugnēt,
nec legē quam ipſi tulerant ſeruaſſe. nā pleuriticos,
vt prius oſtendimus, purgāt, ophthalmicosq;, & ſy-
nanchicos, quorum alij ſemper febrem habent, alij
ſępiſsimè eius ſunt expertes. Quidam verò ſunt, &
G hi quidē viri in re literaria celebres, & boni, vt nūc
dici ſolet, literis addicti, qui ex aduerſo iſtis ſenſiſſe
videntur, vtpotè qui aſſerant, nunquam Hipp. vel
Gal. medicamentis cientibus aluum in febrib. fuiſ-
ſe vſos, vna quartana excepta. Ne ergo & nos in hoc
labirintho diutiùs erremus, dux aliquis nobis quę-
rendus, qui filum porrigat, quod perinde vt The-
ſeus

ſeua ſequentes, ab his ambagibus nos extricemus. A
Mihi quidem verò ſolus primusq; Hippocrates, vt
aph.17.18. primo comm. de ratione vict. in acut. morb. etiam
teſtatur Galenus, videtur methodum expoſuiſſe,
& illam quidem generalem, vnico tamen propoſi-
to exemplo, aperuiſſe, qua & facilè reperiri poſ-
ſint cauſæ controuerſiarum omnium, quæ nõ mo-
dò in medicina, verùm & in cæteris artibus, quæ-
cunq; experientiæ innituntur, aliàs exortæ ſunt: &
ea illa vſus, omnes quæſtiones, omnesq; controuer- B
ſias, quæ alias inter antiquos medicos extitere, iu-
dicauit definiuitq;. Ea verò methodus in hoc præ-
cipuè conſiſtit, vt per accommodatas limitationes
& diſtinctiones illa quæ propria ſunt, à communi-
bus ſeparemus & diſtinguamus: quod qui nouit
præſtare, is optimus artifex eſt. Hæc enim, vt ibi
tradit Gal. illa methodus eſt, qua tãdem omnes ar-
tes conſtituuntur, atq; etiã iudicantur. Vt ergo has
lites cõponamus & iudicemus, ineunda nobis ali-
qua ratio eſt, qua, repertis propriis ac huic proble- C
mati accõmodatis limitationib. diſtinctionibusq;
nodum hunc non reſcindamus, ſed diſſoluamus: q
tamen non extrinſecus, ſed è gremio ipſius proble
matis, & ex ipſa iſtius rei natura, quæ vertit in du-
bium, depromantur. Cùm itaque in præſentia hoc
quæratur, an in morbi principio, antequàm ille ad
concoctionem ſit perductus, purgare tunc ſolùm
ex arte liceat, cũ materia turget, an verò interdum,
quando etiam non turget, id ex ratione agere poſ-
ſimus: hæc omnia priùs diligẽter à nobis, vt ab his D
aliquid habeamus, vnde diſſoluatur hæc quæſtio,
conſideranda examinandaque ſunt: Primùm qui-
dem purgatio, deinde inſtrumenta, quibus purga-
tionem moliri oporteat, nempe medicamenta, ter-
tiò ea quæ indicant, purgandum eſſe, & medicum
ad moliendam purgationẽ excitant, quæ duo ſunt,
morbus & eius cauſa, humores nimirum expur-
gandi. Sigillatim ergo horum vnumquodque per-
pendẽdum eſt, ſumto initio à purgatione. Primum
itaq; inquirendũ eſt, an in purgationis ratione poſ- E
ſit aliqua reperiri varietas, quæ occaſionem nobis
præſtet aliquas depromendi diſtinctiones, quæ ad
huius problematis diſſolutionem attineant. Quã-
uis aũt multa de hac re dici poſſent: in præſentia ta-
men vnius duntaxat diſtinctionis mentionem fa-
ciam, vtpote quæ, meo quidem iudicio, iſtius cauſę
ſtatum quàm maximè attingit, & quam Galenus
quarto methodi medẽdi expoſuit. Ibi enim nos do
cuit, quòd non ſolùm purgationem ob prauorum
humorum copiam moliri ſolemus, quẽadmodum F
neq; venã ſolummodo propter copiã ſanguinis ſe-
camus: ſed ſæpè hæc propter magnitudinem morbi
molimur, neq; adeò vt ſit vacuatione opus, ſed po-
tiùs, vt vacuando reuellamus. Quapropter in his
hoc præſertim eſt aduertendum, quòd duplex eſt
ſcopus quẽ ſibi medicus in purgando proponit: v-
nus quidem vt humorem qui iam moleſtus eſt &
morbum facit, euacuet: alter verò, vt eum, qui ad a-
liquam morboſum locũ, aut ad aliquod præcipuũ
membrum defluit, & morbum auget, vel qui etſi G
nondum defluit, timet tamẽ ne fluxurus ſit, vacuã-
do reuellat, & eius impetum aliò conuertat. Qua-
tenus ad primum ſcopum pertinet, medicus nun-
quam ex ratione poteſt in initiis morborum, ante
concoctionem humoris qui purgandus eſt, aliquã
inſignem moliri purgationem. Et hoc Hippocr. &

A illum imitatus Galenus nos docuere ſecundo a- aph.19;
phoriſmorum libro, vbi ait: Humores autem qui
ſunt in aliqua parte corporis firmati, neq; alio au-
xilio mouendi ſunt, neq; medicamentis ante con-
coctionem. Et id ipſum ſpectare viſus eſt loco à no- aph.43.44;
bis ex quarto de ratione vict. in morb. acu. citato;
vbi conſuluit, purgandum eſſe ſi vrinæ craſſæ & ne
buloſæ fuerint, purgationem verò interdicit, ſi te-
nues: alioquin, ait ipſe, nequaquam maturabũtur,
B & febris citra criſim protrahetur in longũ, additq;
Galenus, & corpus frangitur. Atq; hac etiam ratio-
ne dixerat paulò ſuperius, omnẽ in morbis diſtin-
ctionem ab vrinæ cruditate, vel concoctione eſſe
accipiendam. Sed ſi ſit medici propoſitũ vt vacuet
quidem, verùm ea potiſsimùm de cauſa, vt reuel-
lat, magisq; reuulſioni quàm vacuationi animum
intendat, tunc ſemper in principio, nulla expectata
concoctione, purgandum erit. Hoc idem Galenus cap.8;
quarto libro methodi medendi ex Hippoc. ſenten-
C tia loco nuper citato docuit, vbi ait, quod reuulſio-
ni locus accommodatus eſt in morborum initiis:
nempe dum ſucci ad affectum locũ defluunt: nam
vbi fluxio deſierit, humorq; ſedem firmam in ali-
qua parte corporis fuerit adeptus, deriuandum po
tiùs eſt. Nec multò pòſt, ita ſubiungit: Hoc etiã præ
ceptum ab Hippocrate in vniuerſum habemus, ꝙ
fluxionibus incipientibus reuellere cõueniat, cùm
verò firmam ſedem habuerint, tunc vel ab affecta
parte, vel ab illa quæ ipſi ſit maximè vicina, opor-
D teat euacuare. Idem præterea & 13. eiuſdem operis cap.in
libro apertiſsimè affirmat, vbi propoſitã eadem ſen
tentia, nempe ꝙ incipientibus fluxionibus, quàm
maximè fieri poteſt, procul ab affectis locis reuelle
re oporteat ſuperuacuos humores, tanquàm corol
larium infert, quòd hac eadem ratione in omnibus
affectibus corporis partem aliquam occupãtibus,
medicamento ciente aluum inferiorem vacuatio-
nem moliri conueniat. Talis enim euacuatio reuul
ſorium, atq; etiam maximè accommodatum reme-
E dium eſt. Hoc autem ita conſtituto, eorum quæ fu-
erant obiecta, multa diſſolui poſſunt. Nam hac ra-
tione Hippocrates pleuriticos, ſi dolor deſcendat
ad hypochondria, ſtatim ab initio acrioribus me-
dicamentis expurgat, nempe vt inſignis potiùs &
valida fiat reuulſio, quàm vt defluxum humorem
receptumq; in inflammata parte euacuet: quemad
modum etiam cùm dolor ad clauiculam pertingit;
eadem de cauſa, vt & Gal. teſtatur, venam in bra-
chio ſecat. Ita & angina laborantes in initiis, antè
F concoctam materiam, purgare docet. Et in libro de
articulis, & de fracturis, incipiente morbo vacuat;
vel etiam veratro, nempe vt fluentes humores re-
uellat, ac eorum impetum aliò, quàm ad affectum
locum, conuertat, qui præ dolore ac locorum becilli-
tate poſſent ingentem excitare inflammationem:
id quod Gal. loco paulò antè citato quarto meth. cap.8.
veſtigia Hippoc. ſecutus, docuit, à quo & exempla aph.38:
ex libro de vulneribus petita mutuatus eſt. Et i-
dem præterea dixerim de ſententia ex ſecundo li-
G bri commentariorum in ſextum epidem. depromta.
Nec alia etiam adductus ratione, quarto de com
poſ. med. per genera, curationem vlceris ægrè cica-
tricem recipientis, à venæ ſectione, & purgatione
auſpicatur. & eis, quorum oculi fluxione tentãtur;
validè inter initia aluum cit. & in affectibus colu-
mellę & gurgulionis, cũ ſuffocationis periculũ im-

mioet, ſtatim ſanguioem mittit, ac medicameotis
purgat. ita & incipientes optbalmias purgando e-
adem die curauit. Hinc itaque prima diſtiuctio de-
promenda aſt. Altera verò à natura medicamento-
rum, quibus veluti inſtrumentis ad purgandum v-
timur. eorum ſiquidem duplex eſt differentia: non
nulla enim valida ſuot, quippe quæ vim magnam
inferant oaturæ, & eorum pleraq; inſigniter cale-
faciunt & ſiccant, in quo ordine ſunt vtrumq; ve-
ratrum, pepliom, colocyntbis, ſcammoniom, & id
genos reliqua: & noo modò hæa ſimplicia, verùm
& illa compoſita, quæ hæc recipiuot, vt ſunt hieræ
illæ maioras, & multa ax his qoæ iuniores electua-
ria appellant, & catapotia atiam quàm plura. Suot
præterea & aliqua medicamenta leuia & facilia,
quæq; nullam, vel ſaltem noo inſignem vim mole
ſtiàmue in purgando afferunt, ſicut apud Hipp. lac
aſioæ coctom & copioſè epotum, apud Galenum
ſerum lactis. In quo ordioe ego poſuerim ſiliquam
Aegyptiam, quam Arabes & iuniores caſsiam ap-
pellant, prætarea & noſtrũ manna, & tamarindos,
quæ ferè omnia aut temperata ſunt, ant atiam fri-
gida. Sont tamen & nonnulla calida in hoc ordine,
vt aloe, ſena, & alia eiuſmodi. in qno etiam ordine
ſunt quædam compoſita, vt ſyrupus roſaceus, fa-
ctus ex multiplici ruſarum maceratione, quam ſo-
luóuum io præſentia pleriq; appellant, & id medi-
cameotum, quod electuarium lenitiuum vocant.
Diaprunom etiam citra ſcámoniũm confectum, &
multa alia, quæ omnia nimis eſſet longum referre.
aph.19. His nos quoque vti poſſumus in initio morbi, per-
inde vt antiqui lacte aſiuino cocto, vt quarto de ra-
tiooe victu in acutis mor. legimus, vti conſueoere
in ardentibus febribos. qnaodo os arat amarum, i-
tem & ſero lactis: qood & de noſtra hac caſsia, &
manna, iure oos quoq; poſſumus affirmare, item-
que de ſyrupo roſaceo ſolutino, & violaceo. quip-
pa qoòd hæc neque humorum concoctioni, qui io
venis ſunt concoqueodi, impedimé io eſſe poſsint,
eùm eorum vis ad iecor vix pertingat, ueq; eos hu-
mores, qui oondum parati ſunt, inſigni aliquo mo
tu mooere. quamuis hiaram dialoes 8. de compoſ.
cap.10. medic. ſecundum loc. non conceſſerit Gal. in prin-
cipio inflammationum ioternarum partium, neq;
13. metb. aloen. Priora verò illa acria & robuſta me-
dicamenta umnes, qui ex arte medeotur eò vſq; fu-
giunt, donec cocta fuerit materia, & corpus fuerit
ad vacuationem paratum: niſi cùm homores tur-
gent. & hoc Hippoc. & Galenus primo, ſecundo, &
quarto aphoriſmorum, & alibi ſæpè nos docuere.
Tertium autem quud à nobis conſiderandum eſt
in hac re, eſt natura & differétia morborum, à qui-
bus primum peteoda eſt purgationis indicatio.
Morbi enim alij diuturoi ſunt, alij acuti. In diutor-
nis qoidem omoes ferè conſenſere, concoctiooem
eſſe exſpectandam: niſi interdum aliquud habeant
eouiunctum ſymptoma, quod corationis rationé
ant omnioo, aut magna ax parta, ad ſe reuocaret,
vt eſſet vehemens dolor, aut imminens periculom
aliqnud, ant timor ne io dateriorem morbum præ
ſens affectos tranſeat, axempli cauſa, ne comitialis
morbus in apoplexiá, vel quartana in comitialem
morbũ deſinar, quod interdum accidiſſa vidimus,
mutata népe par malam criſim materia ad caput.
In acutis verò ſi timeamus, ne dom rem procraſti-
namus, illi adeò creſcaot, vt inſanabiles deinde eus
dant, oulla exſpectata coococtione purgandum e-
rit. Hoc auté tribos modis fieri poſſa quarto math.
loco paulò antè citato, docuit Galen. videlicat vel cap.6.
ratione membri affecti, quippe quod ant pręcipuũ
ſit, vt cerebrũ, ant quod cum præcipuis mutuom
habeat cooſenſom, vt vétriculus, & pulmones cum
corde: vel ratione ipſi⁹ affectionis: quæ magna per
ſe & verenda ſit: vel quia dubitamus, ne tandem a-
liquam cootrahaut malignitatem. vode Hippocra- aph.13.
tes in capitis vulneribus, propter cerebrum, vt Ga-
len. expuſuit, purgandum eſſe præcipit. In cómen-
tariis verò in primum aphoriſmorum, idem Gale-
nus in vehemeoób. dolorib. præfert cæteris reme-
diis vacuatiooem factam vſq; ad animi deliquiom,
facta tamen priùs diſtioctiona, an ſecta vena, an me
dicamentis fieri debeat. ſed & purgationé propter-
ea ab Hippoc. in vulnerib. articulorum fuiſſe lauda
tam ait, quia eiuſmodi volnera facilimè maligna fi-
unt: oec alia de cauſa id ipſum illis conſuluit, quia
falſa exſpuunt. Poteſt & alia reperiri differétia mor
borũ, quæ non parum ad noſtrum inſtitutũ facit.
Aliqui enim morbi febré validam & acutá comité
habét, & in his quatenus poſſumus acria & exſol-
uentia medicaméta fugimus, neq; ad eorum vſum
vnquam accedimus, oiſi coacti, & cum molta, vt ait
Hippocr. mediatiooe; alij verò aut ſioe vlla febre
ſunt, vel ſioe ea ſaltem qoæ eooó nens val acuta ſit,
in quibus, oiſi qoidpiá aliud obſtat, facilè atiam in-
ter initia purgamus. Hæc oos diffuſè in cómenta-
riis in aphoriſmos Gal. docuit: breuitar aût in eo li-
bello quem cootra Iulianũ conſcripſit, vbi reſpon-
det rationi, qua Iuliaoos probare nitebatur, pleoi-
tudinem humorum nou poſſe eſſe morborum cau
ſam: ſiqoidam, dicebat ille, facilis & in promtu eſſet
eorum profligatio, & ſtatim ab ipſo principio, cùm
facilè illos vacuare poſsimus, ſiue illi molti ſint, ſi-
ue mali: Gal. verò reſpoodens profert multa in me
dium, ego tamen ea duntaxat referam, quæ ad ne-
gociũ noſtrum vident͂ magis attinere. Ait ergo: Si
bilis copioſa ſit cógeſta io corpore, in quo nolla ad-
ſit febris, facilis ſæpaoumaro erit eius euacoatio, at
ſi inoadat acuta febris, id perqoá arduum erit, cùm
nó poſsit purgans pharmacũ tunc venire iu vſum
citra periculum. & eadé ratio arit de pituita, & ſero
ſis excramantis. Et ad hunc locum præterea facere
videntur ea, qoæ idem Galeo. io commento ſecun. aph.11.
libri de ratione victus in acutis mor. ſcripſit, vbi ex-
poſito periculo, quod incumbit pleuriticis qui ve-
ratro aut peplio ſunt purgandi, ſi à febre acuta te-
neantur, ſubdit: ſi igitur febris non fuerit vehe-
mans, & laborantis natoram fueris expertus, tunc
ad medicamenti potioné accedes, ea adhibens quę
ab Hippocrata dicta ſunt, vel alia quæ ſunt ſimilis
oaturæ cum his, in quibus eſt madicamentũ ex co-
locyntbida. In eadem atiam ſententia fuit Hippo-
crates, qui, ſecundo de fracturis, illis qoibos pedis
calx colliſus aſt conſuluit, vt ad arcendam inflam-
mationem, eadem, aut altera die veratrum bibant,
ſubiungit tamen, id eſſe agédum ſi febris abſit, aut
ſaltem ſi minimè fuarit contineos: alioquin enim,
cùm continens fuerit, eſſe abſtinendum. Poſtre-
mum quod in conſiderationem deducendum eſt,
ſunt humores, qui ſunt morborum cauſæ: nam
& ipſi, niſi me mea fallit opinio, non nihil habeot,
quod poſsit ad hoc problema diſſoluendum con-
ferre. Tria aût io ais ſuot in primis cooſideraoda:
nempe

nempe ſubſtantia, locus in quo continentur, motus & quies. Subſtantia quidem, quatenus aut craſſi, lenti, & frigidi ſunt, aut tenues, acres, & calidi. Qui craſsi ſunt, ſiue lauti ſint, ſiue lautore careant, hi nequequam inter initia morborum mouẽdi purgandiue ſunt, niſi priùs attenuentur & diſſecẽtur, detergantúrq;. & hoc apertiſsimè in eo libello explicatur, cui titulus eſt, Quos & quãdo purgare oporteat. nec minus etiam in commentariis in primum librum aph. vbi hęc habentur: Nam qui multa cruditate laborant, vel tenaces & craſſos cibos aſſumſere, item quibus ilia tenta & inflata ſunt, omnes hi ad purgationem minimè apti ſunt: & paulò pòſt; Humores autem oportet, quàm maximè fieri poteſt, eſſe fluxui paratos, hoc eſt, tenues & nullius lentoris participes, & foramina, per quæ purgatio fieri debet, eſſe aperta. In commentariis præterea in ſecundum lib. aph. ita ait: Si quis ante mouet aut incidat craſſos ac tenaces humores, qui in corpore ſunt, & meatus per quos iſti tranſmittũtur & attrahuntur à medicamentis, quæ vim purgatoriã habent, aperiat, tunc purgatio in omnib. rectè procedit: qui verò hæc neglexêre, & vomitum, vel alui ſubductionẽ procurauere, his difficiles veniũt purgationes, nõ ſine vertigine, & multo faſtidio. & deinde ſubiungit: erit aũt corpus fluidum, omnibus, vt diximus, reſeratis meatibus, humoribus inciſis, exterſis, atque extenuatis, ſi qui fuerint glutinoſi. Hæc ſanè Galenus, quę ex multis collecta ſatis eſſe poſſunt. Cæterùm de acribus & tenuibus humoribus nõ eſt æquè facilis definitio, cùm variæ in hoc reperiantur tam veterum quàm iuniorum medicorum ſententiæ, & nedum variæ, ſed etiam aduerſariæ. Quidam enim, in quibus fuit Auicenna, ſentiunt, in his quoq; eſſe concoctionem exſpectandã, qui non modò ita ipſi ſenſere, verùm id ipſum etiã Hippocratem & Galenum ſenſiſſe contendunt. Alij verò contrà omnibus viribus conãtur probare, nullam illis concoctionem deberi, qui maximè videntur inuiti ſententiæ deſcriptæ in libello iam ſæpiùs citato, qui inſcribitur: Quos & quando purgare oporteat: in quo ita ſcriptum legimus: Per initia tenues & ſeroſos humores euacuabis: in craſsis autem & viſcidis concoctionem exſpectabis. Quia verò non deſunt, qui nolint librum illum tanquam legitimum admittere, quãuis alij affirment eſſe partem librorum Oribaſij, & ſeſe in quibuſdam vetuſtis codicibus Græcis legiſſe illum Oribaſio inſcriptum: in eam ſententiam nos etiam ſectamur, nihil in eo libro legi, quod in varijs locis librorum Galeni deſcriptum non reperiatur, excepta hac vna ſententia quam nuper citauimus. Attamen Rabi Moſes in octaua particula ſuorum Aphoriſm. 3. quos omnes ex libris Galeni ſe excerpſiſſe fatetur, hanc eandem ſententiam refert, eamque haberi ait in ſecundo libro commentariorum in librum Hippocratis de humoribus, quæ commẽtaria à nobis deſiderantur. illam verò his verbis ſuo ipſe modo deſcripſit: Duo ſunt modi crudorum humorum, vnus ſubtilis & aquoſus, alter craſſus & lentus in membris receptus. Subtilem & aquoſum citò euacua, antequam à calore febris calefiat, & pungens rodensq; reddatur: craſſum verò & lentum oportet concoquere, antequàm fluat. Sed non parum etiam huic inſtituto ettinere videntur verba Galeni quarto prognoſticorum deſcripta, vbi ait: Sæpè

aph.24. (margin, beside "mum librum aph.")
aph.9. (margin, beside "teras in ſecundum lib.")
aph.23. (margin, beside "ni quarto prognoſticorum")

A iam definitum eſt, quòd humores tenuiores calidioresq; paratiſsimi ſunt ad excretionem, crudis verò & craſsis, per abſceſſus, aut concoctionem natura medetur. Item illa verba in commento 1. aph. 24. Humores autem oportet, quàm maximè fieri poteſt, eſſe fluxioni paratos, hoc eſt, tenues & cuiuſcunque lentoris expertes. Ego tamen, cùm Hippocrates in acutis morbis, qui aut omnes, aut plerique ab acribus & tenuibus humoribus gignuntur, B rarò & non niſi cùm turgent, eſſe vtẽdum purgantibus medicamentis in principio voluerit, nec ipſe, nec Galenus, nec vllus quiſquam ex probatis medicis vllam vnquàm indicationem probauerit, niſi concoctionis ſigna præceſſerint, imò Galenus primo commento in primum librum vulgarium morborũ dixerit, quòd humores omnes, qui ſubſtantia tenues ſunt, crudi ſunt, & viribus egent robuſtioribus, vt concoquantur: ideò cum prioribus conſentio, & puto, in his quoque (niſi concitatus C eorum motus compellat ad celeriter vacuandum) exſpectandum alioquin eſſe concoctionẽ, & aphoriſmum illum hos etiam complecti, concocta eſſe medicanda. De his tamen aliàs maiori ocio diſputatio erit inſtituenda. A loco præterea, in quo humores euacuandi continentur, aliqua diſtinctionis ratio exſurgere poteſt: nam aut illi in viis communibus continentur, per quas vacuationem moliri oportet, aut in locis his vicinis, vt in ventriculo, inteſtinis, atq; in primis illis venis, quæ ad vẽtriculum D inteſtinaque pertingunt: aut verò in remotioribus venis, vt illæ, quæ iecoris ſunt, vel lienis, & quæ tandem in vniuerſum corporis habitum ſunt diſperſæ. Imò verò aliquando in membrorum ſubſtantiã ſunt recepti, quemadmodum ſe habent quãdo tumores præter naturam inde excitantur. Illi qui ſuã ſedem habent in ventriculo, inteſtiniſue, aut in venis illis prioribus, præſertim quando non hærent adeò tenaciter viſcerum lateribus, vt ægrè ab eis diuelli poſsint, tum vomitu, vel acrioribus clyſteri- E bus, tum vel etiam facilioribus medicamentis detrahi poſſunt, quamuis nondum appareat concoctio: nam commento quarto de ratione victus in acutis mor. ſi in ardenti febre os amarum fuerit, procurat vomitu primùm clyſteribusque, mox verò potu lactis aſinini bilem detrahere, vel vt ibi addit Galen. ſero eiuſdem lactis. Sed & in affectibus qui citra febrem ſunt, quibus vel ipſe ventriculus laborat, vel alia pars cum ventriculo conſentiens, calidioribus ſanè medicamentis vtitur, qualis F eſt hiera picra ex aloe, quod facilè percipiet qui librum 8. de compoſ. medic. per loca, & ſeptimũ methodi locis ſuperiùs relatis, & eiuſdem duodecimũ legit. At verò qui craſsi ac lenti ſunt, tenaciterq; hęrentes viſceribus, mouendi non ſunt, niſi priùs, vt ſuperiùs diximus, attenuentur & diſſecẽtur, quod eiſdem in locis illi ijdem auctores docuere. Illi aũt qui in venis penitioribus continentur, nõ ſunt ante concoctionem vacuandi, niſi cùm turgent, qualeſcunq; etiam illi ſint: nam hoc apertè docetur in G aphoriſmis. Pręterea, neq; illi mouendi ſunt, qui in ſubſtantia membrorum recepti ac impacti ſunt, vt in tumoribus præter naturam. ita commen. libri quarto de ratione vict. in acutis morbis: Quicunque ea quę inflammantur ſtatim in ipſo morbi initio ſoluere medicamento aggrediuntur, hi à tenſo quidem & inflammato loco nihil detrahunt: nam

aph.24. (margin, beside "niſi concoctionis")
aph.27. (margin, beside "coctio: nam commento quarto")
cap.11. *cap.7.* (margin, beside "addit Galen." and "bus qui citra")
conſex. xx. (margin, beside "quidem & inflammato")

affectus, qui crudus eſt, id non permittit, quæ verò ſana ſunt, & morbo reſiſtunt, colliquantur: vnde corpore reddito inualido, morbus ſuperior euadit. Poſtrema differentia quæ in humoribus obſeruata poteſt aliquam diſtinctionis occaſionem præſtare, quæ ſit huic negotio accommodata, eſt motio & quies. Humores enim, qui morbos excitant, aut quieti ſunt ſtabilemq́ ſedem habent, & hi vel particulatim in aliquo membro, vel diſperſi in vniuerſo corpore: aut vagi ſunt & ad loca varia mouentur. Huius differentiæ, præter ea loca quæ hactenus fuere adducta, quarto etiam aphoriſmo- (aph.1.) rum, & primo de criſibus libro meminit Galenus. (cap.9.) Porrò humores quieſcentes, ſi Hippocratis Galeniq́ decreta ſequi voluerimus, non ſunt vacuandi, niſi priùs coquantur. Poſſemus in huius præcepti probatione innumera proferre antiquorum teſtimonia: ſed nobis in præſentia vnus vel alter locus ex libris Galeni depromti ſatis erunt, quorum & (cap.9.) nuper meminimus. Ac primo de Criſibus ait: Qui autem præter id quod crudi ſunt ſtabiles etiam & firmi ſunt, ægrè purgantium medicamentorum tractibus obediunt. vbi locum ex quarto de ratione victus acut. morb. citat, cuius & nos paulò antè (contex.22.) meminimus. Præterea quarto aphor. ita ait: Qui (contex.1.) aliqua in parte firmati ſunt humores, non mouere. At verò humores qui mouentur & vagi ſunt, hortantur tam Hippocrates, quàm Galenus, ſtatim inter initia, nulla concoctionis habita ratione, expurgare, quod plurimis auctoritatibus, tam Galeni, quàm Hippocrat. ex libris aphor. & de humoribus oſtendimus. Hactenus ducem tum Hippocratem tum etiam Galenum ſecuti, magnas euaſimus difficultates & inuolutiones, ita vt magnam, mea quidem ſententia, noſtri itineris partem confecerimus, nondum tamen vniuerſum negotium abſoluimus: nam aliqua pars adhuc, & illa forſitan cæteris difficilior, nobis reliqua eſt, quæ & ipſa eſt explicanda, vt rem vniuerſam relinquamos abſolutam. Reliquum autem mihi videtur eſſe, vt diſquiramus: Num ſemper ex arte debeamus humores, qui mouentur, in principio & citra concoctionem vacuare. Quia ſi affirmauerimus, innixi rationib. & ducibus, quos hactenus ſecuti ſumus, eoſdem etiã omnino reclamantes habebimus: nam ſi in vniuerſum omnes, cùm in motu ſunt, ante concoctionem eſſent vacuandi, nunquam in morbis à fluxione occaſionẽ habentib. quos græci rheumaticos appellant, vt ſunt articulorũ dolores & humores præter naturam, exſpectare concoctionẽ expediret: quod omnino eſt contra decreta Hippoc. & Galeni tam quarto de rat. vict. in ac. mor. quã 8. de comp. med. ſecũdum locos. Sin autem non omnes dixerimus, explicandum eſſe videtur, qui, & quando, & cur. Reſponſuris itaq; huic difficultati, primũ hoc proloquium conſtituendum eſt, quod, ni fallor, & veriſsimum eſt, & veluti fundamentum iſtius theorematis, nempe, oportere medicum in morbis, vt loquuntur iuniores, materialibus ſemper, quatenus fieri poteſt, expectare morbi maturationem concoctionemq́ue humorum, nec vnquam niſi coactum vti medicamentis purgantibus in principio, ſiue illi moueantur, ſiue immoti ſint. Hoc vero facilè, & ratione efficaci ex Hippocratis Galeniq́ depromta decretis probabimus, ab eo initio exorſi, quod Hippocr. tanquam maximum fundamẽtum habet

A 6. de vulg. morb. Galenus vero comm. 5. aph. ſcribit ſæpe, quòd natura eſt quę primùm morbis medetur, (aph.44.) medicus verò, vt ibidem Galenus docet, ſecundas in hac re ſibi partes vendicat. qui ſecundo lib. commentariorum in primum epidem. præterea ait, medicum eſſe miniſtrum, & imitatorem naturæ, nec modò naturæ, addidit quarto methodi medendi, verùm & eorum omnium, quæ, cùm ſponte fiunt, ęgrotantibus ſolent prodeſſe: natura verò nunquã B inter initia morborũ, dum illi crudi ſunt, aliquam (ſe. iam) molitur vacuationẽ, excretionẽmue, imò ſemper, modò poſsit, cõcoctionem exſpectat: quippe quòd concoctiones, vt idem Hippocrates teſtatur, celerem promittunt morbi iudicationem, certamq́ ſalutem: cruditas verò, iudicij difficultatem, dolores, morbi diuturnitatem, mortem, vel recidiuas. vnde, ſicuti ſecundo libro commentariorum in pri- (aph.74.) mum epid. teſtatus eſt Galen. quæ ſolent iudicare morbus, ſi ſtatim à principio apparuerint, malo (tex.23.) C ſunt potiùs, quàm bono: quod etiam primo libro de criſibus confirmat, & primo prorrheticorum, & Hippocrates in libro de humoribus. Quòd ſi interdum in libris popularium morborum, dum varias Hippoc. ſuorum ægrotorum hiſtorias refert, legamus, factas ſpontaneas excretiones inter initia, nulla antecedente concoctione, quod nos quoq; dum medicinam Venetiis faceremus, obſeruauimus: dicimus naturam ſemper coactam id feciſſe, nunquã aũt ſponte ſua. Cogit˜ verò vel à nimis humorum D copia, qua odo periclitatur, ne obruatur & ſuffocetur, nempe dum eos nequit ſuperare cõcoquereq́ præ nimia multitudine, vel à praua & acri qualitate, quam diu minimè ferre poteſt, quandoq; etiam ante cõcoctionem fiunt excretiones ob naturæ imbecillitatem, quia vaſa non poſſunt humores ampliùs continere, ſed eos permittunt effluere. Vnde omnes ferè eiuſmodi excretiones ſymptomatis rationem potiùs habẽt, quàm naturalis alicuius euacuationis: hoc enim nos docet Gal. in cõmentariis E in quartum aphoriſmorũ, vbi ait: Quando mor- (aph.21.) bus aliquis incipit, ſi quid excernitur, nihil tunc ipſius naturæ ratione excernitur, ſed ea omnia ſunt eorum affectuũ ſymptomata, qui in corpore ſunt pręter eius naturam: nam quo tẽpore natura à cauſis grauat˜, cruditasq́ humorum adeſt, eo fieri nequit vt quidpiam rectè vacuet˜, quippe q̃ opus ſit concoctionem præcedere, mox verò ſecretionem, ac tum demum vacuationem, nimirum ſi proba ſit futura morbi iudicatio. Et paulò pòſt: Cùm ergo F poſt concoctionem aliqua ſit praui humoris excretio, tunc à natura corpus expurgatur. Et pòſt, aliis nonnullis interpoſitis, hæc tandem inquit: Quod ſi alioquin excernatur abſque ſignis concoctionis, id perniciosum ſignum eſt. Et eandem ſententiam ſeruaſſe in illis videtur, quib. 48. aphoriſmum ex- (4.aph.) planat, quæ in hunc modum ſe habẽt: Malæ excretiones prauorum affectuum ſunt ſigna, & ſæpè fiunt iuxtà atq; in vlceribus putridis, à quibus ichores fluunt, qui nihil proſunt affectui, interdum ve- G rò perinde ſit, vt quando erupto abſceſſu pus inde effluit, atque ita expurgatur affecta particula. ſigna aũt q̃ bona ſit excretio, maxima ſunt, ſi adſit concoctio, & facilis tolerantia. Et hoc idem ſapere vide- (tex.40.) tur id, quod ille protulit 3 lib. commentariorum in tertium de morbis vulgaribus, vbi de copioſis illis vrinis, quæ in epid. illa conſtitutione profluebant,

hæc

hæc literis prodidit: Neq; enim natura hanc vrinæ
copiam molita eſt,corpos expurgana,verùm vt ſu-
dores ac alui deiectiones qoandoq; tanqnam ſym-
ptomete copiæ humorum, qui io corpore redon-
dant,exeerni didiciſti, quandoqne verò ea ratione
qoa natura illoa exporgat: ite & nonc vrinæ refe-
rendæ ſont in ſymptoma moltæ humiditatis ſero-
ſæ,quæ in corpore congeſta erat. vnde & Hippocr.
eddidit,nihil decretorium fuiſſe, neq; bonom. ex-
cernebentur enim ob immoderatam moltitodinẽ,
quam partes continẽtes minimè perferre poterát,
vel ob inſignem mordacitatem, à qoa moleſtaię co
gebantor ad excretionẽ inſorgere. Inferioa qooq;
hoc idem ſummatim in hũc modnm affirmat. Ipſe
enim Hippocratea in priori ſermone qoem expo-
ſui,apertè oſtendit, qnod tam vrinæ, qnàm ſodo-
res,eiq; adeò eõem vomitus,& quę per aloum de-
iiciuntur,nonnunqoam ratione ſymptomatia va-
coantur. Sed & ſecondo lib. in primum epidem. id
ipſum cõfirmat,vbi iſta ſcripſit: Febres de qoib. ſer-
mo in pręſentia habitoa eſt ſndores comitabantor,
qui nihil proderant, cuius rei cauſam crudis mot-
bia ettribuimos, nẽpe qoôd neq; proſint ſodores,
neq; etiã ſint ſignum bonom: nam aut bumorũ co
piam indicant, ani virium infirmitatem. Secundo
etiam prorrheticorũ hæc ſcripta reliqoit: In quo-
cunq; morbo aloos erumpit, hoc eſt, confertim de-
iicit,ſi abſq; ſignia concoctionis id fiat, nihil ꝓdeſt.
quòd ſi ægrotua inde difficilior ad id bene ferendũ
reddatur, non modò non prodeſt, verùm & officit.
cæterùm ſi adſint indicia illa, prodeſt, & magia ſi
noxius homot euacuetur, & longè etiam magia ſi
ægrotus melios ex ea vacnatione morbom ferat.
Poſſemus & alia plura ex Hippocrate & Galeno af
ferre, quæ non paruin ad præſentem locum fece-
rent, ſed quia hæc mihi ſatia id probare videntur,
quod fnerat propoſitum, ideò reliqua cõſulto præ-
tergrediemor. Pro conſtituto itaq; ſomamus, natu
ram in initiis morborum, cùm cruditas adeſt, nol-
lam moliri euacoationem, niſi coacta ſit. Coi & il-
lud addatur, quod & neceſſario conſequens eſt;
nempe & medicnm in initiis morbotum debere,
qnatenus id fieri liceat, euacoationes fugere, nec e-
es niſi coactum moliri: cogitor autẽ, cùm videt na-
turam qoaſi conflictentem cum morbo laborare,
& periclitari ne ſuccumbat & queſi auxilium à me
dico requirere: id qood ſolùm in megnia morbia e-
uenire ſolet. ex qoo deinda fit, vt quamois humo-
res motu egitentur, non tamen niſi in magnia mor
bia in initiis, & anteqoam matureſcant, ſit eoaco-
andum corpos, ſiue de ea vacoatione ſit ſermo qoę
fit ſecta vena, ſiue de illa qoæ porgantibos medica
mentis. Alicui tamen hoc videtur paradoxum, ſed
noa aotoritaõbns & exemplis ex Hippocrat & Ga-
leno depromtis illud comprobabimus. Hippo. lib.
de victo in acot. morbia com. 4. aph. 19. hoc ſenſiſſe
apertiſalmè inuenimna, vbi ait: In acutis morbia, ſi
validua ſit morbus, adſitq́ue virium robur, & vi-
geat ætas, venam ſecabis. quam ſententiam Gale-
nos prædicat tenquam Hippocrate dignam, eam-
q́oe in lib. de ratione curandi per venam ſectam dif
fuaè tractet & ampliat, vt nõ modò vera ſit in mor
bia qoi magni ſunt, verùm & de illia qnoa time-
mna ne magni enadant, id qood 4. etiam method.
medendi repetit, vbi eduerſus Minodotum oſten-
dit multitudinem non eſſe id quod priuatim iodi-

A cet ſanguinem mittendom, ſed morbi magnitudi-
nem. Sæpè enim ſenguis mittendus eſt vbi nulla
eſt moltitodo, & interdnm vbi ea ſit, ſanguis non
eſt detrabendos. Dicet quiſpiam, hæc eſſe à noſtro
inſtituto panitùs aliena. quid enim nobis nonc cũ
ſangoinis miſſione, vbi de porgatione per medica-
menta diſquiſitio eſt inſtituta? ſi tamen is Galenũ
minibus fuerint iu voiuerſom comprehenſa, non
videtur ampliùs in illis repetendis eſſe vlteriùs tẽ-
pus conterendum. Sed oeqoe etiam upportuoom
videtur, vt cum Montano contendamus, qui con-
tra Galenum, & reliquos Medicos omnes nixus eſt
prubare, qoòd, ſi medicamẽtum aliquod valentius
cum alio infirmiori fuerit mixtum & compuſitum,
non euadat imbecillius illud, quod ex vtriuſq; mi-
ſtura ſit, qoàm eſſet validum illud aotequam mi-
D ſceretur. ſatis enim eſſe poteſt, ſi Muntano in præ-
ſentia upponamns tãtorum auturum, lungè Mun-
tano celebriurum, autoritatem, pręſertim cùm lon
gè ſit faciliùs Moorani rationes diluere, quàm alio-
rum ille diluerit. vnde pręſtabit, vt aliqua ad caput
de clyſteribus, itemque de glandibus pertineotia
exponamus. nam id, quud de Benedicta hoc capite
nutaoit, non videtur mihi molti eſſe mumeno. etſi
enim dixerim inoaloiſſe vſum, vt huc medicamen-
tu Medici in affectibos mulierum, ad vterum præ-
E ſertim pertinentibos, frequentiùs vtantur, inde ta-
men non tollitur, quin poſsit pręterea & in aliis fri-
gidioribus affectib. viris etiam communibus, veni-
re in vſum. Accedamus ergo ad annotationes po-
ſtremas, pertinentes ad ſequens caput, in quo, vbi
de clyſterib. ad dyſenteriã inſtitutus eſt ſermo, non
videtur illi probari vſus hircini adipis, vbi conſoli-
datio quæritur, vlcerib. iam redditis mondis, quia,
inquit, conſulidatiu ſiccantibus, nun pioguibus &
mollientib. perficitur. Sequeoti verò capite, vbi de
F glandibus introductus eſt ſermo, ſuffultus autori-
tate 10. de ſimpl. med. facul. deridebat vſum ſterco-
ris muris. Non ſine bona ratione hæc doctiſsimus
vir annotauit: neq; tamen & nos abſq; ratione illa
literis commiſimus. nam verum ſaoè eſt, quòd Gal. *cap. proprio.*
4. de cumpoſitione medicamentorum ſecundum
gen. dixerit, non eſſe appunendus adipes medica-
mentis vlcerum, niſi quando labra vlceris duriora
facta ſunt: in inteſtinorum tamen vlcerib. vt idem *cap. 2.*
12. & 13. meth. tradidit, adhibetur ad dolorẽ deliniẽ- *cap. 5.*
G dom, qui nunquam ferè non eſt in dyſenteria cun-
tinuus: præſertim dum defluunt acria excrementa
per inteſtina vlcerata. vnde ita in bis fit, vt in aliis af
fectib. in qoibus complexos eſt oppoſitarum indi-
catiunum: nam etſi alteri ſemper magis ſimus in-
tenti, neutrius tamen ublimiſcimur: ita hic etſi pri-
mùm ſit exſiccationi danda opera, ſemper tamen
& do-

& dolorum aliquam rationem habemus: vt tamen illis ea ratione occurramus, quę minus poſsint cõſolidationem impedire, vnde in illis ſedãdis ſeuum id eligimus, quod ſit detractum ex illis animantibus, quę ſuapte natura ſint ſicciora, vt ſunt hircus & capra. Quatenus verò ad glandes & muris ſtercus pertinet: poterat quidem eo tempore vſus murini ſtercoris riſum concitare, tanquã res quædam noua, nec alioqui vſitata: noſtris autem temporibus, quibus hoc medicamentum vel mulierculis notum eſt, & in multo vſu, tanquam medicamentum quod paratu & inuentu vbique facile eſt, non ita erat prętermittendum, cùm, vt à principio diximus, noſtrum fuerit inſtitutum de illis medicamẽtis præſertim agere, quæ noſtris his temporib. ſunt in maiori vſu, & maximè cùm habeam^9 ab ipſo etiam Gal. propoſita exempla. nam & ipſe ſtercore colombino vtitur ad ſinapiſmata in capitis affectibus conficienda, qui ex acri deſtillatione ortum habeant, & tamen maiori reuerentia videtur dignum caput, quàm podex: neq; tamen deerat materia ad cõficienda ſinapiſmata. In hydropicis prętereà laudat emplaſtra confecta ex ſtercore vaccino, vel caprino, cùm tamen non adeò ſint anguſti termini medicinalis artis, vt ex inopia materię his cogamur vti. Sed huic examini tandem finem imponamus.

EPISTOLA XXV.

Chriſtophoro Guarinonio Medico Veronenſi.

Apologia ad ea, quæ in primo libro ſuo de compoſitione & vſu medicamentorum ipſe annotauerat.

NOn magnopere, mi Chriſtophore, me turbauit, vel in admirationem traxit, quòd ſtatim in ipſo veſtibulo noſtri illius commentarioli de compoſ. & vſu medicamentorum aliquid inter legendum offenderis, quod te remorari potuerit, imo longe magis ſum admiratus, quòd non multo plura talia reperieris. nam commentarius ille, vt te probè nouiſſe puto, non fuit à nobis ea Minerua, & diligentia conditus, vt ſperarem, fore, vt ille poſſit conſumatiſ. ac ſuperquam diligentis lectoris ſeueram ferre cẽſuram: verùm iſagogico potiùs ſtylo, quàm, vt Galen. verbis vtar, diexodice doctrinę: ſummatim, vt tironibus in arte medica conſuleremus, illa ſcripſimus, non autem quòd putaremus, nos aliquod apud viros doctos operæpretium eſſe facturos. nimirum enim ſi accuratiori diligentia vſi, voluiſſemus eò omnia, vel ſaltem pleraque conferre, quæ particulatim poſſent ad illud negotium pertinere, fuiſſet opus, aut omnia, aut maximã partem medicinalium theorematum in illis noſtris commentariis expoſuiſſe, quæ ſparſim à medicis autoribus deſcripta reperiuntur. Vt autem, quanti te faciam, & quantum te diligam, & à te diligi cupiam, agnoſcas, noſtri libelli patrocinium his literis ſuſcipiam. Secundum itaque primi libri caput negotium tibi faceſsiſſe ait, & id proptereà, quia, cùm ibi ſcopos propoſuiſſem, quos Medici ſpectantes, rationem iniere plura ſimul in compoſitione commiſcendi, vnum, qui tamen minimè contẽnendus erat, ſilentio inuoluerim: nec id quidem ex obliuio-

A ne, cùm mox cap. 12. eius meminerim, vbi de ſcopis ſermo habetur, quos obſeruare Medici ſolent, quãdo medicamentis leuioribus & faciliùs purgantib. alia ammiſceant, quę attrahendi maiorẽ vim habent. qui tamen huic loco videtur magis accõmodatus, ibi prætermiſſus. is autem ſcopus ille eſt, vt medicamentum humorem magis ab vna, quàm ab altera parte detrahat. quare videtur, in occaſionibus miſcendorum plurium medicamentorum, hæc fuiſſe B prętermiſſa, nempe vt vis medicamenti adducatur magis ad vnam, quàm alteram partem, & id ratione naturalis cuiuſpiam affinitatis, quam habent nonnulla medicamenta maiorem cum vna, quàm cum altera parte. Auget difficultatem, quia cæteri, qui hoc argumentum tractarunt, iſtius ſcopi vel occaſionis videntur meminiſſe, nempe in miſcẽdis medicamentis ſæpe aliqua eſſe addenda, quæ priuata quadam ratione aliquam determinatã particulam reſpiciunt, vt alia ab his perducta, citiùs & faciliùs C poſsit ad illam pertingere. prætereà verò neq; nos videmur nobis ipſis in hac re conſenſiſſe, qui videmur quaſi infringere inferiùs hoc decretum voluiſſe, quando omni niſu probabamus, nõ eſſe neceſſe vapores purgantis medicamenti, ad hoc, vt fiat humorum detractio, ad eas ferri, cùm ſatis ſit illis medicamentis quòd vim à natura inſitã habeant, qua, vel etiã manentia in inferiori ventre, poſsint remotiora excrementa ad ſe attrahere. ac deinde cap. 18. dum volumus Meſuem à quorundam iuniorũ ca-D lũnia vendicare, ſcribimus, diuerſas eſſe in aloe partes, quarum aliæ craſsiores & adſtringentes ſunt, aliæ verò tenuiores & aperientes, & quòd ſæpe accidit, vt illæ craſsiores intimiùs ducantur à tenuioribus, quo illæ per ſe nunquam peruenirent: imò tenues interdum eò ſolæ perueniũt, quò aliæ ipſas conſequi minimè poſſunt: ſi ergo adſtringentes & craſsiores à tenuiorib. poſſunt ad remotas partes conduci, cur non etiam partes illæ, in quib^9 ſita eſt vis purgandi, poſſunt ad remotiora loca adduci? E Hæc eſt, ni me mea fallit opinio, ſumma illius dubitationis, à qua te fuiſſe remoratum ais. Eam autem non multo admodum negotio diſſolui poſſe arbitror, ſi ad propoſitum in eo capite animum aduertamus, quod vel eius inſcriptio ſatis apertè videtur mihi explicaſſe. pollicetur etenim, in illo eſſe exponenda generaliora theoremata, in quę tanquam in ſumma capita referenda tandem eſſent cætera ferè omnia, quæ mox, non ſolùm in ſequentibus capitibus, ſed etiam libris, particulatim erant præſtanF da, non aũt ſigillatim omnia explanare, quæ eſſent aduertenda & conſideranda ab illo, qui varia medicamenta, & ad varios vſus ſit aptè compoſiturus. nam hoc videtur requiri à recta methodi vſu, vt expoſitis primùm præceptis generalib. in quibus ea confuſa continentur, quæ poſtea particulatim ſuis definitis locis ſunt explicanda, ad alia tranſeamus. & quamuis generalia hęc pręcepta, quibuſdam exemplis explanauerimus, non tamen ideò hoc à nobis factum eſt, quòd putauerimus in illis ſolis vniG uerſam illius theorematis rationem ſeruari, ſed vt illa nobis clariorem viam aperiant, quo hęc eadem aliis etiam accommodare poſsimus, vnde ab illis petere exempla ſolemus, quæ frequentiora ſunt & magis in promptu. Quare, cũ ea, de quib. dubitas, in illis generalioribus præceptis contineantur, & in illa ſint tandem referenda, nos etiam facilè profite-

ri poſſumus, uullum defectum, qoàtum ſaltem ad id, de quo ſermu eſt inſtitutus, pertinet, in ſe habere uoſtrum illud ſecundum ceput. Iſtud autem facilè probauerimus, ſi modò oſtẽdamos ea, de qoib. dobitas, ad ills capita poſſe referri, quæ ibi à nobis fuere propoſita: quod, vt equidem puto, oun oſtendem⁹ multo negotio. Doplex poteſt eſſe caoſa, cur iu miſcendis medicamentis ea indamus, quæ ſoa quadam naturæ affinitate & proprietate vná qoápiam patticulam præ aliis reſpiciát: altera quidem, quia illam roborat & queſi couſolator: ſicuti, verbi causà, polmo vulpis pulmoni laboranti præſidio eſt, & lupi iecur iecori creditur plorimùm eſſe vtile, & eiuſdem inteſtinom, colicis doloribus: altera verò, vt, dum eioſmodi medicamentum ſui natura li propéſione fertur ad illam particulem, cum qoa habet affiuitatem, ſecum ad illam & aliorum medicamentorum vires rapiat, quę affectui curaudu accõmodate ſuut. Ac aqoidem uuu puſſum ego mente concipere aliam rationem, cur in medicamentorum compoſitiune, & miſcella talia ſint quærenda & admittenda. At verò, qudd ſub generalibos illic tum ſcopis tum occaſiunibus in ſecundo illo capite explanatis, cuntineautur, nemo eſt, mudd cum animadoerſiune leget, qui uun facilè poſsit percipere. nam cùm ſemper in morbis affecta perticula aliqoam vi morbi imbecillitaté contrahat, quæ nobis indicare poſsit, vires illios particulæ ſeruandas, vel etiam roborandas eſſe, idq́ue pro retiune maioris vel minoris contractę imbecillitatis, vel ratione maioris vel minoris illius partis dignitate, vel maioris neceſsitatis, uperationis, & officij, quod illa vniuarſo corpori præſtat. vnde qoò pars ea aut dignior eſt, aut ſaluti corporis magis neceſſaris, eò magis reddit Medicum ſolicitum de eius viribue ſeruandis: ideò præſertim & pręcipoè ad bas eo capite ſermonem conuertimus, nun propteres quùd putaremus, eas ſolas poſſe Medicu indicare, opoe eſſe rubore, ſed qoia hæc præ aliis longè bac cautione dignæ ſunt, & earum indicatio vim maiorem habet, & pruinde etiam ab bis in primis, & illarum ratione, incepimos, vtpote qoia in illis ſæpiùs & apertiùs appareat vis iſtios, tom indicatiunis, tum occaſiouis. Et cùm ibi generalis duntaxat ſcopus eſſet exponendus, atq; generalis ratio inueniendi apta inſtrumenta hùc ſcupũ reſpicientia, ſatis nobis foit indicaſſe generalem illam tum rationem, tum indicationem, nẽpe vires illios particulæ eſſe roborandas. & quia nibil, quatenus ad commonem & generalem illam rationẽ in præſentia, dum bæc generalia tractamos, refert, an ſcopũ honc illis aſſequamor medicamentis, quæ nubis ufficiũ puſsint præſtare primis, vel ſecuudis, vel tertiis qoalitatib. vel modo ſubſtantiæ, vel naturali affinitate: ided nullam ibi iſtius rei particulatim mentionem fecimus: niſi qoòd, quando iodicatiu ille vel ſcup⁹ eret exemplis explanaudos, & exempla à ſingularib. rebos vel particularib. vt quæ nobis ſint notiura, petenda ſunt, nos, quia qualitates primæ, vel quę primas ſequontor, ſenſib. patent & magis manifeſtæ ſont, proprietates verò illæ & ſubſtantiæ affinitas multos latent, vtpote, quæ ſols experientia nobis innoteſcaut, potiùs eurum ibi exemplis vſi ſomos, quæ commonib. & maniſeſtis qualitatibus hoc officio fongi poſſont, qoàm eliis, qoę nolla methodo deprebendi poſſunt. Quere ea, quæ tibi fuit dubi-

A tãdi occaſio, in illas à nubis deſcriptas communes regulas refereuda eſt, quantum ed hanc partẽ pertinet, nempe ad eam quæ petenda eſt à natura pertis affectæ. ſed neq; minòs etiam qoantum ad alteram ſpectat. qoando id genus medicamenta ideò admiſcentur, vt ſecum alia opportuna remedia natorali ſua affiuitate & propenſione ad certam & definitam particulam deferant, ad qoam ille, bis deſtituta, nequirent peruenire. quia is etiam ſcopus B nobis à ſitu partis morboſę oſtenditur. Nam iſtiuſmodi medicamenta, qoæ uullam aliam nobis vtilitatem præſtant, niſi quòd elis ſecum ad partẽ quápiam addocunt, præterquàm qoando affecta pars, qoæ eorum ope eget, remotior eſt, vt ad illam ſine burum auxilio neqoeaut pertingere, ſuperuacua ſunt. vnde qoando gula, ventriculos, vel etiam veſica laborant, nihil tale quęrimus, à quu deducatur vis medicamenti ad partem affectam, neq; ſi in primis & proximis venis affectus conſiſtat, qoia medi C camenta vel per us aſſumta, vel ſaltem inferiùs iniecta, eò facilè pertinere poſſunt: & citra alicui⁹ elterios auxilium. Neq; mox mutatur iſtius ſcopi vel occaſionis ratio, ſi ea commiſceamus, quæ ſiue ſua naturali affinitate id agant, ſiue pertium tenuitate, ſiue soctis medicamentorum virib. quib⁹ propria ratiune vti volumos: naq; refert etiã, ſi res hæc exemplis ſit explanands, an magis illis vtamor, quæ hauc vtilitatem nubis ſuæ ſubſtantię & partium teuuitate præſtant, qoàm alia quaplam ratione, qoia D qoaliacunq; ſint hæc exempla, illa nobis aſſe ſatis poſſunt, ad comprobandam veritatem illius pręcepti, quod illa omnia ſub ſe & ſub cummoni ſua ratiune cumprehendit. quæ autẽ ratione aliqua manifeſta id agere poſſunt, quam omnes ferè nuuiſſe poſſunt, ſunt apertiora, & quę frequentiùs in hunc vſum veniunt. Et ex hac parte credimus nun fuiſſe Galen imitatos, qoi ait, ſe eiuſmodi medicamenta, qoæ proprietate naturæ agunt, prætermiſiſſe in libris de medicamentorũ cũpoſitione: niſi ſi quádu E ab eliis relata medicaméta prupriis illorum verbis deſcripſit, & id propterea, quia hæc alia ratione vel methodo deprehendi nequeunt, niſi ſola experiẽtia, atq; putaſſe magis ex re fore, ſi de id genus medicamentis ſeparato & ad id dicato libro ſeorſum egeret. Sed ad id quoq; uon erit difficile reſpundere, qoo cuiuſdam inconſtantiæ videor inſimolari. cùm enim negauerim eſſe quoquu modu neceſſariũ, vt à porgantib. medicamentis, ad hoc vt ſequatur porgatio, aot ſaltem ſequatur facilius, vepores, F aot alia aliqoa illorum pars ſeparata, ad purgandos humores accedat, aot ad loca illa, iu quibus ſedem ſuam habent: poſtea tamen, inſtitutu ſetmone de elue, dixerim, quòd in ea ſont partes, qoę ſunt quaſi initia diuerſarom facultatum, & quidem inter ſe contrariarũ, qualis eſt adſtringens, & aperiens, detergensq́;, & qoòd illæ tamen poſſunt ſe mutuò adluoare ad penetrationem & tranſitum ad remutiora loca: quamuis interdum etiam diſsipẽtur, ita, vt eltera eò perueniat, quò altera, ab eltera deſerta, G neqoit illam conſequi. Quæ ergo poſtea ratiu eſt, cor & pertibus, in qoibos vis porgatoria conſiſtit, non poſsit id ipſom contingere, nempe quòd ab illis tenuioribus, quæ intimiùs & luugiùs penetrare puſſunt, eò rapiátur? Dicimus, quùd harum & illarum diſpar umninò ratiu eſt. quia tũ facultates, tũ actiones, quę diuerſas illes inter ſe aduerſarias partes

tes

tes ſequuntur, in quibus vis adſtringendi, vel ape-
riendi, & detergendi ſita eſt, operâtur io ea, io quib.
agût, per veram, & vt Iuniores loqui ſolent, realem
etiam traoſmutationem, quæ ſequitur actionē pri-
marom aut ſecundarum qoalitatum, quę tamen ſi-
ne primis nihil facere puſſunt, & per manifeſtas has
qualitates fit tranſmutatiu, ita vt vniuerſa ferè earū
partium vis tandem referatur ad prima elemeota.
uam ſi vires, quæ in alue deprehenduntur, velimus
axaminare, dicimus, quòd in aloe eſt quædam ad-
ſtrictio ob aoſteritatem, quæ conſiſtit in terreis &
frigidis partibus craſsiaq́;, vis autem attenuandi &
detergendi eſt in partib. quæ ſubiectæ ſont amari-
tudini, quæ oritur ex ſubſtantia terrea atte ooata &
elaborata vi caloris: ex adepta ergo tenuitate, quā
illi impertit calur, aperit, detergit, facilè penetrat.
ecce ergo quòd hæc umnia io elementa & eorum
qoalitates tandem referontur, tranſmutatio verò,
quæ fit ab alementis per eorum qualitates, non fit
vt philuſophi docent, niſi per contactum: & proin-
de, vt is contactos fiat, atq; eiuſmudi tranſmutatio
in corpore, oeceſſum eſt, vt aut medicamenti pars
aliqua ad locum traoſmutationis adeat, aot vt me-
dicamentom partes, quæ iotermediæ ſunt inter lo-
cum in quo ipſum continetur, & illum, in quo eſt
res, quæ eo modo tranſmutanda eſt, eadem qnali-
tate afficiat, qua ipſum medicameotum præditum
eſt, quaq́; tranſmutaturum eſt: quod in tranſmota-
tiooe per primas qualitates facilè fieri puteſt, iu ſe-
cundis autem & tertiis nun ita facilè. nam eſſet ne-
ceſſe, vt iotermediæ partes mutarent ſuam ſubſtan
tiam, quia aut magis terreæ, aut magis aqueę, aut i-
gneæ pru ratiune diuerſæ naturæ, in quæ ſapores
conſiſtunt, atq; vis aut adſtringens, aut attenuans,
aut aliæ id genus facoltates in tenuem, aliæ in craſ-
ſam ſubſtantiam tranſmutareotur, qood nó eſt ra-
tiuni conſonom. vnde neceſſe eſt, vt potiùs id agant
per vapores, in quos diſſoluitur medicamentum à
vi natiui caloris, dom ab eo io actum deducitur. In
medicameotis autem, quæ attrahendo ſoluunt al-
uom, quòd certos & definitos humores reſpiciūt,
longè aliter ſe res habet. quia eorum vis non poteſt
primùm agere oeq; in elementa, neq; in eorū qua-
litates, ſed in quandam proprietatem, quæ vniuer-
ſam illorum ſubſtantiam & formam ſequitur, &
qoaodam affinitatem, & cūformitatem naturalem,
quæ intercidit inter naturam & ſubſtantiam rei,
quæ attrahit, cum ea quæ attrahitur, quam fortaſſe
Galen. ſimilitudinem appellat, quando dixit, pur-
gantia medicamenta ratione ſimilitudinis attrahe
re humores. hæc autem via certum & definitum hu
morum reſpicit, & ipſa etiam ſecundum ſuam po-
teſtatem determinata eſt ad certum & definitum
ſpaciū, ita vt vltra præſcriptus fines eius vis attra-
hendi non ſe extendat. Et ſicuti vnumquudq; me-
dicamentum magis hooc, quàm aliom homorem,
attrahit: ita etiam vnius medicamenti vis maior eſt,
& ad remutiora luca pertingere puteſt, alterius ve-
rò minur. nam de aloe dicitur, quòd eius vis nun
pertingit vltra hepar, ſed ſi per vapores id ageret,
cur in ea amaritudo ſuperet alios ſapores, haberet
copiam maiorem partium tenoium, & proinde fa-
ciliùs puſſet ad remotiora luca pertingere, ſi illi per
vapores eſſet purgandum. & ſicut vis aperiens vel
adſtringens poteſt, vt experientia docet, peruenire
ad remota loca, cùm ſputom ſanguinis ſupprimat,

A & hæmorrhoides aperiat, ita etiam humores à re-
motis partibus vltra hepar educeret. attrahit autē
occolta ſua facultate, & qualitate, qoa agit in eam
rem, quæ hac naturæ conformitate ipſi conſimilis
eſt: ſi qua autem alia intermediis locis ſint, quæ illi
mioimè ea ratione cóformes ſiot, in illas hac ratio-
ne noo agit. quòd, cùm horom, vt magnetis, reſpe-
ctu ferri, & ſuccini, qood Arabes charabem vocât,
reſpectu feſtucarum, ſit ratio ſimilis, horum etiam
B ſimilitudine & exēplu expooere poſſum⁹. magnes
ergu ferrum quidem attrahit, & quamuis inter ma-
gnetem & ferrum alia corpora nunnūqoam inter-
cidant, puta feſtucæ, magnetis tamen vis non agit
in feſtucas, ſed tantùm in ferrum, quamuis illud re-
motius ſit: ſoccinom verò in paleas agit atq; feſtu-
cas, non autem in ferrum intermedium. Vnde, ſi-
cot non eſt oeceſſe, quòd vapor vel alia magnetis
pars ad ferrum accedat, ratione attractionis, ſed ſuf
ficit tranſmutatio, quæ fit ab ea in ferro per eam oc-
C cultam qualitatem, qua intermedia corpora non
afficit, vel alio modo afficit, quàm ferrum: ita ſoluē-
tis medicamenta ſolùm humores certos afficiunt
ſua attractiua qualitate, ſi illi intra ſpaciū ſint, qoo
definita eſt eorum vis, neq; alios humores, qoi ſunt
alterius naturæ primùm & per ſe afficiunt, qoam-
uis ſint viciniures: nec illis opos eſt vapores ad eos
attrahendos amandare, vt remotiores ſuccos attra
hant, vel magis attrahaot, quia ſi ope illorum vapo-
rum vel earum partium, quæ accederent ad rem,
D quæ attrahenda eſt, fieret hæc attractio, difficilior
fieret attractiu, neq; ad luca excretionis vacuandi
ſucci attraherentur, ſed potiùs ad loca, in quibus
vapores illi eſſent recepti, quemadmudum io ex-
emplu itidem magnetis à ſenſu & experientia pe-
tito, apparet. nam ſi ferrum magneti affricetur, con
trahit inde eas vires, vt ad ſe aliud ferrum attrahat,
non autem ipſum magnetem. ita videmus, quòd, ſi
acus ferrea magnetē contingat, illi hæret, & ſuſpen
ſa manet, á magnete attracta, qood ſi alia acus itidē
E ferrea priuri acui apponatur, vi magnetis priori a-
cui impertita, hæc altera priori hærens, & ab ea at-
tracta, ſuſpenſa manet, & ſic ſubinde. vnde qoam-
uis omnes à magnete attractæ ſint, & eadem vi po-
ſteriures à priuri attrahantur, nun tamen poſterio-
res mouentur ad magnetem, ſed manēt vltimæ io-
hærentes. ſimili etiam ratiune, ſi vapores, vel aliæ
partes à medicamentu diſſolutæ, ad attraheodos
homores accederent, dum eos attraherent, non
fieret ab illis attractiu ad ventricolum, vel ad loca
F excretionis, ſed ad locum, io quo conſiſterent eiuſ-
modi vapores vel partes illæ medicamenti, quæ ab
illo ſeparatę eſſent. quare difficilior fieret attractio,
cùm reliquiæ medicamenti ad alium locum attra-
herent, vbi nempe illæ remanſiſſent poſt vaporum
diſceſſum, ad alium autem vapores vel aliæ ſepara-
tæ partes, atqoe concitata inter illas quaſi pugna
quadam, altera alteri eſſet impedimento in attra-
hendu putiùs, quàm ſe adiuuarent, atque ita diffi-
cilior ſequeretur porgatio. His mihi videotur dub-
G bitationes diſſului prupè poſſe.

EPISTOLA XXVI.

Eidem.

De medicamentorum purgantium facultate.

VT ſcrupolum tibi, mi Chriſtophore, ex quæſtione propoſita iniectum eximamus, & plenius tibi ſatis faciamus, pauca iis, quę in prioribus literis propoſita fuerunt, adiiciam. Conſiderandum itaq; eſt, quòd nulla ferè ſunt medicaméta, quæ quantomlibet ſimplicia ſimilariaq; ſenſus iudicio videantur, non ſint tamen, quatenus ad illorum mixturam pertinet, ex variis partibus, imò ſæpiſsimè etiam inter ſe naturâ & viribus contrariis genita coagmétataq;: quę partes ſuot pruxima quaſi eleméta illius medicameoti, quod ex horum miſcella à natura cõſtitotum eſt, ſicut & ipſæ etiam ex primis elementis, taoquam ex propria materia ſunt confectæ, quarum vires & facultatas ipſæ elementis & elementorum qualitatibus acceptas referunt, atq; tandem io ea referuotur. Et in hanc ſeotentiam cooſentiunt, tum alij plerıq; tam philoſophi, quàm Mediei, tum verò Gal. in omnibus ferè libris de facul. ſimpl. med. præſertim vbi rationem referre oititur, cur dulcia leniaot, amara detergant, acria ſecent & aperiant, auſtera adſtringant. omnia enim hæc in elementa, quibus cooſtant hæ horum medicamentorum partes, refert, & in eorum qualitates. dixit enim, amaritudioem fieri à terreſtri ſubſtantia attenuata & penè exuſta à calure: & ſic ſobinde de aliis. Hæ autem partes ſunt ferè poteotia in ipſo medicaméto: nam materiæ rationem habeut, neque quidquam agere poſſuot, niſi à natiuo corporis calore in actum deducantur, vnde io cadauere nequeunt quidpiam agere: ad actum autem à calido corpori innato adducuntor, quia eius, quateous calor eſt, ea eſt natura, vt heterogenea diſſeparet, diſſeparatę autem per ſe conſiſtuut, ac ſubiode iam in actu ſunt, & agere puſſunt, prout earum natura fert, oeque amplius ratiooem partis habent. Præter hss autem facultates, & aliæ in medicamentis reperiuntur, quæ in hanc diuerſarum partium naturam nequaquam raferri poſſuot, neque in aliquam materialem rationem. nam non iis hæc medicamenta prędita ſunt, quia calida ſint, vel frigida, vel humida, vel ſicca, neque quia plus habeant ignis, vel aeris, vel terræ: ſed ſequuntur vniuerſam illius ſubſtaotiam, & eius indem formam. Ex hoc genere ſunt medicameotorum purgátium vires, quibus humorem illum particulatim attrahere poſſunt, qui illis magis peculiaris & affinis eſt, perinde vt magnes ex omnibus metallis ferrum duntaxat attrahit: ſimili etiam facultate & corporis in animante particulæ id in alimentum trahunt à iecore & venis duntaxat, quod ſoæ oaturæ congruentius eſt. Et quemadmodum neque magnes vapores aliquos ad ferrum amandat, qui ferrum ad magnetem adduceant, neque membra ad familiare propriumque alimentum feruntur, ſed ioſita ſua facultate formam conſequente illud vel inuita attrahunt: ita medicameota ſua & ipſa vi, quæ ſuæ ſubſtaotiæ & formæ comes eſt, humores proprios ad eum locum attrahuut, io quo reſident: quamuis eorum vis in omnibus æqualis minimè ſit. quia aliorum hæc facultas maiures vires habet, & per longius ſpacium & à remutioribus partibus attrahere poteſt, in aliis verò minores, & non niſi à propinquis, & per minus ſpacium. Et ſicut harum io medicamentis facultatum, tum quæ eorum formas primariò, tum qoæ materiales partes ſequuntur, ex quibus coagmentata eſt medicamanti ſub-

A ſtantia, varia & dioerſa eſt natura: ita differens & varia eſt agendi & operandi ratio & modus. nam cùm horum modus & ratio vniuerſa oparandi ſequatur & reſolustur tandem in vires, & qualitates ipſorum elementorum, ita modum & rationem operandi ab elementis habent, & ab eorum qualitatibus, per veram tranſmutationem, & vt noſtri iuniores aiunt, realem: quę, vt probant philoſophi, fieri non poteſt niſi per approximationem rei agen-

B tis ad eam, quæ afficitur & patitur, & per mutuum earum cõtactum. ideò neceſſe eſt, ſi ſit futura actio per has in aliquam rem, quæ remota ſit, vt priùs intermediæ res eadem qualitate afficiantur, & ab his ſubinde remotior res tranſmutetur: ſicot oos hyeme ignis par aerem medium calefacit, ab illo priùs calefactum. Et hoc ſanè modo oportet, vt priùs magiſque propiores, quàm remotiores, partes calefaciat, ita vt, quò ad remoóora pertingit hæc actio, eò languidior & minor fiat calefactio: vel vt medica-

C menti partes illæ, in quibos vis ea ſita eſt, in vapores diſſoluta, per eos ad remoóores partes tranſlatos, calafaciat: quo pacto ſæpe viſum eſt ignem per fuliginem, & ſcintillas ab eo prodeuntes, non modò calefeciſſe res remotiores, ſed etiam incendiſſe vſiſſeq;. Et hic agendi modus nò ſolùm proprius eſt primis elementorum qualitatibus, ſed communis omnibus aliis, quæ has ſequuntur, & in illlas referuntur: quales ſunt qualitates illæ variæ & diuerſæ, quæ variam & diuerſam rationem miſturæ pri-

D morum elementorum in illis partibus ſequuntur, quas diximus eſſe quaſi proximam materiam, vel proxima elemanta illius medicamenti. Et hæ hac ratione ſuot in eo potentia, & in actum deducuotur, cùm vi innati caloris diuiſæ & ſeparatæ incipiunt per ſe conſiſtere, ſolutæ à propria illius medicamenti forma. Neque tamen deinde neceſſe eſt, vt fiat vniuerſæ ſubſtantię medicamenti diſſolotio in has materiales partes, quæ poteſtate in illo inerant, quia non puſſet deinde fieri, vt eadem res of-

E ficio fungatur medicamenti & alimenti: ſicut pleriſq; contingit, vt in ventriculo ab eius calore concocta tranſeant io alimétum. Purgaotia verò medicamenta & ipſa requirũt, vt à calore corporis actuétur, vt attrahaot, ſed alio quodam modo. oeque enim opus illis eſt, vt in vapores diſſuluta, per illos attrahát ad ſe proprios humores, ſed vt ab eo quoquomodo vis attrahendi roboretur. Quemadmodom in ſuccino, quod Arabes charabem appellát, vis quædam à natura inſita eſt, vt feſtocas attrahat:

F oeque tamen eas attrahere poteſt, niſi priùs ita fricetur, vt aliquantulum excalfiat. per eá ergo frictionem, & inde comparatũ calorem, attrahit, neq; tamen in vapores diſſoluitur, quibus attrahat, imò ſi medicamenti ſubſtautia diſſolueretur, periret eius vis purgatoria, ſicut in multis medicamétis fit, prę ſertim facilioribus, quæ concocta & ſuperata à ventriculo, præcipuè famelico, nihil interdum purgát, ſine vlla tamen læſione corporis. Proinde dum eius ſeruatur ſubſtantia integra ex maiori ſaltẽ par-

G te, ad ventriculum materias attrahit, abſque hoc, quòd illa quoquo modo moueatur verſus attrahendos ſuccos: quod & ab Arabibus, vt Auicenna & Meſue, probatum eſt, & à Græcis, nempe purgátia medicamenta non accedere ad purgandos humores. Sed quòd alia ſit ratio agendi in illis facultatibus & qualitatibus, quę materiam medicamenti: &c

ti. & alia in illis, quæ totam ſubſtantiam & formam A
ſequuntur, poſſumus ratione ab experientia de-
ſomta probare. Aliqua enim medicamenta agunt
in ea, ad quæ naturâ deputata ſunt, tam per eas fa-
cultates, quæ materiales partes ſequũtur, quá per
eas, quæ totá ſubſtantiam, & in remotiores partes
agũt per materiales virtutes potiùs, quàm per eas,
quę à forma pendent. vis enim aloes purgatoria nõ
tranſit hepar: vis veró adſtringens vſque ad par-
tes ſpirituales attingit, cùm ſputum ſanguinis re B
primat: aperiens veró etiam ad extremas hæmor-
rhoidas, quas ſolet aperire: aloe ſiqnidem dum
purgat, ipſa in ventriculo manet, à quo ſi deſcen-
derit, nullam habet ampliùs vim purgandi. Vnde
Medici, cùm intercipere medicamentorum ope-
rationem volunt, procurant, vt potu aquę hordea
ceæ, aut iuris alicuius, è vẽtriculo eiiciant. Sed con
trà etiam, aliquorum medicamentorum vis purga
toria ad remotiores partes magis & citiùs pertin-
git, quàm aliæ facultates, per quas calefaciunt aut C
refrigerant, adſtringunt vel apariunt, attenuãt vel
incraſſant: item quá emplaſticæ ſunt, vel detergũt.

EPISTOLA XXVII.

*Quæſtiones complures de quibuſdam re-
pugnantys apud Galenum. A. C.
Medicus Luſitanus.*

EXpendenti mibi Galeni locos, quàm ſint inter
ſe diſsidentes, ita vt vnus mille aliis quando- D
que, nec id raró, non cohæreat, quamque ille ſit
in ſuis dictis varios, vt ſicubi ſibi ipſi nõ repugnat,
ibi tamen à ſe variet: Vnde occaſionem plurimis
præbuit conficiendi plenos libros contradictionũ
Galeni, ita vt arriperet etiam illinc anſam doctiſsi-
mos Hieronymus Cardanus Mediolanenſis char-
tas implendi quibus nihil contineretur, præter va-
ria Galeni dogmata, quib. à ſe alius eſſe, coturnoq;
verſatilior oſtenderetur: ratio & cauſa tantæ varie-
tatis nulla alia viſa eſt, quàm quód occupatiſsimus E
ille fuerit in viſendis laborantibus, variusq; in ſcri-
bendis variis rebus, de quibus varia cenſere opor-
teret, quæ ſi non varia eſſent, varia ſaltem eſſe appa
rerent: ac item quód aliàs ex profeſſo, aliàs medie-
tatem rei tractaret. Hæc itaq; rimanti mihi, euenit,
vt dum quoſdam Gal. locos ea qua poſſem diligen
tia perſcrutarer, hi interuenirent, de qoibos ſermo
erit apod te. Exſpectant enim iudicium non vulga
re. Sunt ergo loci hi.

Dubitatio Prima. F

Galenos qointo de vſu par. inſinuans quo mo-
do vrinæ fiat attractio, in hæc verba prorumpit:
Veſica veró tam quæ flauam bilem ſuſcipit, quàm
hæc, quæ vrinam, porum vtrumqoe & impermi-
ſtum attrahens proprium excrementum: Paucia
item additis ſubiungit rurſus: Quatuor hæ particu
læ hepar expurgantes, quia non erant à propriis
lædendæ ſuperfluitatibus, non egnerunt ampliori
ſenſu: nec enim poſſunt attrabere huiuſmodi ſu-
perfluitates, niſi aliqua ſit communicatio illis ſecõ- G
dum qualitatem, &c. ex quibus verbis facilè eſt col
ligere, veſicam attrahere vrinam. Qoæ, ſi quis con-
ferat cum dictis in ſexto de locis affectis cap. 5. ſanè
is deprehendet repugnantiam manifeſtiſsimam:
vbi ſcripſit, veſicam non trahere à renibus, quem-
admodum nec inteſtina à vẽtriculo: ſed renes qui-
dem vrinas excernendo, in veſicam mittere.

Dubitatio Secunda.

Dum apod Hiſpanos morarer, magna exorta fuit
inter me & alterum noſtræ artis profeſſorem con-
tentio. inciderat enim ſermo de quibuſdam locis
apud Galenum, qui pugnare motuó videbantur,
nec facilem habere ſolutionem. Nam ſi legas quæ
ſcribit quarto libro de locis affectis, dum de catale-
pſi diſputat, hanc ipſam nempe & Carum ſine of-
fenſa reſpiratione fieri: pugnantia certè & admo-
dum diſsidentia dices eſſe ab illis, quæ ſcribuntur
quinto de locis affectis inter initia, cùm ſic inquit;
Nec ſanè minùs id reperiet conſiderans, quónam
modo in dictis affectibus attolli prohibeatur tho-
rax. Nec enim arridebant, qoi dicebant, præſentien
tes loci difficultatem, de complicato hîc affectu lo-
qui, id eſt quãdo catalepſi adiungitur aliud genus
morbi, cuius naturale eſt habere reſpirationem vio
lentam, cùm Galeno indignum ſit, mo[illegible] ſigna
proponere cum complicatione, vbi ipſum morbi
eſſe per ſigna inſinuare contendis.

Dubitatio Tertia.

Pugnantia rurſus viſa ſont, quæ ſcribuntur lib. cap. 10.
de differ. ſympt. qoandoq; enim affici, inquit, idem
ſit quod pati, motione tamen pathos ab affectu di-
ſtinguitur. com his, qoæ tradiderat ſcriptis in lib.
1. de loc. affect. illic enim ſic ſcribit: Maximè enim
proprius vocabuli affectus vſus eſt contrarios & è
diametro pugnans cum verbo actionis, qoippe id
agere dicitur, quod ex ſe ipſo motum obtinet, affici
veró, quod motum obtinet ab alio. Cùm itaq; duo
ſint motus genera, alterationis, & lationis, vbi ad
permanentem diſpoſitionem alteratio peruenerit,
ſitq; diſpoſitio præter naturam, morbos appellãt;
quamuis per abuſionem quandoq; etiam eandem
diſpoſitionem nonnulli affectum vocẽt, qui, ſi mo-
re Græcorum patrio nomine vterentur, partes po-
tiùs affici dicerent, cùm motum obtinent ab alio,
cùm veró diſpoſitionem obtinent pręter naturam,
ſi quis propriè loqueretur, ægrotare potiùs, quàm
affici diceret. Opponi hæc placita videntur, niſi for
ſitan varietas translationũ in cauſa ſit, qoam mihi
ob inopiam librorũ, hîc non datum eſt perquirere.

Dubitatio Quarta.

Eſt & illud mihi difficile, quód ſciam autores, &
ex Gal. ac ex ratione, pro rato babere, febrem fieri
ex bile abſqoe potredine: qoemadmodum enim à
ſanguine fit, inflammationem patienti, ita & à bile
eodem pacto, ſed æquè benigno calore excalefa-
cta: cùm tamen ſecundo de different. febrium, v-
bi aduerſus eos diſputat, qui omnem febrem ex
bile fieri exiſtimabant, ſumto argomento ab iis
qoi morbo regió correpti ſunt, & in quibus re-
dundat bilis, verùm febris nòn affligit, niſi pu-
tredo aduenat. id enim intelligit per verbum, ali-
quod aliud.

Dubitatio Quinta.

Cui ſimile videtur eſſe id, qood à te poſtremó
loco ſciſcitari intendo: Credas ne febrem ex bile
factam, ſecari poſſe in acmaſticam, paracmaſti-
cam, &c. qua diuiſione febris ſanguinis ab auto-
ribus diuiditur in febrem, quæ ſemper increſcit,
& illam qoæ ſemper decreſcit, ac eam quæ ſemper
eodem modo procedit. intonant enim fermè om-
nes autores, quos vidi, hanc diuiſionem ſolios fe-
bris ſanguineæ eſſe. Sed ego contrà, legens Gal. 2. cap. 2.

de differen.febrium,reperio illum dixiſſe,febrium, quæ ex bile fiunt,aliam eſſe acmaſticam,aliam paracmaſticam,&c.

Dubitatio Sexta.

Deſideraui etiam mirum io modum à te ſcire, ſicubi Galenus ſcripſit, oum enema iniiciendum anta miſsionem ſanguinis? an econoerſo? noſtratium enim Medicorum vſus,& qui ob id, qoòd rationabilis,inter vetulas vſorpatus ſit,nuſqoam per mittit alicoi laboranti venam tundi,nec cultellum B admoueri, quin priùs eoema iniecerint: modò aluus non obedierit. Is ergo vſus tamdio vſurpatus eſt, vt iam iam inoleuerit, & graſſatus ſit per totam Hiſpaoiam. A te ergo vellem ſcire, an qui ſic faciunt, ex Hippocrate, & Galeno faciant. Legenti enim Galenum & bene perueſtiganti cootraria ſententia apparebit verior, qoippe qoi quarto de ratione victus oon ſit veritus commendare à pleuritide, &c. correptis, ſanguioem mitto, deinde ad enema procedere. C

Reſponſiones ad ſuperiores quaeſtiones.

TRINCAVELLIVS.

DVbitationes, quas mihi ſoluendas per literas propoſuiſti, etſi maiorem eroditionem acriuſque requirerent ingenium,quàm meum ſit, quod iam noo modò conſeneſcit, ſed ferè contabeſcere incipit: eas tameo pro mea virili parte ſoluare uitar,ne in hoc officio, quod à me nunc D primùm requiris,rusticè me gerere videar, præſertim verò,quòd pro comperto ferè habeam, te potiùs, vt de noſtra doctrina periculum facias, hos nodos ſolueodos propoſoiſſe,quàm quòd tu ſoluare oeſcias.

Primam autem dubitationem qood attinet,quę cap.5. inde habet ortum,q Gal.6.de Loc.affect. ſcriptum reliquerit veſicam à renib. non attrahere, ſicut nec inteſtina à ventricolo, ſed renes per vrinaria vaſa E excernēdo mittere: quæ tñ pognare videntur cum his,quæ quinto de vſu par. & 3. de natur.facul. protolit: in bis enim locis ait,vtrámq; veſicam, felleam oimiruio & quæ vrinæ excernendæ præfecta eſt, vim habere,qua proprium attrahant excremetú: primã,inquam,dubitationem ita ſoloerem. Liquidò conſtare,q ſi Galeni decreta ſequi velimos, neceſſe eſt fateri,veſicam habere facultatem ſibi à natura inſitam,qua vrinam attrahit: nam neq; alia de cauſa,ſi Galeno credimus,cōtexta fuit ex tripli- F ci fibrarum ordine,niſi vt traheret,cótineret,& expelleret: neq; ipſe per ea verba, quæ recitata ſont ex ſexto de loc.affe. voluit, veſicam facultate & officio attrahēdi eſſe priuatam: ſi modò non tantùm ex cortice rem perpendere velimos, ſed ad medullam vſque penetrare. quia non videtur eſſe rationi cōſonum, illum obliuioni tradidiſſe, quando ſexto de loc.aff.cōſcripſit, ea quæ de re hac, tum in libro de vſu par. tum etiam tertio de natur.fac.copioſiſsimè diſſeruerat: præſertim verò, cùm ſexto de loc. G affect. eodem loco meminerit eius loci in tertio de natur.fac.quo de his ſermonē habuerat. Vnde putandum eſt ipſum aliò reſpexiſſe, cùm dixit, veſicã à renib. non attrahere, atq; alium ſenſum ea verba habere,quàm ita abſolutè prolata videantur referre. Nam non eſt eo loci Galeni inſtitutum, exponere qoódnam ſit monos, & qoænam ſint facultates A in vnioerſum veſicæ, illi à natura tributæ, ſed potiùs particulatim qois ſit locus affectus in dipſaco vel diabete appellato morbo,ac in cuius particulæ vitiom ille ſit refereodus. Ait itaq; ibi, vt rem hanc faciliùs & apertiùs explanaret, perinde diabetem reſpectu renum & veſicæ ſe habere,vt morbus, qoi à Græcis lienteria dicitur, reſpectu vētriculi & inteſtinorum. Quemadmodum enim lienteria, quã leuitatem inteſtinorum Latini appellant,non inde B prouenit,qoia inteſtina cibum,in ventriculum cōgeſtum, attrahendo ſurripiant prioſquàm coocoquatur,ſed ob id potiùs, quia vētriculos factos ex aliqua frigidiori iotēperatura imbecillior, vt ſexto aphoriſ. Galen. explanans primum aphor. docuit, læſa nimirum facultate contētrice, cùm cibi grauitatē perferre nequit, ſtatim aperto inferiori orificio, in inteſtina protrudit. Id quod earum auiom exemplo docet, qoas in Aſia Seleucidas ſexto de loc.affe.appellari dixit: hæ enim locuſtas continen C ter deuorant,ac eas mox vomitu reiiciunt. Eodem etiam modo & diabetem eſſe renum affectum,non veſicæ,ait: hi enim ex calidiori intemperatura, à caua vena plurimam exſugūt vrinalem bomiditatē, quam deiode contioere præ imbecillitate neqoeont, qoare coguntur celeriter per vrinarios meatus in veſicam excernere. Vnde hæc eſt prima proximaqoe caoſa frequentis & copioſi mictus in diabete, noo attractio ipſius veſicæ. Eſt ergo locus ille, recitatus ex ſexto de locis affectis, particulatim ex D pooendus, referendo ſanè ad cauſas illius affectus, vtpote qoi habeat ortum ex imbecillitate facultatis contentricis renum, & expultrice irritata à grauitate multæ vrinæ, ooo autem ex attractoria facultate veſicæ. Neqoe tamen ita eſt accipiendus, quaſi voluerit Galen. veſicam in vniuerſom carere facultate attrahendi vrinam.

Sed & nodum ſecundum noo molto negocio ſoloemus, ſi methodum ſequi velimus, quam nobis tradidit Hippocrates primo de ratione victus in a- E cutis morbis, ibidemq; latè & lucidè eam Galenus explaoauit, qua que omnes artes conſtitui, & quęſtiones omnes diſſoloi, & cauſas diſsidiorum omnium facilè reperiri poſſe affirmant. Ea verò maximè in hoc conſiſtit, vt id, quod ſemper & in vniuerſum fit, ab eo diſtinguamus, quod frequenter, & hoc ab eo, quod rarò. Ex huius ſiquidem rei ignorantia, qoæcunque in artibus aut ſcientiis extitere diſsidia, ortum haboere: nempe quia, quod aut frequenter fieri obſeruarent, aut etiam aliqoando, F id in vniuerſum proounciáre auſi ſunt. Vnde & huios dubitationis occaſionem ex hoc fonte derioatam eſſe putamus. Apoplexia enim per ſe & in vniuerſum, ſiue illa leuis, ſiue fortis fuerit & valida, ſemper noxam aliquã affert reſpirationi, quia, vt idem Galen. refert, eſt ablatio ſenſus & motus: quateous tameo ad alias omnes partes pertinet, quæ in animante arbitraria motione mouentur: oam reſpiratio ab hac ratione excipienda eſt, vtpote quæ ōmninò ab eo tolli nequeat, ſi viuendum il- G li ſit. Vnde huius actionis neceſsitas naturam cogit, vt, quantum fieri poteſt, illi proſpiciat, ac omni ope nitatur illam cuſtodire: alioquin enim animal ſtrangulatum ſtatim intereat. At in Caro & catalepſi, etſi interdom reſpiratio lædatur, hoc tamen neque ſæpè, neque in vnioerſum accidit, ſed potiùs rarò, & ooo niſi cùm extremi facti ſunt hi

affe-

affectus: & cùm eò res iam prouecta eſt, vt anhelitum lædat, iam proximè ad apoplexiam accedit, oppreſſo nimirum cerebro à multitudine frigidioris materiæ, ſiue vapor illa ſit, ſiue humor, & facta validiori obſtructione; adeò vt ſpiritus ad inſtrumenta anhelitus nequeat progredi. Inde enim fit, vt dum pectus non poteſt attolli factis anguſtioribus vaſis ſpiritus, excitatur, vt tertio de reſpirandi difficultate docuit Galen. ſtertor: ibi enim ait, reſpirationem difficilem, ſtertoroſam appellari. Quare cùm ſopor reſpirationem iam lædit, in eodem ferè ordine eſt cum apoplexia, leuiori ſaltem. Ita & catalepſis, per ſe quidem & communi ſua ratione, non lædit anhelitum: at cùm ita augetur, vt iam læ dat, ferè non ampliùs rationem habet catochi: ſed in conuulſionem degenerare incipit: Catochus ſiquidem fit, quia ex frigore & ſiccitate tenduntur nerui, quaſi congelati. Vnde affectus eſt ſatis conuulſioni ſimilis, qua muſculi ad ſuum principium contrahuntur, quod aliunde fieri non poteſt, niſi ex neruorum cõtractione: & neruoſarum partium affectus, eſt conuulſio. Vnde cùm adeò nerui tenduntur, vt munus reſpirandi offendatur, iam res ea ſapit conuulſionis naturam; imò ſi quis rectè perpenderit Galeni verba quinto de loc. aff. hoc ipſum voluiſſe perſpiciet: ibi enim minoris apoplexiæ meminit, & hos alios affectus cum ea in eodem ordine ponit. In hunc ergo modum diſſoluerem ſecundam dubitationem.

Tertiæ verò reſponderem, quòd ea vniuerſa in verbis potiùs, quàm in ipſa rei ſententia conſiſtit: quod vt exquiſitiùs explicare poſsimus, volumus, vt nobis liceat vocabulis recentiorum tum philoſophorum vti, tum Medicorum: licet non omninò ſapiat exquiſitam illam latinitatem. Aſſumamus itaque primam Galeni dictionem, excerptam ex principe parte lib. de differentiis ſympto. vbi ait, quòd πάθημα, quod iuniores paſsionem dicerent, à διαθέσει hoc eſt, vt iuniores aiunt, à diſpoſitione differt motione. Hoc idem prorſus eſt, quod & iuniores dicunt, quando inquiunt, quòd albedo & dealbatio vnam & eandem rem ſignificant, ſed non eadem ratione, neque in eundem modum: nam dealbatio candorem quidem ſignificat, quatenus in motione, & vt iuniores philoſophi aiunt, in alteratione & transmotatione eſt, albedo verò itidem candorem ſignificat, ſed vt permanens eſt & factus, non autem quatenus fit. Et hoc eſt, quod ſibi volunt ea verba, quòd πάθημα ſeu paſsio motione à διαθέσει ſeu diſpoſitione differt, videlicet, quòd affectio, dum in motu eſt vel in tranſmutatione, pathema dicitur, vbi verò tranſmutatio deſinit, affectus, qui remanet & iam permanés factus eſt, diatheſis propriè & ſecundum appropriatum modum loquendi Græcorum, dicitur, Latinis verò affectus. vnde diatheſis eſt veluti finis & terminus ipſius pathematis: nam procedente vlteriùs tranſmutatione & motione, pathema in diatheſim deſinit. Affectio enim, quæ primùm eatenus erat, quatenus fiebat, & à cauſa ſua effectrice pendebat, tandem adeò mox imprimitur, vt diatheſis propriè dici poſsit, vtpote quæ adeò iam ſtabilis euaſerit, vt per ſe, remotâ etiam cauſâ, eſſe poſsit. Et huiuſmodi diatheſis, ſi ſit affectio aliena ab ipſius animalis natura, ita vt actiones lædat, morbus dicitur, (ſecus aũt, donec adhuc pathema eſt) ſi tamen verũ & proprium Græ-

A ci ſermonis vſum ſequi velimus, quem ipſi νόσον vel νόσημα appellant. Medici tamen Græci, priſcis illis temporib. neglecta hac exquiſita vocabulorum ratione, hæc confundebant, & affectum, qui morbus dici meretur, interdum pathema nuncupant. Hæc itaque, ſi rectè fuerint animaduerſa, mihi omnem videntur tollere dubitationem, nec ampliùs hæc ſententia cum his pugnare videbitur, quæ relata ſunt primo de loc. affec. aliò enim ſpectant quæ ibi cap. 3.
B referuntur à Galeno, cùm ait, quòd id agere dicitur, quod ex ſe ipſo motionem obtinet, affici verò, quod ipſe græcè πάσχειν ait, quod ab alio motum habet. id enim, exponere hoc loco voluit ipſe, quod philoſophi, præſertim verò Ariſtot. dixit in naturalis auſcultationis libris: videlicet quòd idem motus actio dicitur, & affectio, vel vt ipſi dicunt paſſio: nam vt ab efficiente vel agente cauſa proficiſcitur, dicitur actio: hoc enim eſt, quod dicit Gal. agere dicitur cùm motum habet ex ſe, hoc eſt, quate-
C nus ab ipſo motus progreditur, quatenus autem recipitur in eo, quod mouetur, dicitur affectio vel paſſio: quod enim afficitur, ab alio habet motum, quia ab alio mouetur. Sed ad quartam tandem dubitationem, quæ in re ipſa conſiſtit, accedamus.

Quarta dubitatio quærit ex nobis, an putemos, poſſe ex inflammata bile, citra vllam putredinem, perinde vt ex ſanguine, febrem accendi, quod ſentire animus non paucos eximiæ autoritatis viros. Ego verò meam in hac re ſententiam ingenuè pro-
D feram. Dico ergo primùm, me facilè conceſſurum, poſſe ex bile eo modo inflammata, atque in aliqua corporis particula recepta, & eam in tumorem præter eius naturam attollente, ibi tamen non putreſcente, febrem excitari, quemadmodum in eryſipelate frequenter fieri videmus. Sed deinde an alius febris ex bile modus citra putredinem accendi poſsit, non æquè mihi conſtat: quia ſi bilis, quæ febrem allatura ſit, extra venas pellatur, vt fit in febribus intermittentibus, puto neceſ-
E ſe eſſe, vt putreſcat, ſi ſit febris concitanda, cui ſententiæ atteſtatur regius morbus, quem plerunque nulla concomitatur febris, vtpote quia bilis non putreſcat. At verò ſi in venis illa continetur, cùm in eis ſit cum aliis ſuccis miſta, mihi difficile creditu videretur, quòd, ſi ea excaleſit & inflammatur, dum cum ſanguine aliiſque humoribus confuſa & miſta eſt, non item & ſanguis & cæteri humores ex eadem cauſa accendantur. Quod ſi dederis, iam non erit febris ex bile, ſed ex ſanguine, & ſyno-
F cha febris: nam ſanguis appellatur, non modò qui quartus eſt humor, ſed & collectio omnium humorum in venis, vt ſæpè Gal. teſtatur: neque ſynocha febris accenditur ſolùm ex ſincero ſanguine inflammato, ſed ex eo etiam, qui veluti farrago eſt omnium humorum. Et ſi quis huic ſententiæ opponat, & quærat, cur, ſi bilis poteſt ſola ſeorſumque ab aliis humoribus putreſcere, non poterit & ſeorſum ab aliis excaleſieri & inflammari? Reſpondemus, quia diuerſa eſt admodum ratio: putrefa-
G ctio enim ad ſubſtantiam humoris pertinet, & poteſt ſubſtantia huius humoris aptior eſſe & paratior ad contrahẽdam putredinem, quàm alterius; inflãmatio verò magis pertinet ad qualitates, vnde præſente re vel cauſa calfaciente, neceſſe eſt omnes humores tranſmutari, & proinde in febrib. putridis, licet nõ omnes humores putreſcant, omnes tã

caleſiunt: nam in febribus præſertim ardentibus, A
ſanguis, qui aut per nares, aut è vena ſecta effluit,
vniuerſus adeò calet, vt feruere videatur, nec tamē
vniuerſus putret. Dubitatio etiam quinta nō mul-
to negocio poſſe diſſolui mihi ſanè videtur, ſi mo-
aph.29. dò velimus vſquequaque Galeni veſtigiis hærere,
cap.20. qui febrem ſynocham partitus eſt, imò & diuidi ſo-
litam ab illius ætatis Medicis vbiq; teſtatur, in ac-
maſticam, paracmaſticam, & homotonam, vt po-
cap.6. teſt vnuſquiſque legere 1. lib. commentariorum in B
ſextum epidemiorum: qui deinde ſynocham in
ordinem febrium ardentium redigit, tum loco ſu-
cap.4. per citato, tum etiam ſecūdo de different. febrium
præterea verò ſecundo & tertio de criſib. Et quam-
uis febris hæc, quæ inter putridas recenſenda eſt,
ex ſanguine putreſcente accendatur: nemo tamen
eſt vel mediocriter in Galeni decretis verſatus, qui
neſciat illi hoc ab omnibus in præſentis attribui,
quòd ſanguis, dum putreſcit, non amplius propri-
am ſanguinis naturam ſeruat, ſed quod in eo tenue C
& ichoroſum eſt, vertitur in bilem, quod verò eſt
craſſum, in melancholicum ſuccum: vnde id genus
febris in eas refert, quæ ex putreſcente bile gignun
tur, cùm iam in bilem ſanguis tranſeat. Quæ ſenten
tia Arabibus non probatur, neque Latinis noſtris
iunioribus: nos verò quid ſentiamus in hac re, aliàs
maiori otio diſquiremus.

De ſexta dubitatione, nihil eſt ab Hippocrate
& Galeno expreſſè definitum, quod in eorū com-
mentariis me legiſſe recordari poſsim: niſi dica- D
mus, Galenum aliquid inſinuaſſe in hac re, quod
communi conſuetudini poſsit fauere: nimirum
vt clyſter miſsioni ſanguinis præmittatur, vtpote
qui tertio de componend. medicament. per loca, v-
bi remedia ab Archigene propoſita ad aurium do-
lores exponit, inquit, aluum eſſe validiori clyſte-
re ciendam, & ſanguinem ex vena cubiti detra-
hendum: quo loco primùm clyſteris, mox miſsio-
nis ſanguinis meminit, è vena nimirum cubiti de-
trahendi: quem ordinem ſeruauit ſexto quoque e- E
iuſdem operis libro, quo loco remedia Archigenis,
ad inflammationes fancium & columellæ, deſcri-
bit. Quòd ſi quis, quid in hac re ſentiam, requi-
rat, ita equidem dixerim, quòd, cùm venæ, ſi ina-
niantur, ſuccos vndecunque attrahant, ſi multa
in inferiori aluo ſint congeſta excrementa, ſiue il-
la ex concocto cibo, per primam in ventriculo con
coctionem fuerint genita, ſiue etiam alia cruda,
quæ aut præ imbecillitate ventriculi, aut ex nimia
ciborum ingeſtorum copia, aut alia aliqui occa- F
ſione, concoctionem integram effugerint, puta-
rem præſtare, vt ea clyſtere educerentur, aut alia ra
tione lenita aluo, antequam ſecetur vena: ne illis in
venas attractis, obſtructiones augeantur: aut putre
ſcentibus, mox alia afferantur incommoda. vnde
cùm id genus excrementa ſæpiſsimè non modò in
morboſis corporibus, verùm etiam in bene valen
tibus reperiantur, ideò ex ratione eam puto fuiſſe
introductam conſuetudinem. Quòd ſi morbus a-
cutus & occaſio admodum præceps videretur, vt G
in mora eſſet periculum, non putarem eſſe com-
miſſum piaculum, ſi priùs vena ſecaretur, mox ma
iori otio aluus clyſtere ablueretur, ſicuti &
Hippocra. 4. de ratio. victus in acutis
morbis conſuluiſſe le-
gera eſt.

EPISTOLA XXVIII.

Philippo Theodoſio, Medico.

Quomodo & quibus medicamentis à Galeno deſcriptis ſit vtendum: Quid ſit melca Galeni: De vſu ſeris albi Galenici: Cur in febrib. putridis, ſanguine tam in melancholiam quàm in bilem abeunte, febris naturam bilis retineat. an ex ſola bilis inflammatione ſine putredine bilis generetur.

VT tibi morem geram, vir excellentiſsime, du-
bitationib. propoſitis uitar pro mea virili par
te ſatisfacere. Cùm ergo primū quæris, vtpo-
te qui nonnullas noſtras lectiones videris diſcipu
los noſtros, dum librū de cōpoſitione medicamen-
torum Gal. κατὰ τόπους explanarem, conſcriptas, cur
non etiā ſigillatim exponā, quæ eorū medicamēto
rum mihi in vſu ſint, & aliqua experiētia cōfirma-
tim, & an illis nos vti oporteat, vt in hoc libro de-
ſcribunt, vel aliter? In hunc modū reſpondemus,
atq; rationē reſponſionis ab ipſomet Gal. 6. iſtius o-
peris libro aſſumā, quòd omnia medicamēta in hoc li-
bro deſcripta, præter ea, in quib. eſt aliquod in com
poſitione vitium, (ſicuti in aliquib. ineſſe oſtendit
Gal. cum quib. reliqua, quæ ab eo examinātur, ſi di
ligēter contulerimus, facilè percipere poterimus, quæ
tanquā bona ſint admittēda, & quæ reiicienda) ta-
lia ſunt, vt illis tutò & feliciter vti poſsimus, vbi ea
cōueniunt & laudātur. Nam, vt probè noſti, medi-
camēta ſunt, quib. tanquā inſtrumentis, in morbis
curādis, vtimur. Securus aūt & felix eorū vſus ex
duabus præſertim rebus eis accidit: primùm, vt re-
ctè & ex ratione cōpoſita ſint, mox, quod & maio-
ris momenti eſt, vt ab eo Medico tractentur & ad-
miniſtrentur, qui eis accommodatè & ex ratione
vti nouerit. Ex ſe enim medicamentum nihil eſt,
vt idem Galen. 7. libro teſtatus eſt: nihilo etiam ſe-
ciùs profiteri apertè poſſumus, medicamentū per-
inde eſſe, ac manus Dei in ægrotis curandis. Neq;
verò hæc iſtiuſrei diuerſitas ab ipſo medicamēto
ortum habet, vtpote quod in ſeipſo ſemper idem
eſt: ſed ex manu perita, vel imperita illius, qui eo v-
titur, & opportunè accommodare nouit corpori la
boranti, morbo, ætati, tempori, & id genus reliquis.
vnde eodem loco eos deludit Galenus, qui diſpu-
tant & quærunt, an medicamentum bonum ſit, &
an altero præſtantius, ſi quidem omnia, modò rectè
confecta ſint, itemque omnia mala & nocua eſſe
poſſunt. Quatenus autem ad me pertinet, poſſum
equidem id profiteri, quòd rariſsime his, quæ hic
ſcripta habentur, aut aliis, ab aliis autoribus literis
traditis, ita omninò vtor, vt ab ipſis nobis tradita
ſunt, ſed illis plerunque aut addo, aut etiam detra-
ho: ſemper enim nitor illa noſtro accommodare
inſtituto, vt ſæpè nos facere docuit Galenus hoc
eodem libro, ac ſe ſolitum facere oſtendit.

Secundò autem ex me requiris, vt ſententiam
meam de melca exponam, cuius rei meminit Ga-
lenus ſeptimo libro methodi Therap. & in eo libro,
cui titulus eſt: De cibis boni & mali ſucci: de qua
loquitur, tanquam de cibo, qui vim refrigerantem
habeat: rogas præterea, an putem id eſſe, quod nūc
volgò caput lactis appellatur, aut ſi credam non eſ-
ſe illud, quid ſaltem credam apud Galen. eſſe hoc
quod

A quod caput laƈtis appellamus. Ego verò ſemper in hac fui ſententia, & iu eadem etiam perſiſto, quòd hoc, quod nunc caput laƈtis appellamus, & ignotũ fuerit, & iu uullo vſo tempore Galeni & antiquiorum autorum. Neq; n. memini, me quidquã apud aliquem antiquum autoré, græcom vel latinum, legiſſe, quod poſsit accommodari, & cum hac re congruere & procul omui dubio, dum puer atq; adoleſcens eſſem, cibus is proprios & familiaris erat, imò ferè uec alijs cognitus & iu precio, uiſi Vae-

B netia, vel ſi aliis etiam, parum admodum. Qui verò exiſtimant eſſe melca, ni ſallor ego, falluntur ipſi. nullam enim rationem perſpicere poſſum, cui innixi, poſsiut hoc pronuuciare, niſi hoic fortaſſe, qoia Galenus cibom hunc in his pouit, qui ſunt ex laƈte confeƈti. Sed ratio hæc longiùs nimis petita eſt, nimisque communis. Porrò, ſi animaduerterint & pouderauerint Galeni locum, quæ de melca ille dicit, neqoeo ut illi aptari, quod caput laƈtis

C dicitur, qoia melcam inter cibos recenſet, qoi inſigniter refrigerant, & Romæ eo, tauqoam refrigeraute, vtebantur, qood qoidem capiti laƈtis uequaquam attribui poteſt. cùm enim ex pinguiori laƈtis parte fiat, & omnino ex eadem, ex qoa etiam botyrum conficiont, eqoidem pro certo haberem, quòd, ſicoti vtrioſq; eadem materia eſt, ita quoqoe eadem vel ſimilis ſaltem ſit vtriuſqoe facultas. vnde, qoemadmodum qoarto de facultate ſimplicium medicamentorum iodicauit, botyrum tempe-

D ratum eſſe iu primis qoalitatibus, & proinde illi facultatem concoquẽdi attribuit, maturaudique, & molieudi, id ipſom etiam de laƈtis capite me pronuuciare poſſe meritò putarem, quare & in delicatioribus ægrotis eo pro botyro ſum vſos. Hæc ſunt quæ de hac re exiſtimo, neque tamen adeo in hac ſententia pertinax eſſe velim, vt eam facilè non ſim motaturus, ſi mihi aliquid in coutrarium occurrerit, quod momentum aliquod habeat. Si porrò apud autorem aliquẽ antiquum & probatom ſcri-

E ptum reperiſſem aliquid, qood aut expreſsè oſtenderet, aut ſaltem inſinoaret, conſueoiſſe antiqoos, illis videlicet temporibus, conficere alteram illam caſei differentiam, qoæ poſt extraƈtum primum & verum caſeum, iterum ſero igni appoſito & modico addito aceto, extrahitur, & à veſtris, ſi reƈte memini, vulgò recoƈta dicitur, à noſtris verò, puina, facilè adduci poſſem vt crederem, quòd melca eſſet, illa veluti ſpoma, qoæ dum hic ſecuudus caſeus conficitur, primùm quaſi effloreſcit, antequam condeuſetur iu caſeum, & in his noſtris regioni-

F bus ab aliqoibus fiorina vulgari uuncupatione, ab aliis fioretta appellatur. quæ res, ſi reƈtè percepi, quod ab aliqoibos, qui Romæ diu verſati ſunt, mihi relatum fuit, Romæ nonc etiam æſtate in vſo eſt. Sed quia noudum me aliqoid legiſſe memini, quod iſtios rei poſsit aliquam rationi conſonam conieƈturam facere, niſi qoòd hæc duo, quaſi ſimilas cibos ex laƈte confeƈtos, & eiuſdem naturæ ſimol, illis doobus citatis locis refert Galen. vi-

G delicet aphrogala, quod ſpumam laƈtis ſignificat, & melca. & hæc noſtra. ſpoma qoędã eſt, & ex laƈte aibus: mihi certè videretor, quamois ita ſe res habeat, hoc velle affirmare, eſſe potiùs addioinare, quàm definitè ex reƈta ratione loqui. Hoc verò nõ poſſom nou plorimùm admirari, quòd, cùm Galenus dicat melca eſſe latinum & Romanũ nomen,

A & cibum qoi Romanis iu plurimo fuerit vſu, nulla tamen apud latinos autores eios mentio reperiatur. Nec de hac aliquid aliud habeo, quod referam, uiſi qoòd apod Conſtantinum Cæſarem libro de agricultora legi factam melcæ mentionem, quæ illi eſt modus qoidam laƈtis acidi, vbi & modum docet illud parandi, uêpe vt in teſtam, iu qua per aliquot dies fuerit acatum, lac immittatur. Sed au hoc idẽ ſit qood ὀξύγαλα dicitur, mihi dubiũ eſt;

B quia melca dicit, cibus Romæ proprius & familiaris, oxygala verò communis & Illyrio & Græcis erat omnib. Qoatenus aũt ad tertium, quod à me requiris, pertinet, nempe an ego lure albo in præſentia vtar, cuios apud Galenum freqoentiſsima mentio eſt; equidem eo illo modo exaƈtè parato, vt eo tempore parabatur, nunc minimè vtor. parabatur enim ex porro, anetho, oleo, & ſale modico: illis autem temporibos ex vſu fortaſſe contraƈtõ erat, vt auethum in cibis non eſſet ingratom. at verò no-

C ſtra hac tempeſtate adeò alienum eſt ab vſu iu cibis anethũ, vt paoci ſint. qui vel odorẽ poſsiut perferre quãuis iu aliquib. Gręciæ locis vtãtur eo in cibis. Vnde ſi in medicamentis procorandum eſt, vt quantum fieri poteſt, minùs ingrata ſint, lungè magis de hoc iu cibis ſolicitu eſſe debemus. Hoc tamen dixerim, qoòd ioſculom illud, quod noſtrates volgò brodettum appellant, ex quo elixantur piſces, ſi demſerimus aromata, uon eſt admodum differens à iore albo autiqoorum: cępam enim pro por-

D ro apponuut, & noſtrum domeſticum & ſatiuum petroſelinom pro anetho, addito oleo & ſale: apponuntur etiam aromata gratiæ conciliaudæ cauſa in ſanis. Cæterùm difficilior mihi res videtur & maioris negocij, quod de febre excitata ex putredine ſanguinis à me exquiris, & dubitas, nẽpe cur, ſi putreſcẽte ſanguine, tenuior eius pars in bilem tranſmutatur, craſsior verò in melancholicũ humorem, ea febris potiùs ſequitur formam & naturam bilis, quàm melancholici homoris? Difficilis ſanè, vt di-

E xi quæſtio eſt, & qoæ diligẽté reqoireret conſiderationé, quo circa quia in pręſentia & legẽdi monere, & aliis negotiis ſum occupatiſsimus, breuiter reſpõdebo, & quæ mihi haƈtenus occurrẽre, in mediũ proferã deinceps cũ plus ocij naƈtus fuero, exquiſitius rem hãc diſquiſiturus. Et primùm quidẽ mihi eorũ reſponſio nonquã ſatis probatur, qui dicunt iſtud inde accidere, quia plures ſint in ſanguine tenues partes, quàm craſſæ: nam mihi non ſatis conſonum rationi hoc videtur, cùm videam, quòd ſpi-

F ritibus extinƈtis vel euaporantibus. (qui in ſanguine, dom integer quidem eſt, copioſi inſunt, eo verò putreſcẽte extinguũtur, vnde floridus quoque ac locidus color euaneſcit, cùm putris eſt) ſanguis facilè concreſcit & coaƈtus dureſcit. Sed neq; de hoc vlteriùs diſpotare velim, imò tempori parcens, ſtatim ad eam reſpouſionem exponendam me couferam, quæ mihi magis rationi conſona videtur, ne veriorem eam dicam. Dico ergo, qood quamuis ſanguis, dum putreſcit, in vtramque bi-

G lem, flauam videlicet & atram, vertatur, febris tamen, quæ inde accenditur, potiùs ſequitur naturam & ordinem tertianæ febris, qoàm quartanæ, propter naturam bilis illios, ad quam accedit pars tenuior ſanguinis putreſcentis. Nam cum ea & ſubſtantiã ſit tenuior, & qoalitate vel naturã calidior, faciliùs etiam & promtiùs omni ferè tranſ-

mutationis genere mouet̃:in aliis enim, qoæ ſont
tenoioris ſubſtantiæ, id ipſom cõtingere quotidie
videmos,omnia ſiqoidem citiùs vruntur,coquon-
tur,digeruntur,diſcotiootur,& putreſcunt:e
& ligna atteſtari poſſont,quę eò citiùs,qoò tenoio
ra ſunt,caleſiont,& refrigerantur, accenduntor &
exſtingouotur,imò etiã putreſcunt,quæ verò craſ-
ſiora,eò etiam tardiùs,ſi reliqua tamen paria pooã-
tur. Vode ſanguinis pars tenoior,quæ vertitor pu-
treſcẽs in bilem,priùs transmuratur & corrumpit̃,
hac ipſa ratione : ſed quia com craſſa ſimul permi-
ta eſt,&qood à potrido tãgitur,potreſcit & ipſum,
ideò tenoior mox ſecom craſſam in eandem trahit
putredinem,cùm vtraqoe pars iam ſit ad putredi-
nem prons, & ex eodem externo calorẽ hæc pars
in flaosm,illa io atram bilem ſit cunuerſa, vnde io
ea transmotatione iam ſemlos putredinis ambæ
contraxere à ſuo orto,& inde ſit, vt, qoia flaoe bi-
lis hac ratione præcedit, & ſecom atram in potre-
diosm deducit,qoaſi eam ſequentem,illam in ean-
dem rationem periodi addncat. Nec modò bilis fla
ua quàm atra citiùs transmotator & potreſcit, ſed
etiã qoàm alij homores: quod experientia ipſa no-
bis oſtendit: nam quotidie plores & frequentiores
videmos accẽdi tertianas, quàm alias quaſdam ſpe
cies febris putridæ. Et hac eadem ratione, ſi obſer-
oare volueris,percipies,in tertianis nothis, qoam-
uis ſæpè omnia ferè ſymptomsta apparentia ma-
iorem copiam pituitæ,quàm bilis flauę oſtendant,
ſicuti ſunt nulla aot exigua ſitis, ſopor, corporis
grauitas,longitudo acceſsionis, caloris modica a-
crimonia : ordo tñ periodorum tertianam febrẽ &
biliosam referet. Sed hoc qoidem velim eſſe dictõ,
ſi mihi opus ſit ſeqoi cõmunem,tum Arabum,tum
noſtrorum iuniorum ſententiam, qosm Galeno
attribount,quia quantom ad me pertinet,non po-
to Galenum ita ſenſiſſe. Quæ aũt in hac re eius fue-
rit ſententia,longiori egeret diſqoiſitione,nec mihi
in præſentia tantum temporis ſoperaſt,vt hæc tra-
ctare exqoiſitè poſsim. Ad id igitur venio,quod po
ſtremò requiris,an videlicet, ſicut ex ſanguinis in-
flammatione citra potredinem febris accenditor,
ita & ex inflammata nec tamen potreſcẽte bile ac-
cendi poſsit? Eqoidem in præſentia reſponderem,
neq; ex bile flaua,neq; ex atra, neq; ex quopiã alio
humore,ſeorſum & ſeparatim poſſe,citra potredi-
nem,per ſolam Inflammationẽ excitari febrẽ, tum
qoia id doctrinæ repognat,quã nos antiqui & pro-
bati aotores docuere,tũ verò qoia etiam rationi, vt
oſtendam,adoerſator. Qoòd autem hoc à decretis
probatorum autorum alienum ſit, inde euidẽs eſ-
ſe poteſt: qoia ſi eiuſmodi febris poſſet accendi, ad
nullum geous febriũ, coios meminerint antiqui,
illa pertineret,quia neque ad ephemeram, neq; ad
hecticam,& longè etiã minùs ad potridam, vt res
clara eſt: qoare eſſet neceſſe qoartum genus febriũ
conſtituere,à quo nollus probatos aotor non ab-
horruit. Vt id prętercam,qoòd ſi hoiuſmodi febris
aliquando in corporibos noſtris eueniret, in lon-
ga temporis ſucceſsione à Medicis,qui alioquin di
ligentiſsimi fuere,fuiſſet obſeruata, & eius aliqua
ab illis fuiſſet facta mentio: nolla tamen alicubi re-
peritur,qood me vnqoam legiſſe meminerim. Sed
neqoe aliquem virum probatæ fidei aodiui,qui di-
xerit, ſe illam vnquam deprehendiſſe, vel alium
nouiſſe, qui eam deprehendcrit. At ſi dicas: quòd
A ſi ex ſanguine citra potredinem fieri poteſt febris,
eadem ratione & ex reliquis fieri poterit : Reſpon
deo diuerſam eſſe iſtius & aliorum rationem, quia
febris ex ſanguine redigi poteſt & referri ad genus
ephemerarum febrium, tum ratione caloris, tum
etiam aliqoa ex parte ratione materiæ : ex modo
quidem caloris, qoi præcipoè rationem & eſſen-
tiam febris conſtituit,qoia ſimilis eſt calor in febre
ex ſanguine ſine potredioe calori febris ex ſpiriti-
B bos, nimirum mitis vtrobique: ex materiæ verò
ratione, quia ſpiritus tenuiori parte ſanguinis con
ſtant,& proinde Galenos vbiq; in idem genus fe-
brem ex ſpiritibus & ex ſanguine ſine potredine ex
citatam refert. Sed & qoòd rationi aduerſetur,
quòd ex aliis humoribus ſeorſum, niſi potreſcant,
aliqua poſsit febris concitari, in hunc modum o-
ſtendi poſſe arbitror: qoia cùm in venis contineao
tur homores omnes confuſi & miſti, mihi videtur
fieri nullo modo poſſe,vt eorũ vnus ita ſolus inflã-
C metur,vt non tranſeat etiã ad alios inflãmatio, ita
vt tandẽ ſit neceſſe vniuerſam,vt aiont, maſſam in-
flãmari ipſorom humorum,qoæ quidem aliod nõ
eſt niſi ſanguis: ſanguis enim etſi interdũ pro qoar
to humore accipiatur,plerunque tamen ſignificat
congeriem omnium humorum miſtorum, qoales
continẽtur in venis. Vnde ſiue bilis inflammetur,
ſiue ſanguis, vel qoicunq; alius humor, dum miſti
ſunt,ſemper omnes caleſcunt, vt tandem febris ſy-
noche ſine putredine accendator. Hæc enim eſt o-
D mniom Philoſophorum ſentẽtia, qoòd qoodlibet
naturale agens,ſi ſit rei patienti proximũ,nec impe
diator,neceſſariò agit in illam. Atq; ſic quidẽ poto
febrem ſynochã abſq; potredine ex feruore ſangui
nis hoc modo accepi ſuom habere ortum, non aũt
ex ſanguine,qui eſt qoartus humor: nam non me-
mini me vnqoam apod Galenum legiſſe,qoartum
hunc humorem citra alios accenſom parere febrẽ
ſynocham. Qoòd ſi iterom opponas, quòd eadem
quòqoe erit ratio de febribus potridis, præſertim
E verò ſi continentes ſint,in qoibus materia in venis
putreſcit: Reſpondeo,quòd diuerſa omninò eſt ra-
tio earum, quia putrefactio eſt trãſmutatio in ipſa
ſubſtantia, inflammatio verò in qoalitatibus, ſer-
oatã ſubſtantiã. vnde qoamuis omnes ſint ſimul
miſti humores in venis, non tamen, qoantùm ad
ſubſtantiam pertinet, eandem habent rationem,
quia alter altero poteſt eſſe ad corruptionem apti-
or,& id multis de cauſis: nam vel non erit,dum ge-
nerabatur,eam conſequutus cõcoctionem, quæ il-
F li à natura debebator, vel quia eius ſit maior geni-
ta copia,quam ea poſsit facilè à natura adminiſtra
ri,vel ex aliis id genus cauſis: vt id etiã addamus,ꝙ
interdũ maiori ſtudio à natura coſtodit̃,quẽadmo
dum ſanguis,quẽ veluti theſaurũ natura omni ſtu
dio,& quaſi dilectũ filium cuſtodit, & ob id in ex-
orbitantibos vacuationibus poſtremus eſt, quem
illa exire permittat, atque ita etiam poſtremus eſt
qui potreſcat. & cùm ille putreſcit, cæteri quoque
computreſcoot: ipſe enim aliorum omniom frenũ
G eſt & temperamentum. Et proinde exiſtimo, quòd
in febre item ſynocha, ex ſanguinis putredine ex-
citata,ſanguis is potreſcat,qui omnium homorum
collectio eſt,non aotem quartus eſt humor ab ali-
is ſecretus. Atq; hæc in vniuerſum diximos: nam
ſi ſit particulatim ſermo de bile atra vel flaua, in
quas diximos conuerti ſanguinem potreſcentem,
faciſ

facilior erit reſpouſio. ueq; enim fiere poſſe puto, quin illæ putreſcaot, cùm, vt paulò antè dixious, ex ſuo ortu ſecum duxerint putredinis ſemina.

Ita quidem propoſitis dubitatioibus reſponderem: quas reſponſiones non quaſi definitiones & determinationes accipies, ſed potiùs tanquam nccaſiones rem meliùs diſquirendi, vt tandem veritas inueoiatur.

EPISTOLA XXIX.

Dominico Fulignati Medico.

De Galeni dubitatione circa Hipp. locum 4. de rat. vict. in ac. morb. vbi agit de miſſione ſanguinis.

RES, quam mihi, mi Dominice, explanandam propoſuiſti, non admodum facilis explicatu eſt, imò quæ non parum negotij afferre poſſit, prçſertim homini, vt te noo latet, plurimùm occupato: quia tamen pro noſtra amicitia nihil honeſtum, aut debeo, aut poſſum negare: ideò hoc onus libéter aſſumam, vt dobitationem mihi propoſitam diſſoluam. Quçris ergo quid ſit in Hippocrate, quantum ad ſententiam deſcriptam quarto

Aphoriſ. 19. de ratione vict. in acut. morb. quod Galeno non probatur, & qood etiam illod ſit, quod meretur tantis laudibus extolli. Ego verò rem hanc, vt eam iotelligo, explanabo. Id quod laudat Galenus mirum io modum, eſt ſententia ipſa per ſe, quæ dicto loco bis verbis deſcripta eſt: oempe quòd ſanguis mittendus ſit in magnis morbis, quotieſcunq; vires validę adeò ſiot, vt eam vacuationem ferre poſſint, & ætas ea, quæ illam admittere valeat. Defeciſſe tamen Hippocratem in ea ſententia interpretanda & explicanda ait, vtpote qui non exquiſita ratiooe & exacta interpretatione & expoſitione vſus fuerit, qua vti ſolitus eſt, cùm ſententias, quæ multam vim habent in arte medica, alibi deſcripſit. Reprehenſio autem Galeni in hoc cóſiſtit, nempe quia, aut inſtitutum Hippocratis hoc loco fuit particulatim omnia exponere, quæ in mittendo ſangoine ſpectanda & conſideranda ſunt à Medico, vt rectè miſiſſe dici poſsit, aut tantùm præcipoos & primos ſcopos, ad quos tandem reliqua omnia referuntur. Si quidem præcipuos & primos ſcopos ſolummodo, non erat illi opus meminiſſe ætatis: nam & ætas ad vires refertur: ſenes enim ob imbecillitatem virium, quæ comes eſt ſenilis ætatis, prçſertim ſecundæ ſenectutis, nequeunt pleronq; ferre ſectionem venæ, pueri verò, etſi vires ſanè validas habeant, quia tamen humida ſunt temperie, & habitu totius corporis, præterea verò plurimũ habent innati caloris, qui plurimum digerit, & eua-

A porare facit ſubſtantiá, qua membra conſtant, ideò cootinuam habent & copioſam vacuationem ipſis connaturalem. vnde ſi inſuper alia externa addatur vacoatio, aot ſanguinis detractione, aot purgatione, vires facilè fatiſcunt & diſſoluuntor. Ecce ergo quòd pueris ſanguinem non mittimus propter vires, quæ licet in præſentia valeant, facilè tamẽ ex euacuatione cócidunt. vnde ſicuti ſanguioem mittimus propter morbi magnitudinem, non ſolùm

B quæ præſens ſit, ſed etiam quando timemus ne futura ſit, ita non modò vires præſentes conſideramos, ſed futuras etiá, ſi mittendus ſit ſangois, proſpicimos, imò & alia omnia, quæ in hac re táquam indicantia aliqoid ab aotoribus proponuotur, in vires tandem referuntur, regio, tempus, anni conſtitutio, mores, conſuetudo, & vitæ inſtituta. Hoc itaq; modo rem perpendeodo, ſuperuacanea videtur meutio ætatis in hoc præcepto. Sed ſi voluerat magis particulatim & explicatiuà rem explana-

C re, & ſcopum addere, qui ab ætate depromendus eſt, maius operæ preciom feciſſet, ſi omniom differentiarum ætatum meminiſſet, quæ aptæ ſuot ad perferendam facilè ſectionem venæ, qoia non ſola vigens ætas & conſiſtens ſanguini mittendo, cùm opus eſt, idonea eſt, ſed & præcedens, nempe adoleſcentia, & ſequeos, vt prima & viridis ſenectus. Cùm enim quinq; ſint ætates, quantum ad Medici conſiderationem pertinet, pueritia, adoleſcentia, virilis ætas, primom ſeniom, & ſecundum vel de-

D crepitas: duæ extremæ à ſectione venæ excluduntur, tres verò mediæ ad eam admittuntur. vnde ſi quod eſt, quod in hac dictione reprehẽſionem meretur, hoc eſt, quod lucidè, ni fallor, à nobis in præſentia expoſitum eſt, vnde etiam Galenus videtur in hoc damnare autorem, qoòd parum diligenter ſe geſſerit in definienda ætate. Modeſtè tamẽ ſe habuit Gal qui non pertinaciter eũ damnat, ſed qoaſi dubitans: ait enim, quòd forſitan alicui videri poterit, quòd parum diligenter fuerit hæc ſententia

E expoſita ab Hippocrate & hoc ſanè ob id, quia facilè Hippocratem ab omni calumnia defendi poſſe videbat eodem modo, quo aliàs ipſe in ſimilibus illum defenderat. Vt enim ipſe primo de elementis teſtator, is ſæpe fuit Hippocratis mos, vt vnius meminerit, cum qoo alia multa conueniunt in eadem ratione, vtpote quia ex illo, quod expreſſum eſt, cætera percipi poſsint. Proinde & in hoc negotio, cùm ætas virilem præcedens, atq; ea quæ ſequitur illam, ſimilitudinem habeant, vt ferè pares & affi-

F nes admodum ſint, quatenus ſaltem ſpectat ad id, quo de loqoimur, hoc eſt, ad ſanguinem mittendum: ideò dicet qui Hippocratem defendere inſtituit, quòd expoſita vigente ætate, eas ſubintelligendas reliquit, quæ huic proximæ & affines ſunt, vtpote quæ multam habeant conuenientiá cum hac. Hæc eſt ergo mea in hac dubitatione ſententia.

VICTOR. TRINCAVELLII QVÆSTIO

DE REACTIONE IVXTA DOCTRINAM ARIST. & Auerrhois.

CIRCA tertium phyſicorum librũ maximè in tex. com. octauo quæſtio admodum difficilis ſolita eſt mouari, quam primo etiam de generat. circa tex. com. 53. & 54. moderni ſolent parſcrutari, quæ talis eſt: Nunquid omne agẽs materiale, dum agit in paſſum, repatiatur ab ipſo paſſo, ita vt fugere nõ poſsit, qoin paſſum etiam aliquo modo in ipſum agat. Res difficilis valde, habẽs ad vtramq; partẽ magnos fautores & fortes rationes, quæ licet innumeræ hinc inde ab auctoritatibus diuerſis afferantur: nos tamẽ nimiam prolixitatem fugiantes, eas tantùm adducemus, quæ nobis tangere videntur punctum & ſubſtantiam difficultatis. Et primò ponemos argumenta probantia Reactionem eſſe impoſsibilem; deinde ea, quæ partem oppoſitam comprobant.

Quòd impoſsibilis ſit reactio in agentib. & paſſis, prima ratio eſt hæc: ſit ita, quòd aliquod agens in paſſum aliquod agat: vt puta A in B, quòd A dũ agit, ab ipſo etiam B paſſo repatiatur, tunc quæro, vtrùm potentia vtriuſq;, tam agentis, quàm paſsi, ſit æqualis vel inæqualis: non eſt dicendum, quòd ſit æqualis, quia à proportione æqualitatis nõ prouenit actio, vt accipi poteſt à com. 4. phyſ. com. 71. vbi dicit, quòd actio ſemper prouenit ex victoria motoris ſupra paſſum. Eandem etiam ſententiam Philoſophus expreſsè ponit in libello de motibus animalium: hac etiam tanquam principio vtitur 8. phyſi. pluribus in locis. Si verò ſunt inæquales potentia A & potentia B, tunc debilius nõ agit in fortius aliquo modo, ſed tantùm fortius in debilius: Si enim æquale non poteſt agere in æquale, multò minùs debilius in id quod eſt fortius. A proportione enim minoris inæqualitatis nõ prouenit actio. Et hoc argumentum à Burl. ponitur hîc. Secunda ratio hoc idem probans eſt Calculatoris admodũ difficilis, circa quam poſteriores omnes laborauerunt. data reactione inter agens & patiens, vnum abſurdum ſequeretur, quòd ſcil. duo contraria ſimul & ſemel in eadem parte ſubiecti intenderentur, quod omnino impoſsibile eſt, & philoſophiæ principiis repugnãs: licet quidam ex Medicis forſitan hoc nõ haberent pro inconuenienti. Quod autem hoc ſequatur, facillimè poteſt probari. ſit enim A quod in B agit, & à B etiam repatiatur. & ſupponatur, quod licet A per totum B agat, ipſum tamen B nõ poſsit ſuam actionẽ per totum A diffundere, ſed ſolùm talis reactio fiat per medietatem ipſius A: ex quo enim A eſt potentior quàm B, poterit ad maiorem diſtantiã agere quàm B, quare pars ipſius A, quæ patitur ab ipſo B, appelletur C. Hoc ſuppoſito deducitur, quod in C parte ipſius A ſimul introducentur & intendentur duę contraria, vt puta

A caliditas & frigiditas. Quod deducitur hoc modo; ſit A ignis, qui per caliditatem in B aquam agat, & per frigiditatem ab ea patiatur, tunc manifeſtũ eſt, quod C pars ipſius A patitur per frigiditatem à B, & idem etiam C ab aliis partibus ipſius A, quæ ab ipſo B non repatiuntur, calefit: ꝙ probatur, quia ex quo aliæ partes A ſunt in ſua caliditate, & in C eſt frigiditas à B inducta, erit inter C & alias partes A contrarietas, ſed vbi eſt contrarietas, ibi actio &

B paſsio, quare aliæ partes A agent in C, per caliditatem, & B ex alia parte per frigiditatẽ, quare ſimul & ſemel calefiet C, & infrigidabitur. ꝙ eſt penitus impoſsibile, & contra philoſophiæ principia, vt patet.

Ad hoc etiam inconuenientes deducunt moderni alio medio. Sit ita, quòd inter agens & paſſum ſit aliquod medium, ſicut ſi eſſent duo corpora ſolida vt ferrum ignitũ & glacies, quæ non poſſunt ſe tangere immediatè, vt docet Ariſtot. 2. de anima, tex. com. 113. ſed neceſſe eſt vt inter ea mediet aer aut a-

C qua, tunc ſi ferrũ calefacit glaciem, quæro vtrùm à glacie infrigidetur, vel non, ſi nõ refrigeratur, ergo non reagit, quare eſt impoſsibilis reactio: ſi reagit & refrigerat ferrum, cùm calefactio à ferro & infrigidatio à glacie non procedant niſi per aerem medium, ergo aer medius ſimul & ſemel infrigidatur & calefit, quod vt diximus ex toto eſt abſurdum & impoſsibile. Quartum argumentum ad hoc idem confirmandum eſt hoc: cõceſſa reactione videtur ſequi vnum, quod omnino repugnat phyſicis prin-

D cipiis, ſcil. nullum agens poſſe perfectè aſsimilare ſibi paſſum & ad eũdem gradum reducere in quo ipſum eſt. Quòd autem hoc ſequatur, facile poteſt probari. quia ſi aliquod calidum ſummè velit ſubiectum frigidum ſibi aſsimilare, ſit ſummè calidum octo, & ſit illud, quod intendit aſsimilare frigidum ſex, tunc ſi per te calidũ debet frigidum aſsimilare, & ſimul à frigido patitur, quare eius caliditas remittit, & efficitur verbi gratia calidũ in ſeptimo gradu, tum dico, quòd deducens frigidum

E ad caliditatem, vt octo, nõ tale eſt agens, quod erat ſummè calidum, quia per ſuppoſitum iam eſt effectum, quòd calidum in ſeptimo non poteſt perducere ad caliditatẽ, vt 8. quia nihil agit vltra propriũ gradum: tũc enim ſimile in ſimile ageret, & minus in maius, vt apparet, quare nullum agens ad eundẽ gradum deducet paſſum in quo ipſum eſt. Multa etiã alia, & innumera ferè argumenta pro hac parte ſolent afferri, quæ breuitatis cauſa dimittantur. Hæc enim ſunt quę punctum huius rei tangunt, &

F ex ſolutione horum facilè alia omnia ſoluentur. Ad oppoſitam autem partem multa etiam afferuntur: primò ſenſus ipſe, qui hoc manifeſtè teſtatur, & experientiæ multæ. Contrariantibus autem ſenſu & ratione, dimittanda eſt ratio, & ſenſui eſt adhærendum, vt eſt ſententia Ariſt. & Auic. Ratio enim quę

ſenſui

ſenſol contradicit ſophiſtica eſt & vana: Secundò A auctoritates innomeræ, nimirū Ariſt. com. ſed maximè in libro phyſi. 3 & 1. de generat. tex. com. 33. & 34. & 87. & Themiſt. & Alex. & aliorum omnium Peripateticorum manifeſtiſsimè huic parti fauentium. Rationes etiam multæ, inter quas potiſsima eſt hæc, quia ablata reactione aufertur mixtio perfecta, quod eſt philoſophię, & Ariſt. contrarium: de his tamen inferiùs fuſiùs agemus, in præſenti hæc ſufficiat. Materia difficilis eſt valde, quod ex eo maximè poteſt eſſe perſpicuum, quia innumeræ in ea opiniones reperiuntur inter auctores poſteriores. B Antiqui enim in hac re non multum laborauerũt: ſed vnum aduertendum eſt, ne ſimus in æquiuoco, quòd nunc loquimur de actione, quæ in vero motu fundatur. Dimittimus enim actiones perfectiuas, & eas, quæ fiunt in inſtanti, ſicut illuminano, & ſimilia, & de materiali tantùm actione, & agente materiali loquimur, quod cum paſſo communicat in materia, de quo eſt Ariſtot. ſermo.

Prima opinio. C In vniuerſum igitur qui de hac re locuti ſunt bipartiti fuerunt. Quidam enim ex toto reactionem negauerũt, volentes fugere maximas difficultates, quę angunt eos, qui huiuſmodi reactionem defendare volunt, & inter alias ipſorum rationes hæc fortior eſt: quia ſi agens eſt tantæ virtutis, vt poſsit totum paſſum alterare, & propria qualitate priuare, multo magis poterit ſeipſum à virtute paſsi defendere, & conſeruare: difficilius enim videtur poſſe alium offendere, quàm ſeipſum defendere. Ad ea D verò, quæ pro ipſa reactione ſunt adducta, reſpondent, primò auctoritates Ariſt. & Com. exponentes dicunt, quòd per reactionem Ariſt. & alij non intellexerũt, quòd paſſum poſsit in agens agere: hoc enim impoſsibile eſt, cùm potentius & fortius ſit agens patiente: ſed intellexerunt reactionem priuatiuè, quod idem eſt cum reſiſtētia: paſſum enim quantum poteſt reſiſtit, & nititur prohibere actionem agentis, & hoc voluerunt Ariſt. & alij auctores antiquiores. Ad rationem etiam reſpondent, E quòd miſcibilia non reducuntur ad temperiem ratione mutuæ actionis & reactionis, quæ eſt inter ipſa, ſed ab ipſo generante, & à virtute ſuperiori ipſius cœli. Experientias etiam contrarias variè ſoluunt, quę ne nimiũ longi ſimus nunc dimittimus: ſi enim rectè perpendantur eorum expoſitiones, manifeſtè videbitur, quòd textum corrumpant. & de his inferiùs aliquid dicemus: ad magis enim neceſſaria nunc properamus.

F Alij autem reactionem omnino conceſſerunt, maior ſcil. pars eorum, qui peripateticam Ariſtot. doctrinam profeſsi ſunt, qui licet in hoc conuenariot, ſcil. neceſſariam eſſe reactionem poſitiuam in rebus naturalibus: in modo tamē ſaluandi reactionem, & eam ponēdi, & fugiendi difficultates ipſam vndiq; circunſtantes, diuerſiſsimi fuerunt. & licet innumeræ circa hoc ferè opiniones reperiantur: nos tamen eas tantùm attingamus, quæ probabiliores ſunt viſæ: nimium enim temporis contereremus, ſi omnes inſequi vellemus, & eſſet magis G cauſa confuſionis, quàm doctrinæ.

Calculator. Primus itaq; modus, quem examinaturi ſumus, eſt Suiſeth Calculatoris, cuius ſummatim vniuerſam poſitionem in duas partes reducamus. Vbi eſt aduertēdum, quòd ſicut duplex reperitur modus qualitatum, à quibus poteſt actio vera & motus

A prouenire: ita etiam dupliciter de reactione loquēdum videtur. Quædam enim ſunt qualitates, quæ motui locali deſeruiũt, quædā verò quæ alterationi. & ſicut iſtæ qualitates ſunt diuerſæ, ita etiam eſt diuerſa ratio actionis & reactionis in ipſis. Primò igitur de motu locali loquendo ſic ait Calculator: poſsibile eſt in motu locali fieri reactionē, ita quòd ſi A agat in B, eodem modo B reagat in ipſum A, nō quidem alterando, ſed ſolùm ſecundum motum B localem hoc verò Calculator quaſi experientiā notum relinquit: manifeſtum enim eſt, quòd ſi duo gladij contra ſe inuicem moti occurrant, ambò hebetantur. ſimiliter duo vaſa fictilia vel vitrea ſæpe contra ſe inuicem lata, ambo franguntur, nec aliquod reperitur argumentum, (dicit ipſe Calculator) quod in hac concluſione faciat difficultatem.

At ſi loquamur in alteratione, cùm actio & paſſio fiant ratione cōtrarietatis, paſſum & agens poſſunt dupliciter ſe habere: vel enim contrariantur C ſecundum ambas vtriuſq; qualitates, ſcil. actiuas & paſsiuas, vt ignis aquæ: vel ſecūdum vnam tantum cōtrarietatem, vt ignis aeri. Si agens & paſſum ſint contraria in ambabus qualitatibus, tunc, dicit Calculator, ſine dubio poteſt eſſe inter ipſa actio & reactio, non tamen ſecundum eandem contrarietatē, & eaſdem qualitates, ſed ſecundum diuerſas: vt puta ſi ignis agit in aquam per caliditatem, ſimul poteſt aqua in ignem agere per humiditatem, non autem per frigiditatem: poteſt enim aqua ita vincere D ignem per humiditatem, ſicut ab eo per caliditatē vincitur: nec aliquod argumentum in contrarium huius noſtræ compoſitionis reperitur: dicit ipſe. Imò, ſicut quidam ex modernis confirmant, in hāc penitus ſententiam deſcendere videtur comm. 4. metheor. com. 2. vbi videtur velle hac ratione miſtionem fieri, & non alia, niſi quia elementa ſunt in ſuis qualitatibus non æquè potentia, vt ibi videri poteſt. Calculator tamen hic dicit, hoc in elementis puris eſſe impoſsibile, vt ſcil. dominentur ſecun E dam vnam qualitatem, & ſecundum aliam vincantur, ſed in mixtis ſolum habere locum. Si autem de agente & paſſo loquamur, quæ vna tantùm contrarietate contrarientur, vt contrarietate in actiuis tantùm, vel in paſsiuis tantùm: adhuc poteſt hoc dupliciter conſiderari. vel enim ambo ſunt ſecundum omnes ſuas partes conſimilia, & eiuſdem rationis, tam ſecundum gradum, quàm ſecundū multitudinem formæ, quàm etiam ſecundum omnia alia, quæ poſſunt augere, vel diminuere potentiam F agentis, vel patiētis: vel ſunt diſsimilia in partibus. Si quidem ſint diſsimilia ſecundum eorum partes, ſic inter ipſa poteſt eſſe actio & reactio ſecundum eaſdem qualitates, & eandem contrarietatem: ſed ſecundum diuerſas partes. Si enim ſit A, habens difformes partes in caliditate poteſt vna eius pars per caliditatem agere in B, & per aliam pati per frigiditatem ab ipſo B, vt manifeſtum eſt: res hæc clara videtur, & per ſe nota. Si ſint autem tam agens quàm paſſum ex toto vniformia, & partes conſimiles om G nes habētia, tunc dicit Calculator: impoſsibile eſt ſecundum eandem contrarietatem eedere reactionem: loquendo de vera & poſitiua reactione, quæ duos contrarios motus poſitiuos includit: vt puta ſi ignis agit in aquam calefaciendo ipſam, quod ab ea ſimul ipſe frigefiat. Quod autem hoc verum ſit, duabus vtitur rationibus: prima eſt hęc, quia tunc

à proportione minoris inæqualitatis proueniret actio, vel à proportione æqualitatis. Hanc conſequétiam facilè poſſumus deducere ex ſuppoſito, quod ipſe contra multos imò pluras ex modernis auctoribus nititur probare, ſcil. vnumquodq; tantum eſſe reſiſtiuum quantum eſt actiuum, cuius rationes in præſentia dimittemus, quia forſitan de his aliàs loquemur. Secunda verò eius ratio, per quod negat reactionē ſecundum eandem cōtrarietatem, eſt illa, quam à principio attigimus, quia data tali **B** reactione ſequeretur in eodem ſubiecto ſimul intendi duos motus cōtrarios, quod eſt impoſsibile.

Si autē quæreret aliquis, vnde ſit, quod in actione, quæ fit per motum localem, poteſt paſſum reagere in ipſum agens, ſicut ſi duo corpora rara cōtra ſe inuicem ferantur, vtrumq; condenſatur, duo vaſa, vtrumq; frangitur, duo gladij ſimul hebetantur: in alteratione verò, quæ fit ſecundum qualitates actiuas vel paſsiuas, ſi aliquid patitur, nō poteſt in ipſum agēs reagere. Reſpondendum eſt iuxta Cal- **C** culatorem, quod ratio diuerſitatis eſt hæc, quia in motu alterationis non ſolùm alteranti reſiſtunt partes ad quas peruenit alteratio, ſed etiam aliæ ad quas nō peruenit alteratio. Omnes enim reſiſtunt ipſi agenti, & appetunt & conātur ſibi aſsimilare illas partes, ad quas alteratio peruenit. Vnde ſi ignis in aquam agit, & eſt quàm aqua potentior, aqua nō poteſt agere in ignem, quia non ſolū aquę reſiſtunt partes ignis, quæ ſunt propinquæ ipſi aquę, ſed etiam remotæ, & ideò maior eſt ignis reſiſtentia, quá **D** potentia aquę. In diuiſione verò non contingit hoc neq; in motu locali. Non enim reſiſtunt niſi partes illæ, ad quas peruenit motus aliquis localis, illę autem partes ad quas non pertingit localis motus, nihil reſiſtunt: in condenſatione namq; tantùm illæ partes reſiſtunt condenſanti, quæ condenſantur: in diuiſione etiam tantū illę partes, ad quas diuiſio peruenit, reſiſtūt diuidenti, aliæ verò non. Si enim aliæ reſiſterent, hoc fieret, vel quia mouerētur motu contrario ipſi diuidenti, vel quia niterentur par- **E** tes diuiſas inuicem continuare, quod falſum tamé eſt, & inde eſt, quod vtrunq; poteſt habere proportionem maioris inęqualitatis ſupra reſiſtentiam alterius, cùm in vtroq; non reſiſtant niſi partes quædam, ad quas peruenit motus, in alteratione verò non: ex eo, quod etiam partes, quæ non alterantur, reſiſtunt: vt declarat Calculator. Hæc eſt ſumma opinionis Calculatoris, circa materiam de reactione, quæ licet ingenioſa ſit, mihi tamen & dubia valde, & ex toto Ariſt. & antiquis peripateticis videtur **F** contraria. & ne confusè procedamus, dimiſſa ea difficultate, quæ poteſt eſſe circa primam partem ſcil. de actione, quæ fit per motū localem, (de ea enim abundè à doctioribus diſputatum eſt.) vnum tantùm circa illud dicam, quod meo iudicio, ſi de vero motu locali ſimpliciter ſit nobis ſermo, qui maximè reperitur in elemētis, eædem ferè omnes dubitationes eam ſequuntur concluſionem, ſi in illis veritatem habere quis dicat, quæ angunt ſequenté partem quæſtionis: ſi enim ſit in vno vaſe, verbi gratia, ignis & terrá, ita vt vincat ignis, & ſua leuitate trahat ſecum terram, ſi terra reagit in tali motu: eadem ſequentur incōuenientia, quæ conſequuntur opinionem ſtatuētem dari reactionem ſecundum eaſdem qualitates actiuas, vt facilè poſſet oſtendi. Sed nunc his dimiſsis, vt dixi, quia in poſteriori **A** parte quæſtionis de hac re aliquid tangemus. Venio ad ſecundam partem quæſtionis, quæ de qualitatibus alteratiuis eſt, circa quam duo ſunt dicta Calculatori, quæ mihi falſa videntur & contraria Ariſt. Primum eſt, quòd inter elementa pura non poteſt eſſe reactio ſecundum qualitates diuerſas; vt ſi ignis aquæ approximetur, & agat in ipſam per caliditatem, ab ipſa per humiditatem nō poteſt repati: hæc inquam, mihi & rationi & Ariſtot. viden- **B** tur contraria. Secundum verò eſt, quòd ſi totum agens ſit homogeneum, & totum paſſiuo homogeneum, ſecundum eandam contrarietatem non poteſt eſſe reactio, ita vt aliquid ſimul per caliditatem agat, & patiatur ab eodem per frigiditatē: hoc etiá ex toto videtur contrarium doctrinæ peripateticę.

Quòd igitur primum Calculatoris dictum non ſit rationi & principiis peripateticis conſonum, facilè poteſt oſtendi, & licet ad hoc poſsint plures rationes afferri, nos tamen duabus tantū erimus con- **C** tenti, tractis ex fundamentis Ariſt. 2. de genera. t. vt habetur tex. com. 27: vbi Philoſophus de tranſmutatione elementorum loquens ait: quòd non ſolú elementa poſſunt inter ſe tranſmutari, ita vt vnum in alterum cōuertatur, verbi gratia, ignis in aerem, vel econtrà, ſed etiam aliquando accidit, vt ex duobus generetur vnum tertium elemētum, ab vtriſq; diſtinctum: vtpote ex igne & aqua poteſt generari terra vel aer: hoc tamen, vt etiam Auerrhoes ibidē afferit, non contingit niſi ex actione duorum ele- **D** mentorum totaliter, & ſecundum ambas qualitates oppoſitorum. Si enim in igne quidem ſiccitas corrūpatur, in aqua verò frigiditas, fiet ex eis aer: ſi verò econtra, fiet terra. Hoc autem eſſet impoſsibile, ſi verum eſſet Calculatoris dictum: non poſſe ſimplex elementum ſecundum vnam qualitatum ſuarum vincere & agere, ſecundum alteram verò pati & vinci. Si enim ex igne & aqua debet generari aer, oportet vt ignis vincat aquam in caliditate, & per ſiccitatem ab ipſa vincatur, vt ex dictis Ariſt. **E** ſatis poteſt eſſe clarum. Secunda autem ratio quæ ad hoc adduci poteſt, innititur alteri fundamento ex eodem libro accepto, vult enim Ariſt. 2. tex. commen. 23. quòd licet vnicuiq; elemēto duæ attribuātur qualitates primæ: non tamen hoc fit æquè primò: vnumquodq; enim elementorum ex eis vnam ſibi primò determinat, tanquam primum & magis proportionatum inſtrumētum, vnde ignis dicitur primò calidus, aer primò humidus, aqua primò frigida, terra primò ſicca. Et hinc dicit Ariſtot. quòd **F** vnumquodq; iſtorum elemētorum dicitur ſimpliciter vnius qualitatis, vnde terra magis ſicca quàm frigida, aqua autē magis frigida quàm humida, &c. Sit ergo hoc primū fundamentum, ſcil. quodlibet elementum primò determinare ſibi vnam qualitatem tanquam inſtrumētum magis ſibi proportionatum & principale. Secundum fundamentū ſupponendum tale eſt: cæteris paribus agens ſemper eſt fortius in agendo, quando agit mediante inſtrumento ſibi maximè proportionato & principali, quàm quando agit mediante inſtrumento ſecundario, & quaſi (vt ita dicā) accidentali. hoc videtur luce clarius & experimento poteſt cōprehendi, tam in naturalibus, quā artificialibus. Ex his igitur ſequitur ſtatim, elemēta non eſſe æqualiter potētia in agendo ſecundum vtramq; qualitatem: imò ſemper cæteris parib. fortiùs agunt per qualitatē ipſis primò attri-

Contra Calculatorem.

attributam, qoàm per illam quæ ſecundariò ipſis conuenit. Et hoc conceſſo, ſcil. alementum ſimplex aſſe potentius ſecundū vnam qualitatem, debilius vero ſecundū altaram, nullnm vidatur impoſsibila oeq; inconueniens, concedere aliquod elemētum ſecundum vnam qualitatē agere & vincere, ſecundum alteram verò vinci & pati: quod tñ oegat Calculator in tract. de reactinne in reſponſinne ad primam rationem probantē reactionem eſſe poſsibilē. Et hæc ſufficiaot quantum ad primum Calculatoris dictum. Secundum etiam dictum Calculatoris non mioores inſtantias recipit: ſunt enim contra ipſum iofinitæ ferè auctoritates Ariſt. Commeot. & omnium antiquorum auctorum, ſunt etiam rationes naturales, & experientiæ multæ. Prima quidem auctoritas eſt Ariſt. 3 phyſ. tex. c. 8. & 16. 17. vbi expreſsiſsimè dicit, quod omne agens materiale, quia habet potentiam coniunctam actui cum hoc quod agit in paſſum, ab ipſo etiam paſſo repatitur. Idam & primò de generatione pluribus in locis habet, ſad maximè tex. com. 51. & 54. vbi ſic ait: primū igitur mouens nihil prohibet in motu quidem eſſe immobile, in quibuſdam autem eſt & neceſſarium. vltimum autam ſemper mouere motum: in actione autem primum quidem in paſsibile, vltimū autam & ipſum patiens. Quæcunq; verò non habent eandem materiam, faciunt impaſsibilia entia, verbi gratia medicatiua: ipſe enim faciens ſanitatem nihil patitur à ſanato, cibus autem faciens, ipſe patitur etiam: aut enim iofrigidatur, aut aliud quid patitur ſimul faciens. &c. Idem atiam tex. itē com. 87. & in ſecundo etiam libro multis in locis. Eſt & alia expreſsiſsima auctoritas Philoſophi 4. de generat. animalium cap. 3. qoæ iudicio meo cauillationem non patitur, vbi ſic ait, cauſa, vt motus ſoluantur, eſt, qnod omne agens patitur etiam à patieote, vt quod ſecat, hebetatur ab eo, quod ſecatur, quod calefacit refrigeratur à caleſcente, deniq; quodcunq; mouet, excepto primo, mutuo mouetur aliquo motu, verbi gratia, qnod pellit pellitur quodammodo, quod premit reprimitur. Interdum etiam ita fit, vt quod agit magis patiatur quam agat, & refrigeretnr quod calefacit, &c. His ex locis clariſsimè elici poteſt, qnòd vera reactio detur inter agens & paſſum, ita vt nullam patiatur canillationem. Multæ atiam aliæ auctoritates hinc inde poſſunt ex variis locis Ariſt. Them. Alex. & Medicorum afferri: nos tamen his volumus eſſe contanti: clariſsimè enim declarant conditionem Calculatoris noo conuenira dictis Ariſt. in hac re. Calculator tamen & eius ſequaces, videntes auctoritates ita manifeſtas, conati ſunt, vt difficultatem effugiant, duas dare expoſitinnes ad verba Ariſtot: primam dat Calculator, in hoc tract. vbi dicit, quod verba Ariſt. in tertio phyſi. & ſecuodo de generationa ſunt ſano modo intelligenda: non anim per ea voluit, quod omne agens ſimul etiā pateretur actu ab ipſo patiente dum agit, ſed hoc intelligendum aſt in potētia vel aptitudine, vt ſit ſenſus, quòd omne agens communicans in materia cum paſſo, quantum eſt de ſe, poteſt pati: non quidem dum agit, ſed alio tempore, vel ab ipſo patiente, vel ab altero eiuſdem ſpeciei. Similiter quādo dicitur, quòd omne agens in agendo repatitur, intelligendum eſt, quod eſt aptum natum repati ab aliquo agente contrariō, non autem quod ſimul agat in aliquid, ab eodem patiatur: quia hoc videtur impoſsibile, vt declarauerunt argumenta allata in oppoſitum.

Reſponſio Calculatoris

Reſponſio Iacobi Forli.

Iacobus autem Forliuienſis volens ſaluare has auctoritates dixit, nihil aliud voluiſſe Ariſtotelem per repaſsionem ſeu reactiooem, niſi reſiſtentiam ipſius paſsi ad agens, & eo modo veritatem habent omnes illæ auctoritates Ariſt. Si qnis tamen rectè conſiderauerit ſigillatim verba Ariſtotelis, videbit, nequaquam illis aliquam iſtarum expoſitionum conſonare. Primò enim ſunt cōtrariæ Commentatori, & omnibus tam Græcis, quàm Latinis expoſitoribus antiquis, omnes ſiquidem vno ore exponunt verba Ariſtotelis de vera & poſitiua reactione. in commento enim octauo tertij phyſicorum, ait Commentator: quooiam cibus eſt agens in corpus, ſecundum quod eſt actu panis, & patiens ab ipſo ſecundum quod eſt corpus in potētia: neceſſe aſt igitur, vt ſint hic aliqua, quæ mouent ſe ad inuicem, & mouentur ab inuicem: & quod hæc duo ſint vera ſcil. agere & pati ſimul. Similiter in commen. 16. dicit: ſed quia non agit niſi per contactum, cùm ſit corpus: ideò contingit ei neceſſariò moueri ab eo quod mouet. Similiter in primo de genera. com. 35. dicit: quod ſi agens nō communicat in materia cum paſſo, non patitur eodem modo ſecundum qnem agit: quod ſi cōmnoicat in materia, neceſſe eſt, vt patiatur. hoc idē à Themiſt. tertio phyſ. expreſsiùs videri licet. Sed deinde etiam hæc expoſitio Calculatoris non quadrat verbis Ariſtot. Non ſolùm enim Ariſt. comparatio com. 8. tertij phyſ. agens paſſo ſecundum aptitudinem vel potētiam, ſed etiam ſecūdum actum. Dicit enim omne agens eſt ſimul actiuum & paſsiuum: ſubdit deinde: ergo & mouens phyſicè mobile eſt: deinde vero addit: Omne enim huiuſmodi mouet, cùm mouetur & ipſum. Ecce qnàm clarè verba Ariſt. ſonant, quòd non ſolum agens aſt aptum natum pati, ſed quòd actu etiam dum agit patitur. Verba etiam ipſius primo de generatione & corruptione, & 4. de genera. animalium, adeò clara ſunt, vt fatuum ſit in eis immorari. Vult enim quarto de generat. quòd ex reactione patientis ad agens debilitetur virtus agentis, vt oon poſsit perfectè aſsimilare paſſum: imò ſubiungit, quòd aliquādo multo maior aſt reactio patientis, quàm ſit actio agentis. Dicit enim quod aliquando caleſaciens magis reſrigeratur ab eo, ꝙ caleſit, qnàm caleſaciat, & aliquādo econtra: quod quidem ſaluari non poteſt, ſi axponamus, quòd agens repatitur, id eſt, poteſt pati, non autē actu patitur: oeq; etiā ſi exponamꝰ, repatitur, id eſt, habet reſiſtentiā. Et hęc ſatis ſint qnantū ad auctoritates.

Multæ inſuper rationes poſſunt adduci contra hanc opinionē: nos tñ tantùm tres afferemus, quæ maximè innituntur naturalibus principiis. Prima ratio erit hæc: manifeſtum eſt, ꝙ inter ipſa elementa, ſecundum eas partes, quibus ſe tangunt ſpheræ alementorum, ſemper eſt continua actio & paſsio: vt poteſt ex Ariſt. haberi multis in locis: vnde dici ſolet, ꝙ elementa non ſunt ſincera ſecundum eas partes quibus ſe tangunt. Semper enim applicatis inter ſe actiuo & paſsiuo ſequitur actio & paſsio. Hoc igitur ſuppoſito, accipio duo elementa immediata, puta terrā & aquā, inter quę, ſemper neceſſarium eſt, vt ſit actio & paſsio. Quęro igitur an ita ſe habeat, ꝙ vnum ipſorum tantū agat, alterum verò tantùm patiatur, aut vtrumq; ſimul & agat & patia-

tor ab altero: non videtur rationabile quidẽ quòd
alterum tantùm agat, & alterum tantùm patiatur:
primò, quia contra hoc ſtat experientia. Videmus
enim quòd vbi ſe elemẽta contingunt, vtraq; ſunt
alterata, & impura, vt patet. Vbi namq; terra tangit
aquam vel aerem, manifeſtum eſt, quòd non eſt in
ſua naturali diſpoſitione, neq; terra neq; aqua, vt
poteſt facilè videri, & omnes concedunt. Si igitur
vtrumq; eſt impurum & alteratum, & hoc proue-
nit ex eorum actione propter contrarietatem, quæ
in ipſis eſt: ſequitur, quòd vtrumq; in alterũ agit.
Huic etiam ratio conſonat: ſi enim vnum tantùm
ageret & alterum tantùm pateretur, deſtrueretur
proportio elemẽtorum. Semper enim excreſceret
illud quod agit, & diminueretur quod tantùm pa-
titur, vt ex ſe clarum eſſe videtur. Sequitur ergo, ꝙ
vtrumq; agit in alterum, & ab eo etiam patitur. Si
aũt ita ſit, vlteriùs quæro, nunquid talia elementa,
ſe contingentia inter ſe, agant & repatiantur ſecun
dum eaſdem qualitates, vel ſecundum diuerſas: nõ
poteſt dici ſecundum diuerſas, vtpote, quòd aqua
per frigiditatem agat, per ſiccitatem autem patia-
tur: quia omnis actio eſt ratione contrarietatis: vn-
de per frigiditatem non poteſt eſſe inter ipſa actio:
habẽt enim aqua & terra ſymbolum in frigiditate.
Sequitur ergo, ꝙ inter ipſa ſit actio & paſsio tantũ
ratione ſiccitatis & humiditatis, in quibus contra-
riantur, quare non eſt impoſsibile idem ſecundum
eaſdem qualitates & eandem cõtrarietatem ſimul
agere & pati ab eodem, quod intendebamus pro-
bare contra Calculatorem. Hæc igitur ſit prima ra-
tio. Secunda autem ratio contra hanc Calculatoris
opinionem accepta eſt ab ipſa mixtione & comple
xione. Si enim negauerimus talem reactionẽ, quæ
fit ſecundum eaſdem qualitates, neceſſe eſt negare
complexionẽ & veram mixtionis rationem, quod
quantũ ſit abſurdum, nemo eſt qui ignoret. Quòd
autem hoc ſequatur facile eſt videre, ſiquis rectè
perpendat verba Ariſt. primo de generat. tex. com.
89 90. & ſecũdo de generat. tex. com. 48. non enim
fit vera mixtio, niſi omnia elementa taliter inter ſe
agant & mutuò patiãtur, vt ad quoddam medium
reducantur, quod actu nõ eſt aliquod ipſorum: ad
mixtionem igitur neceſſaria eſt actio & reactio, ſi
debent taliter alterari miſcibilia, vt ad medium re-
ducantur: quando autem vnum elementũ tantùm
agit, alterũ verò patitur, nõ fit mixtio, vt dicit Ariſt.
locis citatis, ſed ſimplex vnius generatio, & alteri⁹
corruptio. Idem etiam de cõplexione eſt dicendũ,
vt enim à Medicis habetur, & maximè ab Auicen.
prima primi can. de cõplexionibus: Complexio fit
ex actione & paſsione ad inuicẽ cõtrariarum qua-
litatum elementorum, vnde niſi ſit mutua actio &
paſsio inter primas qualitates, nunq̃ fiet cõplexio.

Ad rationem hanc licet Calculator nihil ipſe re-
ſponderit, multi tamen ex poſterioribus eius opi-
nionem defendere volentes, & ipſius efficaciã con-
ſpicientes, conati ſunt reſpondere, & inter alios Ia-
cobus Forliu. & clariſsimus etiã inter omnes Theo
logiæ profeſſores, qui noſtra floruerunt ætate, ma-
giſter Franciſcus Neritonẽſis ordinis prędicatorũ.

Reſponſio Iacobi. Iacobus igitur duas dedit reſpõſiones: In prima
quidem concedit mixtionem veram in his inferio-
ribus quotidie fieri, cõcedit etiam neceſſarium eſſe
in mixtione remitti virtutes & qualitates elemen-
torum, adeò vt ad mediũ quodammodo reducan-

A tur, non tamen ex hoc dicit neceſſarium eſſe, vt con
cedatur reactio, ita vt ſimul aliquid in aliud agat &
ab eodem ſecundum eandem partẽ patiatur. Vult
enim ꝙ ſi in mixtione, verbi gratiã, ignis in aquam
agat & ipſam alteret, non ampliùs poſsit eodẽ tem-
pore ab aqua pati propter inconuenientia adducta
in principio quæſtionis, ſed dicit, quòd aquæ frigi-
ditas quidem remittitur ab igne, ignis verò calidi-
tas non ab aqua, ſed à cœleſti influentia, quæ ipſa
B elementa ad mixtionem dirigit: & ſic vitantur in-
conuenientia hinc inde ſequentia. Hæc reſponſio
mihi nullo modo videtur poſſe ſtare maximè in via
Ariſt. & Com. etiam: primò quidem quia ex ipſa ſe-
quitur, cœlum poſſe frigiditatem producere, quod
eſt contra Auer. maximè ſecũdo de Cœlo com. 42.
ſed his omnibus dimiſsis: deinde hæc reſpõſio eſt
ex toto aliena ab Ariſtot. & verbis eius primò de ge
nerat. tex. com. 87. octaui & noni, vſq; in finem: cla-
mantis per totũ ea tantũ miſcibilia, q̃ mutuò agunt
C & patiuntur, ea aũt, q̃ non agunt mutuò & patiun-
tur ab inuicem, vel difficilè patiuntur, non propriè
dicuntur miſcibilia, ſed ea tantũ quæ ſint ab inuicẽ
paſsiua: vbi expreſsè vult, ꝙ ſit mutua actio & paſ-
ſio inter elemẽta ad mixtionẽ deuenientis, non aũt
quòd quædam ipſorum ab influentia remittantur.
vnde dicit Ariſt. fieri mixtionẽ quando adæquãtur
potentiis, ꝙ exponens Com. ait: Mixtio aũt contin
git quãdo æqualiter patiũtur & agunt. Cuius cau-
ſa eſt, quia tunc æqualiter tranſmutatur vtrumq;,
D ex qua tranſmutatione neutrum in alterum muta-
tur, ſed ambo in medium quoddam illis cõmune.
non ergo eſt influentia remittẽs elementa, ſed ipſo-
rum mutua actio, & ideò dicit ipſa miſcibilia opor-
tere vt ſint contraria, vt ad inuicem ſint paſsiua. Et
quòd hæc ſit Philoſophi intentio, apparet ſecundo
de gen. tex. com 48. vbi de mixtione loquens ait:
quia quæ miſcẽtur corrumpunt intentiones adin-
uicem: non dicit, ꝙ cœlũ vel influentia ipſa remit-
tat, ſed quod ipſa adinuicem corrumpũt intentio-
E nes ſiue excellentias cõtrarietatis. & huius cauſam
inferiùs reddens, quomodo poſsint inuicẽ cõtraria
mutuò agere & pati, ait: quia actu frigidum eſt po-
tentiã calidũ, & actu calidum eſt potentiã frigidum:
& ideo quando æquantur in virtute, mutuo agunt
& patiuntur, quando verò non æquantur ita vt
mutuò agant, non amplius fit mixtio, ſed vnum in
alterum tranſmutatur. Sic itaq; luce clarius hęc re-
ſponſio Iacobi repugnat intentioni & verbis Philo
ſophi. Secunda etiam reſponſio eius, qua ponit alia
F eſſe elementa quæ agunt, & alia quæ patiuntur, nõ
minùs repugnat verbis Ariſt. q̃ prius. Penultimo
enim cõmento & tex. primi de gener. ait: ꝙ quan-
do alterum ſolùm paſsiuum erit, aut vehementer,
alterũ verò parum, aut nihil, ex ipſis veram nõ fieri
mixtionẽ, ſicut ipſe declarat exemplo ſtanni & æris.

Alter aũt conatus eſt reſpondere magiſter Fran
ciſcus Neritonẽſis & ipſe in hac re inſecutus viam
Calcul. qui ex vna parte videns difficultatẽ ſaluan-
di veram mixtionem, ſi reactionem negauerimus, *Reſponſio Franciſci Neritonen.*
G alia verò multa inconuenientia ſequi, ſi ipſam con-
ceſſerim⁹, vt omnes has anguſtias euitaret, partim
conceſsit reactionem, partim negauit: per accidens
quidem conceſsit, per ſe verò negauit. Quod hoc
modo declaratur: cõcurrentibus, verbi gratia, igne
& aqua ad mixtionẽ, ſi ignis agit in aquã p caridita-
tem, p ſe quidem corrumpit aquæ frigiditatẽ, aqua

tunc

tunc oon poteſt per frigiditatẽ agere in ignẽ per ſe, A
idq; pp rationes ſuperiꝰ adductas: vnde ſi aqua re-
agit in ignẽ, per humiditatẽ reagit, & in tali reactio-
ne per ſe quidẽ remittit ſeo corrumpit ignis ſiccita
tem, ad corruptiooem aũt ſiccitatis igois per viam
ſequelæ, ex quadam affinitate, & ex quodam ordi-
ne, quem habent inter ſe illę duę qoalitates, in igne
remittitur etiã vel corrumpitur caliditas: Similiter
ad remiſsionẽ frigiditatis aquę remittitur eius ho-
miditas. Et ſic coocedit inter elementa ſecundom B
eamdem contrarietatẽ actionem & reactionẽ, per
accidens tamen, & p viam ſequelæ, non aũt per ſe:
& boc modo ex elemẽtis ad mediũ reductis mixtũ
generatur, & bac via credidit poſſe ſolui omnes
difficultates vtrinq; exoriẽtes, & hãc dicebat (vt re-
tulerũt eios diſcipoli) fuiſſe D. Thomę opinionem.

Licet autem hic vir habitos ſit omni veneratio-
ne dignus: mihi tamen hæc eius reſponſio neq; ve-
ritati cõſona videtur, neq; menti Ariſt. vel eius ver-
bis: primò quidem qoia ex ipſa ſequitur, talem rea- C
ctionem reperiri ſolùm ioter ea elementa, quæ ſe-
cundom duas contrarietates opponũtur, inter ea
aũt, quæ ſymbolum habent, oullam poſſe cadere
reactionẽ, cùm ioter ipſa non cadat actio niſi ſecoo
dum vnã tantùm contrarietatẽ: hoc aũt videtor ab
ſurdum & expreſsè cõtra Ariſt. qui voluit 1. de gen.
& 2. locis ſæpiùs citatis, boc eſſe propriũ omnium
actiuorum & paſsiuorum, quę cõmunicant in ma-
teria, vt inuicẽ agant & patiantur, & inter ipſa poſ-
ſit cadere reactio. nam in 87. tex. 1. de generat. ſic ait D
Philoſophus: hæc quidem igitur conuertũtur quo-
rum eadem eſt materia, & actiua adinuicẽ, & paſsi-
ua adinuicem. Idem in ſecundo libro eiuſdem licet
colligere loco ſæpiùs adducto, tertio etiã phy. vult
omne agens per contactum ſimul pati dum agit.
Contra hanc etiam reſpõſiooem directè eſt prima
ratio, quam adduximus contra Calcolatorem de
actione elementorum Immediatorum.

Præterea ego velim ſcire, numquid ſemper hoc
ſit neceſſarium, quod ipſe dicit, vt ſcilicet ad remiſ- E
ſioẽ vnius qualitatis in elemento per viam ſeque-
læ remittatur & altera, vel non, ſed tantùm hoc ali-
quando accidat, vtputa in mixtione. Si dicant hoc
non eſſe neceſſarium, ſed tantùm aliquando fieri,
hoc non videtur rationabile: cur enim aliquando
fiat, & aliquando non, oulla videtur poſſe aſsi-
gnari ratio, niſi velimus recurrere ad influxus cęle-
ſtes, quẽadmodum fecit Iacob. Furliuienſis, de quo
paulo antè diximos. Si verò dixerit boc eſſe neceſ-
ſariũ, & ſemper contiogere, tunc videtur ſeqoi ex F
hoc, ꝙ non poſsit terra calefieri, quin etiam fiat hu
midior, quod videtur abſurdum, ꝙ etiam non poſ-
ſet vnum elementũ alterari ſecuodum vnam qua-
litatem remanẽte altera in ſua iotenſione: ſequitur
etiam ꝙ, ſi aer agat in aquã vt ipſam aſsimilet, quan
to magis aget, tanto aqua redderetur ſiccior, quod
videtor inopinabile. cùm enim aer ſit primò humi
dus, videtur ex eius actione potius debere intendi
humiditatẽ aquæ, quã remitti, & intẽdi ſiccitatem.
Quòd aũt hoc ſequatur manifeſtũ eſt. aer enim a- G
gens in aquã primò corrumpit frigiditatẽ aquę, &
cùm ad corroptionẽ frigiditatis in aqua ſit neceſſa-
riò viã ſequelę corrũpi & eios humiditatem, vel re-
mitti: quantũ p communẽ viam remittitur vel cor-
rumpitur humiditas, tantũdem iotenditur vel ge-
neratur ſiccitas: ſequitur præterea ꝙ quanto ex
vna parte diſponitur aqua ad generationem aeris,
tantũ ex altera redditur magis indiſpoſita, qoia fit
cõtinuè minùs humida & magis ſicca: ſiccitas aũt
repugnat generationi aeris: & ſic nunꝙ poſſet ex a-
qoa generari aer, & multa alia abſurda poſſunt de-
duci ex hac opinione, q̃ dimittemꝰ cauſa breuitatis.

Qoòd etiam ſecundum Ariſtotelem non ſolùm
ſit ponenda reactio per accidens, ſed etiam per ſe,
poteſt loce clarios haberi, tum ex eius verbis in va-
riis locis iam citatis, tum ex cauſa quam ipſe aſsi-
gnat, cũr poſsint contraria mutoò & inuicem age-
re & pati: partim tertio phyſicorum, partim ſecun-
do generationis, tex. comm. 48. dicit enim quod i-
dem poſſuot inuicem agere ſimul & pati contraria,
vt puta calidum & frigidum, quia quod eſt actu ca-
lidum eſt potentiã frigidum, & quod eſt actu frigi-
dum eſt potentiã calidum. Manifeſtum autem eſt
qoòd hæc ratio non eſt ratio agendi per accidens,
ſed per ſe: agens enim per ſe facit actu tale, quod eſt
potentiã tale, non autem per accidens.

Illud etiam argumentum de parte repaſſa, quo,
conceſſa reactione, deducebatur ad hoc, quòd
idem duobus motibos contrariis moueretur, cale-
fieret & infrigidaretur, augeret hanc opinionem:
tam enim per ſe q̃ accidẽs hoc eſt impoſsibile, &c.

Quia etiam dicit hanc fuiſſe mentẽ D. Thomæ,
credo ſalua eius reuerentia, eſſe falſom: nunquam
enim ab eo hoc dictum inueni: imò eius verba ex
toto ſonant oppoſitum in hoc tertio phyſicorum,
& in libro de generatione. Hæc igitur ſatis ſint,
quantum ad ſecũdam rationẽ contra Calculatorẽ
& eos q̃ eius opinionẽ in hac materia ſunt inſecuti.

Tertia autẽ ratio contra ipſum poteſt deduci ex
his quę quotidie fiunt in animalibus: ſublata enim
reactione, nõ videtur quomodo in animalibus, ha-
bentibus pulmonem, ſit neceſſaria inſpiratio & ex-
ſpiratio, ad conſeruationẽ vitæ ipſorũ, vt experien-
tia clara eſt, & traditur ab Ariſt. in libello de inſpi-
ratione & reſpiratione. Quòd aũt ex inſpiratione
& reſpiratiooe manifeſtè poſsit concludi vera rea-
ctio, facilè declarari poteſt, ſi velimus cauſam inſpi-
cere, propter quam Ariſt. & Medici omnes dicunt
primo neceſſariã inſpirationem, & deinde exſpira-
tionem: propter hoc enim neceſſaria eſt inſpiratio,
vt calor intrinſecus animalis maximè in corde re-
frigeretur, & tẽperetur aliqoantolum, ne ſupra mo
dom excreſcat, & per marcorem intereat animal, vt
ait Ariſt. refrigeratur aũt per attractionẽ frigidi ae-
ris: neceſſaria verò eſt exſpiratio, quia aer, attractos
in pulmonem & cor ibi ſupercalefit, & redditur in-
eptus ad refrigerium caloris, & ideò neceſſariũ eſt
ipſum expelli, vt ei alius frigidior poſsit per inſpira
tionẽ ſuccedere. Ecce manifeſta reactio, aer attra-
ctus ad cor ipſius calorem refrigerat & contempe-
rat, & ab eo etiam calefit. Nec poſſumus fugere hic
ad diuerſitatem partiũ aeris vel cordis, ſicut faciũt
ſequaces Calculatoris, volentes multa experimẽta
ſaluare, quę videntur augere reactionem: nam illæ-
met partes quæ refrigerant cordis calorem, eædem
ab eo calefiunt. Niſi enim illæ partes frigidæ cale-
fierent ineptæ refrigerio cordis, nec poſtea neceſſa-
rium eſſet, vt ſuccederet exſpiratio, vt ex ſe hoc ma-
nifeſtũ eſt. Hæc igitur inter alia multa quę poſſunt
cõtra hãc opinionẽ adduci, nobis ſufficiant, ꝑpter
quę credimꝰ Calcul. opinionẽ rationi & ſenſui om-
nino repugnare, & principiis totius philoſophiæ.

Relićto itaq; Calculatore, ad aliorum opiniones tranſeamus. Fuerunt igitur alij multi, qui contrariam viá ſuot inſecuti, & conceſſerunt reactionem, non ſolùm ſecundum qualitates diuerſorũ generũ & contrarietatũ, vt Calculator in ſoa prima cócluſione: ſed etiã ſecundum qualitates eiuſdem cótrarietatis, ita vt ſi vnum ꝑ caliditatem in alterũ agat, ab eo per frigiditaté pati poſsit: & hoc non ſólùm veritatem babere voluerunt in his, quę habent partes difformes, vt Calcolator: ſed in his etiã quę ſunt vniformia in omnib. partibus, & non ſolùm quando agens & patiens ſunt æquè potentia, ſed etiam quando vnũ eſt altero potentius: & hanc cóclusionem conati ſunt multi defendere, & cũprobare: q licet in concluſiooe cóuenerint, moltum tñ in fundamentis, quibus conantur ſuſtinere & defendere hanc concluſiooem, ſunt diſcordes, imò contrarij. Ex vna enim parte Marſilius inguen. Albe. de Saxonia, Paulus Venet. ſuper lib. de generat. & corrupt. Iac. Forli. in trac. ſuo de intenſione & remiſsione, in ſecunda parte, Gaetanus in trac. ſuo de hac materia, & in recollectis ſuis ſuper tertio phy. conneoiũt nó ſolùm in concluſionib. in hac materia, ſed etiam in fundamentis. Fundamentũ enim cui innitũtur iſti, eſt hoc, ex toto Calculatori oppoſitum, ſcil. q qualitates primæ elementorũ noo eandem habeot rationé in actiuitate & reſiſtentia, imò oppoſitã: quia ſcilicet vnaquæq; qualitas quanto eſt actiuior, hoc eſt, potentior in agendo, tanto eſt minoris reſiſtentiæ, & quáto minus actiua, tanto magis reſiſtitiua agenti volenti ipſam corrũpere. vnde dicunt caliditatem eſſe maximè actiuam, minimè reſiſtitiuã, poſt caliditaté eſt frigiditas, deinde humiditas, miniinoè verò actiua ſiccitas, & maximè reſiſtitiua. Hoc aũt rationabiliter factum eſt, vt poſsit debita proportio & iuſtitia ſeruari in his generalib. & corruptibilibus. Hoc itaq; ſuppoſito, facile eſt videre veritaté concluſionis. Primò quidem quaotum ad contraria æquè potentia, ſuppoſito hoc q ſint duo corpora, quorum alterũ ſit calidum vt octo, & vocetur A. alterum verò frigidũ vt octo, & vocetur B. quę ſint per totum vniformia. & æqualia in potentia, cùm vtrumq; ipſorum ſit magis actiuum quàm reſiſtitiuum: potentia ergo vtriuſq. actiua ſuperat reſiſtentiã alterius. cùm autem motus proueniat à proportione maioris inæqualitatis poteńtię agentis ſupra reſiſtentiã paſsi, poterit vtrumq; io alterum agere. quòd ſi ponamus alterum, verbi gratiã, A eſſe potentiæ actiuæ vt octo, reſiſtitiuæ vt quatuor, alterum verò vt puta B, potantię actiuę vt ſex, reſiſtitiuę vt quatuor, ageotia erunt non æquè potentis: vtumq; tamé poterit io alterũ agere, cùm vtrumq; ſuperet reſiſteotiã alterius. diffusè & clarè hęc omnia declarantur ab ipſis, & maximè Gaetano in ſuo tractatu, in quibus facilè poſſunt videri.

Licet autem veræ videantur concluſiones, circa tamen fuodamentum, quo hi innituntur, multa difficultas vndique emergit: de qua, quia de reſiſtentia poſteriùs ſumus locuturi, ad illum locum dimittemus, & ad Hentisberi poſitionem tranſibimus & eius fundamenta.

Hentisber ergo licet magna ex parte in concluſiooibus cum prioribus coofentiat: tamen in fundamentis, qoibus veritatem concluſionum oſtendit, eſt ex toto diuerſus. ipſe enim ſentit cum Calculatore, vnumquodq; tantum eſſe reſiſtitiuum,

A quantum eſt actiuum, & ideò alia via conatus eſt ſuſtinere veritatem concluſionum præcedentium. Dicit ergo Hentisber in vltimo ſuo ſophiſmate, quòd ſi ſint A & B æquè potentia, & totum A agat in B, ſicut ſunt æqoalia in agendo, ita etiam in reſiſtendo ſunt æqualia, qoantum ad eorum vniuerſam reſiſteotiam, vnde merito proportionis totius ad totum, alterum non poteſt in alterum agere, quia tamen pars B inexiſtens etiam ipſi B non po-
B teſt tantum reſiſtere, quantum ipſum B, totum ideò licet A non poſsit in totum B agere, poteſt tamen in partem B, & e contra B, in partem A, vnde reactionem Hentisber concedit merito proportionis totius ad partem. Non ſolùm autem inter agentia æquè potentia voluit poſſe probari reactionem, ſed etiam in æquè potantia. Si enim ponatur, qood A calidom in duplo ſit poteotius B frigido: cùm tamen A ſit infinitum diuiſibile, in A erit aliqua pars ita parua, quæ erit minoris reſiſteotiæ,
C quàm ſit potentia totius B, in quam poterit B agere. eodem modo poteſt de difformibus declarari.

Contra Hentisber.

Huius viri fundamentum, ſalua eius reuerentia dixerim, mihi non videtur ſatis rationabile, nec principiis Ariſtotelis conſonum: non enim video quæ debeat ratio aſsignari, quare totum A agat in B, totum verò A non reſiſtat ipſi B reagenti: quaſi agens aliquid naturale debeat intendare maiori conatu aliud corrumpere, quàm ſeipſum cuſtodire & conſeruare, oe ab alio corrumpatur, ita vt al-
D teri non reſiſtat niſi ſecundum partem, ne ab eo corrompatur, totum verò agat & alterius corroptionem inquirat: quod mihi non videtur ſatis rationi cóſonum. Veriſimile enim videtur hoc, quòd priùs & magis debeat aliquis quærere conſeroare propriam naturam, & eſſe, quàm aliquid aliud corrumpere & ſibi aſsimilare, cùm eſſe ſit ab omnibus maximè appetibile, & vnumquodq; deſideret vt conſeruet proprium eſſe, vt eſt ſententia Ariſt. 2. de anima tex. comm. 34. & multis in locis.

E Præterea ego ab eo vellem ſcire, numquid, cùm A agit in B, actio ipſius A terminetur ad totum B, vel tantùm ad aliqoam eius partem, ad alias autem non perueniat actio ipſius A: ſiquidem dicatur quòd actio A terminatur ad totum B, mihi videtur neceſſarium eſſe vt fateatur etiam totum B reſiſtere ipſi A: non enim videtur ratio cur vna pars reſiſtat, altera verò non, & ſi totum B alteratur ab A, cur etiam totum non reſiſtat.

Præterea, ſi totum alteraretur, totũ verò non re-
F ſiſteret, ſed tantùm aliqua eius pars, alia verò non, ſequeretur quòd aliqua pars ipſius B moueretur in inſtanti, aut ſaltem infinitè velociter, quia velocitas motus atteoditur penes proportionem agentis ad reſiſtentiam. Cùm ergo agens habeat actu poteotiam determinatam, paſſum verò nullam habeat reſiſtentiam, quantom ad eam partem ſcilicet, quæ alteratur & non reſiſtit: Entis autem ad non ens eſt proportio infinita vel magis nulla, quare ſequitur quod intendimus. Si autem dicat,
G quòd actio A non terminatur ad totum B, ſed ad partem tantùm ipſius B, ita quod tantùm vna pars ipſius B alteretur ab A, noo autem totum B. tunc noo video, quomodo poſsit ſaluare veram rationem mixtionis, quia vt eſt ſententia Ariſtotelis primo & ſecundo de generat. locis ſæpiùs citatis, miſcibilia oportet vt ſint refracta, & ad medium

quo-

quodammodo reducta, ita vt neque ſimpliciter ha- A beant eſſe actu, neque ſimpliciter potentiâ. Si autem agens non repateretur ab ipſo paſſo ſecundum totum, ſed tantùm quo ad eius partem aliquam, pars non repaſſa haberet eſſe ſimpliciter actu tale, ſcilicet calidum vel frigidum, & non refractum: & ſic ex ipſis miſcibilibus non poſſet fieri vnum tertium diſtinctum ab vtroque illorum, in quo virtus vtriuſque ſeruaretur, vt licet clarè videre apud Ariſtot. locis ſuperiùs citatis. Ad hanc diſ- B ficultatem poterunt forſitan reſpondere, actionem ipſius A terminari ad totum B, accipiendo totum ſyncategorimaticè, non autem accipiendo totum categorimaticè, ita vt quælibet pars ipſius B alteretur, non ſimul tamen, ſed ſucceſsiuè per partem poſt partem in infinitum, non autem totum ſimul: & ſic videtur euitari difficultas. Sic enim ſemper eſt proportio totius ad partem, & nulla pars remanet, quæ non repatiatur & alteretur.

Quamuis autem hæc reſponſio videatur fugere C difficultatem, mihi tamen non plenè ſatisfacit & ratio, quæ me mouet eſt hæc: mihi enim videtur veriſimile ſatis hoc, quòd quodlibet agens vel mouens certæ & determinatę cuiuſdam virtutis vel potentiæ debeat habere aliquod mobile ſibi correſpondens tantæ quantitatis determinatę, & talis conditionis, vt ab eo agente vel motore totum poſsit primò & per ſe moueri vel pati, & ſecundum eius partes omnes, & hoc tam in motu locali, quàm alterationis. Hoc fundamentum mihi videtur neceſſariũ D in via Ariſt. maximè ſecundum Comm. quod ſi negauerimus, videtur ruere tota doctrina Ariſt. quinto phyſico. in principio, & ſeptimo etiam phyſicorum in principio. nam ex hoc ſequeretur, omne quod mouetur, aut moueri per accidens, aut per partes, nullum autem eſſet motum per ſe: quod quantum repugnet Philoſopho, poteſt facilè videri quinto & ſexto phyſicorum. Quod autem hoc ſequatur, eſt manifeſtum ex differentiis, quam aſsignat tex. comm. primi quinti phyſic. inter id quod E per ſe, & quod per accidens, & quod ſecũdum partes mouetur. Illud enim dicitur moueri per ſe, quod eſt primum & adæquatum ſubiectum motus, & non ipſi attribuitur motus per alterum, vel per partes eius: Si autẽ nihil eſt quod ſimul poſsit ſecundum omnes eius partes tranſmutari, tunc omne, quod tranſmutatur, dicetur ratione aliquarum partium eius moueri, non autem per ſe primo totum moueri dici poterit, vt ex ſe clarum eſſe videtur.

Ad hoc forſitan ipſi dicent, quòd verũ eſt, quòd F quando mobile incipit moueri maximè motu alterationis, tunc non mouetur primo ſecundum totum, ſed tandem procedit motus per partem poſt partem, donec totum alteretur, & tunc totum dicitur per ſe primo moueri, & non ſecũdum partem.

Hæc reſponſio adhuc mihi non ſoluit omnem ſcrupulum: nam ſequeretur ſaltẽ hoc, quod à principio motus, per aliquod certum tempus, nullum mobile inciperet per ſe primò moueri, ſed omne quod incipit moueri motu ſaltem alterationis G moueretur per accidens, aut ſecundum partem, nihil autem per ſe primò, quod videtur abſurdum.

Pręterea, tota ratio Ariſt. ſeptimo phyſ. tex. com. ſecundi, qua probat, omne quod mouetur ab alio moueri, maximè ſi Comm. ſequamur, ibi fundatur ſuper hoc, quia in quolibet motu eſt reperire aliquod, quod primò & per ſe mouetur, cuius ſi aliqua pars quieſcit, etiam totum de neceſsitate quieſcit: data autem hac poſitione totũ iſtud falſum eſt, maximè in prima parte motus. Nihil enim eſt quod in prima parte alterationis poſsit per ſe primò moueri, cùm omne quod alteratur in principio ſaltem alterationis per partem alteretur, & non primò ſecundum totum. Quare neceſſariũ videtur ſuppoſitum noſtrum in via maximè Ariſt. & Cõmentatoris. Si igitur tale fundamentũ cõcedatur, ſtatim ruit fundamentum Heutiaberi: nam pono, quod A & B in caſu poſito ſint duo corpora contraria tantæ quantitatis, & talis etiam naturæ, vt quodlibet reſpectu alterius poſsit dici mobile primò & per ſe, vel aptũ natum moueri primò & per ſe, tunc quæro, numquid hęc agant & patientur inuicem, vel non? Nulla videtur ratio cur non debeant agere, ſi ſint contraria in eadem materia cõmunicantia, inuicem debitè approximata, ſi aũt agent, cùm vnumquodque ipſorũ tantum ſit actiuum quantũ reſiſtitiuum, & ſint æqualis potentiæ, tunc ab æquali proportione potentiæ ad reſiſtentiã proueniet actio, quod videtur falſum, nec poteſt recurrere ad proportionem potentiæ totius, ad reſiſtentiam partis. Cùm enim totum ſit illud quod patitur, & mouetur primò & per ſe, totũ etiam eſt illud quod reſiſtit, quare ſi res reſtringatur ex fundamẽto Henriaberi, non videntur euitari difficultates moleſtantes eos, qui ponũt reactionem ſecundum eaſdem contrarietates.

Præterea, tertiò & vltimò, vnumquodque reſiſtẽs reſiſtit ſecundum quod eſt in actu: quod enim in potentia eſt, ſecundum quod eſt in potentia, non reſiſtit: tunc enim materia prima maximè reſiſteret, quòd tñ falſum eſt: materia namque prima per ſe nulli reſiſtit, quia eſt pura potẽtia: ſed totũ propriè dicitur eſſe in actu, partes verò habent propriè eſſe in potentia, ſcilicet ſecundum quod ſunt in toto, non aũt in actu, vt ex Ariſtotele & Auerrhoe multis in locis apparet. Reſiſtentia ergo primo & per ſe E debetur toti, partibus verò ſecundariò, ſecundum ſcilicet quod ſunt in toto: vnde ſicut totũ eſt illud quod dicitur moueri, partes verò ſecũdariò & quaſi per accidens, in quantũ ſcilicet in eo toto ſunt, vt ſexto phyſic. ita etiam totũ eſt illud quod primò & per ſe alteranti reſiſtit, partes verò ſecundariò. Si ergo totum reſiſtit, & totum agit, tanta erit reſiſtentia paſsi, quanta virtus & potẽtia agentis, & ſic nulla proueniet actio, vel ſi proueniet, à proportione æqualitatis proueniet quod falſum eſt.

F Vltimo verò loco Ioannes Marilianus, annis parum antè actis vir percelebris, aliam eſt imaginatus opinionem, in qua partim cum Calculatore *Mariliani* conſentit, partim ei cõtrarius eſt. Tenet enim ipſe, *opinio.* quòd inter vniformia nullo modo poteſt eſſe actio & reactio, ſiue tam agens quàm paſſum ſint æquè potentis, ſiue ſint non æquè potentia: quia voluit cum Calculatore vnumquodque tantum eſſe actiuum, quantũ reſiſtitiuum. Si vero agens & paſſum non fuerint vniformia, ita vt vel vtrumque ſit diffor- G me, vel alterum vniforme, & alterũ difforme, tunc credidit ipſe, quòd inter ea ſecũdum extrema inuicem approximata, ſecũdum eandem etiã partem, poteſt eſſe paſsiua actio & reactio, & in hoc contradixit Calculatori ſuo: non tamen voluit hoc ſemper contingere, vt, quotieſcunque concurrant aliqua contraria difformia, vel vnum difforme &

alterum vniforme,ſtatim ſequatur actio & reactio:
ſed voluit hoc ſolùm inueniri in qoibuſdam certis
caſibus,vt ipſa declarat, ſuppoſitis tamē priùs qui-
buſdam fundamentis, quæ licet ferè innumara
ſint, nos tamen ea tantùm efferamus, quæ magis
videntur neceſſaria,breuitati ſtudentes. Primum
fundamentum quod ſupponit eſt hoc, nullum a-
gens naturale per qualitates primas, quibos per ſe
& immediatè coniungitur, reſiſtit actioni, qoam
ipſum cum eioſdem qualitatibus per ſe & imme-
diatè producit, vel intendit producere in materia
exteriori. Hoc fundamentum nititur probare per
deductionem ad impoſsibili. Dato namque eius
oppoſito, primò videtur ſeqoi hoc inconueniens,
quòd A tam vniforma in omnibus nunc iuuat B,
ad reſiſtendum C, & creſcens in quantitate & po-
tentia, tamen manens conſimiliter qualificatum,
continuè minùs & minùs iuuabit ad reſiſtendum,
& aliquando non iuuabit: imò aliquaodo econtra
iuuabit C, ad agendum in B, cæteris tamen omni-
bus paribos. Quòd autem hoc ſequatur, ipſa de-
docit, poſito caſu iſto, quòd A ſit corpus pedale
per totum habens vniuerſaliter caliditatem vt qua
tuor, & ſimiliter frigiditatem vt quatuor, C verò
ſit quadrupedale vniformiter frigidom vt octo, &
B ſit pedale calidum vt octo vniformiter, quod ſit
madiom inter C & A, tangens vtrumque, tunc ma-
nifeſtum eſt quòd C agit in B, infrigidando ipſom.
Tunc ergo quæro, nunquid A, ratione caliditatis,
iuuabit B, ad reſiſtendum C, vel non? Si hoc con-
cedas, tunc vlteriùs ponatur, quod ipſi A addatur
aliud corpus ipſi penitus conſimiliter qualifica-
tum, ita vt A continuè ratione iſtius augmenti in
potentia creſcat, donec poſsit agera in B, & tunc ſe-
quitur quod A continuè minùs iuuabit B, ad reſi-
ſtendum, imò ipſum aliquando aget in B, per fri-
giditatem, & per conſequens ſum non iuuabit B,
ad reſiſtendom. Secundò ſequitur etiam hoc in-
conoeniens, quòd nullum tepidum agere poteſt
in aliquod, ſe aut frigidius aut calidius, quod pro-
batur ſic: ſit A tepidum centum pedum, quod agat
in B pedale, habens vniformiter caliditatem vt ſe-
ptem, & frigiditatem vt vnum. tunc ſi caliditas quę
in tepido eſt reſiſteret eius actioni, nunquam illud
poterit agere in B, quia ex vna parte eſt caliditas A,
quæ reſiſtit vna cum caliditate B, & frigiditas A a-
git & adiuuatur à frigiditate B, cùm autem calidi-
tas in tepido ſit æqualis potantiæ cum eius frigidi-
tate, vel fortaſſe maioris, & caliditas B etiam maio-
ris potentiæ quàm eius frigiditas, magis poterit re-
ſiſtere caliditas, quàm agere frigiditas, & ſic non
poterit A tepidum, quantumcunque magnum, a-
gere in aliquod calidum, quantumcunq; paruum,
per frigiditatem: quæ omnia videntur abſurda: &
his ſimilia multa poſſont adduci, quare fundamen-
tum videtur verum. Secundum eius fundamen-
tum eſt, quòd in corpore vniformi vna pars iuuat
aliam ad agendum in ſuum contrarium, ſecundum
eam qualitatem, qua eſt vniforme: Similiter vna
pars iuuat aliam ad reſiſtendum cuilibet contra-
rio, quod illam qualitatam intendit corrumpere.
Tertium ſuppoſitum ſeu fundamentum eſt hoc; in
corporibus difformibus non quęlibet pars iuuat a-
liam in agendo, ſecundum eam qualitatem, ſecun-
dum quam ſunt difformia, in quacunq; actione, n a
qua qoælibet pars iuuat alteram ad reſiſtendum

A cótrario remittenti illam qoalitatem. Si enim ſit A
corpus qoatrupedale, cujus tres partes ſint vnifor
mitar calidæ vt octo, & vna calida vt ſex, frigida vt
duo, & ei applicatur D, corpus pedale vniformiter
habens frigiditaté vt ſeptem, & caliditatem vt vnū,
ſecundum partam illam magis calidam, quæ voce-
tur B, tunc manifeſtum eſt, quòd A aget in D, ſecun
dum B partem, & pars illa calida vt ſex, quæ ſit C,
non iuat a, tum quia diſtat, tum quia non contra-
B riatur ipſi D, quod ſi tantum creſceret potentia D,
vt poſſet agere in B, ipſo manente conſimiliter qua-
lificato, tunc C non reſiſteret ipſi, vt per primum
fundamentom ſatis poteſt probari. Sed tunc vna
pars iuuat in agendo aliam, tam in corporibus dif-
formibus, quàm vniformibus, quádo illa pars, quæ
immediatè agit, producit ſua actione tantum gra-
dum, quantum alia eſſet naturaliter productiua, ſi-
cuti C iuuabit B, ad producendum tantam calidi-
tatem, quantæ ipſum etiam C eſſet oaturaliter pro-
C ductiuum, & non vltrà. Similiter quęlibet pars ad-
iuuat aliam ad reſiſtendum ei actioni, per quá pro-
ducitur qualitas tanti gradus, vt eſſet ipſius natu-
raliter corruptiua. His igitur fundatis declarat Io-
annes ſuas concluſiones, & primò, ꝙ inter diffor-
mia inuicè approximata ſecundum extrema, poſ-
ſibilis eſt vera actio & reactio, in quibuſdam caſi-
bus, remotis omnibus extrinſecis, vt ſit A pedale
calidum vt octo vniformiter, & B pedale vniformi-
ter frigidum vt octu, quæ ſint æqoalia in potentia,
D tunc manifeſtum eſt, quòd neutrum poterit in al-
terum agere: reſiſtentia enim vnius eſt æqualis a-
ctiuitati alterius. Sed ſi illis inuicem approxima-
tis, alteri extremo A addatur vnum pedale, habens
caliditatem vt ſex, & frigiditatem vt duo, & alteri
extremo B, alterū pedale frigidum iſti æquiualens,
frigiditatis vt ſex, & caliditatis vt duo, tunc mani-
feſtom eſt, quòd vtrumq; iſtorum erit maioris po-
tentiæ actiuæ, quàm ipſum ſit reſiſtitiuæ: in A e-
nim agit caliditas vt octo, & caliditas vt ſex, ſimili-
E ter in B, frigiditas vt octo primi pedalis, & frigidi-
tas vt ſex ſecundi, quia tam frigiditas vt octo, quàm
vt ſex, contrariantur caliditati vt octo in A, non re-
ſiſtit autem in A ipſi B caliditas vt octo, donec in
parte A calida vt octo introducatur frigiditas vt
duo, quia frigiditas vt duo non cótrariatur calidi-
tati vt ſex, cùm ſimul ſtent. Et ſimiliter dicēdum de
B, reſpectu A: cùm ergo potētia vtriuſq; ſuperet re-
ſiſtentiā alterius, mutuò inuicē agent & patientur.
Secunda eius concloſio eſt, qoòd inter duo, quo
F rum alterum eſt vniforme & alterum difforme, po-
teſt eſſe actio & reactio: ſicut ſi ſit A vnum corpus
bipedale, cuius prima medietas immediata B, ſit
calida vt octo, & potentiæ actiuæ vt vnū cum di-
midio in agendo, alia verò medietas ſit calida vt
quatuor, quæ ratione denſitatis, vel multitudinis
formæ, ſit potentiæ ipſa etiam vt vnum cum dimi-
dio: & ſit B corpus bipedale vniforme frigidum vt
octo, taliter diſpoſitum in forma, vt ſit potentiæ vt
duo cum dimidio. quibus ſtantibus patet conclu-
G ſio, A aget in B, quia potentia A eſt vt tres, reſiſten-
tia verò B, vt duo cum dimidio: B etiam aget in A,
quia tantum medietas calida vt octo, ipſius A, reſi-
ſtet B, per certum tempus, donec ſcilicet pars cali-
da vt octo remittatur, & ideò reſiſtentia eius ſolùm
erit vt vnum cum dimidio, & actiuitas B, vt duo
cum dimidio, qoare patet concluſio.

Hæc

Contra Marlianum.

Hæc opinio mihi videtur, vt pace tanti hominis A
dixerim, nec ſibi conſtare, nec principiis naturali-
bus. Et quantũ quidem ad primam partem, in qua
cum Calculatore conſentit, ſatis ſuperius diximus,
dum eius opinionem examinaremus: quantum
verò ad ſecundam, videtur tota imaginaria & nul-
lius vtilitatis. Omne enim quod ponitur in natu-
ra, propter aliquem finem & vtilitatem eſt ponen-
dum, vt patet ſecundo phyſic. & in tota naturali
philoſophia. Ex hac autẽ reactione Marliani nul- B
la prouenit vtilitas in natura: non enim mixtio nec
aliquid aliud: niſi vellemus dicere, quòd quotieſ-
cunq; fit mixtio, oportet vt miſcibilia diſponantur,
vt ipſe in ſuis caſibus diſponit, quod videtur ridi-
culum, imò hoc etiam conceſſo non fieret mixtio:
quia non durat actio & reactio, niſi per paruum
quoddam tempus, in principio ſcilicet, vt patet in-
ſpicienti ipſius caſus. Ipſum præterea vrget argu-
mentũ illud difficile Calculatoris de parte repaſſa,
quia contrariis motibus moueretur. Cogitur præ- C
terea negare vnumquodq; tantum eſſe reſiſtiuũ,
quantum ipſum eſt actiuum, quod tamen conce-
dit inſequens Calculatorem. Quòd etiam eius con
cluſio prima ſit falſa, probo hoc modo: A, agens in
B, agit tam per caliditatem vt octo, quàm per cali-
ditatem vt ſex, ergo à fortiori per vtramq; reſiſtit:
Conſequentia probatur, quia vnumquodq; natu-
raliter eſt magis ſolicitum de propria conſeruatio-
ne quàm de alterius corruptione. cùm ergo ex par
te calida vt octo, & calida vt ſex, fiat vnum totale a- D
gens, quod agit in B contrarium, videtur quòd à
fortiori hoc totum etiam reſiſtat contrario agenti
in ipſum. Prçterea B, agens in A, ſimul intendit cor-
rumpere caliditatem vt octo, & caliditatem vt ſex,
ergo illi vtraq; caliditas reſiſtit: Conſequentia pa-
tet, quia vnumquodq; naturaliter reſiſtit contra-
rio, quod nititur ipſum corrumpere. Antecedens
verò probatur, quia pono quòd tam A, quàm B,
ſint tantæ potentiæ, vt poſsint antea quàm remit-
tantur duo gradus caliditatis in parte intenſa vt o- E
cto, diffundere ſuam actionẽ in partẽ vt ſex, quod
ſatis eſt poſsibile: ſicut ſi parti vt ſex, fiat additio
corporis conſimiliter qualificati, ita vt creſcat eius
potẽtia ipſo manẽte cõſimiliter qualificato vt prius,
ſicut ipſe in primo ſuppoſito faciebat ad A, tũc po-
terit agere ad maiorẽ diſtantiã: & tunc quæro, an
pars A. calida vt ſex reſiſtet ipſi B, vel nõ? ſi reſiſtit,
ergo non eſt neceſſariũ, vt priùs remittatur pars ca
lida vt octo, ſi ea quæ eſt vt ſex, debet reſiſtere, ſi au-
tem dicatur quòd non reſiſtet, & tamen B, agit in F
ipſum, ergo erit actio in illa parte ſine reſiſtentia:
ergo in inſtanti vel infinitè velociter remittetur
pars calida vt ſex, & per conſequẽs velociùs quàm
pars calida vt octo, & ſic nunquam poterit reſiſte-
re B, agenti, quia ſemper erit remiſsior. Quòd ſi di-
catur, tunc quidem illam partem reſiſtere, quia in
eam B. producit intenſiorem gradum frigiditatis
quàm vt duo, ſed antequam ad ipſam pertingat a-
ctio ipſius B, nõ reſiſtit, quia nondum producit gra
dum, qui ſit ei contrarius: contrà totum A, ſecun- G
dum vtranque eius partẽ eſt id quod primò & per
ſe agit, & etiam per conſequens primò & per ſe re-
ſiſtit: ergo ſecundum totum reſiſtit, & non tantùm
ſecũdum vnam eius partem, alioqui eſſet magis ſo-
licitum ad agendum, quàm ad ſeipſum cuſtodien-
dum. Prçterea pars A, calida vt ſex, poteſt adiuuare

partem remotã in agendo, ergo in reſiſtendo quo-
que, quia æqualis eſt potentiæ per ipſum in reſi-
ſtendo ſicut in agendo, & actio ipſius B eſt contra-
ria ipſi A, quantum ad vtramq; partem, & ipſum
intendens corrumpere, antequam etiam ad ipſum
pertingat: quod patet ex eo, quia ſtatim, cùm par-
tem remiſsiorem attingit, ipſam alterat: ergo ante-
quam ad ipſum perueniat, ipſi reſiſtit: aliter nulla
eſſet ratio, quare in vniformibus vna pars iuuaret
aliam ad reſiſtendum. Præterea, ſi hoc eſſet verum,
quòd ſcilicet pars remiſsior non iuuaret partem in-
tenſiorem in reſiſtendo contrario agenti, donec re-
mittatur intenſior: ſequeretur hoc inconueniens,
quòd ſi eſſet aliquid ſubiectum vniformiter diffor-
miter calidum, ita vt, verbi gratiâ, in extremo inten
ſiori ſit calidum vt ſex, in extremo remiſsiori cali-
dum vt duo, cæteris omnibus exiſtentibus pari-
bus, facilius erit ipſum infrigidare, ipſi applicando
agens infrigidans extremo intenſiori, quàm in ex-
tremo remiſsiori, quod ex toto videtur inopinabi-
le. Quòd autẽ hoc ſequatur ex hac oppoſitione ma-
nifeſtè apparet: ſi enim approximetur agens extre-
mo remiſsiori, omnes partes reſiſtent, ſi autem ap-
proximetur extremo intenſiori, partes immediatè
agenti tantum, quæ ſunt intenſiores reſiſtent, par-
tes autẽ remiſsiores nõ adiuuabunt in reſiſtendo
donec remittãtur illæ intenſiores per poſitionem.
quare patet cõcluſiones eius falſas eſſe: eiſdẽ enim
rationibus poteſt ſecũda improbari quibus prima.

Fundamenta etiam, quibus nituntur, falſa ſunt,
vt ex eiſdem poteſt colligi. Ad rationes autem qui-
bus probantur, reſpondetur, falſum eſſe quòd illa
inconuenientia ſequantur ex oppoſito primi fun-
damenti: alia enim fere omnia ab eo dependent, &
ad primum concedimus caſum, & præterea dici-
mus, quòd A ratione caliditatis iuuat B, ad reſiſten-
dum C, ſed ex altera parte ratione frigiditatis nocet
ei: vnde quando ponitur quod augeatur A, in quan
titate & potentia, dico quod ſemper magis iuuabit
quanto magis augebitur ratione caliditatis: tamen
magis ei nocebit ratione frigiditatis. & cùm infer-
tur, tunc aget in B, ergo ipſum in reſiſtendo non
iuuat. negatur conſequentia, iuuat enim per vnam
qualitatem, & per alteram agit, ſicut contingeret ſi
agentibus inuicem igne & aqua eis proximaretur
aer, tunc aer vtrumq; iuuaret ratione alterius qua-
litatis, & in vtrumque ageret ratione alterius, vt ex
ſe clarum eſt, & à philoſophis conceditur.

Similiter etiam negatur, quod ſecundum in-
conueniens ſequatur, ſcilicet, quòd tepidum nun-
quam poſſet agere in aliquod calidius vel frigidius
eo: & ad probationem dico, quod qualitates, quæ
ſimul in eodem ſubiecto coextenduntur, inuicem
per ſe non pugnant, neq; reſiſtunt, vel contrariantur,
vt ſunt in illo ſubiecto: vnde caliditas & frigi-
ditas in tepido per ſe vt ſunt in eo non inuicem re-
pugnant neq; reſiſtunt, ſed per accidens & ſecun-
dariò poſſunt iuuare illud, in quod agit tale tepi-
dum, ipſum aliquantulum vigorando & fortifican-
do: hoc autem iuuamentum eſt accidentale, vnde
ad argumentum, quando probatur conſequentia,
quia maior eſt reſiſtentia quàm actiuitas, &c. Dico
maior multo eſt virtus actiua tepidi per frigidita-
tem agentis, quia per ſe agit, quàm ſit iuuamentum
quod prçbet eius caliditas ipſi B, in reſiſtendo, quia
ſolùm iuuat per accidens & ſecundariò, vnde per

ſa tantùm reſiſtit caliditas vt ſeptem B, & ideò alia A ratio eſt hæc & in caſu poſito in prima concluſione: ibi enim caliditas A, per ſe contrariatur tam frigiditati vt octo, quàm frigiditati vt ſex, & per ſe vtramq; nititur corrumpere, & ideò illi vtraq; primò & per ſe reſiſtit: in tepido verò frigiditas eius non per ſe agit in propriam eius caliditatem nec ei primò contrariatur, vel ipſam quærit corrumpere, & ideò per ſe ei non reſiſtit. Et hæc breuiter dicta ſufficiant circa hanc opinionem. B

Opinio propria.

His igitur relictis, deueniendum eſt ad id, quod nobis magis videtur conſonum rationi & principiis naturalibus, & ſenſui atque experientiæ: regula enim & experimentum ſermonum verorum eſt, vt concordent ſenſatis, vnde diſcordantibus ratione & ſenſu, magis adhærendum eſt ſenſui quàm rationi, quia ratio quæ ſenſui contradicit ſophiſtica eſt & vana, & dimittere ſenſum propter rationem arguit intellectus imbecillitatem, vt & Ariſt. & Comm. & Auicen. conueniunt. Cùm igitur ex vna C parte ſint rationes fortes negantium poſitiuã Reactionẽ, ex altera verò ſit ſenſus & experientiæ multæ, quę manifeſtè videntur oſtendere Reactionem, auctoritates pręterea ferè infinitæ Ariſt. commant. omnium antiquorum expoſitorum, tam Græcorum, quàm Latinorum, & Arabum, & omnium ferè Medicorum, quæ expreſsimè huic parti fauent, nobis magis vidatur in hanc partem declinandum quàm in aliam.

Dico igitur quòd, iuxta naturalia principia & D viam Peripateticorum, credimus eſſe neceſſarium omnino cõcedere inter agentia naturalia & patientia veram poſitiuam Reactionem, tam quantum ad qualitates einſdem contrarietatis, quàm etiam ad qualitates diuerſarum contrariatatum, & non ſolùm inter agentia quæ ſunt ęquè potentia, ſed etiá inter inæqualiter potentia: & non ſolùm hoc eſſe neceſſarium, ſed etiam reponi debere inter ea principia, quæ à naturali demonſtrari non poſſunt per nobis notiora, ſed ſunt per ſe nota & ſenſu atq; ex- E perientia comprobata. Si autem aliqua ad hoc debet ratio afferri, à priori quidem & oſtenſiua non alias adducemus rationes, quàm eas, quas Ariſt. 3. phyſic. & primo & ſecnodo de generatione adducit locis ſuperius citatis.

Prima eſt hæc, omne agens, quod eſt in potentià mobile, ſimul dum agit repatitur, & dum mouet mouetur: ſed omne agẽs naturale eſt potentia mobile: ergo omne agens naturale in agendo repatitur. Ratio hæc eſt Ariſtot. quam effugere volentes F Calculator & eius ſequaces, cauillari conantur, & detorquere verba Ariſt. eorum tamen cauillos facile eſt cognoſcere, ſi quis verba Ariſt. rectè perpenderit, de quibus ſuperiùs multa.

Secunda autem ratio ex ipſo Ariſt. poteſt alici hoc modo, omne agens quod agit per contactum, loquendo de naturali contactu, ſimul patitur ab eo in quod agit: agens naturale agit per contactum, ergo, &c. Maior eſt Ariſtot. tertio phyſic. tex. comment. 16. & 17. primo etiam de generatione. Non G enim dicitur verus & naturalis contactus, niſi inter ea, inter quæ eſt mutua actio & paſsio: ſi enim alterum tantùm ageret & alterum tantùm pateretur, talia non mutuò ſe tangerent, vt ibi dicit Ariſt.

A poſteriori verò, & demonſtratione ad impoſſibile, poteſt probari rationibus ſuperiùs adductis A contra Calculatorem: quia ablata Reactione auferetur mixtio: aufertur ratio reſpirãdi in animalibus, & multæ aliæ naturales operationes, de quibus ſatis ſuperq; ſuperiùs diſputatum eſt.

Proinde res hæc videtur mihi clariſsima, neque dubito quin hæc fuerit ſententia Ariſt. & antiquorum philoſophorum, imò adeò res neceſſaria, actio & Reactio agentis & paſsi, viſa eſt antiquis Peripateticis, vt Alexander voluerit eam à corporibus cę- B leſtibus omnino non poſſe abſolui, vt Simplicius declarat tertio phyſi. in expoſitione tex. comment. 8. quod ex effectu declarabat ipſe, & ex variis influxibus eorum: ſi enim duo aſtra contrariæ virtutis concurrant, dicit ipſe, videmus quòd vtriuſq; virtutis remittitur & debilitatur, vt Iupiter & Mars vel Saturnus, vnde effectus ab ipſis prouenientes ſunt quaſi medij inter vtrunq;: quod non eſſet, niſi aliqua eſſet inter ipſa actio & Reactio: non igitur videtur nobis de hac concluſione dubitãdum ma- C ximè in via peripatetica, niſi velimus ex toto negare mixtionem in elementis, vt Thomas de Garbo in ſua ſumma fecit.

Ad argumẽtum.

Quia autem, vt facilè ex prædictis poteſt comprehendi tota difficultas illius rei conſiſtit in ſolutione argumẽtorum, quæ facta ſunt in prima quæſtionis parte, adeo vt, ſi ea rectè ſoluantur, res clariſsima euaſura ſit, ideo pro noſtra facultate conabimur ea ſoluare. Primum igitur argumentũ fuit tale: ſi ſupponatur quòd ſit poſsibilis Reactio vera D & poſitiua ſecundum eandem contrarietatẽ tunc videtur ſequi vnum, quod eſt contra totã ſcholam Philoſophorum, quòd ſcilicet à proportione ęqualitatis, vel minoris inæqualitatis, poſsit actio prouenire, ſicuti clarè eſt ſuperiùs deductum, &c.

Pro huius itaq; argumenti ſolutione, & amplioris doctrinæ causã, quædam nobis videntur priùs annotãda. & primo quando auctores dicunt, quòd actio vel motus prouenit ex victoria agentis ſupra paſſum, & à proportione maioris inæqualitatis a- E gentis ſupra paſſum, illud eſt intelligendum, non comparando potentiam actiuam agentis ad potentiam actiuam paſsi: ſed comparandò potentiam actiuam agentis ad reſiſtentiã illius, imò omnis ferè diuerſitas in motu ex earum proportione inſurgit, ſcilicet ex proportione potentiæ actiuæ agentis ad reſiſtentiam paſsi, ex hac enim ſequitur ſucceſsio in motu, vt ex quarto phyſicorum apparet: ex hac etiam velocitas & tarditas in motu, vt ex ſe notum eſt, in via maximè Ariſt. Senſus igitur illius propo- F ſitionis eſt, quòd ex proportione maioris inæqualitatis potentiæ agentis, vel ex victoria potentiæ actiuæ agentis ſupra reſiſtentiam paſsi prouenit omnis actio.

Secundò, quia de reſiſtentia & actione à nobis eſt nunc ſermo: ideò de ratione ipſorum aliqua videtur dicenda, quid ſit vnumquodq; ipſorum, & quomodo differant, & de comparatione ipſorum ad inuicem. De actione tamen & paſsione, quid ipſa ſint, & quomodo eorum rationes differant, nunc G non diſputabimus: ſatis enim de ipſis & ab Ariſtot. diuerſis in locis, & ab auctore ſex principiorum diſputatum eſt. Ad reſiſtentiam autem conuertemus noſtrum ſermonem, de qua à nullo diſputatum eſt pręterquàm à Petro Pomponatio Mantuano, pręceptore noſtro, qui ſatis copioſum ſermonem de hoc habuit, & quæſiuit nunquid reſiſtere ſit agere

vel

vel pati, vel aliquid aliud. Primò enim videtur
quòd reſiſtere ex vi vocaboli actionē importet, ex
alia verò parte videtor magis paſsionem importa-
re, quia ſemper reſiſtentia attribuitur paſſo. Mul-
te hinc inde adducontor ab eo, quæ poſſunt vide-
ri in eius tractatu, nos tantùm ea quę nobis viden-
tur maximè hoc facere adducemus. Dico ergo, q̃,
ſi de actione vel paſsione loquamur propriè, vt paſ-
ſio vel actio propriè ſignificant, & vt dicunt aliquid
poſitiuum, vel aliquam formam in ipſo agente vel
paſſo, ſic formaliter reſiſtere neq; agere eſt neque
pati: familiariter enim ex ipſa reſiſtentia nulla for-
ma, nullus effectus prouenit in agente vel paſſo,
niſi impedimentum & prohibitio actionis ipſius a-
gentis in paſſo, hoc autem potius priuatiuum quid
eſt quàm poſitiuum, ſicut etiam Ariſtoteles in li-
bro de ſomno & vigilia dicebat ſomnum eſſe pri-
uationem quandam vigiliæ, quia erat ligamentum
ſeu impedimentum ſenſuum, cur non exeant ad
proprias operationes: dico tamen quòd in intelle-
ctu reſiſtentiæ ſeu reſiſtere ſemper includitur ra-
tio actionis vel paſsionis. Neq; enim poteſt eſſe re-
ſiſtentia, neque intelligi, niſi intelligatur aliquid
agere in id, quod reſiſtit: & huius ratio eſſe poteſt,
quia reſiſtentia in ſui formali ratione eſt priuatiuū,
priuatio aūt ſemper habitum præſupponit & habi-
tum intellectualiter. Ideò dico quòd actio & paſsio
nunquam poſſunt abſolui ab intellectu reſiſtentię:
licet autem reſiſtere formaliter ſit quædam potiùs
priuatio, quàm aliquid poſitiuū, illud tamen quod
eſt cauſa reſiſtētiæ, ſeu per q̃ reſiſtit ipſum paſſum,
eſt quid poſitiuum, & forma in ipſo paſſo. cali-
dum enim frigido reſiſtit per ſuam caliditatem, vn-
de dico, quòd præciſè idem realiter eſt per quod
aliquid agit in alterum, & reſiſtit actioni alterius in
ipſum agere conantis, loquendo tamen de actione
ſimplici & per ſe, quæ non eſt complicata ex diuer-
ſis motuū generibus, ſicut in pugne animaliū acci-
dit: alio enim membro & inſtrumento aliquando
conantur ſe defendere, & alio offendere: ſed hoc p
accidens contingit. Sed in ſimplici alteratione, &
forſitan etiam in ſimplici motu locali, per quod a-
liquid agit, per idem etiam agenti in ipſum reſiſtit:
& hoc poſſet inductione in omnib. declarari, quod
tamē nunc dimittimus, quia clariſsimum videtur.
Si autem velimus actionem & paſsionem latiori
vocabulo accipere, ita vt non ſolùm actio compre-
hendat poſitiuam actionem, ſed etiam priuatiuam,
quomodo etiam poſſumus corruptionem actionē
appellare: (corruptio enim non dicitur aliquæ res
poſitiua ſecundum quod corruptio, ſed ſola formę
priuatio: ſimiliter forſitan ſe habat diminutio: per
diminutionem enim deperditur aliquid præhabitę
quantitatis, nihil verò noui acquiritur) hoc modo
poſſumus ipſam reſiſtentiā ad punctū actionis re-
ducere: eſt enim quædā actio priuatiua: licet enim
reſiſtens, in quantum reſiſtens, nō agat aliquid po-
ſitiuum propriè in ipſum agens, prohibet tamen,
quantum in ſe eſt, actionē agentis: hoc igitur mo-
do dicere poſſumus reſiſtentiam eſſe actionem, &
reſiſtere agere, &c.

Eſt vnum præterea aduertendum, quòd dupli-
citer poteſt aliquid alteri reſiſtere, ſcilicet ſimplici-
ter, vel ſecundum quid, & ſic duplex eſt reſiſtentia
ſcilicet ſimpliciter & ſecundum quid. Simpliciter
reſiſtere dicitur aliquid, quoniam ex toto prohibet

A & impedit actionem agentis, ne ab eo alteretur: ſe-
cundum quid autem, quando non poteſt ex toto
impedire vel prohibere actionem, ſed quātum po-
teſt retardat: & hoc modo omne quod patitur reſi-
ſtit, quia vel ſimpliciter reſiſtit ne in ipſum agetur,
vel ſecundum quid, quia ſaltem retardat actionem
ipſius agentis: & ex hoc naſcitur ſucceſsio & con-
tinuitas in motu. Eſt etiam conſiderandum, quod
ſi comparemus reſpectu diuerſorum reſiſtentiā ad
B actiuitatem, (vt ita dicam) mihi videtur dicendum
hoc modo, quòd vnū & idem poteſt dici altero ma-
gis & minùs actiuum, ſimiliter magis & minùs re-
ſiſtitiuum: ſi tamen velimus comparare actionem
vnius ad eiuſdem reſiſtentiam, ſic credo, quòd v-
numquodq; ſit magis actiuum, quàm illud idem
ſit alteri reſiſtitiuum, loquendo de reſiſtentia ſim-
pliciter, non de reſiſtentia ſecūdum quid, quia nun
quam reſiſtentia ſecundum quid abſoluitur à paſ-
ſione in contrariis: vnde loquendo de reſiſtentia
C ſecundum quid, quodlibet eſt magis reſiſtitiuum
quàm actiuum: paſſum enim in vera actione & mo-
tu nunquam penitus tali reſiſtentiā poteſt priuari
donec mouetur, quantumcumq; ſit debile. Cùm
enim non ampliùs reſiſtit, ceſſat motus & actio &
ſucceſsio: ſed ſenſui eſt manifeſtum de reſiſtentia
ſimpliciter, quodlibet eſſe magis actiuum quàm re
ſiſtitiuum. Videmus enim multa, quæ poſſunt a-
gere in alterum, nec poſſunt tamen ex toto ſe de-
fendere, quin & ipſa patiantur ab eodem, hoc autē
D non eſt alia de cauſa, niſi quia agens materiale for-
tius eſt in agendo, quàm in reſiſtendo, & ideò licet
ex toto non poſsit alteri reſiſtere, poteſt tamen in
ipſum agere. Non tamen credimus, hoc ſemper de
neceſsitate in omni actione contingere, quòd ſcili-
cet paſſum poſsit reagere in ipſum agēs: licet enim
vnumquodq; agens materiale ſit minùs reſiſtitiuū
quàm actiuum, non tamen neceſſarium eſt, quod
reſiſtentia agentis ſemper ſit minor, quàm actiui-
tas paſsi: vnde ſi capillus in ignem proiiciatur ma-
E gnum, non credimus ignem à capillo refrigerari;
quia licet ignis ſit minùs reſiſtitiuus quàm actiu9,
non tamen eſt minùs reſiſtitiuus quàm capillus a-
ctiuus, & hoc cōtingit ex magna proportione tam
in quantitate, quàm in gradu, quem habet magnus
ignis ſupra capillum. Neque in hoc conuenimus
cum his, qui volunt quòd ſemper inter contraria
ſit actio & reactio, vt videtur voluiſſe Hentiſber:
nam hoc videtur eſſe contrarium Ariſtoteli t. de
gen. & corrup. locis ſæpiùs adductis, vbi ait, quòd ſi
F alterum elementorum tantùm agat, & alterū tan-
tùm patiatur, tunc non fit mixtio, ſed alterius ge-
neratio & alterius corruptio. ecce quòd cōcedit A-
riſtot. aliquando ita accidere, vt vnum elementum
tantùm agat & nihil repatiatur. Si autē non ſit ex-
ceſſus valde magnus agentis, reſpectu paſsi, tunc
ſemper ſequitur reactio patientis ad agens, & hoc
ea de cauſa accidit, quia agens naturale fortius eſt
in agēdo, quàm ſit in reſiſtendo, & ideò licet ipſum
agens vincat ipſum paſſum, cum hoc tamen etiam
G quodammodo vincitur ab eodem. Sed hic diceret
forſitan aliquis, hoc quod à nobis dictum eſt, valde
eſſe dubium, vt quaſi videantur inuicem pugnare
noſtra dicta: non enim videtur rationabile neq; ve-
riſimile, quòd agens eodem inſtrumento agat &
reſiſtat, loquendo in ſimplici alteratione, & ſecun-
dum vltimū ſui poſſe agat & reſiſtat, & tamē quòd

fortiùs agat quàm reſiſtat reſpectu eiuſdem. Sic enim aqua in ignem per frigiditatem reſiſtit, non videtur imaginabile, quomodo poſsit aqua fortiùs agere, quàm reſiſtere.

Hoc dubium videtur mihi tangere punctum & eſſentiam iſtius materiæ: Ideò reſpondeo & dico, quòd licet idem ſit inſtrumentum quo agens agit & reſiſtit, aliam tamen rationem habet ſecundum quod agit, & aliam ſecundum quod reſiſtit: agens enim in quantum agens ſolum habet rationem actus, vt etiam fatetur Ariſtot. 3. phyſic. in quantum autem reſiſtens, dicit rationem actus iuncti potentiæ. ſemper enim in ratione reſiſtendi includitur reſpectus ad alterum, quod habet naturam agendi in ipſum, hoc verò non accidit niſi ex potentia, quæ actui agentis ſimul eſt coniuncta, vnde agentia immaterialia, quæ carent omni potentia, non dicuntur propriè reſiſtere. Cœlum enim non reſiſtit igni vel iſtis inferioribus, quia ab eis pati non poteſt: & ideò ſemper reſiſtentia ſe tenet ex parte paſsi, vt ſuperiùs etiam diximus, & ideò in reſiſtentia duo includuntur, ratio & actus. Non enim reſiſtit niſi quod eſt in actu, quod verò eſt in pura potentia, vt materia prima, nulli reſiſtere poteſt, ſecundum quod eſt in potentia: includitur etiam ratio potentiæ in ipſa, quia ſemper ſe tenet ex parte paſsi, ratio autem patiendi eſt potentia, & vt diximus, in ratione reſiſtentiæ ſemper includitur reſpectus ad alterum, quod habet naturam vt in ipſum agat, hoc autẽ non prouenit, niſi quia eſt potentia ad illud. His itaque ſuppoſitis, facilè apparet ſolutio ad dubitationẽ: cùm enim agens in quantum agens, ſimpliciter habeat rationem actus, & omnis perfectio & fortitudo rei ſit ratione actus, imperfectio verò & debilitas ratione potentiæ, & non in ratione agentis, vt ſic nulla includatur ratio potentiæ, in ratione aũt reſiſtentis ſemper ſit annexa ratio potentiæ, ideò non eſt mirum ſi vnumquodque fortius ſit in agendo, quàm in reſiſtendo: licet vno & eodem inſtrumẽto ſimul agat & reſiſtat: & hanc credimus fuiſſe claram & indubitatam opinionẽ Peripateticorũ illuſtrium, & maximè Ariſt. tertio phyſic. & primo de gener. vbi nullam aliam reddidit cauſam, cur paſſum poſsit reagere in ipſum agens, niſi quia agens ſimul eſt in actu & potẽtia, licet non reſpectu eiuſdem, & ideò etiam ſolùm attribuit reactionẽ agenti, quod communicat in materia cum paſſo. Dicit enim quòd agit in quãtum eſt in actu, patitur verò in quantum eſt in potentia, quaſi dicat, in quantum eſt in actu vincit, ſed in quantũ habet potentiã annexam, vincitur & ſuperatur ab ipſo paſſo, & hac ratione non poteſt ſatis reſiſtere, quantum agit: ex potẽtia enim annexa debilitatur & imperficitur, & ideò vbi non eſt potentia, ibi etiam non eſt reſiſtentia neque reactio, vt in his quæ materia carent.

Sed dices ſtatim contrà, inter intelligentiam & orbem eſt reſiſtentia, & tamen carent materia, vt patet ex Auer. quarto phyſic. in digreſsione commenti 71. & pluries alibi, quare videtur falſum quod dictum eſt.

Ad hoc breuiter reſpondeo, quòd in cœlo propriè non eſt reſiſtentia, ſed reſiſtentia ibi dicitur æquiuocè. Vt ſuperiùs enim diximus, reſiſtere non eſt aliud niſi conari, quantum poſsibile eſt, impedire & prohibere actionem agentis, hoc autẽ non contingit in cœlo. Cœlum enim tantum appetit

A naturaliter moueri quantum intelligentia appetit mouere: ibi enim non eſt contrarietas neque impedimentum, ſed dicitur reſiſtentia in cœlo, vt ſecundo de cœlo, comment. 63. & 71. ab Auerrhoe poteſt colligi, quia inter Cœlum & intelligentiam talis eſt proportio, quòd Cœlum eſt aptum tali & tanto motu ab intelligentia moueri, & intelligentia poteſt ipſum tãto & tali motu mouere, nec velociori poſſet ipſum mouere, quæ proportio ſi variaretur, non

B poſſet intelligentia mouere, aut tardiùs moueret: non autem quòd cœlum contrarietur, & quærat impedire vel prohibere ne moueatur ab intelligentia, ſicut in iſtis inferioribus accidit, quare alio modo eſt reſiſtentia hîc & ibi, & ſecundum aliam rationẽ, vt ſatis in via Peripateticorũ eſt manifeſtum.

Iſtis autem ſic declaratis facilis eſt ſolutio ad primam rationem, quæ fuit Burl. licet iudicio meo ab ipſo non rectè ſoluatur. Dico igitur, non eſſe inconueniens, quòd duo agentia, quorum vtrumque

C ſit æquale alteri in agendo, & æquale alteri in reſiſtendo, inuicem agant & patiantur, ſimiliter quòd duo, quorum alterum in agendo ſit potentius altero, & in reſiſtendo, & tamen à debiliori patiatur: niſi ſit exceſſus magnus vnius ad alterum, vt ſuprà fuit declaratum, nec tamen ex hoc ſequitur, quòd à proportione minoris inæqualitatis, vel à proportione æqualitatis proueniat ratio. Et ratio eſt, quia actio prouenit, vt ſuperiùs declaratum fuit, ex proportione actiuitatis agentis ad reſiſtentiam patien-

D tis, non autem ex proportione actiuitatis vnius ad actiuitatem alterius, in vtroque autem caſu ſi comparatur actiuitas vnius ad reſiſtentiam alterius, inuenietur proportio maioris inæqualitatis, & ideò poteſt eſſe actio & reactio, quia quodlibet ipſorum eſt minùs reſiſtitiuum quàm ſit actiuum, & ideò reſiſtentia vtriuſque poteſt ſuperari ab eorumdem actiuitate, vt patet diligenter conſideranti ea, quæ dicta ſunt ſuperiùs. Et hæc ſatis ſint quantum ad primam rationem.

E Vnum tamen eſt hîc aduertendum, quòd quando dicimus aliquid magis eſſe actiuum quàm reſiſtitiuum; hoc in bono ſenſu intelligendum, quia ſcilicet aliquid poteſt in aliud agere ipſum corrumpendo, & tamen non poteſt ex toto illius reactionẽ prohibere, & adeò reſiſtere vt ab eo etiam non patiatur & alteretur. Hoc autem diximus, quia formaliter reſiſtentia, vt ſuperiùs diximus, eſt quid priuatiuum, actio verò poſitiuum: communiter verò ſolet teneri maximè à Calculatoribus, vt patet pri-

F mo tractatu Calculatoris de intẽtione & remiſsione, priuatiuum non eſſe poſitiuo comparabile ſecundum magis & minus. Et ideò in bono ſenſu dicta noſtra intelligantur, vt diximus.

Ad argumentum autem difficile Calculatoris à variis diuerſimodè ſolitum eſt reſponderi: ego verò ita reſponderem, primò ſupponendo vnũ, quod ex Ariſt. & Comm colligi poteſt 5. phy. circa principium, & 7. etiam eiuſdem in principio, quòd omnino in quolibet motu eſt reperire aliquid, cui primò & per ſe talis motus attribuitur, ſiue de mouente loquamur, ſiue de eo quod mouetur. Tale autẽ eſt id, quod mouere vel moueri dicitur, non per aliud aliquid illi accidens, vel quia eius aliqua pars moueat vel moueatur, ſed ipſum totum p ſe primò mouere vel moueri dicitur, ſicuti verbi gratia dicimus, quòd aer, circumdans corpore noſtra, nos

Ad argumentum.

G

cooti-

cōtinuè alterat, vt eſt Medicorum ſententia & maximè Auic. prima primi can. de ætatib⁹, & ſecunda etiam primi, ſimiliter aqua piſces, non tamē eſt credendum, quòd totus aer primo & per ſe, & quælibet etiā eius pars ſimul nos alteret, ita vt tota ſphæra aeris ad hoc concurrat: hoc enim non eſt veriſimile. Cùm enim ſit tantæ quantitatis, in tanta proportione nos excedit, quòd citò nos corrumperet, ſi aer ſecundum totum ageret: ſed eſt aliqua certa & determinata aeris portio, quæ primò agit in corpus noſtrum. Similiter etiam dico, quòd ſi ſit aliquid quod in aerem agat, ſicut exempli gratia aliquis ignis, vt puta candela, non eſt totus aer qui ab igne cādelæ patitur. Non enim eſt veriſimile, quod parui ignis actio per totam ſphæram aeris poſsit diffundi, ſed eſt quædam pars aeris, quæ primo & ſecūdum ſe totam patitur & alteratur. Et quod diximus in iſtis, in omni etiam alio motu eſt reperire: in omnibus enim eſt reperire, quod primò mouet & quod primò mouetur, & tali propriè & primò motus attribuitur, partibus autem non attribuitur motus, niſi ſecundariò, ea ratione, qua ſunt in toto, ſiue ratione totius. vnde quia totum mouet vel mouetur, ideò etiā quælibet eius pars mouet vel mouetur. Hoc autem ſuppoſito, reſpondemus ad argumentum hoc modo: Quando infert Calculator, poſita reactione poſitiua, ſequitur quòd aliquid ſimul duobus motibus contrariis moueretur, & duæ contrariæ qualitates ſimul intenderentur in eodem ſubiecto: hanc conſequentiam negamus, & ad probationem concedimus caſum, & dicimus quòd tantùm ea qualitas intēditur in C parte, quæ eſt à B introducta & ſecundum eam mouetur. Et ratio eſt, quia totum ipſum A, eſt illud quod primò & per ſe dicitur agere in B, & totum etiam B reagere dicitur in A, partes verò, tam A, quàm B, agunt actione totius & eius motu mouent. Cùm igitur totum A primò & principaliter reſpiciat ipſum B, & prima & principali intentione agat in B, quælibet etiā eius pars primò & principaliter aget in B, quia non agūt niſi actione totius. Et hoc eſt verum, tam de parte repaſſa ipſius A, quàm de parte non repaſſa: vnde ſimiliter pars non repaſſa primò & principaliter reſpicit ipſum B, & ipſum alterare & corrumpere nititur, & in ipſum principaliter agit, non reſpicit autem aliam partē repaſſam ſcilicet ipſum C, niſi ſecundario, ſed B è conuerſo ſe habet, quia primò & per ſe recipit C partem repaſſam, atq; in ipſam primò & principaliter agit, quia ei obiicitur tanquam primum & adæquatum eius paſſum vel mobile, non enim eius actio diffunditur niſi per C partem. Cùm igitur pars non repaſſa A, non reſpiciat C, niſi ſecundario, B verò primò & per ſe reſpiciat ipſum C, inde eſt quòd B poteſt alterare & propriam qualitatem in ipſum introducere, alia autem pars A vel agere non poteſt, vel ſi poteſt agere, actio tamen ipſius B præualet & ſuperat actionem alterius partis A, & ideò poteſt B propriam qualitatem per certum tempus in C introducere, conſeruare & intendere, & alia pars A, quę non eſt repaſſa, hoc efficere non poteſt, ſed tantum reſiſtit quantū poteſt actioni ipſius B, & adiuuat C partē: vnde licet aliquādo ita ſit, quod pars non repaſſa ſit maior & potentior quàm ſit B paſſum ſimpliciter & abſolutē, quia tamen B primò & principaliter agit in A, & pars alia non repaſſa A, non agit niſi ſecundariò in

A C, ideò hac ratione actio B prævalet actioni alterius partis, & hac ratione redditur ea potētius, & ob id ea qualitas ſolū intēditur in C, quā à B in ipſum eſt introducta, ideò argumentū nihil cōcludit, vt patet.

Sed dicet aliquis, hoc non videtur veriſimile quòd A reſpiciat primo B paſſum, & C propriā eius partē ſecondariò: vnumquodq; enim videtur magis intentum propriæ conſeruationi, quàm deſtructioni alterius. Cùm igitur per actionē A in C, eius partē

B conſeruetur A in propria eius natura & diſpoſitione, videtur quòd prius debeat reſpicere C partem, quàm B paſſum. Ad hoc reſpōdetur negando argumentum, & ratio eſt, quia alteratio C facta eſt ab ipſo B, & ab ipſo conſeruatur, & dum ſtat B in proprio vigore, difficile eſſet eam remouere, quia vt dixi ab eo conſeruatur & fouetur: debilitato verò B, vel ex toto corrupto B, facilè diſpoſitio in C introducta poteſt remoueri, quia non adeſt aliquid quod ipſam conſeruet, & ideo priùs nititur agere & deſtruere po-

C tentiam & virtutē B, quàm reducere C ad primam formam. Dixi aūt debilitato vel corrupto: aliquando enim ſimul & ſemel corrumpitur qualitas, quæ eſt in paſſo, & quæ eſt ab ipſo introducta in ipſum agens, & hoc ideò, quia licet agens aliquo modo repatiatur à paſſo, tñ multo magis agit & alterat paſſum, quàm ab ipſo alteretur. vnde continuè decreſcit, & diminuitur virtus ipſius paſsi magis quā virtus agentis. Vnde tandem ad illum gradum deuenit, vt non ampliùs poſsit in ipſum agens reagere: & tunc

D ſimiliter ipſum remittitur, & qualitas ab ipſo in agens introducta. Sed dicet aliquis, hæc reſponſio apparentiā aliquam haberet in agente cognoſcēte, ſed in naturali agente, quod non cognoſcit, non videtur hoc veriſimile. Ad hoc reſpondit Com. ex intentione Themiſtij 1° metaphyſ. com. 18. quòd natura; licet non cognoſcat, dirigitur tñ à virtute cognoſcente in eius operationibus. Quare patet ſolutio ad ſecūdum argumentū, quod eſt difficilius in hac materia. Ad tertiū verò argumentū, quod poti⁹ eſt *Ad tertium.*

E prioris confirmatio, reſpondetur, quòd in illo corpore medio ex actione vtriuſq; introducetur quædam qualitas remiſſa media, quæ vtriq; comparata habebit rationē alterius contrarij, ratione cuius poterit in vtrumq; agere: & ratione eius ſaluabitur actio & reactio, vt ex ſe clarum eſt, declinabit tamen ad latus agentis fortioris vt patet. Ad quartum aūt *Ad quartum.* argumentū negatur illa conſequentia, per quam vniuerſaliter ſcilicet inducitur, quòd nullum agēs data reactione poſſet perfectè ſibi paſſum aſsimilare.

F Quia aliquando quidem hoc eſſe verū concedim⁹, ſcilicet quod agens propter reactionem non poteſt perfectè aſsimilare paſſum, & ipſum reducere ad illum gradum, ſub quo ipſum erat antequam inciperet actio: imò hoc expreſsè concedit Ariſt. vt poteſt facile elici ex eius dictis 4. de generatione animalium loco ſæpiùs citato. Quòd tamen hoc ſit vniuerſaliter & ſemper verū negamus, vnde ſi virt⁹ ipſius paſsi tanta ſit, vt in totum agens & quamlibet eius partem poſsit reagere, & ipſius qualitatem

G remittere, ſic dico, quòd nunquā poterit perfectè paſſum aſsimilare, & ipſum ad gradum ſummū reducere, niſi ab alio agente adiuuetur, quia nihil agit vltra propriū gradum, vt argumentū probat, nec etiam tenemus, quod aliquid ſeipſum poſsit ab intrinſeco alterare. Quod ſi non totum agens repatiatur & remittatur, ſed aliqua eius pars remaneat

in propria natura,vt in caſo ſecundi argumenti de-
claratur,tunc poterit paſſum ſibi perfectè aſsimila-
re & deducere ad gradum ſummũ: pars enim quæ
non repatitur alias partes repaſſas reducet ad pri-
mam diſpoſitionem,& hoc modo paſſum perfectè
agenti aſsimilabitur Hæc igitur ſint ſatis quantum
ad hanc partẽ hui9 materiæ,de actione ſcilicet & re
actione,quæ cõtingere ſolent in motu alterationis.

De motu lo-calis.

Sed,pro perfecta huius rei ſolutione,adhuc quę-
dam pauca ſunt dicenda & de aliis generibus mo-
tus,ſcilicet de motu locali & argumẽtationis. Non
enim ſolùm voluêre Peripatetici reactionẽ eſſe in
motu alterationis, ſed in quolibet genere motus,
quando moués & motũ in materia cõmunicant,vt
licet videre in locis iam ſæpiùs citatis apud Ariſt.
Auerr.& alios,ſed maximè 4.de gen.animalium c.
3.vnde dicebat Auerrh.com.93.primi de generatio-
nẽ,q̃ ſi agens non cõmunicat in materia cum paſ-
ſo,non patitur ab eo eodem modo ſecundum quẽ
agit,quod ſi cõmunicat in materia,neceſſe eſt vt pa
tiatur,in quolibet ergo agẽte hoc verificatur.Diffi-
cile autẽ eſt videre quomodo hoc verum ſit in au-
gmentatione & in motu locali, maximè elemento-
rum, vt ſuperiùs etiam attigimus, & eò difficiliùs,
quod nihil inuenimus de hoc dictum ante nos: de
augmentatione quidem ſimpliciter nihil,de motu
aũt locali,iudicio quidem meo,imperfectè,nam de
eo motu locali qui violentus eſt ex toto,ſicut quan
do vaſa contra ſe inuicẽ lata ambo franguntur, &
duo gladij,& ſimilia, qui quidem motus ſimplici-
ter ſunt ab extrinſeco, priores multa dixere: de
motu aũt ſimplici,q̃ prouenit ab ipſis elementis,ni
hil ſcriptum eſt, vtputa ſi ſit aliquod compoſitũ ex
igne & terra, ita vt aliquãtulum vincat ignis & tra-
hat ſecũ terram, nũquid terra poſsit reagere actio-
ne poſitiua in ipſum ignem.Nam ſi quidem hoc ne
gauerimus, videtur contra Ariſt.& Com. locis ſæ-
piùs citatis,tũc enim in motu elementorũ non po-
terit eſſe reactio:ſi verò conceſſerimus terrã reage-
re in ignẽ,tunc non poſſumus effugere hoc incon-
ueniens,q̃ idem mouebitur motib.ſimpliciter con-
trariis,ſcilicet aſcenſu & deſcenſu:ignis enim quan
tum ſecum terrã trahet ſurſum aſcendet, ſi aũt re-
patietur à terra,deorſum ab ipſa trahetur,quod vi-
detur penitus eſſe impoſsibile. res videtur habere
aliquã difficultatem,vt clarum eſt.De augmẽtatio-
ne etiã non videtur, quomodo poſsimus ſaluare,q̃
agens quod auget ipſum repatiatur. Cùm enim ta-
le agens ſit duplex,vt 2.de anima,& 1.de gen.patet:
primũ quidem anima vel eius virt9, ſecũdum verò
& inſtrumẽtale ſit calor naturalis, neq; anima neq;
calor naturalis videntur diminui,dum augent no-
ſtrum corp9.quo ergo ſaluabim9 verã & poſitiuam
reactionem in motu augmentationis ſecundum i-
dem genus motus?

Res aũt hæc,etſi nobis ſatis videtur difficilis, eò
magis,q̃ de hoc à prioribus, aut parũ aut nihil eſt
ſcriptum, nos tñ ea quæ nobis videntur, nunc re-
citabimus, potiùs probabiliter quã obſtinatè aſſe-
rendo,nos ſemper ſubiiciendo caſtigationi eorum,
qui acutioris & ſanioris ſunt iudicij. Dicimus igi-
tur breuiter, relictis difficultatibus, quæ poſſent
hinc inde adduci circa præſentẽ materiam, & de-
ueniendo ad punctũ:primò quantũ ad motũ loca-
lem,q̃ ab elementis naturaliter prouenit,quod ſi re
ctè volumus conſiderare,ſæpè videbimus in eo ra-

A tionẽ reactionis ſaluari. Pro cuius declaratione eſt
primò aduertendum, quòd non ſemper inter agẽs
& patiens eſt actio & reactio, vt ex intẽtione Ariſt.
declarauimus ſuperiùs: aliquãdo enim agens adeò
ſuperat & vincit paſſum, vt licet paſſum, quantum
poteſt,ei reſiſtat, non tamẽ poteſt reagere in ipſum
agens, vt declarant etiam quidam ex recẽtioribus.
Vnde ad hoc, vt fiat reactio, oportet vt inter agens
& paſſum ſit determinata quædam proportio. Se-
B cundò eſt aduertendum, quòd inter mixta ex ele-
mentis eſt duplex differentia. Quædam enim ſunt
mixta perfecta,q̃ ſunt reducta ad vnam formã per-
fectam, & ipſa elementa ſunt taliter ordinata & di-
ſpoſita, vt vnum ſe habeat tanquam forma aliis do-
minans, alia verò licet in actione illius aliquo mo-
do iſti reſiſtant,non tamen contrà operantur,neq;
eſt pugna inter ipſa. Vnde videmus, quòd omnia
iſta in motu recto eodem modo mouentur, quo e-
lementum,quod in eis dominatur & habet rationẽ
C formæ,mouetur, neq; in tali motu eſt in eis pugna
poſitiua,licet ſit priuatiua: eſt enim aliqua in eis re-
ſiſtentia, vnde differunt ſolùm talia mixta ab ele-
mẽto ſimplici in motu,q̃ illa duplicã habẽt reſiſten
tiã intrinſecã & extrinſecã,elemẽtũ verò extrinſecã
tantum, vt poteſt haberi ex 4 phy. in motu igitur
iſtorũ, quia elementa alia ex toto ſubſunt dominio
elementi dominantis, ideò in eis non apparet rea-
ctio manifeſta. Alia autẽ ſunt mixta imperfecta, vt
ſunt multa ex meteoris, in quibus non eſt perfecta
D mixtio, nec ſunt perfectè ad dominium vnius ele-
menti redacta & ad vnam formam, ideò inter ele-
menta,ex quib. talia mixta cõponuntur, eſt conti-
nua pugna,vt docent Ariſt. & Com. 1. meteor. vbi
declarant, quare huiuſmodi mixta tranſuerſaliter
mouentur vt plurimùm:dicunt aũt quod id fiat ex
pugna, quæ eſt inter principia, ex quibus compo-
nuntur in mouẽdo,neq; poſſunt ſimpliciter aſcen-
dere,neq; ſimpliciter deſcendere,ſed mouentur ſe-
cundum tranſuerſum,motu tranſuerſali q̃ eſt com
E poſitus ex naturali & violento, ſcilicet ex aſcenſu
& deſcenſu, quorũ vnum eſt illis elementis natu-
rale, alterum verò violentum. In iſtis ergo appa-
ret manifeſta reactio, quia vnum elementum non
adeò vincit aliud,vt omni actione ipſum ſpoliet.In
quantũ ergo iſta tranſuerſaliter mouentur, partim
aſcẽdunt,& partim deſcẽdunt,vincit tñ vel aſcẽſus
vel deſcenſus, ſecũdum q̃ leuia vel grauia ſunt po-
tentiora.Ex hoc deniq; patet, qualiter in vero mo-
tu locali, q̃ fit à motore per ſe & intrinſeco, poſsit
F accidere reactio,non tamẽ ſequitur, quòd mouea-
tur motibus contrariis, vt clarũ eſt. non enim ſim-
pliciter talis motus poteſt dici aſcenſus, neq; ſim-
pliciter deſcenſus, ſed quodammodo eſt quaſi me-
dium ex vtroq; compoſitum.De augmentatione e-
tiam dicimus ſimiliter, quòd in ea poteſt ratio rea-
ctionis ſaluari, ſi rectè inſpiciamus, licet difficiliùs
aliquanto. vbi primò eſt conſiderandum, quòd ſi-
cut teſtis eſt Ariſt.2.de anima tex.25.& 1.de gen.tex.
com. 53. & 4. quando dicimus agens in agendo re-
G pati,non hoc eſt intelligendum de quolibet agente
etiam corporeo,quod repatiatur à paſſo,loquendo
de reactione ſecũdum idem genus.Licet enim om-
ne mouens corporeũ ſit mobile, non tamen eſt ne-
ceſſe quòd eodem motu moueatur, quo mouet:
primum ſiquidem mouens in quolibet motu, licet
corporeũ ſit, non tamen neceſſe eſt, vt dum mouat
eodem

De motu augmentationis.

eodem genere motus moneatur, quo mouet. Cœ- A
lum enim quod eſt primũ alterans, ipſum non eſt
alterabile, quãuis alio motu ſit mobile: Agens aũt
vltimum & proximũ eodem genere motus eſt mo-
bile quo mouet, & tale in agendo à paſſo repatitur;
vnde Ariſt.1.de gen.loco citato ſic ait, primum qui-
dem mouens in motu nihil probibet eſſe immobi-
le, in quibuſdam tamen eſt etiam neceſſarium, vlti-
mum autẽ ſemper mouere motum: In actione aũt
primum quidem impaſsibile, vltimum verò etiam B
ipſum patiens. Quę verba commentator exponens
ſic ait: Et ſciendum eſt quòd agens bipartitò eſt, ſi-
cut mouẽs, quõniã in vtroq; eſt primũ & vltimum;
& ſicut primum mouens poſsibile eſt vt ſit immo-
bile, & poſtremò monens neceſſe eſt vt ſit motum,
& paulo infra ſic ait: Et cauſa in hoc eſt, quoniam
quodcunq; agens, cuius materia non fuerit eadẽm
cum materia patientis, neceſſe eſt vt non patiatur
ab illo eo modo, ſecũdum quem agit, & quodcunq;
ageus habuerit eãdem materiam neceſſe eſt vt pa- C
tiatur &c. Vera igitur ratio reactionis attendi de-
bet penes agens vltimũ & immediatũ, vnde in fine
illius tex. dixit Ariſt. quòd cibus in faciendo ſanita-
tem repatitur à corpore, quia eſt vltimó & tangẽs.
Eſt etiam ſecundò conſiderandum, ꝙ in augmen-
tatione ratio efficientia & motoris propriè animæ
& virtuti eius attribuitur, tanquam primo & prin-
cipali agenti, calori aũt naturali tanquam agenti in
ſtrumentali & ſecundario, vt declarat Ariſt. 2. de a-
nima tex.com. 49. & 50. In nullo autẽ iſtorum po- D
teſt ſaluari reactio in eodem genere motus: neq; e-
nim anima neq; calor naturalis, dum augent, dimi-
nuuntur: Et ratio eſt, quia anima quidem eſt in tali
motu principiũ mouens, ꝙ non eſt neceſſe moueri
in mouendo, calor etiam naturalis dum auget cor-
pus ipſum non diminuitur, ſed ex tali augmẽto po-
tiùs vigoratur & creſcit. Sed hîc eſt conſiderãdum,
quód calor iſte primò quidem & per ſe mouet mo-
tu alterationis, calefacit enim & digerit: In nutrien-
do aũt & augẽdo indiget aliquo modo extrinſeco; E
quo nutrit & auget, ſcilicet cibo vel nutrimento,
quod tamen priùs alterat & concoquit, & ab eo e-
tiam in eo motu repatitur, ſecundum motũ tamen
alterationis, nutrimentũ enim in principio eſt con-
trariũ & diſsimile, vt declaratur ſecundo de anima:
Sed quia ſeipſo ſolo non poteſt nutrire, vt diximꝰ,
vel augere ipſum animal, alio extrinſeco indiget ad
hoc, vt nutriat & augeat. Indiget enim nutrimento,
quod quidem ratione, qua eſt in potẽtia pars mem
bri, nutrit, ratione verò qua eſt ſubſtãtia actu quan- F
ta, auget, vt ſecundo de generat. declarat Ariſtot.
Vnde ſecundo de anima dicebat: Eſt aũt quo ani-

A ima alit duplex, ſcilicet nutrimentum. & quia nu-
trimentũ neceſſe eſt digeri & concoqui, quod non
fit niſi auxilio caloris, ideò neceſſarius etiam eſt ca-
lor. & primo de gen. dicebat Com. quód neceſſe eſt
vt faciens partes magnitudinis ſit magnitudo, quia
vnumquodq; fit à ſuo ſimili ſecundum actum. In
hoc etiam ſenſu credimus Auerrh. & Ariſt. loqu-
tos 8. phyſ. tex. & com 51. & 4. cœli com. 24. quando
dixerunt, motum augmentationis ab extrinſeco
B motore tanquam à propinquo motore prouenire,
ratione ſcilicet nutrimenti, ab intrinſeco autẽ tan-
quam à motore remoto à calore ſcilicet naturali, ꝗ
eſt in re quæ augetur, quia ſcilicet calor naturalis
non auget niſi mediante nutrimento, quod ab ex-
trinſeco aduenit, ſiquidem, vt docet Ariſt. in ſecun-
do de generatione, non fit vera augmentatio niſi ꝑ
aduentum nouæ materiæ. Quia igitur naturalis ca-
lor agit augendo mediante nutrimento, ſimili etiã
modo repatitur quo agit, ſcilicet mediante nutri-
C mento. Dum enim nutrimentum concoquitur,
dum conuertitur in ſubſtantiam membri, dum po-
ſteà etiam perfectè aſsimilatur ipſi membro, con-
tinuè multæ ipſius partes reſoluuntur in vapores,
multæ in ſuperfluitates, & ita continuè diminui-
tur eius quantitas dum corpus noſtrum auget.
Sub hoc igitur reſpectu, in quantum ſcilicet non
niſi ipſo mediante anima & calor naturalis agit in
motu augmenti, habet quodammodo rationem vl-
timi agentis, & immediati ipſi paſſo, & hac ratione
D in ipſo ſaluatur reactio vera in motu augmentatio-
nis. Sed dicet aliquis, his etiam omnibus conceſ-
ſis, adhuc non ſaluatur vera reactionis ratio in mo-
tu augmentationis: non enim nutrimentum pro-
priè dicitur diminui, cùm non ſit animatum. Ad
hoc dicitur, quòd non ſolùm diminuitur quantitas
nutrimenti ante conuerſionem eius, ſed poſt con-
uerſionem etiam in ſubſtantiam nutriti, quando
iam factum eſt animatum. Non enim facta conuer-
ſione ſtatim quieſcit calor, ſed poſtea etiã in ipſum
E agit, perfectè ipſum aſsimilando, vt ab Auic. poteſt
colligi prime primi cap. de humoribus, & ſumma
etiam de virtutibus, vbi de virtute nutritiue agit:
non enim nutrimentum conuerſum ſtatim eſt e-
tiam ſimile ex toto membro in modo ſubſtantiæ &
multis accidentibus. Dum igitur perfectè aſsimi-
latur, multæ ipſius partes reſoluuntur, & ita con-
tinuè diminuitur. Hæc omnia vt probabiliter dicta
accipiantur, non renuendo iudicium eorum, qui
nobis plus ſapiunt, quę ſufficient quantum ad ma-
F teriam de reactione, ad laudem eius qui ab omni
reactione & mutatione liber omnia mouet & re-
git, & omnium bonorum eſt prima cauſa.

VICTORIS TRINCAVELLII RVDIMENTVM.

DE VENA, PLEVRITICIS ET ALIIS QVI VI- ſcerum inflammationibus tenentur, ſecanda.

IN morbo coſtali & cæteris præterea
viſcerum inflãmationibus ſemper fe-
rè inter præcipua remedia illud repo-
ſitum fuit, vt ſtatim in initio ſanguis
mittatur, ſed qua vena ſecta id agen-
dum ſit, in præſentia non æquè conſtat, vt hac de
re ſumma contentione paſsim habeantur diſputa-
tiones. Nam cùm iamdudum cõſuetudo inualuiſ-
ſet, vt Medici omnes venam eam ſecarent, quę pro-
cul & in loco contrario affectæ particulæ eſſet, his

annis, poſtea quàm plurimi ex his, qui literarum ſtudiis addicti ſunt, Arabum barbariem quaſi faſtidientes, (quibus tamen maiores noſtri primas ferè partes detulerant) mutata ſtudiorum ratione ad cultiores elegantioresq́ue literas, non modò in medicina & philoſophia, ſed in cæteris etiam liberalibus diſciplinis conuerſi, ſe totos Græcis autoribus tradidere, ſperantes ſe noſtris etiam temporibus ſtudia literarũ reparata viſuros, ad priſtinumque illud illuſtre antiquorum exemplar reformata: multi proſiluerunt, qui ſibi tantummodò Hippocratem & Galenum in medicina colendos & imitandos propoſuerunt, putantes ab eorum dogmate veterem illam conſuetudinem, quam ab Arabibus defluxiſſe credidere, eſſe omnino alienam. Vnde illam omni ope, & quibus potuerunt rationibus, & autoribus ſic propugnarunt, vt etſi videretur ex longo tempore quaſi præſcripſiſſe, videantur tamen velle illam infringere & euertere. Itaque cùm hæc quæſtio ſit ex earum numero, quæ in medicina maximi momenti habendæ ſint: (eos enim morbos comprehendit, in quibus Medicos, qui ſe egregiè geſſerint, admirandos eſſe in principio libri de victu acutorum morborum cenſuit Hippocrates.) nos facturos operæ precium exiſtimamus, ſi rationibus vtriuſque ſectæ diligenter ad examen reuocatis, & pro viribus noſtris optimè diſcuſſis, conabimur elicere & tanquam exprimere aliquid, quod ad veram medendi rationem, quoad eius fieri poteſt, propiùs accedat. Verùm antea eos, in quorum manus venerit hoc noſtrum commentariolum, monitos velim, nos non ad editionem illud elaboraſſe, nec ea ſpe, vt credamus nos opus aliquod conſcripſiſſe, quod lectione dignum ſit cenſendum, ſed animum ad hæc ſcribenda appuliſſe tantummodò in commodum noſtrum, vt hac ratione diligentiùs omnia examinantes, & inuicem conferentes, maturiùs poſtea quid nobis ſit agendum decerneremus. Quapropter eos rogatos volumus, vt ſi quid aut minùs cultum, aut etiam aberratum offenderint, corrigant ac amicè moneant, non autem criminentur. nihil enim nobis gratius eſt, quàm moneri & diſcere, ſi quando videamur minùs rectè ſentire.

Petr. Briſſo. & Pariſien. ITaque in primis qui illam Medicorum communem conſenſum, & veluti pacem, perturbauerunt, repoſuerim ego Petrum Briſſotum Pariſienſem, virum ſanè bonarum literarum non ignarum. Is enim in quadam veluti Epidemica pleuriticorum conſtitutione cœpit, quotquot illi offerebantur pleuritici, venâ ſectâ in partis morboſę brachio, ſtatim etiam inter morbi initia curare, reclamantibus tamen Medicis ferè omnibus, criminantibusque: quare tandem laceſſitus in certamen deſcendit, & libellum ea de re doctum ſanè & elegantem edidit. Hos autem, ne tempus fruſtra conteramus, ea omnia de quibus ipſe copioſè & diffuſè diſputat, in tria capita breuibus redacta perſtringemus. Primò autem rationem eam explicat, qua motus tum ipſe ſanguinem in pleuritide ex affectę particulæ brachio inter initia detrahit, tum alios etiam Medicos iora, niſi ita egerint, increpandos eſſe cenſet. Deinde verò hoc idem Hippocratem & Galenum ſenſiſſe multis hinc inde collectis ex


A eorum libris autoritatibus monſtrare contendit. Et poſtremò ad diluendas rationes aduerſariorum inſurgit. Sed ab ipſa ratione exordium ſumemus, quia ipſe etiam præ cæteris omnibus illi maximè videtur confidere & inniti, quæ mea ſententia talis eſt: ea remedia aliis omnibus ſunt præferenda, quę citiſsimè poſſunt opem laboranti particulę afferre, quæque etiam prodeſſe quidem plurimùm poſſunt, parum verò vel nihil obeſſe, & præterea commodiſsimè,
B citraque quodcunque periculum adminiſtrantur. Hoc quidem adeò euidens eſt, vt nulla clariori egeat probatione: nemo enim eſt adeò qui non videat, acutos morbos, quòd celerrimi motus ſint, niſi ſtatim illis occurreris, citò ad interitum hominem deducere poſſe. At ſanguis ex ea vena miſſus, quæ directè & ex eadem parte, non autem contraria, reſpicit locum affectum, ea omnia facillimè præſtare poteſt: quod facilè probauerimos ipſi eſſentiæ morbi tanquam fundamento in-
C nixi: ab illa enim prima ſtatim indicatio prodit. Nam ſi pleuritis inflammatio eſt membranæ internæ contegentis, caliditate verò alterantis locum illum, qui hanc deinde ob cauſam plurimùm dolet: ea ratione huic malo ſuccurres, ſi influxum & motum humoris interceperis, & quod præterea locum iam occupauerit, euacuaueris. Sed quæ vtrumque efficaciſsimè pariterque celerrimè præſtat, eſt ſectio venæ ex eodem latere, quod euidentiſsimè probat Galenus in commentariis in ſecun-
D dum librum de victu acutorum morborum. vim enim habet ſanguis ex ea vena miſſus reuellendi & euacuandi quicquid in morbidam partẽ defluens, illi cauſa eſt doloris, & tumoris, inflammationisq́ue: & vt eſt laboranti particulæ propinquior & affinior, ita etiam illi affectos illos celeriùs citra omne incommodum & periculum impartitur. A loco enim nobiliori ad viliorem, & in quo minus ſit periculi, vtpote à thorace ad brachium vel cubitum noxium ſanguinem conuertit, & præterea ſanguis
E infeſtus & vitiatus detrahitur, qui verò integer eſt, relinquitur. neque enim alia ratione motus Hippocrates conſulit permittendum fluere donec mutetur color. Facilimè etiam & commodiſsimè adminiſtratur, cùm nihil ſit, quod huic operationi aduerſatur, quia in eam partem retrahit & euacuat, in quam ſponte natura propellit, vt idem Galenus autor eſt. Contrà verò eueniunt omnia, ſi ſanguis è vena mittatur, quæ procul aut in parte contraria loco affecto exiſtit. neque enim poteſt
F ab huiuſcemodi remedio auxilium exſpectari, niſi tardum & imbecille, ſiquidem ſanguis è vena ſecta loca propinqua citò & validè pertingit, vt Galenus docet, tardè verò & inualidè remotiora: Adde, quòd ſectio venæ loco remoto ſanguinem integrum & ſalubrem detrahit, corruptum & morboſum relinquit, cùm ſecta vena primùm profluat proximus ſanguis, deinde verò remotior. Conuertit etiam prauum ſanguinem, non dicam ad partem viliorem, ſed ad æqualem, vel digniorem:
G aut enim ad oppoſitam thoracis partem, quò fit ſæpè vt, ſectâ oppoſiti lateris venâ, inflammatio in alterum latus permutatur: vel ad iecur ſiue cor, ſicut fit, ſi è venis pedum aut crurum ſanguis detrahatur: quod plurimùm videtur dogmati Auicennæ aduerſari, qui cauendum præcipit in reuolſionibus, ne fiat tranſitus ſuper principali membro;

A bro: nec facilis eſt ea operatio, cùm ſit contra naturæ propenſionem, cùm tamen moneaot Hippocrates & Galanns, ſeqnendnm naturæ motum. Plurimas deinde hinc inde auctoritates ax libria tum Hippocratis tum maximè Galeni colligit, quibus decretum boc Hippocratis Galeniqùe eſſe adſtruere nititur, qnas in præſentia recitara nolumus, quia eaſdem farè omnes refert Curtius, qui auctoritatibus magis aonfidare videtur, & idaò ne eaſdam ſæpiùs repetara ſit neceſſe, de illis eo loco a- B gemus, quo res nobis cū Curtio futura erit. Nunc ad eam partem tranſeamus, qua aduarſariorum rationes infriogere nititur Briſſotus. Et quia voiuerſa ferè vis rationum eorum in hoc videtur ſita, quia inter initia inflammationis ſupradictarum partium reuulſiona maximè occnrrendum eſt: & reulſionis ratio id expetere vidatur, vt procul & in contrarium ſucci daſluentes retrabsntur, qnod Galenus docet qosrto & quinto libro de metho- C do curandi morbos: ſanguis verò, è vena in eodem latere miſſns, ſuccos deſluentes neque procul, nec in contrarium connertit, cùm ex eadem parte & prope affectum locum profluat. quamobrem concludunt ſectionem venæ in eodem latere non eſſa remedium, quod initiis inflammatioonum ſit congruum.

Briſſotns dum buic rationi reſpondet, interdum cauillari, nonnunquam illudere videtur, quandoq; iocari: eorum verò omnium quę à Briſ- D ſoto in bac reſcribûtnr, hæc mihi videtnr eſſe ſumma: concedit procul eſſe retrahandos ſoccos, & in contrarium: non tamen propterea neceſsitatem cngere dicit, vt quàm longiſsimè trahantur, ideoq; in reuulſiooibus aliquod quidem concedit interuallum, ſed oon ſemper maximum. Sæpe enim tanta longinquitas reliquit, quæ ſatis eſt, vt non sraducâtur ſucci moleſti per affectam particulam, aut per quampiam aliam, quæ per affinitatem illi conſentiat, aut condoleat, quandoq; etiam expa- E dit vt remotiùs conuertantur. Et huiuſce varietatis ratio petenda eſt cùm à diuerſa morborum natura, & eorum membrorum quæ morbis tenentur, tum ex natura eorum inſtrumentorum, quibns reuulſiones perficiuntur. Nam ſi retrsctio fiat ad remotiſsimas partes, ea vt vim habet coouertendi vniuerſam ſangulnis molem, ita imbecilliorem habet impetum, quo poſsit ſanguinem moue- re & reuellere, qui prope locum affectum inſidet. Quia hæc actiones priùs & validiùs proximas psr- F tes pertingunt, poſteriùs & languidiùs remotas: quæ verò reuulſio adminiſtratur in parte nón sdmodum remota, quamuis non æquè molem ſuccorum in ſa connertat, tameo celeriùs laboranti particulæ ſubuenit.

Igitur Medico, qui cnm rstione morbos aggreditur, perpendendum eſt, cùm fortis indicatio reuulſionis exoritur, vtrùm magis præſtet & vrgeat totam ſuccorum mólem moueri, neglecto dolente loco, quód ſcilicet non plurimùm exigst celeriratem: an potiùs vt ex affecto loco celerrimè & plurimùm retrahatur. Quod maximè in acutis morbis & ſæpiſsimè euenit, quales ſunt coſtalis & cæteræ viſcerum inflammatiunes, in quibus motus celerrimi ſunt, & plurimùm habent concitatam excretoriam facultatem, vt niſi qusmprimum illis ſubueoismus, homo deploretur. vn-

A da non potaſt maturè opem farre renulſio quæ remota admodum ſit, & ideò tutins eſt & rationi magis conſonnm, in iſtiuſmodi morbis per partes propinquas rauellere. Præterea varia etism ſunt axcogitata ingenia & inſtrumenta, quibus reuulſio fit, quorum conditio vsriat plurimùm tum oaturà, tum ratione operationis: vt puta miſsio ſanguinis per ſectam venam, & præterea per hirudines, vel cucurbitulas, frictio etiam, motus, exerci- B tium, vincula, & quæcunq; alia dolorem infarnot, calidiora madicamenta, purgatio per alnum, per vomitum, per mariſcas, per ſudorem, & alia quæcunque ſimilia, quę facultatem habent ſuccos monendi & trahendi, calore, aut dolore, aut inſita vi, aut qnadam corporum conſequentia, vt inaoe videtur. Qnæ quidem omnia, etſi retrahendo ſuccoa cæteras partes reddsnt vacuas, plernnque tamen eas replant, in quibus actiones illæ adrpiniſtrantur: vnde ſæpe tom illas, tum proximas calore af- C ficiunt, & dolore ioſeſtant, qna ratione deinde incommodum afferunt laboranti particulæ. Sanguinis autem miſsio, quæ fit venà ſectà, ab omnibus his offenſis libera eſt. neq; enim partem quampiam replet, nec calfacit, vel dolore irritat, ſed potiùs exinanit & refrigerat: & ideò reuulſio par ſectionem venæ non æqnè procul adminiſtranda, ſicut quæ per reliqua inſtrumenta. Vnde Hippocrates etiam & Galanus cùm eius retractionis mami- D nernnt, quæ procul ſit facianda, ne verbum quidem de venæ lectione faciunt, ſed ſemper ferè profluuinm alui aut vrinæ, & pariter frictiones, & vincula, & cætera hniuſcemodi in medinm afferunt. Et vt omnem tandem fidem illi ſectæ ſubtrahat, addit Briſſotus, quód quamuis concedatur illis retractionem ſemper ad remotiora faciendam, quo etiam modo volunt ipſi, nunquam tamen propterea affici, vt vena oppoſiti lateris ſit ſecanda, ſi quis rerum naturam rectè contemplari voluerit: cùm nequaquam maius intercedat interusllum inter E affectum locum in coſtali morbo & cubitnm lateris oppoſiti, quàm inter illum eundem locum & cnbitum eiuſdem lateris, ſi venas metiri voluerimus, per quas ſanguis ad inflammatnm locum deſluit, & per quas eſt atiam reuellendus: quia venæ, quæ pertendunt in partes vtraſque ſuperioris pectoris, illis ſanguinem ſubminiſtrantes, ab eadem caua vena & in eodem loco ſuboriuotur, & deinde vena caua ad iugulum aſſcendens in duss partes ſecatur, quarum altera per alam dextram ad F cubitum dextrum deſertur, altera per ſiniſtram ad ſiniſtrum, ab ortu earum vterque cubitus pariter diſtat, & interuallum quod intercedit inter locum affectum, & ortum iſtarum venarum, idem & commune vtriſque eſt: quod ipſe hoc diagrammate quaſi mathematico oſtendit: ſignetur locoa quo caua vena, prope ingulum bipartita verſus vtraſq; alas delata, ad cubiros tendit, litera. A locus vnde exoriuntur venæ vtrinque pectori in fortem datæ, litera a, pars deinde inferior cauæ venæ, quæ à iecore ortum ſuum trahit, C locus inflammatus, o dexter cubit9, E ſiniſter, F, vbi ſatis euidens eſt, tantundem eſſe interualli intar a & F, quantum inter a & B, & ſpacium D B vtrique eſt commune. igitur



quantum ad rationem diſtantiæ, nihil eſt quod magis cogat in oppoſito latere venam ſecare, quam in eodem. Quod verò pertinet ad id, quod aiunt reuulſionis formulam expetere vt in contrarium ſucci conuertantur, concedit ille, ſed hoc præterea addit, non ſemper eſſe neceſſarium vt ad extremos vſq; terminos contrarietatis deducantur, quia non modò contrarietas eſt inter extrema, ſed inter media etiam, ſunt enim contrarij motus & qui de extremo in extremum tendunt, vtpote qui ex calido in mediocre frigidum, & contrà. Itaque in contrarium ſatis conuertetur ſanguis, ſi eo reducetur, vnde defluere cœperat. Et cùm à caua vena ſanguis per venas, quæ per pectus diſpartitæ ſunt, defluat ad locum phlegmones, ſi iterum verſus cauam venam reuellatur, negari non poteſt, quin in contrarium diſtrahatur, quod optimè fit venâ ſectâ in latere eodem. Quamobrem, ſi illa ſecetur, ſimul & euacuationis & reuulſionis formula ſeruatur, quæ vtraque ſunt plurimùm neceſſaria in huiuſcemodi morbis. Hæc mihi videtur eſſe ſumma omnium ferè quæ Briſſotus ſcripta reliquit, aut ſaltem eorum quæ præcipua ſunt.

Matthæus Curtius.

BRiſſoto Matthæus Curtius Papienſis, vir hac noſtra tempeſtate in Italia medicinæ profeſſor celebris, non modò ſubſcripſit, verùm & decretum illius, quibus potuit rationibus & auctoritatibus, amplificauit & omni ingenio nititur in ſuam ſententiam vbiq; Hippocratem & Galenũ trahere, & viam omnem præcludere aduerſariis reſpondendi, aut alio modo exponendi verba horum auctorum, quæ ſuo dogmati fauere videntur: nec modò hos, verùm & Arabas id ipſum ſenſiſſe contendit: ab Hippocrate autem auſpicatur. Itaque locus primus, in quo etiam ſumma huiuſce rei vniuerſa, & veluti huiuſce cauſæ ſtatus conſiſtere videtur, exceptus eſt ex libro Hippocratis de victu morborum acutorum ſecundo & quarto, vbi ait, quòd, ſi morbo coſtali laborantis locum dolentem foueris calidis euaporatoriis, quibus dolor non lenitur, imò quandoq; magis excitatur, illis diutiùs non eſt immorandum, ſed obſeruandum quo modo ſe dolor habeat, quia ſi videtur ille vſque ad iugulum, vel humeros aut brachium aſcendere, ſtatim expedit venam ſecare in cubito, & eò vſq; ſanguinem profluere, quouſque eius color immutetur. Hoc idem ſcriptum reliquit in tertio de articulis libro. Sed in quarto deinde de victu acutorum morborum exactiùs exprimit, à quonam cubito mittendus ſit ſanguis, & ait, ab ea parte in qua dolor magis fuerit moleſtus: quo loco omnem videtur Hippocrates tollere ambiguitatem & dubitandi occaſionem, & penitus veterem illam conſuetudinem euertere, qua in principio, aut in cubito oppoſito, aut in crure eiuſdem lateris venam ſecant. Qui verò eam conſuetudinem defendere ſibi propoſuerunt, laqueum hunc vario modo nituntur effugere. Alij enim aiunt venam ſecari in morbo coſtali, vel euacuationis, vel reuulſionis cauſà: ſiquidem reuulſionem quæramus, expedit magis, vt in oppoſiti lateris cubito ſecetur, vel in pede eiuſdem: ſi verò euacuationem, aptior eſt vena in latere eodem. Et quia reuulſio præſeruationi ſeu cuſtoditrici medicinæ parti, euacuatio verò curatrici propria eſt, ideo in libris ſecundo & quarto de victu acutorum morborum, quibus in locis nõ tutelam aut præuiſionem in coſtali morbo, ſed potiùs curandi rationem docet Hippocrates, venam iubet ſecari, quæ directè & ex eadem parte locum affectum reſpiciat, cui præcipuè vis eſt vacuandi eum locum. Verùm ſupponit priùs eſſe rectè peracta quæ ad præuiſionem attinent, vtputa reuulſionem, quæ ex contrario loco facienda eſt. Alij verò aiunt voluiſſe Hippoc. venam eodem latere ſecandam tum cùm materia omninò fluxerit, & morbus iam ad vigorem, & vt ipſi aiunt, ad ſtatum deuenerit, quoniam commodiſsimè ea venà ſecta detrahitur ſanguis, qui iam continetur in particula inflammata: Cùm verò defluere incipit, aut fluxurus eſt, faciliùs intercipitur eius motus, ſectâ venâ in loco aliquo oppoſito. Nonnulli etiam alio modo reſpondent, huius reſponſionis occaſionem ex quarto libro methodi curandi & 2. ad Glauconem accipientes à Galeno, qui docet triplicem eſſe euacuandi modum, primum per reuulſionem, ſecundum per deriuationem, tertium per euacuationẽ, quæ ſtatim ex affecto loco fit. Qui quidem differũt, quia reuulſio procul fit ab affecto loco, deriuatio propè, euacuatio ſtatim ex ipſa morboſa particula. Præterea reuulſio ſuccos defluentes in contrarium conuertit, euacuatio per eundem locum, in quem natura propellit, deriuatio, cùm ſeruet rationem mediam, neq; penitùs in eundem locum, neq; omnino procul & in contrarium; ſed in latus & in vicinum educit. Tertiò etiam differunt ratione temporum morbi, in quibus hæc commodiùs adminiſtrantur: in principio enim, cùm ſanguis influit, reuulſio, cùm penitùs aut magna ex parte influxit, deriuatio, poſtremò cùm morbus inueterascit, euacuatio neceſſaria eſt. Aiunt ergo hi Hippocratis præceptum deriuationem reſpicere, cùm materia defluxit omnino aut ex magna parte: qui propterea tamen non negaret inter initia morbi, cùm maximè viget reuulſionis indicatio, mittendum eſſe ſanguinem ex latere contrario. Contra hos omnes inſurgit ille, & nititur monſtrare, ſeriem verborum Hippocrat. non tolerare quampiã ex his expoſitionibus, ſed apertiſsimè aſſerere, ſtatim inter initia, cùm fluit adhuc materia factura inflammationem, venam in eodem latere ſecandam eſſe: & pluribus rationibus agit. Primò namq; cùm duplex, vt ille ait, ſit materiæ fluxus: alter ad venas & arterias inflammationi circumſtantes: alter ex his ad ipſam inflammationem: quærit, dum Hippocr. præcipit dolore aſcendente ſecandam venam in cubito lateris eiuſdem, deſcendente, aluum veratro ciendam, id verò tu agendum credis, vt defluxa iam materia detrahatur, eam ne voluerit Hippocr. detrahi, quæ circumſtantia loca influxit, aut potiùs quæ in ipſa phlegmone recepta eſt? Quia ſi eam, quæ locos circumpoſitos occupauit, ſequitur ſtatim ab ipſo morbi principio ſecandam venam lateris eiuſdem, inter prima enim phlegmones initia iam repletæ ſunt omnes tum venæ, tum arteriæ viciniæ & circumpoſitæ. Quòd ſi non hanc, ſed illam quæ inflammationi inſidet, quærit iterum eam ne etiam crudam, vel poſtea quàm fuerit cocta voluerit Hippocrates eſſe vacuandam? non me hercle dum cruda eſt, ipſe enim & vnà Galenus reclamant apertiſsimè tum primo aphoriſmorum 22.

tum

tum quarto libro de victu acutorum morborum,
vbi,aut à principio dum mouetur eſſe purgādum,
vel poſtremò quando fuerit cocta,prædicant: lōn-
gè etiam minùs,cùm cocta eſt, quia ſputo & ſcrea-
tu excernitor , non autem porgantibus medica-
mentia:& prçterea coctà materiá dolor mitior red-
ditur,& ſponte euaneſcit, ſiquidem hoc primo de
victu acotorum morborum teſtantur Hippocr. &
Galen.dolorem ſcilicèt ſponte miteſcere cùm ex-
puere incipiunt pleuritici: Hippocrates verò vt
dolor ſedetor, venam ſecat, aut aluum citat. Sed
ex ſeria verborum Hippocrat. ſi quis ſtodium adhi
bere voluerit, facilè comprehendere poterit,dom
Hippocr.ſloentem materiam detrahi præcipit, aot
venam ſecandam,aut purgandum, nam ſi fomenta
non iuuent,ab illis abſtineri iobet,ſtatimq; veoam
ſecari aut aluum cieri: fomenta autem non pro-
ſunt,quādo materia adhuc fluit. Nec minùs etiam
ex commentario Galeni quo expooit dictum illod
Hippocrat.qoarto de victus ratione in acutis mor-
bis, medicamentom quarto die miniſtrabis , hoc
idem liquere poteſt. inquit enim Galenos,quarto
verò die iodiſtinctè proounciauit, neq; enim inter
morbi ioitis aliquid remediorum iniungere opor-
tet, deſumto à nomero dierum ſcopo : ſed quod
Hippocr.recenſuit,eſt exſequendom, vel ſtatim ab
initio priuſquam in partem aliquam impingantur
ſucci,vel poſteaqoam fuerint ad maturitatem per-
ducti.quam ob cauſam & prima interdum die,&
ſeconda.& quarta,interdum quinta medicamenta
dedim⁹:& reliqua Cùm igitur ſæpe dolore fomen-
tis non miteſcente,ipſa prima die vel aluus cienda
ſit,cùm dolor deſcendit,vel ſi aſcendat, interna ve-
na cobiti lateris affecti ſecanda, ſtatim à principio,
dum fluit materia,ea vena ſecanda eſt. His etiam
faoent quæ à Galeno dicuntur in commentariis
aphoriſmorum , aphoriſmo trigeſimo primo ſexti
libri,cùm quinq; remediorum genera, quibus vo-
luit Hippocrat. dolores oculorum ſanari, inuicem
conferens , ait , tutiſsimum eſſe fomentom , quod
vel omnino ſanat, cùm ſcilicet nihil præterea fluit,
vel ſaltem hac parte proſit,qoòd in cauſa ſit,cor co
gnoſcamos quo corpus ſe habeat modo : quia ſi id
plenum fuerit,& adhuc materia fluat, videtur qui-
dem primo occurſo prodeſſe, ſed paulo poſt dolo-
rem adauget.ecce ergo cùm fomenta obeſſe viden-
tur,floit materia.A ſimili etiam depromto argumē-
to idipſum probare nititur, ſumta occaſione ex ſen
tentia Galeni quæ habetur ſexto aphoriſmorum
in commentario aphoriſmi 22. vbi ait Hippocrat.
Quicunq; dolores ex dorſo ad cubitū deſcandunt,
venæ ſectio ſoluit : vbi dolores dorſi ex defluente
homore factos voluit curari ſectione venæ bra-
chij,cùm dolor aſcenderit. Pari ergo ratione, de-
fluente materia , ſecat venam in coſtali morbo ex
eodem latere. Poſtremò verò hac etiam ratione
ſuum dogma conatur adſtruere: quia ſi vena ex eo-
dem latere non eſt ſecanda, niſi cùm materia oon
confluit ampliùs,id erit ſerò admodum agendum.
vt aliquando vltra diem vigeſimum , fluxus enim
quandoq; vltra vigeſimū perdurat diem, vt,ſi quis
hiſtoriam pueri illius recitatam à Galeno in libel-
lo Therapeutico de ſectione venæ legerit,facile iu-
dicābit.Hoc idem poteſt etiam ex eo oſtendi,quod
docet Galeo. ſecundo lib. de differeotiis febrium,
in laterali morbo fieri acceſsiones quales io febri-

A bos tertianis, nam acceſsiones nòn fiont, niſi ex
nouo materiæ defluxu. At verò Hippocrates,fo-
mentis dolorem non leuantibus,ſtatim venam ſe-
cat,aut medicamento purgatur. His itaque omni-
bus conficere credit,theorema Hippocraticom in-
telligendum eſſe, ꝙ ſtatim à principio, fluente et-
iam materia,vena in eodem latere ſecanda ſit. De-
inde iterum eundem citat Hippocratem in ſexto
libro Epidemiorum : ſexto etiam commentariorū
B Galeni in eundem.credit eoim inde ſe aliquid de-
promtorum, quo ſua hæc ſecta comprobari poſsit.
textu igitur quinto inquit Hippocrates: Dolorum
cauſa proximum ventrem purgare , & ſangoinis
ventrem iocidere,vſtio,ſectio, calefactio,infrigida-
tio,& ſternutameotum & reliqua · qua parte con-
ſpicoè docet Hippocrates ad dolores remouendos
eſſe venam ſecandam proximam dolenti particu-
læ : venam dico qoæ magna ſit, per ventrem enim
ſanguinis expoſuit Galenus venam magnam qua-
C re ſi Hippocrates vt dolorem leuet, pleuriticis in-
ter initia venam ſecat,ſecabit proximam, qualis ea
qoæ eiuſdem lateris, oon quæ in oppoſito. Vnde
& veluti quoddam corollarium deducit, Hippoc.
putàs vena ſecta per proxima deriuare; quàm ad
longiſsima reuellat. Quod eſſe conſonum deinde
Hippocratis decretis , ipſioſmet verbis ſexto Epi-
demiorum deſcriptis,commētariorum autem Ga-
leni in eundem libro ſecundo credit ſe poſſe mon-
ſtrare: vbi ſic ait: Deriuare,cedeotem reuellere ſta-
D tim, reſiſtentem cedere : quem locum hoc modo
Galenos interpretatur. Ad deriuationem conſe-
quens erat ſubinferre , reuellere, & poſtea docere,
quomodo quis optimè facere poſſet reuulſionem,
Hippocrates verò prætermiſit dicere reuellere, &
ſtatim peruenit ad illud quod eſt cognitu vtiliſsi-
mum bene volentibus retrahere humores malè ir-
ruentes ad aliquod membrum. oon enim ſemper
oportet inſiſtere in auxiliis reuulſiuis ,ſed inter-
ponere aliquod tempus vacuom eorum quæ re-
E trahunt,vt homorem iam firmatom,qui ad patien-
tem particulam peruenit , ſecerni permittamus,
nam in ipſa permanens,&c. Poſtqoam autem ſa-
tis credidit eſſe probatum , hoc fuiſſe Hippocrati-
com dogma,vniuerſam curandarum phlegmonū,
vt ipſe arbitratur , methodom ex Hippocratis do-
ctrina in quatuor partitor concluſiones , iuxtà
tempora quatuor , obſeroanda cùm materia in
membrum aliquod defloit , & illi moleſtiam ſuo
infert defluxu. Primùm maximè in illis attenden-
F dum eſt,qoi aſſueti quidem ſunt definitis qoibuſ-
dam temporibus aliqua parte corporis morbo
quopiam arripi, nondom tamen laborare cœpe-
runt, hi enim egent ſanguinis miſsione præuiſio-
nis gratia,ſectā verà,non quidem proxima,ſed re-
mota.quæ tamen è directo reſpiciat particulam ſo-
litam affici quod ipſe probat auctoritate Hippocr.
vel Polybi in libro de natura humana, & Gal. tum
ibidem,tom in libello de venæ ſectione, de quibus
in ſequētibus copioſus ſermo nobis futur⁹ eſt. Se-
G cundum tempus eſt,quādo cœpit iam fluere, non-
dum tamen in aliquo membro decumbere incipit,
vtpote quia corpus egreditur , vt ſit io ſanguinis
fluore,qoi per nares effertur,vel per vterum : aut,
ſi non egreditur , nullam tamen adhuc particu-
lam occupat,in qua reſidere cœperit:quo tempore
ea reuulſione miſſo ſanguine egemus, qua poſsit

impetus irruentis ſocctio contrarium conuerti.
Proinde fluente ſanguioe è naribus, venam cubi-
ti, oon pedum cædiinua: quòd hæc non retrahe-
ret, niſi admodum eſſet copioſa. Tertium tempus
eſt, cùm in membrũ aliquod decoinbit, & dolorem
vel morbum exeitat: quo tempore in vniuerſum,
ſiue morbus incipiat, ſiue augeatur, & vteunq; ma-
teria recepta ſit, ſiue ex maiuri, ſiue ex minori par-
te, ſemper ea vena ſecanda eſt, qua poſsit ſimul &
derioatio fieri & reuulſio: qoalis ea eſt, quæ dolen-
ti & labnranti locu eſt proxima, vt tamẽ magua ſit:
quod credit ipſe eſſe probatum ex verbis Hippocr.
Epid. 6. & Gal. vbi ait: eoruin verò, quæ membrum
obſederunt, deriuatio medala eſt. eo enim tempore
nullum, vt ipſe arbitratur, locum reuulſio habet,
cùm Medici ſcopus ſit, nõ tantuin retrahere, quan-
tum citiſsimè & plurimûm (Giale. teſte) à loco do-
lente euacuare. Quartuin deniq; tempus eſt, cùm
materia vniuerſa defluxit: quo tempoie ſi diutur-
nus morbos effectus ſit, nec totius adſit plenitudo,
ex ipſa laborãte particola vel ſcalpellatione vel ve-
næ ſectione vacuamus: Si verò, aut diuturnus noo
ſit, & corpus ſit plenũ, deriuatione agemus. & hæc
quo ad Hippo. Ad Gal. deinde accedeos non inino
ribus moinentis illum idem ſenſiſſe cõtendit, mul-
tis hinc inde collectis auctoritatibus. à libello Thé-
rapeutico de venæ ſectione ſumto exordio. in eo e-
nim vt ſigillatim venas omnes recenſet, quæ ſecari
ſolent, ita quibus morbis ſectæ poſsint prodeſſe, &
quibus minimè, apertiſsimè docet. prædicatq; ab
ipſa oatura eductus ſemper à venis ſanguinem mit
tendum curare, quæ ex directo locum affectum re-
ſpiciunt, & ex eodẽ latere. Vnde in affectibns mem
brorum, quæ ſupra præcordia ſunt, ſi venas cubi-
torum ioternas incidimus, quas baſilicas iuniores
appellant, facile opein ſetimus, ſi modò illæ ſecen-
tur, quæ directè partem reſpiciunt laborantem, &
vt inquit Hippoc κατ' ἴξιν Inferiorum verò partium
laboribus venas pedum eodem modo ſectas opitu-
lari tradit, & tandem ſemper proximam venain in-
ter initia cędit. Citat deinde ſecundo loco eundem
Gal. 13. lib. methodi medendi, vbi ille, cùm eorum,
quæ ſcripta fueraot in libello Therap. de venæ ſe-
ctione meminiſſet, ac omnia confirmaſſet, docuiſ-
ſetq; in phleginone oris, gutturis, iecoris, pulmo-
nis, pectoris, renum, & cæterorum viſcerum, quæ
vena incidi deberet, in hunc modnm quaſi conclu-
dit: Ac perpetuò quidem in omnibus, quæ è dire-
cto eſt. Vbi iecur phlegmone inuadit, quæ in dex-
tra ſunt manu, vbi lienem, contrà. Quo loco Cur-
tius pertinaciter aſſirmat, rectitudinem corporis,
quæ ad Medici contemplationem attinet, eam eſſe,
quæ longitudini debetur. Ex quo deinde infert, cũ
corpus bipartitum ſit in dextrũ & ſiniſtrum, duas
etiam eſſe rectitudines, dextram & ſiniſtrã, duasq;
longitudines, & ea tãtummodò κατ' ἴξιν aut κατ' εὐθὺ
aut ſecundũ rectitudinẽ eſſe ſita dicitur ab Hipp.
& Gal. quo loquendi modo ſæpè vtuotor in libel-
lo de ſectione venæ ſæpius citato, in medendi me-
thodo, in 2. ad Glauc. in Epid. & reliquis, quę in ea-
dem ſunt longitudine vel dextra vel ſiniſtra. Et q
hæc ſint Gal. doctrinæ cõſona, probat ex Ipſiuſmet
verbis quinto de vſu particularum, dum de muſcu
lis, qui in ventre ſunt, ſermonem habet, vbi rectos
eos appellat, qui per longitudinem protendontur:
Secuodo etiam de tuenda valetudine, frictiones

A rectas appellat, quæ ſurſum deorſum, vel contrà,
& tandem per corporis longitudinem ducuntur.
Sed & id etiam, quod ait idem Galen. 13. lib. The-
rapeut. method. incipientes phlegmones reuulſu
euacuare, exponit ille ſimul reuellere & euacuare
aperte hoc dogma videri adſtruere: ſolam enim ve-
nam interiorem lateris eiuſdem poſſe hoc præſta-
re, vt Galenus docet in commentariis 2. de victu
acutorum, ſiquidem ipſa à parte affecta & euacuat,
B & reuellit, quare & citiſsimam illi fert opem. Lo-
cus verò vbi credunt hi, qui nouæ huic ſectæ addi-
cti ſunt, ſe Achillem latitantem reperiſſe, quem
quaſi fatalem ad excidium veteris conſuetudinis
deducant, eſt in 13. methodi curatricis, qua parte
rationem curãdi inflammationem iecoris in exem-
plum cęterarum inflammationum internorum vi-
ſcerum proponit, & inquit: Proponatur itaque ie-
cur iam phleginonem contrahere cœpiſſe, & pau-
lò pòſt ſubiungit, ergo pariter tum reuellendus,
C tum educendus, qui ad iecur fluit ſanguis, interna
in dextro cubito ſecta vena, propterea, quòd eſt
ſecundum rectitudinem, & ampla via cum vera,
quæ caua dicitur, ſocietatem habet. Ecce inter ini-
tia morbi, cùm fluit materia, proximam venam in
eodem latere ſecat, corpore etiam pleno Hoc idem
perſuadere poteſt & anginæ curandæ exemplum
propoſitum. Sed nihilominus ſecundo libro The-
rapeut. ad Glauconem, id ipſum perſpicuè docet
Galen. qua parte eam indicationem proſequitur,
D quæ à ſitu partis affectæ depromenda eſt: illa enim
eſt, quæ præcipuè demonſtrat per quæ & quomo-
do euacuare oporteat. Apertiſsimè enim docet in
affectib. particularum, quæ ſupra præcordia ſunt,
eſſe venas manuum cedendas, pedum verò in his,
quę infrà ſunt, vt tamen ſemper ad eas accedamus,
quæ è directo locum affectum, & ex eodem latere
reſpiciunt. Idem etiam in libro de conſtitutione
artis medicinalis euidentiſsimè aſſirmat, quo loco
rationem curandi docet indicatione accepta à ſitu
E & plaſmate affectæ particulæ. Vltimò autem eun-
dem citat Galenus 3. artis medicinalis: quæ om-
nia poſteriùs diligentiùs examinabimus, ideò ea
nunc per capita tantùm percorrimus. De Arabum
verò opinione in præſentia nihil eſſe opus arbitror
verba facere: nam & eos fuiſſe contrarios, aut om-
nino, aut magna ex parte, nouæ huic ſectæ adeò
videtur euidens, vt ferè turpe videatur in rem tam
claram velle tempus conterere. Tranſeamus igi-
tur ad octo rationes, quibus, præter auctoritates,
F dogma iſtud comprobat. Prima particularis eſt,
probat enim à ſimili, in coſtali morbo partis dex-
træ, cùm dolor ad præcordia deſcendit, eſſe ſemper
ſanguinem mittendum inciſâ venâ cubiti dextri:
quia iecore laborante, venam dextri cubiti tunda-
mus, ſiquidem hoc clariſsimè & Galen. & Hippoc.
profitentur, quicquid Auer. ſenſerit: adeò enim vi-
cinæ ambæ hæ particulæ ſont, vt nulla poſsit ratio
imaginari, cur vario modo hic & ibi ſit agendum.
Secũda ſupponit, quòd phlegmone gignatur, quo-
G modo Galenus tum in libello de tumoribus præ-
ter naturam, & tertio artis medicinalis docet, tum
etiam in libro de intemperie inæquali, quia ſan-
guis primùm maiores replet venas, eaſq; diſtendit,
poſtea minores, & tandem minimas, quæ dum
præ multitudine defluxum ſanguinem continere
nequeunt, per ora & meatus in exteriores partes
coſtarum

A coſtarum excutiunt, quò fit vt, intermediis ſpaciis repletis, phlegmone gignatur. Quæ ſi ſe hoc habuerint modo, conſtat incipiente pleuritide ſuccos, ſi non omnino, magna ſaltem ex parte, tum ad inflammatũ locum, tum ad vicinas & circumſtantes partes, inter initia, inquam, inflammationis lateris, defluxiſſe. At omnes fatentur venam in cubito ex eodem latere incidẽdam, cùm materia fluxit: igitur inter initia morbi ſtatim illa cædẽda eſt. Huic
B ſi addamus, quod plurimùm latet nos, an defluens materia à partib. remotis feratur, vel potiùs à proximis, & an ſurſum deorſum potiùs quàm contrà, ſimiliter an à ſiniſtris dextrorſum, vel à dextris ſiniſtrorſum, an antè retrò, vel potiùs contrà, non erit ab hoc propoſito alienum. Proinde qui venam in oppoſito feriunt latere, vt à remotis fluentẽ materiam reuellant, eam ſibi reuellendam proponũt, quam, an fluat & vnde fluat, ignorant. Quod ſi dixerint ſe hoc poſſe ex dolore cognoſcere, quod ille
C increſcat, nouerint ipſi dolorem non minùs poſſe fomentum ac incrementum habere ex ſanguine, à circumſtantibus partibus depulſo, quàm ex remotis. Tertia ratio ex Medici munere & officio prodit: ſiquidem videtur illius partes eſſe, vt ſemper imitetur naturam rectè & ſalubriter agentem in corporibus morbo affectis. Cùm autẽ ſit ab antiquiſſimis Medicis longo vſu comprobatum, nunquàm ferè, aut criſes aut euacuationes, maximè ſanguinis, bene cedere, niſi quæ ex partibus prorumpunt,
D quæ ex eodem latere ſecundùm rectum reſpiciunt locum affectum, (hoc enim teſtantur Hippocr. & Galen. tum locis ſuperiùs citatis, tum in 6. Epid.) quare & Medicus ipſe dum arte ſanguinem ducit, idem obſeruare debet. Quarta huiuſcemodi videtur eſſe, ſectio venæ in eodem latere ab affecto loco ampliùs euacuat, & ab eodem vel æquè, vel etiam magis reuellit, quàm ſectio venæ oppoſitæ, quare illa huic omnino præferenda eſt. Quòd quidem ampliùs euacuet, fatẽtur omnes, quòd autẽ æqua-
E liter reuellat, probat ex Gal. 4. de tuenda valetudine libro, vbi de laſsitudine vlceroſa & quaſi phlegmonoſa habet ſermonem: ait enim, quòd ſicut ea fit ſanguine propulſo à venis maioribus ad minores, & ex his ad minimas, donec in vacuitates prolabatur, ita ſectâ venâ retrocedit & in contrarium retrahitur. Sed & exemplo fluuiorum oſtendit, q. ne æquo longiores ſimus, dimittemus in præſentiarum. Quinta, ſi materia è dextra capitis parte propulſa, & per cauam venam delata in latus dex-
F trum, pleuritim gignat, commodè retrahatur ſi per eandem viam id fiat; per eandem autem, ſanguinẽ, qui à ſuperiorib. inferiùs detruditur in latus dextrum, retrahit faciliùs vena ſecta in dextro latere, non in ſiniſtro, quamobrem illa ſemper erit præferenda. Hoc etiam confirmat quòd rariſsimè fiant pleuritides ex propulſo ſanguine à dextris ad ſiniſtra, vel contrà. Impulſus enim is fieri nequit niſi per cauam venam, cuius vires ſunt longè maiores, quàm venarum minorum, vnde faciliùs poteſt ſan-
G guinem in illas repellere, quàm ab illis recipere. Sexta id nititur improbare, cui ferè videtur vniuerſa aduerſariorum vis inniti, quòd ſcilicet materia fluens, quæ reuellenda eſt, à remotis ſit reuellenda, vbi ipſa monſtrare conatur, non ſemper Medici ſcopum eſſe à remotis defluentem materiam reuellere, quia ſi ponamus ſanguinem in ſummo vertice

A capitis, dextra tamen illius parte comprehenſum, in ſiniſtram depelli, etſi hoc rariſsimè eueniat, ſi vena ſecanda eſſet à præſtantiſsimis Medicis, vt puta Galen. Hipp. Rhaſi, humeralis ſiniſtra ſecaretur: quod tamen nunquàm agendum eſſet, ſi ſemper defluens materia eſſet reuellenda ad contrariã partem: nam ad dextrum potiùs eſſet retrahenda, quã ſiniſtrum. Proinde conſtat ſatis eſſe, ſi à circumſtantibus partibus reuellatur, vel potiùs deriuetur. Se-
B ptima ratio aphoriſticæ illi ſententiæ innititur, quã citat etiam Gal. 1. lib. de vict. acuto. morb comm. 10. quæ ducere oportet ait Hippocr. eò ducere conuenit, quò maximè natura vergit, per loca conferentia. Si ergo ſanguis detrahendus eſt, per eam maximè partem detrahendus, in quam ipſe vergit, dolore ergo aſcendente verſus brachium dextrum, cum eo ſanguis detrahendus vergat, per dextrum detrahendus eſt, non per ſiniſtrum. Octaua ex Auicennæ auctoritate depromta eſt, in qua præcipit
C eſſe ſedandum dolorem antequàm in contrarium reuellatur. pleuritidem primò experimur, ſi fomentis dolor ſedari poſsit, illis verò nõ conferentibus, aut pharmaco, aut ſecta vena ſedari volunt Hipp. & Galen. non ſedatur autem à vena oppoſita, ſi ſecetur, quia illa ad diuerſum trahit, quod non eſt agendum, niſi ſedetur dolor priùs.

NOs autem, quibus in hoc commentariolo hoc tantùm propoſitum ſtatim à principio fuerat,
D vt omnibus rectè perpẽſis & examinatis, eam concluſionem pro viribus eliciamus, quæ maximè eſſet rationi ſententiiſq; probatiſsimorum auctorũ, præcipuè Gal. ac Hippoc. conſona, omiſsis multis, quæ à iunioribus antiquæ cõſuetudini conſentientibus ſuis literis mandata, (magna enim ex parte dum explicauimus opinionem, & rationes Curtij & Briſſoti, eorum fundamẽta & reſponſiones ſunt recitatæ) rem ipſam aggrediemur, vt interdum tamen faciem, vt aiunt, fricamus. Si enim liberè & in-
E genuè ſenſum eum proferre voluerimus, quem ex his omnibus collegimus, quæ ſunt nobis, vel audiendo, vel legendo, vel cogitando oblata, neceſſe erit, & contra eos viros dicere, qui his temporibus ſummum ſibi Medicorum nomen, ſummamq; auctoritatem vendicauerunt: vt enim varia ſunt hominum omnibus ferè in rebus iudicia, ita etiam eorum variæ ſunt opiniones. Dabimus igitur operam nos, vt, cùm rationibus agemus, his vtamur, quæ ex propriis & intimis medicinæ principiis de-
F ducuntur: his enim maximè innitendum vbique Galen. & Ariſt prædicant. Cùm verò auctoritatibus pugnabimus Galen præcipuè & Hipp. teſtes citabimus. Itaq; cùm omnes, qui medicinam rationalem profitentur, hoc vnum tanquam præcipuũ decretum habeant, omnem inueniendorum & adminiſtrandorum remediorum rationem ab ipſis indicationibus depromendam eſſe, quæ ex qualitate & natura earum rerum oriuntur, quæ in ipſo, vel circa ipſum morboſum corpus, conſiſtentes, ſe-
G ſe Medico curaturo offerunt cõſiderandæ, ille tantummodò rectè ſtatuere poterit, quibus maximè auxiliis opportunũ ſit inflammationib. cùm viſcerum omniũ, tum pectoris, occurrere, qui particulatim rectè nouerit diſcernere ea omnia, quæ poſſunt in corporibus malè affectis quidpiam indicare, omniumque indicationum vires ſigillatim primò

& ſeorſum, mox inuicem conferendo perpendere; eaſq; in ordinem digerere, quem vel neceſsitas, vel rerum ipſarum natura poſcere videtur. Quare huiuſce quæſtionis diſſolutionem ab hoc ipſo tanquã fonte (meo quidem iudicio) deriuare opus eſt. Dicimus igitur, quòd, cùm prima in omni morbo indicatio illa ſit, quæ ab ipſa morbi eſſentia vel natura prodit, (ea enim cæteris communior eſt.) & in quam aliæ omnes veluti ſcopum diriguntur vt 13. libro methodi ſcripſit Galenus, nobis potiſsimùm de pleuritide acturis illud primùm cõſtituendum eſt, vt quid ſit pleuritis intelligamus: ex ipſius enim definitione cætera omnia ordine quodam deduci facilè poterunt. Eſt ergo pleuritis phlegmone vel inflammatio internæ membranæ, quæ coſtas contegit, illiſque adnata eſt. Et quia phlegmone quæcunq;, vt idem Galenus eodem libro refert, gignitur ex decubitu in aliquam corporis particulam ſanguinis copioſioris, idcirco, ſi contraria contrariis curari oporteat, prima in phlegmone indicatio eſt euacuatio, cùm morbus is ſit ex plenitudine factus. cæteræque omnes in eo indicationes, quę, aut quid, aut vnde, aut quando, aut quantum, aut quomodo euacuandum ſit, præmonſtrant, in eam feruntur, eamq; veluti finem proprium reſpiciunt. Hæc verò omnia maximè locum habent, cùm præſens eſt morbus: Quòd ſi futurus ſit, aut aliquid imminere videatur, quod morbi futuri periculum minetur, idque velit Medicus prohibere, alia indicandi ratio inſurgit. Neq; enim vlla adhuc loci repletio eſt, ipſas functiones lædens, à qua ſumenda ſit indicatio, ſed illud tantùm, ne locus repleatur, eo tempore procurat Medicus, ab his præſertim ſumta indicatione, quæ cauſas omnes & occaſiones remoueant, quibus ſucci ad debiliores partes moueantur & propellantur. Vt autem hæc indicationũ ratio tutrici medicinæ methodo propria eſt, ita illam curatrix ſibi propriam aſſciuit. Verùm vtraque ſimul quandoq; coniungitur & inuicem permiſcetur, vtputa inter initia morbi, cùm ſit adhuc, nec omnino vel maxima ex parte factus eſt: tunc enim, vt Galenus in Therapeuticis docet, aliquid factum eſt, aliquid verò futurum eſt, quo morbus continuò eſt augendus. Vnde etiam indicationes ſunt commixtæ, quæ ſcilicet à facto morbo exoriuntur, & plenitudinem laborantis particulæ eſſe euacuandam indicant, & quæ reſiſtendum admonent remotis cauſis, ne quid ampliùs fluat, quod particulam quampiam repleat, & morbum inducat. Sed tamen non ſemper vtriuſque eſt æqualis & eadem conditio, imò plurimùm quandoq; diuerſa: quo enim propinquior eſt principio, eò vim maiorem habent indicationes, quas deſeruire magis præſeruatrici parti diximus: quò verò magis ad morbi vigorem accedit, eò langueſcit magis harum indicationum vis, & inualeſcit vis earum, quę ad curatricem partem attinent. Et vt melius id, quod concipimus, exponamus, dicamus phlegmonem, quæ eſt rheumaticus, hoc eſt, defluxorius morbus, ideò ſic appellatus, quia gignatur ex defluxu ſanguinis vel ſucci alterius à parte quapiam propulſi ad aliam partem, dicamus, inquam, phlegmonem neceſſe eſſe fieri, tum ob propellentẽ partem, tum ob recipientẽ, hoc eſt, aliquid in cauſa eſſe, cur & illa propellat, & hæc recipiat. Cauſa verò, cur illa propellat, duplex eſt: primùm robur ex-

A cretorię facultatis, cuius munus eſt id excernere & expellere, quod vtile membro non eſt: & deinde præſentia cuiuſpiam rei moleſtæ, qua facultas illa irritatur & excitatur. Moleſta verò eſt duplici de cauſa, quia vel multitudine grauis eſt, vel quapiam mala qualitate affecta. In cauſa autem cur hæc recipiat, imbecillitas eſt facultatis: quæ non poteſt repellere, quod à particulis fortioribus propellitur. Sed eſt aliquando in recipiente particula non ſolũ

B imbecillitas virium in cauſa, verùm quiſpiam etiã malus affectus, qui attrahit ſanguinem ad locum morbidum, vtputa calida intemperies, aut dolor. Itaq; hæ ſunt cauſę generationis phlegmones, quarum vis in indicando pollet antea quàm fiat, vel dum fit. Cùm verò facta eſt phlegmone, & materia omnino influxit & recepta eſt, vnica tunc cauſa eſt eius, vnde inſurgit ea indicatio, quæ communis eſt omnibus morbis ex plenitudine factis, eſſe ſcilicet euacuandum. Hæ ſunt igitur res illę, à quibus pro-

C piores indicationes exſurgunt, & communiores in morbis ferè omnibus, qui fiunt, qui fient, & qui facti ſunt: quæ tamen non ſolùm, & in eadem morbi parte, aut ſaltem non æqualiter, vt diximus, vim habent. Si enim Medico ſeſe offerat quiſpiam, quem nullus adhuc morbus inuaſerit, ſed timeat, ne inuadat, cùm aliqua indicia iam appareant oſtendentia adeſſe quidpiam, quod facilè, niſi caueatur poſsit morbum aggenerare, aut ſi fortaſsis ſolitus ſit ille eo morbo alias ſæpiùs laborare, tunc à parte, cuius,

D ne illa à morbo occupetur, ſuſpicio eſt, nulla inſurgit indicatio, niſi ea fortaſsis, quæ indicat robur eſſe addendum illi parti, vt ſe poſsit tueri. Verùm vniuerſa indicatio eo tẽpore ab eo loco prodit, in quo inſidere cognoſcimus cauſas illas, quæ irritant excretoriam vim ad expulſionem, vnde morbus mox originem habet: quæ, vt diximus, ſunt ſuccorum, aut multitudo, aut mala qualitas: & hæ ſunt quæ euacuandũ eſſe indicant. Locum verò, vnde ſit euacuandum, pars ea indicat, in qua collecti reſident

E ſucci euacuandi, vt puta aut corpus vniuerſum, ſi per vniuerſum corpus diffuſa ſit repletio, aut pars quæpiam, vel partes plures. Vnde ſanguinis plenitudo, ſi iuſto maior eſt quopiam in loco, ſanguinẽ mittendum indicat: vnde verò & è qua vena, ea indicat particula, in qua eſt ipſa plenitudo: quia, quò propinquior eſt vena & quò directiùs locum plenum reſpicit, eò facilior & melior commodiorq; fit euacuatio loci affecti, vt tradidit Gal. in lib. de palpitatione, tremore, & ſpaſmo, & in libello de conſti-

F tutione artis medicinalis. Vt tamen id non prætereamus, quòd, etſi hæc vſquequaq; & in vniuerſum ſint vera, non tamen ſemper particulatim eadem ratione ſunt pertractãda, quia, vt à Galeno expoſitum eſt, tum alibi ſæpe, tum maximè 13. libro methodi Therapeutices, & in commentariolo de ratione curandi per venæ ſectionem, cùm ſanguis mittendus eſt, aut alia ratione corpus euacuandum, ob morbum futurum, qui ſiue aliqua ex parte iam cœperit, ſiue omnino futurus ſit, duo nobis

G ſunt animaduertenda, ſicut duplex eſſe poteſt differentia futurorum morborum. Nam quandoque morbum timemus alicui certæ & definitę particulæ, puta pleuritim, quæ coſtis propria eſt, aut podagram, quæ pedibus, vel chiragram, quæ manibus, vel phrenitim, quæ capiti: vel quia iam cauſa morbum factura in eam partem cœperit vergere,

ſicuti

ſicuti in primis morborum initijs: vel qoia ſæpius aliàs fuerit ille, cui mittēdus eſt ſaoguis, ſolitus ab eo corripi morbo. Qoandoq; verò morbus, quem timemus, communis eſt & indifferens, vt articularis, qui vagatur per artus omnes, & febris. Cùm morbus cōmoois eſt, ſolùm illi attendēdum eſt, quod maximè plenū eſt: toti quidem, ſi totum plenum ſit, partibus verò, ſi partes, vt ſcilicet id euacuetur, quod euacuari expedit, & per eam partem, qua facilior & commodior fiat euacuatio, vt ſi mittēdus ſanguis ſit, ex vena mittatur, quę proxima ſit & rectè reſpiciens locum plenum, ſi ea commodè ſeſe offerat. Quando verò morbus eſt particularis definiti cuiuſpiam membri, tunc partita ita ſit Medici animaduerſio, vt alterum oculum dirigat ad partem pleoam, quæ impellit, vel facilè impellere poteſt, alterum verò ad illam, quæ iam cæpit ſuſcipere impulſum ſuccum, aut ſaltē quam timemus ne recipiat: ita ſcilicet, vt etiam euacuando cauſas auferat, quæ poſſunt irritare vim excretoriam partis repletæ & validioris: præterea ne ſucci, ſi q ex euacuatione moueantur, qui educi omninò nequeát, vi illius euacuationis (rarò enim adeò exquiſita ſtatim à principio fit euacuatio, vt quicquid mouetur, id totū educatur.) exagitati, & à validioribus particulis propulſi, in eam ferantur, cui timemus: quod maximè cauebimos, ſi motus, q fit euacuando, per partem fiat, quæ procul ſit & contraria illi cui timemus. Itaque hoc ipſo caſu, ſi ſanguis mittendus ſit, ex ea vena mittendus eſt, vbi duæ ſint coniunctæ rationes, quæ duabus ſatisfaciant indicationibus, & illi, quæ ab impelleote particula vel impulſura exoritur, quæ iodicat multitudinē impulſioois cauſam eſſe euacuandā, & illi, quæ à ſuſcipiente vel ſuſceptura ſumitur, quæ indicat aliò eſſe conuerteodum impetū ſanguinis, ſi ille mouendus ſit, & hæc reuulſionis indicatio eſt: quæ, quantùm ex Galeno 4. & 5. de Medendi methodo, & 2. lib. Comment. io 6. Epidem. & in Commentariolo de Reoolſione, potui colligere, duabus defioitur conditionibus, vt ſcilicet procul trahatur ſuccus ab ea parte, cui timemus vel quę laborare cæpit, & in contrarium, quàm ferebatur, conuertatur. vnde etiam Græcè ἀντίσπασις appellatur, quaſi tractatio io contrariam partem. Et ideò, quemadmodum duplex eſt contrarietatis & diſtantiæ modus, ita etiam duplex poteſt eſſe reuulſionis ratio, ſi Galenom etiā ſequamur: nam & inter extrema eſt contrarietas & diſtantia, & ea quidem maxima, & inter media etiam: verùm differunt, quòd extrema verè & abſolutè contraria, vel vt Peripatetici dicere conſueuerunt, ſimpliciter contraria & diſtantia ſunt: ſed media cootraria ſunt reſpectu aliquo & ſecundum aliquam comparationē, & vt ijdem Peripatetici aiunt, ſecuodum quid. Pari etiam modo de reuulſione dixerim: quædam reuulſio eſt, quæ abſolutè & ſimpliciter reuulſio appellari poteſt, ſeu vniuerſalis, quæ terminos reſpicit contrarios & remotos, quæ etiam vndecunque profluat ſanguis, procul & in contrarium conuenit, vt fit, teſte Gal. in lib. de Venæ ſectione, in vertiginoſis, & qui morbo comitiali tenentur, in quibus ſanguine è tibijs miſſo reuulſio adminiſtratur: à quauis enim parte ad caput ſanguis, ſeu alius ſuccus feratur, reuellitur & detrahitur ſectis venis tibiarum. Alia verò reuulſio particularis, quæ etiá ſecundum quid à Peripateticis appellatur, quæ quaſdam tantummodò partes reſpicit, & hęc à Galeno localis reuulſio, vel locale remedium appellatur: quæ ſcilicet vnius tantummodò comparatione poteſt reuulſio appellari. hæc enim, vt docet Palladius Græcus auctor, & Ioannes, quem Alexaodrinum Commentatorem recentiores appellant, in Commentarijs ſecundę ſectionis 6. libri Epidem. reſpicit varias & contrarias differētias particularum eiuſdem membri in corpore, vt puta, occipitis & ſincipitis, in capite, noo autem extremas differentias corporis vniuerſi: & ideò ſicut Gal. huiuſcemodi reuulſionem vel euacuationem localem vocat; ita ille particularem, quemadmodū aliam vniuerſalem. Quæ quidem reuolſiones ſicut rationes habent varias, ita etiam varijs adminiſtrandæ ſunt morborum diſpoſitionibus & temporibus. Cùm enim totum plenum eſt, aut plures partes, cùm etiam magnus eſt impetus & vis moti ſanguinis, & principium morbi adeſt, neceſſaria eſt reuulſio, quæ ſimpliciter reuulſio eſt, & nō localis vel particularis: ſiquidem ea, quæ particularis eſt, cùm plenitudo eſt totius, vel partium plurium, etſi aliqua ratione poſſit reuulſio appellari, abſolutè tamen magis attrahit ad locum affectum, quàm ab eo reuellat, & potiùs deriuationis, q̄ reuulſionis nomē meretur. Vt puta dolente occipite, ſi vena frontis ſecetur, ait Hipp. remedio eſt, cuius cauſam reddit Galenus, quia vim habet reuellendi & euacuādi: verùm reuulſio illa, vt idem Gal. ait libro 2. Comment. in 6. Epid. localis eſt, quæ minimè idonea eſt principijs morbi, quia cùm corpus plenū fuerit, quod io partibus infernis continebitur, ea ſectâ venâ, in caput potiùs trahetur, quàm reuellatur, & ideò conſulit priùs eſſe venam cubiti ſecandam, quia vniuerſalior eſt ea euacuatio, vt Palladius etiam affirmat, & cùm deinde oihil aliunde emergit, quod peculiarē quampiam indicatiooem prætendat, ſolaq; ſit ratio capitis quidpiam indicans, vena in fronte ſecta mirè confert. Vnde etiam in lib. de Sectione venæ hoc idem ferè coofirmat, vbi ait, quòd, etſi euacuationes hæ fiot & incipientibus & vigentibus morbis commodæ, tamen ſemper non ſunt moliendæ, ſed tantùm vbi corpus vniuerſum fuerit effectum iam vacuum. Et vt tandem hoc, quod de reuulſione erat nobis dicendum, concludamus, id etiam addendum iudico, quòd, etſi reuulſio fieri poſsit p omnes contrarietates, in illis ſitus differentijs poſitas, quarum meminit Gal. in lib. de Reuulſione, ſurſum ſcilicet deorſum, dextrum ſiniſtrum, antè & retrò, intùs extrà: ſecuodum tamen eas tantùm reuulſio fieri poteſt, quæ ſimpliciter reuulſio appellari meretur, & quæ morborum principijs eſt idonea, cùm corpus fuerit plenum, vel partes plures, quæ ſurſum & deorſum, vel dextrum & ſiniſtrum reſpiciunt. Id quod facile eſt probatu: inter enim antè & retrò Galen. ipſe prędicat loco citato reuulſionem localem eſſe, cui in principio ſtatim datur locus: cùm tamē inter occiput & ſinciput in homine maximum ferè interuallum ſit, quod eſſe poſsit inter eas duas vel extremas differētias, antè ſcilicet, & retrò: pari etiam paſſu, quāuis morbus ſit interiùs in corporis profundo, nemo fuerit, qui vel leuiter ſit imbutus medendi diſciplina, qui inter initia, cùm corpus fuerit plenum, audeat ea remedia adminiſtrare, quę exteriùs ſanguinē alióſue

ſuccos attrahant, vt puta cucurbitulam, vel quip-
piam ſimile. Vt omnia igitur in vnam rationem ex
longo huc ſermonis circuitu colligamus, dicamus:
Inter initia pleuritidis, cùm corpus vniuerſum ple
num fuerit, vel partes aliquæ, à quibus depellatur
ſanguis ad locũ morbidum, ſi euacuationis aliqua
indicatio, vt puta mittendi ſanguinis, alicunde pe-
tenda eſt, ea vniuerſa à toto, vel à mandante parti-
cula petenda eſt, ab ea verò, in quã pellitur, & quæ
morbo cœpit arripi, vel paulò pòſt eſt arripienda,
ſi qua indicatio à principio ſtatim petẽda eſt, ea nõ
eſt euacuationis indicatio, ſed reuulſionis: & ideò
ſi mittẽdus videtur ſanguis inter prima morbi ini-
tia, ex ea vena mittendus eſt, ex qua facilè inanian-
tur partes impellentes: facilè etiam reuellatur, &
procul à malè affecta & recipiẽte particula conuer
tatur impetus impulſi ſanguinis. Ergo oportet, vt
ea vena ſit duobus priuilegijs dotata, vt ſcilicet ꝓ-
xima ſit, & directè reſpiciat partem impellentem,
procul verò à parte recipiente, imò in parte illi op-
poſita, vt tamen rectè illam etiam reſpiciat. Vnde
in coſtali morbo ſi dolor aſcendat, vena, quæ eſt in
cubito eiuſdem lateris, cùm non ſit proxima man-
danti particulæ, ſed potiùs recipienti & laboranti,
nec ſit cõtraria, ſed potiùs affinis, magis idonea eſt
ad euacuandum partem affectam & recipientem,
q̃ propellentem & demandantẽ, ideoq́; & Gal. ait,
eam ob id eſſe ſecandam, quia inde plurimũ & ci-
tiſsimè euacuatur phlegmonoſa particula, ergo ea
non eſt, quam inter prima morbi initia, cùm aliun-
de cauſa pellitur ad phlegmonoſam particulã, ſe-
cari oporteat, ſed cùm id, quod factum eſt in mor-
bo, & vicinas & proximè circumſtantes partes oc-
cupauit. Ratio hæc meo iudicio efficax eſt, ſi ea ve-
ra ſunt, quę longiori ſermone expoſuimus, ſicut ve
riſsima ſunt, & omnia depromta ex libris Hipp. &
Gal. Vt autem rem ita ſe habere oſtendamus, agen
dum nunc eſt verbis, & auctoritatibus Hipp. & Ga
leni, quibus eos hoc idem ſenſiſſe monſtremus, qđ
nos ratione probauimus: vt tamen id moneamus
priùs, ꝙ, cùm rationes huiuſmodi indicationum
quas expoſuimus, quę ſcilicet vel à totius plenitu-
dine, vel à partibus impellentibus, & ab imbecilli-
tate recipientis particulæ, & ab impetu defluentis
ſanguinis ſumuntur, & cæteræ, quæ eundem cum
his ordinem ſeruant, non modò morbo coſtali, ſed
cuicunque ferè phlegmonæ, imò dixerim cuilibet
defluxorio morbo, quem Græci rheumaticum ap-
pellant, communes ſint, non ideò explodendi ſu-
mus, tanquam vel minùs vera, vel ea ſaltẽ, quæ ex-
tra propoſitum ſunt, afferentes. Etſi enim de pleu-
ritide particulatim ſermo nobis habendus eſt, ea
tamen theoremata perſequi neceſſarium iudico,
quæ à talibus indicationibus pendẽt, quæq́; ex au-
ctorum libris vniuerſalioribus communioribusq́;
ſunt depromta ſententijs. Qua in re, vt mihi quidẽ
videtur, non parum ab officio docti & ingenui viri
Briſſotus defecit, qui, vt vim quarundã rationum
effugeret ex auctoritatibus Hipp. & Gal. deprom-
tarum, magis eſſe attendendum ait Hipp. & Gal.
quando de pleuritide ſermonem habentes præci-
piunt, venam ſecandam in cubito eiuſdem lateris,
quia ſermo is particularis eſt, q̃ alibi, vbi commu-
niores ſermones proferunt. Hiſq́; Ariſtotel. verba
quædam prętendit, aſſerentis, vniuerſales quidem
ſermones magis eſſe apparẽtes, ſed particulariores

A veros, quaſi vniuerſalia thoremata minꝰ vera ſint,
vel enim particularibus pugnãtia, & omnia ſibi in-
uicem non conſentiant, neq; in vnum & eundem
finem tendant, & ſcientiarum artiumq́; omnium
ordo, ac vnio ex connexione & conſenſu vniuerſa-
lium rationum cum particularibus nõ pendeant:
cùm tamen Gal. quem ſibi veluti oraculum effin-
xit, in Comment. 2. de Victu acut. morb. apertiſsi-
mè dicat, conſtitutionem cuiuſcunq; artis, & eiuſ-
dem iudicium conſiſtere in dearticulatione com-
B munium per propria. Veruntamẽ illud iam, quod
fuerat propoſitum, aggrediamur, & ab Hipp. tan-
quam primo omnium auctore exordiamur. Itaq;
Hipp. 6. Epid. & Gal. in eundem, Comment. 2. hæc
literis mandârunt. Quæ diſsimilia ſunt, ait ille, ſi
ſurſum delata repant, deorſum ſoluere oportet, &
e contraria etiam hæc: ſicut capitis, purgatio, venæ
ſectio. Hæc autem exponens Gal. ſic ait: Socci par
ticulis diſſimiles in vniuerſum, ſi ſurſum efferãtur,
deorſum opus eſt ſoluere, ꝙ ſi deorſum repant, ſur
C ſum ſunt reuellendi. Sed diſsimiles appellari intel
ligamus eos, qui incongrui ſunt, & inepti locis il-
lis, in quibus ſunt, vt illi ſermo hac parte ſit de pri-
ma affectus generatione, qui iubeat ſtatim ad loca
contraria reuellere: deorſum quidem vbi in ſupe-
rioribus gignantur, ſed ſurſum, vbi deorſum. Vt
eadem ratione vſi, feramus auxilium, & ad diffe-
rẽtes locos ducamus. Igitur ſi perſenſerimus fluen
tem ſanguinem aut ſuccos alios in crura vel pedes
decumbere, è cubito ſecta vena ſanguinẽ detrahe-
D mus, aut vomitu purgabimus, vt illis neq; ſit aſſen-
tiendum, qui opinantur nunquã eſſe ad ſuperiora
reuellendum, quamuis etiam ſucci, qui ad inferio-
res partes delabuntur, minentur alioquin magnũ
aliquem morbum illis inferre. Sed & id, quod ait, ſi
ſurſum delata, facilè intelligi poteſt de ſuccis, q in-
clinationem habent, vt ferantur ſurſum: vt delata
ſurſum ſit dictum pro priori quapiam ſignificatio-
ne: attamen vtrobiq; eadem ſententia permanet.
Nam opus eſt, vt ſucci, q in ſublime feruntur, deor
E ſum reuellantur, ſiquidem motus eorũ expediens
non fuerit: contrà verò, ſi, in contrarium ferantur.
Vt in capitis affectu purgationem eligimus, & per
pharmacum quod aluum cieat, & ſectâ venâ in cu-
bito: vtraque enim & euacuant, & deorſum reuel-
lunt. Nec minùs etiam conſentaneũ eſt ipſum con
traria dixiſſe ſecundum hũc intellectum: affectus,
qui ſurſum feruntur vel generationem habent, ex-
poſcunt vt ſtatim deorſum reuellendo occurra-
mus, & deinde vt, quæ his contraria ſunt, agamus:
F hoc verò nihil aliud eſt, niſi localiter euacuare,
quemadmodum in capite: ſiquidem capitis pars
poſterior doleat, vena recta in fronte ſi ſecetur, re-
medio eſt: quod tamen remedium eſt locale. Sed
quia eadem Hipp. in lib. de Succis repetere vide-
tur, ideò eam ſentẽtiam cum hac iungemus: igitur
ſtatim ferè è principio libri hæc ait: Deriuatio ad
latera qua parte vergunt, reuulſio in his quæ ſur-
ſum, deorſum, ſurſum verò in his, quę deorſum. Ex
quibus locis multa elici poſſunt tum ex Hipp. tum
G ex Gal. quæ penitùs euertunt Briſſoticum Curtia-
numque decretum. Primùm, ꝙ prima affectus ori-
go euacuationem expuſcit, quę ſit vniuerſalis, non
autem quæ localis & particularis, quæ etiam con-
tra impetum impulſurum ſuccorũ & propenſio-
nem renitatur, & in contrarium retrahat, & non in

quam partem illi inclinat, moueat: hoc enim pro-
pria ratio reuulſionis expoſtulat. Quòd ſi qua eua
cuatio fit ſecundom inclinationẽ ſanguinis & ſuc-
corum, quandoque reuulſio appelletur, ea impro-
priè accipienda eſt, & confuſo vocabolo, vt reuul-
ſionis nomine deriuatio etiam comprehendatur.
Deriuatio enim, etſi omninò in eandem non attra
hit partem, in quam propenſus eſt ſuccus facturus
morbum, tamẽ in vicinam detrahit, & ideò poteſt
in ea ſeruari inclinatio & motus ſanguinis, & alio-
rum ſuccorum. Vnde cùm deriuationis meminê-
re Hippoc. & Gal. deriuandum aiunt, maximè qua
parte ſponte vergunt vel feruntur. Sed in vera re-
uulſione, vt nonqoam memini quempiam ex an-
tiquioribus Medicis prçcepiſſe inclinationem eſſe
ſeruandam, & motũ impolſi ſanguinis: ita eos ſem
per legi conſuluiſſe tunc eſſe veram reuulſionem
neceſſariam, cùm opus eſt reniti contra impetum
& delationẽ impulſi ſanguinis, vel alterius cuiuſ-
piam ſocci, ad locum aliquem, in quem delatus læ
ſionem inſerat. Hoc aotem nõ modò locis nuper ci
tatis palàm prædicant Hipp. & Gal. ſed multis e-
tiam alijs in locis, & inter alia in Comment. in 1. A-
phor. commentatione, aphor. 20. hæc ait Gal. Me-
dico autẽ opus eſt, vt motum naturæ & eius pro-
penſionem obſeruet: quia, ſi ea ſit commoda & re-
ctè ſe habens, iuuanda eſt, atq; adeò illi miniſtran-
dum, contrà autẽ ſi cum diſcrimine aliquo & dam-
no: tunc enim illi occurrendum eſt tranſlatione &
reuulſione. Sed hoc idem etiam teſtatur Galenus
4. lib. de Meth. cur. morb. vbi ait: Huiuſce rei deter
minationem tradidit in libro de Succis: præcepit
enim ad contraria reuellere, ad latera verò deriua-
re, & prçterea, vt quo tempore maximè proni ſunt
humores ad fluxum, tunc eſſe reuellendum: nam
de hoc etiam dictum eſt eo libro, & nunc dicetur,
ꝙ cùm vehemeoter fertur defluxos, tunc per con-
traria reoellemus. Ex qoibos deinde nos id iudi-
camus, ſatis apertè fieri poſſe, vt, cùm 2. de Victu
morb. acut. Hipp. & Gal. aſſcendente dolore con-
ſulant venam ſecandam cubiti eiuſdẽ lateris, quia
in eam partem vergere videtur cauſa phlegmonæ,
ea ſectio reuulſionis nomine donetur, impropriè
tamen, & lata qoadam ſignificatione reuulſionis,
(hæc enim propria & iuſta ſignificatione accepta,
peculiare ac oeceſſarium remedium eſt principijs
morborom rheumaticorum, cùm vehemẽs eſt im-
petus defluentis ſucci) cùm propriè potiùs fuerit
deriuatio appellanda, quàm reuulſio: per ſectam
autem venam, quæ in oppoſito cubito eſt, vel cru-
re eiuſdem lateris, vera erit reuulſio: illa enim per
longitudinem contraria eſt, hæc verò per latitudi-
nem. Et huic concluſioni credimos Hipp. Galeno
conſentire. Secuudo loco noo erit alienom à no-
ſtro propoſito, ſi eam aoctoritatem adduxerimus,
quá cçteri etiam nihilominus afferunt, decerptam
ex lib. 2. de Nat. hum. cuiuſcunq; ſanè auctoris fue-
rit is liber, etſi molta damnauerit Gal. ex his, quæ
ibi inſcripta ſunt. in hunc igitur modũ ſcripſit ille:
Oportet autem operam dare, vt q̃ longiſsimè ab
his locis ſectiones fiant, in quibus dolores fieri con
ſueuère: vbi perſpicuè is auctor profitetur reuul-
ſionem eſſe quá longiſsimè ab affecto loco facien-
dam. Hanc difficultatem varij vario modo agitant,
& nituntur perſuadere illi non eſſe fidem adhiben
dam, qui teſte Gal. in alijs multis eodem in libro

A aberrauerit. Alij verò dicuot, nihil habere hanc au-
ctoritatem, quod poſsit nobis deſeruire: id enim,
quod hìc dictum eſt, ad eos referendum eſſe affir-
mant, expoſitore etiam Gal. qui ſani ſunt, ſed para-
ti, vt io aliquem illabantur morbum: nobis verò in
prçſenti ſermo eſt de his, qui iam morbo teneri cœ
perunt. Sed huiuſcemodi reſponſiones non mihi
vidẽtur eſſe rationi admodum conſonæ: etſi enim
quædam Gal. in eo libro varijs de cauſis digna eſſe
reprehenſione iudicauit, hoc tamen ea tantùm ra-
B tione reprehendit, quia non explicatum ſit præce-
ptum, an hoc ſit in ſanis ſeruandum, aut potiùs in
ægrotis. Vnde ipſe ait, ſuó quidem iudició, in ſanis
illud eſſe exponendum, qui proni ſunt, vt in mor-
bum incurrant facili de cauſa, vt ſit præceptum ad
partem potiùs tutricem ſanitatis attinens, q̃ ad cu-
ratricem methodum. Quare non eſt ſpernendom
theorema hoc, eo tamen modo intelligendum in
diſciplina Galenica. Quod etiam à noſtro propo-
ſito non ſit alienum, niſi velimus plus, q̃ par ſit, eſ-
C ſe proterui, facilè probauerimus, tùm ratione, tum
etiam ipſius Galeni auctoritate. Nam indicationes
quæ ſumuntur à particula impellente, & quę à to-
to, & cæteræ ferè omnes, vel ſaltem plures, quæ in
prima morbi origine vigent, à membris & particu
lis ſanis depromuntur: quæ verò ab affecto loco
prodeunt, vel in fluxo ſanguioe, & tandem quæ à
facto morbo, à parte morboſs prodeunt. Et ideò
nulli mirũ videri deinde debet, ſi illæ priores per-
tractandæ ſint & regendæ regulis attinentibus ad
D ſalubrem medicinæ partẽ. Imò hoc idem ſatis per-
ſpicuè videtor Gal. affirmare, q in lib. 13. de Meth.
cur. mor. vbi eas indicationes perſequitur, q̃ à toto
prodeunt, cùm ob plenitudinẽ totum aliquid in-
dicat, ait, earum tractationem fuiſſe comprehẽſam
in lib. de Valet. tuen. vbi de præoiſione ſeu de prç-
ſeruatione actum eſt: & monet etiam, ea eſſe inde
in hunc locum transferenda. Sed velim præterea,
vt hi mihi reſpondeant, cur, ſi reoulſio, quæ procul
fit ab affecto loco, eam vim habet, vt poſsit corpus
E tueri à futuro morbo, qui videatur imminere, non
poſsit illa eadem, ſi inter ioitia, cùm morbus cœpit
iam iouadere, obſiſtere ne augeatur? quod præci-
puè in principio qoærimus, cùm eo tempore om-
nia ferè ex eiſdẽ cauſis augeantur, ex quibus fiunt,
ipſiq; Hipp. & Gal. in 6. Epid. lib. & in Comment.
de Venæ ſectione affirment, ea, quæ, cùm morbus
incœpit, ſi fiant, remedium afferunt, ſi antequam
cœperit, adminiſtrentur, prohibere ne fiat. Vt ita
dicamus, ſi qoa ſint, quę vim habeant ante inceptũ
F morbum prohibere, ne fiat, cur illa eadem, cũ iam
cœperit, non poſſunt eſſe remedio, quominùs ſal-
tem creſcat? Sed hæc omnia fingamus, quòd nul-
lius in hác rẽ ſint momenti, nónne ſaltem hæren-
dum eſt rationi? quam reddit Gál. cùr iudicauerit
præceptum id locum habere in ſanis? ea enim de
cauſa voloit ille procul eſſe ſacandam venam à lo-
co, qui ſit aliàs ſolitus laborare, vt aſſueſcant ſucci
in alias partes ferri: Sed, ſi res ita ſe habet, & eam
vim habet venæ ſectio, quæ procul fit à loco cui ti-
G memus, vt reuellat & conuertat ſanguinem aliò, q̃
quò ipſe pronus ſit, & ab ea parte, in quam ipſe ſo-
litus ſit deferri, & nihil aliud quærimus in prima
morbi origine, cùm ſanguis defluit morbum effe-
cturus, niſi vt illum inde reuellamus, & aliò con-
uertamus, cur non ſit vena ſecanda procul inter

Digitized by Google

prima morbi initia? cui ſententiæ adeò expreſsè A aſſentit Gal. in lib. de Rat. cur. per ſect. veo. vt mirum ſit, quonam pacto hi, qui ſe magnos profitentur Galanicos, locum illum non animaduerterint. Sed nos aum iam oſtendamus, vbi ait: Quibus in curporibus nulla adhuc pars laborat, & tamen accedente vere volumus aliquam præmittere euacuationem, quando fuerit ille aſſuetus æſtiuo tempore à ſebre arripi, cuius fomitem ſubtrahere volumus, tunc quęlibet pars idonea eſt, vt iode ſangois detrahátur: & eodem modo ſi quis morbo articu- B lari, & eo paſsim in omnibus articulis ſit ſolitus laborara. Sed cùm timemus, ne pecoliariter in vna quapiam particula tantũ laboret, niſi ſanguis mittatur, neqoaquam in his eodem modo agendum eſt: noo enim expedit vndequaque eoacuare, ſed eadem ratione io his agendum eſt, ſicuti in illis, qui iam laborare cœperunt: & hac de cauſa podagricos euacuamus, ſecta vena in cubito, vertiginoſos verò & qui morbo comitiali arripiuntur, in tibijs. Ecce quàm lucidè Gal. hanc ſententiam ad- C ſtruat, & breui quidẽ ſermone, ea ratione (ioquit) ſunt pertractandi illi, qui vel natura, vel quopiam alio accidente, morbo cuipiam particulatim ſunt obnoxij, antequam arripiantur ab illo, qua eſſent pertractandi, cùm cœpiſſent iam laborare, ſcilicet, vt reuulſionibus ioſiſtamus illis, quæ fieri ſolent procul & in contraria parte. Videre nonnulli laqueum hunc prætenſum, & quadam huius loci acutá expuſitione excogitata, putàrunt ſe illũ poſſe declinare: eos inquiont, qui nondum laborant, D eo modo eſſe vacuandos docet Galen. quo hi, qui iam cœperunt labòrare, oempe vt non indiſcriminatim illis ex quallbet parte ſanguis detrahatur, ſed ex ea, quæ è directo & κατ' ἴξιν reſpicit imbecillam aut iam affectam particulam. Nun erit me hercle ab boc negotio alienum ſi in præſentia locum ex Academicis M. T. quęſtionibus depromtum noſtro huic propoſito accommodauerimus. Sed neſcio (inquit ille) quomodo pleriq; errare malunt, eamq; ſententiam, quam adamàruot, pugnacíſsi- E mè deſendere, quàm ſine pertinacia qoid conſtantiſsimè dicatur exquirere. Si rationem ſequaris, ſi verba diligenter examines, ſi verborum ſeriem, ſi exempla à Galen. propoſita, luce clarius intelliges omnia huiuſcemodi explodere interpretationem. Nam hi qui iam laborarę cœperunt, & illi, qui expoſiti ſunt morbis, nondum tamẽ cœperunt ab illis corripi, cõmunia habẽt, in quibus conueniunt, & aliqua peculiaria, in quibus differunt: communis vtriſq; eſt, primùm, ſuccorum vel in toto corpo F re redundantia, vel etiam in partibus aliquibus, quorum ſtimulis quandoq; excitata expulſuria facultas aſſurgit, vt illos excutiat & aliò propellat. Secundum, partis illius imbecillitas, quæ vel cœpit iam, vel aliàs ſolita eſt laborare: hæc verò in cauſa eſt, cor propulſi in eam decumbãt, cùm eas non habeat vires, vt obſiſtare & repellere poſsit. Sed hæc rurſus habent peculiaria, quibus inuicẽ diſsident: quoniam in illis ſucci paratiſsimi ſunt, vt mo- G ueantur: imò, ni præuiderint, paulò pòſt mouebũtur in bis autem nõ modò parati ſuot, ſed mouentur iam: præterea in illis particula imbecillis diſpoſita eſt, vt promta fiat ad recipiendum, in bis promta parat iq; eſt, & cœpit iam recipere? Vnde vtriq; & ſani & ægrotantes quaſdam habẽt iodicationes

A pares & omninò ferè ſimiles, quaſdam verò diffarentes. Indicantur enim vtrobiq; euacuanduio eſſe, vt occaſiones reſecentur fluxioois, & aliorſum ſucci, quàm verſus imbecillam particulam, detrahantur, & eapropter p̱ contrarias partes: atq; hac ratione pares ſont, diſpares verò ea parte, q̄ io his, qui laborant, aliquid facti adeſt, quod propriam & ipſom indicationem ſortitum eſt, quo careot, qui nondum ægrotant. Ad id ergo, quod in vtriſq; pariter conſpicitur, raſpexit Gal. cùm ait, eodem mo- B do hos eſſe euacuandos, quo illi. Sed & paulò pòſt modum illom innuit, quo ſunt vtriq; euacuandi, dum ait: His omnibus inſtante vere ſecanda eſt vena: qoos, ſi qoampiam habuerint imbecillam particulam, in qoam collecta deferabatur multitudo, reuulſione expedit euacuare, ſi verò nulla ſit talis, vndecunq; magis gratum fuerit, poteris euacuare. His Galeni verbis ea etiam addenda ſunt, quæ ille 4. Methodi therapeut. lib. ſcripſit, vbi de rbeumatico vlcere agit: ibi enim ex Hippoc. lib. de Succis, C quo docet tunc in primis reuellendum eſſe, cùm ſuccos maximè pronus eſt, hanc quaſi cooclusionem elicit: quare nos etiam io præſenti morbo, ſi vehementer rheoma ferator, per contraria reuellemos, vtputa ſi loca ſuperiora vlcus tenuerit, per ioferiorem ventrem purgabimus, per ſuperiorem verò, ſi inferiora: & paocis deinde interpoſitis, eadem hæc veoæ ſectioni accommodat. Atq; eiſdem ea qooq; iungamus, quę idem 13. Meth. therap. literis mandauit: Oportet (inqoit) vt in his, q̄ fluxio- D ne vexari incipiuot, q̄ remotiſsimè reuellàtur, quæ ſuperfluunt. Et iterum, nòn multò pòſt: Inter initia phlegmonæ reuulſiooem quàm loogiſsimè facito. Hæc omnla & quàm plurima alia, cũ his conſentientia, Galeni loca ſi contuleris cum Hippoc. aut Polybi à nobis nunc citata auctoritate, agnoſces facilimè & lucidè, q̄s modus ſit ille, quo tum, qui iam laborare incipiunt, tum qui nondum cœpere, ſuot euacuandi, reuulſoriè ſcilicet, hoc eſt, procul & per contrarias partes laboranti vel imbe- E cillæ particulæ. Et hæc eſt gemina loci huiuſce expoſitio, à qua illi toto (vt aiunt) cœlo aberrant, quẽ modum illum ad rectitudinẽ referunt, ſeu, vt Hip. ait, τὸ κατ' ἴξιν partis, in qua vena eſt iocidẽda, cuius non modò oo meminit, ſed ne ſomniauit quidem, quid tum ſeries Gal. tum exempla apertè oſtendunt. Cùm enim Medici cooſideratio, aut ad præſentes morbos vertatur, aut futuros: & præſentes, aut nuper inchòantes, aut qui iam veteraſcont, primis (ait ille) occorrimus ἀντισπαστικῶς [illegible], reuul- F ſoriè euacuantes, ſecundis, ab ipſamet affecta particula, aut ab alia illi proxima: illis verò, qui nullo adhuc morbo ſuot impliciti, ſibi tamen timent, quia aliàs ſoliti ſint arripi morbo quopiam, ſi morbus, quem timent, omoes in vniuerſum corporis partes ſoleat affligere, vndecunque euacuaueris, rectè feceris: ſi voi parti peculiaris ſit, reuulſoriè agendum, ſicut ſi cœpiſſet iam inuadere hominẽ. Quamobrem inſert Galènos: Podagricis è cubito ſanguioem detrahimos, epilepticis verò & verti- G ginoſis è tibijs. Sad quæſo, quænam poteſt eſſe particula, aut quæ vena, quæ è directo & κατ' ἴξιν ſit laborantis particulæ in morbo comitiali, aut in vertigine, vel affectu melancholico, ſimilibusq; capitis morbis: ſunt enim totius capitis affectus hi, in primis autem ventriculorum cerebri, vt lib. 3. de

Loc.

Loc.affect. ſcripſit Galen. qui cum Palladio 2. in 6.
Epidem. lib. eo loco, vbi Hippocrates in quæſtio-
nem reuocat, vtrùm omnes apoſtaſes, quæ ſalubri-
ter fiunt, *κατ᾽ ἶξιν* fiant, in multis, ait, non modò ar-
duum, verùm & impoſsibile eſt hoc agnoſcere, vt
in melancholicis, cùm mariſcis innatis à morbo li-
beri euadũt. Sed & qui ſunt podagris obnoxij, vel
nunquam, vel rarò admodum non vtroq; pede la-
borant, vel ſimul, vel alterorum ſaltem. Quare a-
liundè illis petenda eſt fuga. Tertiò etiam mihi vi-
detur non parum ad hoc propoſitum facere locus
deſcriptus ex libro de Victu ſalubri, quem Gal. re-
fert in auctoré Polybum Hippocratis legitimum
diſcipulum: qui dicit hyeme expedire, vt vomitu
corpus expurgetur, eò q; pituita eo tempore pluri-
ma gignatur, & maximè morbi circa caput fiant, &
locus is ſupra præcordia ſit. & clyſteribus vtamur,
cùm calor viget, quia tempus illud æſtuoſum eſt,
& corpus bilioſum, & grauitates fiunt in lumbis,
genibus, & tormina in ventre. Quare oportet cor-
pus, ſi quæ ſurſum ferantur, deorſum purgare. Ga-
lenus autẽ in expoſitione hæc ait: Conſulit ergo,
vt hyeme, quando tunc pituita plurima gignatur
in ventre, per vomitus purgetur, æſtate autem bi-
lis, quæ ſupernatet, deorſum detrahatur: attamen,
ſi vniuerſum corpus purgare volueris, contrà æſta-
te tibi per ſuperiora erit purgandum, hyeme verò
deorſum per aluum, vt in aphoriſmis docuit: quæ
enim iam exuberauerint, purgatio ſanat, quæ fiat
per loca, in quæ vergit ſuccus: ducenda enim ſunt,
qua parte maximè prona, quæ duci oportet, ſi per
loca feruntur, per quæ ferri expediat: ſed ea, qui-
bus obſiſtere volueris, ne exuberent, per loca con-
traria ſunt reuellenda. Sed ſi his Gal. verbis addi-
deris, ſcopũ Medici in principijs rheumaticorum
morborum eſſe, obſiſtere, ne impetus delatæ mate-
rię augeat cauſam morbi in membro malè affecto,
& exuberantem iam in impellente & demãdante,
euacuare, facilè deinde intelliges, eã euacuationẽ
rectè eo tempore fieri p partes quæ contrariæ ſint
membro laboranti: vicinę verò & affines membris
impellentibus, quia facillima & optima eſt euacua-
tio p partes proximas & communes, vt docet Ga-
lenus in lib. de Conſtit. art. medic. Quartò etiam lo-
cum ex Hipp. afferemus depromptum. & item ex li-
bris Galeni, libro de Fracturis 2. vbi de calcaneo a-
gens, ita ait Hippoc. Sed melius etiam fuerit vera-
trum propinare, aut die eadẽ, aut poſtridie, & ter-
tia die ſoluere, deinde ligare. Quem locum expo-
nens Gal. ſic ait: Non modò vt excrementa eua-
cuet, veratrum tradit, verùm reuulſionis etiam gra-
tiã: nam ſatis conſtat, quòd albũ tradi velit, cuius
vis eſt ciendi vomitum: etenim priùs in ſuperiorẽ
ventrem ex corpore vniuerſo attrahit, q̃ ipſum in
inteſtinorum inuolutiones deferatur. Patet verò,
quòd album velit, ex his quæ paulò pòſt ſubdit,
dum ait: Et ſiquidem febris nulla aderit, oportet p
ſuperiora purgare. Quippe eorum, qui ſe eo habẽt
modõ, excrementa euacuare, vt tamẽ ſucci ad par-
tes reuellantur, quæ locis affectis contrariæ ſunt,
confert mirum in modum. Reſtat præterea, vt e-
tiam his auctoritatibus agamus, quę decerptę ſunt
ex libris Gal. in quibus non ampliùs expoſitoris
fungitur munere, ſed quaſi liber ſuam profert ſen-
tentiam: expoſitoris enim partes ſunt, ipſomet te-
ſte, vt ſenſum auctoris, quẽ ſuſcipit exponendum,

A q̃ lucidiùs explicet, qualeſcunq; ſint ſententiæ il-
lius. Cum autem de illis differendum eſt, veræ ne
ſint, an falſæ, alio ad id opere dicato, agendum eſt.
Et quoniam communis ratio pleuritidis eſt, vt in-
flammatio ſit; vel vt Græci appellant phlegmone,
ideò illum citabimus his maximè in locis, vbi com-
munes phlegmones indicationes perſequitur. Ita-
que 13. lib. de Meth. cur. morb. in hunc modum ſcri-
pſit: Nunc autem ad ſermonem de phlegmone re-
uertamur, & dicamus, q; earum omnium commu-
B nis ſcopus eſt, euacuatio, ſed cùm fiunt adhuc, an-
te euacuationem cohibendus eſt ſanguis, ne de-
fluat ad inflammatum locum: quod rectè fieri po-
terit, ſi defluxionis cauſas fuerimus nacti, quæ du-
plices ſunt: aliæ enim ex ipſa morboſa particula
exoriuntur, aliæ verò ex quapiam alia, vel ex alijs
pluribus: ex ipſa quidem, quia vel calidior ſit, q̃ ſit
par, vel etiam doleat: non ex ipſa verò, quoniam a-
liundè, quæ exuberant, immittuntur: ita vt quan-
doque etiam ex totius diſpoſitione proueniat. Ec-
C ce ergo palàm aſſerit indicationes, quæ vel à toto
prodeunt, vel à mandante particula, eſſe priores, q̃
illæ, quæ locum ipſum affectum reſpiciunt, quæq;
indicant plurimùm & celerrimè eſſe à laborante
particula euacuandum, & ideò priùs ratio earum,
quę à toto & impellente membro oriuntur, haben-
da eſt, q̃ earum, quæ à laborante membro. Quòd ſi
legeris & conſideraueris, quæ paulò poſt ſequun-
tur, comprehẽdes, indicationes eas, quę prodeunt,
vel à toto, vel ab immittente particula, eſſe euacua-
D tionis indicationes. Nam & varias docet euacua-
tionis formulas ſecundum variam rationem ple-
nitudinis: ſi enim ſit ea plenitudo ſanguinis, quam
plethoram Græci appellant, eam eſſe ſoluendam
docet ingenijs varijs, vtputa, ſectã venã, lotionibus
pluribus, multo exercitio, frictionibus, & ſimilib9,
& præterea inedia: multitudinem verò vitioſi ſuc-
ci, purgatione, & tandẽ docet adeò apertè, vt non
parum ſit admirandum, quomodo nõ animaduer-
tant oculati iſti Galenici, omnes iſtas euacuatio-
E nis & reuulſionis formulas, quo tempore inflam-
matio fit adhuc, vtputa in principio morbi, eſſe fa-
ciendas, q̃ longiſsimè fieri poteſt à membro ægro-
tante, & in contraria parte, quia ratio reuulſionis
id expoſtulet, quæ eſt commune præceptũ in om-
nibus iſtis. Et non modò hæc omnia ſimplici ſer-
mone exponit Gal. ſed varijs etiam exemplis ape-
rit. Facta autẽ reuulſione, conſulit deinde euacua-
tionem affecti loci ſuccedere: Briſſotus tamen hu-
iuſcemodi laqueum callidè admodum effugere ni-
F xus eſt, cùm dicit, Galenum hoc loco rationem ha-
bere reuulſionum & euacuationum, quæ vel pur-
gante medicamento, vel frictione vel motu & exer-
citio aut quopiam alio organo iſtis ſimili, non au-
tem ſecta vena fiunt. Horum enim non eſt vna &
eadem ratio, cùm ea omnia aliquid habeãt, quo po-
teſt irritari locus affectus & dolens: motu enim il-
lum agitare, vel calfacere, vel quidpiam aliud no-
xium poſſunt inducere: quamobrem procul ab af-
fecto loco ſunt adminiſtranda. Venę autem ſectio,
G cùm ab his omnibus ſit immunis, parti vicinę tutò
poteſt accommodari. Sed multipliciter hic mihi vi-
detur aberrare, & à veritate, & à doctrina Galeni-
ca. Primùm quidẽ, quia ſi hoc haberet reuulſio ra-
tione inſtrumẽtorum, quibus fieri ſolet, q; procul
fiat, non autem ex propria reuulſionis natura &

eond itione, cùm illis eiſdē etiam ingenijs fiat, non poſſe t deriuatio fieri ꝑ vicinas partes, quod abſurdum manifeſtum eſt, quare ex propria reuulſionis, qua reuulſio eſt, ratione prodit, vt procul fiat. Quòd etiam Galeni doctrinam hæc non ſapiant, poteſt illius verbis pluribus in locis probari. Primò hoc eudem loco nuper citato, de his, quæ recitauimus, ſummatim agēs, & ſe quaſi excuſans, ait, pletiùs alijs locis eſſe pertractatum, & in parte ea, vbi de tutela ſanitatis actum eſt, quo loco de præſeruatione ſermonem fecit, & in lib. de Plenit. & præterea in lib. de Vena ſec. quibus verbis poteſt facili conjectura deprehendi, in eundem ordinem à Gal. reponi, quantum ſpectat ad hoc, ſectionem venæ cum alijs inſtrumentis, quibus reuulſiones fieri ſoleāt: nec multo pòſt eodem loco ait Gal. in omnibus talibus commune ſit præceptum reuolſionis: quale verò ſit præceptum illud ipſemet exponit, cùm ait: Ad longiſsima ſemper facies reuulſionem. ſed apertiùs 5. Meth. med. hoc idem videtur explicare, qua parte de reuulſione & deriuatione agens, earum differētiam ac rationem explicat, ꝙ deriuatur quidem ad propinqua loca, reuellitur ad contraria: & 4. eioſdem Metb. non modò hoc idem aſſerit, ſed poſtea, quàm multa de alijs reuulſionibos dixit, tandem ad illa eadē refert venæ ſectionem: ex quibus omnibus patet eſſe Galeni dogma, non ex inſtrumētis, quibos fit reuulſio; fieri, vt procul ſit reuellēdum, ſed ex ipſa reuulſionis natura. Nec minùs etiam hoc idem explicat libro 2. Comment. in 6. Epid. vbi in hanc ferè ſententiam loquutus eſt: Deriuationem quidem Hipp. ſolitus eſt appellare, cùm ſuccus qoiſpiam, quē euacuare ſit opus, propenſus non eſt, vt per ea loca, ꝑ quæ expediat, feratur: tamen non admodum longiùs, quàm opus ſit, neq; in contrariſſima loca feratur, vtputa ſi veſica vel renibus laborātibus, per vrinam delabatur, præſtabit eo caſu, vt potiùs per aluum exporgetur, & eodem pacto ſi per aluum feratur, cùm inteſtina ægrotauerint, contrà agēdum eſt, vt per vrinam ſuccus, qui euacuandus eſt, ſecedat: in molieribus etiam quandoq; fluxum: qui ꝑ vterum fit, ad aluum vel vrinam deriuamus, ſicuti etiam è diuerſo agimos quandoq;. Quod ſi in quapiam harum euacuationum vomitum ciuerimus, hoc ipſum reuulſionem appellamus, quemadmodum etiam, ſi vomitum retrahere voluerimus, ad vterum, vel aluū, vel veſicam prouocauerimus. E' quo loco apertè colligas, reuulſionē à propria ratione, qua reuulſio eſt, habere, vt per loca remota fiat & contraria, nō ratione eorum modorum, vel inſtrumentorum, quibus fit. Si enim, vt paulò antè diximus, à modo vel inſtrumēto, quibus fit euacuatio, haberet, vt procul & in contraria parte eſſet facienda, cùm eadem euacuatio eodem modo & inſtrumento facta, in diuerſis tamē partibus, nunc reuulſionis, nunc deriuationis rationem ſubeat, non minùs deriuatio, quàm reuulſio exigeret loca remota, & contrà: quod tamen Hippoc. & Gal. aduerſatur. Sed ſi hoic loco accommodentur ea, quę ex Galen. ſuperiùs citauimus, vbi exponens verba Hipp. dicentis in 6. Epid. lib. Si ſurſum delata repant, deorſum ſoluere, & contraria hæc, ait, delatà dixiſſe, quaſi propenſa intellexerit, vt ſit ei ſermò de prima morbi generatione, qui inbeat ſtatim in contraria loca reuellere, deorſum quidem, ſi in ſu-

A perioribus gignantur, ſurſum, ſi in inferioribus: vt eadem quidem ratione vſi, ad differentes tamen locos ducamus. (vnde ſi perſenſerimus influxum ad pedes vel tibias declinare, ſanguinem mittemus è venis in cubito, vel vomitu purgabimus) facile erit iudicatu, verè eſſe reuulſiuas euacuationes, qualeſcunque ſint, illas, quæ procul trahant, & in contrarium, & eas eſſe, quę principijs morborum conueniunt, dum ſcilicet fiunt, & fluit materia. eas verò, quę iuxta propenſionē impulſæ materiæ fiunt,

B quamuis reuulſiones quandoque appellentur, id improprie fieri, propriè verò deriuationes: quę potiùs fluxa materia, & facto morbo conueniant: & præterea, ꝙ omnium euacuationum, quatenus reuulſiones ſunt, vna & eadem eſt communis ratio, ſeu ſecta vena fiant, ſeu cucurbitulis, ſeu medicamentis, vel quouis alio ingenio, & ea eſt vt procul & in cōtrarium reuellāt. Vnde ſecundo loco aberraſſe videtur Briſſotus, ꝙ vniuerſale theorema de reuulſionū forma & modo, fecit particulare, eam

C rationem inſecutus, quæ & falſa eſt, vt monſtrauimus, & à decretis Gal. & Hippoc. aliena, qui in eodem ordine eas reponunt euacuationes, quas eſſe plurimùm diſsidentes credidit ipſe, vtputa vomitum & ſectionem venarum cubiti, necnon purgationem per aluom, & ſectionem venarum pedum. Sunt & alia loca plurima, in quibos Galen. in eandem ſententiam locutus eſt, quæ quia, dum rationes Briſſuti & Curtij perpendemus, erunt repetendæ, ideò in id tempus reſeruabuntur.

D

Diſſolutio rationis Briſſoti.

NOn erit admodum difficile diſſoluere Briſſoticam rationem, ſi meminiſſe voluerimus eorum, quæ de ratione indicationum ſunt à nobis ſuperiùs pertractata. Vnde primum pronunciatum ita concedimus, vt etiam veriſsimum eſt: ſed ſecundum deinde, quòd vena ſi in cubito eiuſdem lateris inter initia ſecetur, quamuis plenū ſit corpus, & ſanguis aliundè ad locum dolentem defluat, ꝗ inflammationis cauſa ſit, citiſsimè & tutò & com-

E modiſsimè remedium afferat, negamus. Sed cùm ipſe probat, quia citiſsimè & maximè per eam ſanguis ex inflammato loco euacuatur: is eſt enim primus ſcopus in curatione phlegmonarū, vt ait Galenus, & præterea reuellit ſanguinem, qui eò defluit, verſus eam partem, vnde defluxerat, & ꝑ eandem viam: dicimus, quòd euacuatio ſanguinis ab inflammato loco primus eſt ſcopus phlegmonarum, & ratio curationis earum, cùm phlegmone facta eſt, vel cùm nulla alia alterius rei indicatio in

F contrarium trahit Medici ſententiā, vt ſi adſit corporis plenitudo: nam tunc, ipſomet Gal. teſte, non eſt primus ille ſcopus: ſed & tunc, & cùm adhuc ſit; in primis principijs, eārū omnium primus & communis ſcopus eſt, prohibere, ne defluat ſanguis ad dolentem locum: quia defluxus cauſa & occaſiò eſt omnium ferè phlegmonarum. in 2. enim lib. ad Glauc. ait Galenus: Vna igitur eſt occaſio apparentium phlegmonarū omnium, quæ non admodum latet, niſi cùm prouenerint propter manifeſtam a-

G liquā cauſam, quæ fluxus, vel, vt Græci aiunt, rheuma appellator. Prohibemus verò, ne defluat, non ex miſſo ſanguine à vena, quę ſit proxima & in eodem latere: potiùs enim vim habet id euacuare, quod eſt defluxum, ſed ſi cauſas abſtulerimus, cur defluat, vt teſtatur Gal. 13. Methodi loco citato pau-

lò

lò ſuperiùs,vbi etiam docet, quænam ſint huiuſcemodi cauſæ. ait enim,de inflãmationibus tractans, earum omnium communis eſt ſcopus euacuatio, ſed cùm fiunt adhuc,ante euacuationem cohibendus eſt ſanguis, ne defluat ad inflammatum locũ; quod facilè poterit fieri,ſi defluxionis cauſas nacti fuerimus: quæ duplices ſunt: aliæ enim ex morboſa particula oriuntur, aliæ ex quapiam alia, vel ex alijs pluribus, ex ipſa quidem, quia vel calidior ſit; q̃ ſit par,vel etiã doleat: non ex ipſa verò, quoniam aliundè immittantur, quæ exuberant, vt etiam ex totius diſpoſitione naſcatur:& paulò pòſt ſubiungit : Hæc omnia priùs bene diſcute, & in his, quæ adhuc fiunt,remoue cauſas,in illis verò, quæ factæ ſunt,ipſas ſolas euacua: quo autem modo cura totius habenda ſit, cùm malè ſe habuerit, dictum eſt priùs: breuiter tamen & in lib. de Plenit. ſed etiam per capita aliqua nũc dicemus. Si ergo primæ cauſæ inflammationis ſedem habeat,cùm in toto,tum in demandantibus particulis, quæ primùm antequàm locum dolentẽ euacuemus, ſunt remouendæ, à toto & demandantibus particulis petẽda eſt ratiò euacuationis,nõ à dolente loco : ab illo enim potiùs reuulſionis,quàm euacuationis ratio petenda eſt. Vnde cùm locum euacuationis monſtret membrum ipſum, quod euacuandum eſt, in principio potiùs quærẽda vena,quæ ſit in parte eadem cum demandante, & illam directè reſpiciat, cuius etiam ſi quis ſit reſpectus ad doloroſam partem, talis ſit,vt procul & directè quidem, & ex parte quapiam contraria illam reſpiciat:ea enim ratione impetus irruentis ſanguinis ab illa parte aliò auertetur,vt monſtrauimus. Ad id etiam,quod ex Galeno profert in Commentarijs in lib. de Victu acut: morb. quòd in acutis morbis illud maximè quærimus,vt plurimùm & celerrimè ſanguinem euacuemus ab inflammata parte. Dicimus verũ illud eſſe, cùm plurimus influxit in eum locũ; vel in vicinas & circumſtantes partes: ratio enim remediorum à ratione indicationum naſcitur: Tunc ergo maximè & plurimùm euacuare quærendum eſt, cùm maxima eſt repletio : ſed maxima repletio eſt,cùm omninò aut maxima ex parte fluxit : in principio verò nequaquam : tunc enim vis repletionis eſt in particulis impellentibus,non in recipiente : nec aliud ibi voluiſſe Galenum illis verbis credimus,vt, cùm locum illum tractabimus, oſtendemus. Sed hoc etiam huic loco addamus, quòd ſi vena, ſecta in cubito eiuſdem lateris, vim habeat aliquam reuellendi, eam vim habet, vt poſsit ſanguinem, qui in loco affecto contentus eſt,& in vicinioribus particulis reuellere, & aliò deducere, vel euacuare, & hoc ſenſu dixit Gal. vim habere euacuãdi & reuellendi: ſed à partibus alijs,& à toto etiam,adeò nullam vim reuellendi habet, vt potiùs ea, quæ in illis contẽta ſunt, & ad dolentem locum propelli poſſunt,ad illum attrahant & conuertant: quandoquidem locus, quiſquis ille ſit, vnde ſanguis euacuatur, inanis & vacuus redditur, moxque ſi quid in alijs partibus exuberet, in illum conuertitur & attrahitur. Neque enim alia de cauſa ſectâ venâ propè talum cientur menſes, niſi quia ſanguis ad vterum conuertitur: & ipſe etiam Briſſotus affirmat, quòd eiuſdem venæ ſectio molem ſanguinis vniuerſam trahit deorſum: & cogitur hanc eandem ſententiam concedere,cùm improbat venæ ſectio-

A nem in parte oppoſita, ea ratione, quòd probum ſanguinem euacuat, vitiatum verò relinquit, aut attrahit in oppoſitum latus: quò fieri deinde dicit, vt ſæpè pleuritis non curetur, ſed in oppoſitum latus mutetur. Itaq; ea eſt differentia inter venam in latere eodem,& venam in latere oppoſito,ſi ſecentur, quòd,quæ eſt in eodem latere, ſanguinem contentum in venis ſuperioribus thoracis verſus cauam venam ea parte, vnde illæ ortum habent, retrahit, nec minùs tamen eòdem ſanguinem, qui in B toto corpore eſt & partibus alijs, cõuertit, qui,niſi priùs totum vel partes illæ euacuentur, impelli facilè, cùm deſinit vis motus facti à ſectione venæ, poteſt in locum dolentem, vtpotè qui debilior ſit. Sed quæ in oppoſito latere eſt,primùm quidem euacuat id, quod exuberat in partibus oppoſitis, & illud, quod in latere malè affecto eſt, à loco doloroſo retrahit, & in contrarium conuertit : & ea ratione,quamuis non æquè,ac illa quæ in eodem latere,euacuat tñ etiam affectã particulam,& ſi quid C præterea aliud aliundè propellitur,id omne in partem contrariam cõuertit. Cùm verò in initijs morborum hoc maximè quæramus,vt aliæ partes,quæ vel impellunt, vel impellere facilè poſſunt, quod in eis exuberat,euacuentur,vt ea ratione cauſæ impellendi intercipiantur, & vt impetus etiã in quẽpiam alium locum contrarium conuertatur, præſtabit venæ ſectio in contraria parte, illi, quæ ſit in eadem,& affini loco dolenti. Nec etiam difficilius fuerit reſpondere ad id, ꝙ ait in acutis morbis vim D excretoriam eſſe concitatam,& ideò eſſe celerrimè loco laboranti ſuccurrendum. Dicimus enim,ꝙ ille optimè & celerrimè ſuccurret loco laborãti ob concitatam vim excretoriam partium aliarum, q̃ cauſas remouerit, quæ irritant & excitant vim excretoriam,vtputa,qui plenitudinẽ aut prauitatem ſanguinis remouerit à partibus impellentibus, his ſi ſtatim prouideatur, ſedato furore & impetu excretoriæ facultatis, optimè ſuccurritur loco dolenti. Eodem etiam pacto reſpondemus rationi, quã E nititur reprobare ſectionẽ venæ cubiti in contrario latere, quia tardum & exiguum auxilium poteſt præſtare loco inflãmato, cùm euacuatio omnis priùs pertingat loca vicina, quàm longinqua. Reſponderem enim ego, quòd auxilium,quod à principio ſtatim, cùm morbus fit, inflammata particula expoſcit, non eiuſmodi eſt, vt citò & plurimùm ipſa euacuetur, cùm eo tempore non ſit multa repletio in ea, quia repletur ex defluxu ſanguinis, aliunde tranſmiſſi, qui nõn poteſt à principio F plurimus fluxiſſe,vnde libro decimotertio Therapeuticæ Galenus ait, in initio modicum eſt, quod influxit,& ſæpiùs tenuius: ſed,vt cauſæ remoueantur impulſionis & tranſmiſsionis, vel aliò conuertantur : hòc autem optimè & celerrimè præſtare poteſt ſectio venarum, quæ ſint in parte quapiam contraria, aut per longitudinem, vtputa in tibijs, aut per latitudinem,vt in oppoſito cubito, vt ante oſtendimus. Nec id etiam eſt efficax admodum, quòd addit ipſe, quòd ſectã venã contrariã detra- G hitur ſanguis, qui bonus eſt, qui verò corruptus, relinquitur: imò dicimus detrahi ſanguinem malum. Omnis enim ſanguis, qui, niſi detrahatur, poteſt obeſſe & morbum gignere, malus eſt: duplex enim eius eſt malitia, quia vel qualitate mala eſt affectus,vel multitudine proportionem naturę

debitam excedit. Cùm ergo hac ratione ex parte contraria etiam malus detrahitur ſanguis, tum etiam quia, quamuis nondum mutatus ſit, ſicuti quando cõtinetur iam in inſinuatione, attamen alteraretur & corrumperetur, ſi eò ferretur, quò propenſus eſt, ideò præripimus occaſionem ne malus efficiatur, & deinde lædat. Et præterea mihi videntur hi, qui, vt ſuam hæreſin ſtatuant, hanc ſanguinis corrupti ſuſpicionem ingerunt, idipſum, quod anus ſolent infantibus facere, quos vt ſibi faciant obtemperãtes, formidoloſis quibuſdam deterrent fabellis: quippe cùm nunquã Gal. hæc incommoda ex relicto ſanguine vitiato, integro verò detracto, quod ego vnquam legerim, timuiſſe videatur, in phlegmone enim alæ dextræ ſanguinem è ſiniſtro mittit cubito, & in bubone dextri inguinis venas in pede, aut poplite ſiniſtro ſecat. Quod ſi hæc etiam erant adeò timenda, timuiſſet ille inflammationi dextri brachij, venis pedum ſectis, occurrere: timuiſſet præterea nihilominus in affectibus genu ſanguinem è venis cubiti detrahere in eodem latere, & laborante liene, ex interiori cubiti ſiniſtri vena: potiſsimumque, ſi Briſſoto credendum eſt, maiorẽ in reuulſionibus vim habere ampliores vias & venas, quàm meatus inconſpicuos. Per iecur namq; verſus cor mouẽdus erit ſanguis, ſi per eam venam reuellendus & euacuandus eſt, quæ tamen membra ſunt primaria, eritq; neceſſe primùm cor & iecur euacuari, in quibus ſanguis integer ſeruatur, poſtremùm autẽ corruptum lienis ſanguinem. Quinimò erãt hæc longè magis in his affectibus, quàm in pleuriticis timenda, cùm non multùm alterum latus alteri præſtet, in his verò longè præſtantiores ſint partes illæ, ad quas attrahitur, q̃ vnde diuellitur. Fatemur quidẽ pleuritidem quandoque ſectâ venâ in oppoſito latere potuiſſe alterũ inuadere latus, verùm id dicimus, è multa corporis & infernarum partium plenitudine contigiſſe: nempe quia nõ tantùm ſuperiorum venarum apertio euacuare poterat, quantum ex inferioribus attrahebatur ſuperiùs, vnde humor ſequens motum, vi ſectæ venæ factum, in illud tandem latus decumbens, alteri phlegmonæ poterat exordia præſtare. Quamobrem tutiùs fortaſſe, cùm multa eſt, cùm totius, tum ventris inferioris repletio, ſanguis prope malleolum, aut poplitem, quàm in cubito mittitur: quod Venetijs frequentiſsimè multis iam annis feliciter fieri conſueuit. Et nos his ipſis diebus cùm duos curaremus pleuriticos, alteri in cubito ex eodem latere ſanguinem miſimus: erat autem is adoleſcens habitus mediocris, cui copioſum etiam ſanguinem detraximus, & vltra decimamquartam tandem cõualuit: alteri iam ſexagenario, qui verè videbatur plethoricus, prope talum voluimus venam incidi, qui in quarta doloris factus expers, ſuæ reſtitutus eſt valetudini. His ergo mihi videtur vis Briſſoticæ rationis diſſoluta eſſe. Reliquum eſt igitur vt videamus, quomodo & ipſe rationes ſibi obiectas diſſoluat: & cùm vniuerſa vis rationis illorum Medicorum huic fundamento videatur innixa: quia inter initia inflammationis reuulſionibus agendum eſt, vt aliò conuertatur & euacuetur ſanguis irruẽs in inflammatum locum, reuulſio procul & in contrarium retrahit: Briſſotus ſatis callidè & argutè reſpondet, quæ quidẽ reſponſio, mea ſentẽtia, plena eſt rimarum,

A ideò ſigillatim ea nobis perpendenda ſunt, quæ ipſe reſpondendo profert. Nam ſi, quod ait, verum eſt, q in acutis morbis vis excretoria plurimùm eſt cõcitata, vnde omnium ferè malorum origo eſt, & quò ab aliqua re indicatio fortior exſurgit, eo vim maiorem habet, vt Medici animum ad ſe cõuertat, iſtud primùm eniti debet, vt refrenet impetum & furorem expultricis facultatis, remotis ſcilicet cauſis, quibus exagitatur & excitatur ad expulſionẽ: ea enim ratione citiſsimè & optimè erit cõſultum

B loco laboranti, vt paulò ſuprà expoſuimus. Cùm verò cauſæ illæ in partibus impellentibus contineantur, illis primùm attendẽdum eſt, antequàm locus affectus euacuatione attingatur, vt illæ ſcilicet euacuentur, & euacuãdo fiat reuulſio ab ægrotante particula: hoc verò commodiùs vena contraria efficit, q̃ proxima & in eodem latere. Quod etiam dicit, id in reuulſionibus alijs, quæ per alia inſtrumenta fiant, ad vnguem ſeruandum eſſe, vt in partibus remotis fiant, ob incommoda, quæ an-

C nexa habent, quibus obeſſe poſſunt, ſi fiant in proximis, nõ autem in venæ ſectione, hoc oſtendimus rationi aduerſari, & Galenicæ diſciplinæ, qui in inflammatione brachij venam ſecat in tibijs, & in pedum inflammatione è venis cubiti ſanguinem mittit, & in bubone in crure dextro, ſiniſtram venam ſecat, & contrà etiam. Verùm quiſpiam tergiuerſari poſſet ea ratione, quia iſti non ſunt acuti morbi, qui tanta cgeant celeritate: quid dicent in mulie-bri vtero? qui ſi inflammetur, morbus ille non mi-

D nùs acutus eſt, quàm pleuritis, & tamen docet Galenus 2. lib. ad Glauc. venas cubiti, ſi inter initia ſecentur, habere vim reuellẽdi, venas verò tibiarum deinde deriuandi: quo libro cæteros etiam reuellendi modos, quantum ſpectat ad id, de quo loquimur, in eodem ordine ponit, cum venæ ſectione. Si enim, ait ipſe, manus calefacies, aut ligabis, aut mammillis cucurbitulas affiges, reuelles: hæc eadem ſi cruribus applicaueris, deriuabis, quæ omnia ſententiam Briſſoticam videntur euertere. Cæte-

E rùm qua parte, deſcripto diagrammate quaſi mathematico, videtur eludere eorum rationẽ ex anatomico fundamento, mihi videtur à recta via aberrare, aut potiùs illam diſsimulare. Primò enim, etſi venam oppoſiti cubiti, habita ratione dimenſionis venarum, conceſſerimus nihilo magis remotã eſſe à loco affecto, q̃ ſit vena eiuſdem lateris: attamen adhuc conuinci poteſt, ſanguinem miſſum è vena oppoſita vim habere propriæ reuulſionis, non autem è vena in eodem: quia reuulſionis ratio hæc

F duo comprehendit, vt procul retrahat, & contrà q̃ ſucci ferantur & procliues ſint, vt ex Gal. & Hipp. oſtendimus: quæ ambo in vena oppoſita tantummodò reperiũtur: ſanguis enim miſſus ex eiuſdem lateris vena trahit iuxta propenſionem ſucci, Gal. teſte, nõ in contrarium, miſſus verò ex vena oppoſita, & procul. & cõtra propenſionem fluentis ſucci. Deinde, vt lubet, dixerit, nunquam tamen efficiet, quin à latere dextro magis remotus ſit ſiniſter cubitus, quàm dexter. Neq; ea ratio videtur admo-

G dum efficax, quæ ex venarũ dimenſione deprompta eſt: quoniam, etſi ad venas reſpicienti videatur æqualis intercapedo, attamen non ſolùm per venas ipſas, dum ſanguis mittitur, aut medicamentis corpus purgatur, mouẽtur ſucci, ſed per membrorum occultos meatus, quantumcunq; illos videa-

tur

tur negaſſe Briſſotus, quos tamen Hippocr. admiſit, cùm ait, in corpore omnia eſſe σύμπνοια, σύῤῥοια, καὶ συμπαθέα, hoc eſt, omnia eſſe ſpiritib⁹, & ſuccis peruia, ac ſibi inuicem conſentientia: eos etiam Galenus ſæpiſsimè approbat. Nam ſi in attractione ſanguinis & ſucci ſola venarum ratio eſſet habenda, non video, cur, dolore ad præcordia deſcendente, potiùs præcepiſſet Hippocrates aluũ medicamentis ciendam, quàm venam ſecandam: imò hoc dixerim, quòd Stephanus Græcus auctor in Commentarijs in lib. Gal. ad Glauc. dum quærit, cur vena ſiniſtri cubiti magis conferat inflammationi lienis ſi ſecetur, quàm iecoris, cùm tamẽ ſit iecori vicinior & affinior, ait, quòd ſectâ venâ, non modò per venas fit attractio ſanguinis, ſed per meatus etiam illos. Et hæc ratio eſt cur dextra dextris, & ſiniſtra ſiniſtris ſibi inuicẽ magis conſentiant: quod ab Hippocrate videtur depromtum, qui, vt nuper diximus, ait omnia eſſe peruia, ac deinde ſibi inuicem conſentientia. Clariſsimè etiam Galenus in 6. lib. Comment. in 6. Epid. ſtatim à principio rem hanc ita eſſe euidentem prędicat, vt vel vulgaribus & idiotis ſit ipſo ſenſu percepta. Euenit enim ſæpè, vt, qui in æſtate ſub ardenti ſole iter fecerit, atque inde os totumq; corpus aridum habeat & exſiccatum, & ſiti valida vexetur, ſi in balneum dulcis aquæ demergatur, ſtatim à ſiti liber euadat, & os efferat, pariterque vniuerſum corpus molle & humectum, vt multi etiam in ſe ipſis perſentiant humorem attrahi: quod fieri nequit, niſi p incompertos meatus. Sed in his immorari turpe eſt: cùm enim hoſce meatus negauerimus, neſcio, quî concedemus nutricationem & augmentationem fieri poſſe, vel tumores præter naturam, & criſes, quę per ſudorem fiunt, aut per euacuationem, quæ ſenſus effugit. Tertiò, his omnibus etiam poſthabitis, nihil tamen inde à Briſſoto haberi credimus: quia ſicuti ille aliam rectitudinis rationem imaginatus eſt, à mathematica, quam ex filamentis vel fibris conſtitui voluit, cur etiam partium corporis aliam quandam naturalem diſtantiam & propinquitatem, præter mathematicam non eſt imaginatus, quæ ex earũ naturali conſenſu & proprietate conſiſtit? ſibi inuicem enim particulæ omnes, quæ in dextro latere ſunt, magis conſentiũt & congruũt, quàm cum ſiniſtris, ita vt curſus & recurſus ſit longè facilior inter eas partes, quæ in eodem latere ſunt, quàm inter eas, quæ in oppoſitis, vt ex ſexto libro Epidemiorum colligere cuique licet, ex Galeno & Hippocrate. Quid ergo eſt quod prohibeat nos hac ipſa ratione affirmare, quamuis æqualis ſit menſura & diſtantia mathematica, naturali tamen longè maius eſſe interuallum inter locum inflammationis, ſi in dextro latere ſit, & ſiniſtrum cubitum, quàm inter illum eundem & dextrum? cùm ſanguis retractus ad ſiniſtras partes non ita facilè recurrat iterum ad dextras; ſicut ſi ad dextras retraheretur. Vnde qua ratione ille defendit, ſemper reuulſionem eſſe ad remotiſsima factam, quotieſcunque ſuccus fuerit extra corpus detractus, quia eò ſit deductus, vnde reuerti nequeat, (quamuis hoc etiam paulò pòſt diſcutiemus) eadem etiam dicimus nos, eò ad remotiora diuelli, quò difficiliùs, vnde fuerit deductus, poſſit redire. Pari etiam pacto mihi videtur ceſpitare eo loco, vbi, vt illorum Medicorum rationes eur-

A tet, concedit reuulſionem eſſe ſemper ad contraria loca faciendam, non tamen propterea fieri, vt neceſſarium ſit ad ea contraria deduci, quæ extrema in eo ſint genere contrariorum: neque enim tantummodò inter extrema, ſed etiam inter media ſeruatur ratio contrarietatis. Quia ſicut non omne interuallum, aut omnis diſtantia reuulſioni eſt idonea, vt ipſemet teſtatur, ita etiam quilibet termini, quamuis etiam extremi ſint, non ſunt cuicunque reuulſioni idonei. Nam, ſicut paulò ſu-
B periùs expoſuimus ex ſentẽtia Galeni anterius & poſterius, in ſincipite & occipite, ſunt extremi ferè termini: cùm tamẽ dolor capitis poſterior pars, ſi ſecetur vena frontis, vim habet reuellendi, vt tamen remedium id ſit locale, & non congruum primis initijs morborum. Vnde eadem ratione ſuaderi etiam poteſt, quòd, etſi in pleuritico ſanguis miſſus è vena cubiti in eodem latere reuellendi vim aliquam habeat, inter initia tamen, cùm vndique ſit ſuſpecta, aut totius, aut partium multarum
C plenitudo, eumq; locale remedium illud ſit, non eſt conueniens, ſed potiùs quærenda eſt ea reuulſio, quæ ſimpliciter reuulſio ſit, & vniuerſaliter, ad quamcunque partem reſpexeris, vnde poſsit ad locum affectum ſanguis impelli. Nec id etiam ſilentio prætereundum cenſeo, quòd Briſſotus eiusq; ſequaces, vt vim verborum Galeni & Hippocratis, quibus ſe adſtringi ſentiunt, effugiant, ore rotundo proferũt, ſemper ad remotiſsima reuulſionem fieri, cùm noxius ſuccus extra corpus fuerit du-
D ctus. Quæ mihi ſanè ludicra videntur: ea enim ratione omnes euacuationes erunt reuulſiones verę & æquales, & eandem vim habentes, vtpotè ad remotiſsima perducentes, neque ad remotiora reuellet ſecta vena humeralis, cùm ſinciput doluerit, quàm vena frontis. Sed & euacuatio, quæ fit per locum affectum ad remotiſsima detrahet, & reuellet, quia extra corpus pellit: vnde in vlcere inteſtinorũ medicamenta reuellent ad remotiſsima, quę
E aluum ſoluent, quo nihil abſurdius. Hæc mihi viſa ſunt præcipua, quæ in libello Briſſoti aliqua egerent diſcoſsione: ſed & multa alia, dum ea, quibus diſputat Curtius, tractabimus, adhuc perpendemus, quæ cùm ſint ambobus communia, in eum locum de induſtria reſeruauimus.

ITáque primum & maximum Curtij fundamentum, cui vniuerſa ferè ipſius machina innititur, eſt auctoritas Hippocratis & Galeni 2. & 4. libris de Victu in acutis morbis: cui nos eorundẽ etiam
F ſententiam addidimus in libro 3. de Articulis, ſeu de membris luxatis, affirmantium venam eſſe ex eodem latere ſecandam. Nos verò credimus nihil eſſe ſcriptum in illis locis, quod ſi rectè, & eo modo, quo ab ipſis auctoribus ſcriptum eſt, intelligatur, poſsit communẽ & inueteratam Medicorum in hac re conſuetudinem euertere rationabiliter. Dicimus enim eodem modo eſſe exponẽdam eam toties repetitam horum auctorum ſentẽtiam, quo conſimilem Galenus 3. libro Commẽtariorum in
G 6. Epidem. expoſuit, ea parte, qua Hippocrates in hunc modum loquutus eſt: Sunt quibus expedit ſanguinem in talibus detrahi cùm opportunũ fuerit, contrà verò alijs, ſicut iſtis, nõ conuenit. Quem locũ hoc modo expoſuit Gal. Cõfert, inquit, ſi ſanguis mittatur alicui ex his, in quibus videlicet ſan-

guis exuberet, qui etiã non ſit plurimùm in alium A
ſuccũ mutatus, quia ſi fuerit mutatus, illis erit par-
cendum, vt tamen virium antea ratio habeatur,
quamuis hoc quandoq; prætermittatur, præcipuè
cum ſermo habetur de his indicationibus, quæ à
ſolis proficiſcuntur affectibus. Hæc Galenus. Sed
dicet ille: Quid tum? quorſum hæc? Dico hãc fuiſ-
ſe conſuetudinem illis antiquiſsimis auctoribus,
vt nõ omnia omnibus permiſceãt & confundant,
ſed in ſua vnaquæque loca digerant & diſtinguãt,
& potiſsimùm Hipp. qui quantùm potuit, exquiſi- B
tę ſemper ſtuduit breuitati. Vnde cùm erat illis ſer
mo futurus de quopiam affectu particulari, eas e-
tiam perſeqnebatur indicationes ſemper ferè, quæ
affectum illum particulatim ſequerentur, quibus
ſi quando, vt ſæpiſsimè fieri conſueuit, aliæ etiam,
quæ aliundè exorirentur indicationes, iungeren-
tur, quarum non parua eſſet Medico habenda ra-
tio, eas ſeorſum, & vbi magis videbatur rei natura
poſtulare, pertractare conſueuerunt, quales ſunt
indicationes quę à toto prodeunt, vel ab impellen C
tibus particulis, ſimiliter quæ à viribus, & quæ ab
ætate, regione, anni tempore, & aliæ, quæ cum his
in eodem ſunt ordine: quæ, etſi non ſtatim ab ipſo
morboſo affectu originẽ habent, tamen illum con
comitantur ſæpiſsimè, & quandoque eam vim ha-
bent, vt Medici operam totam ferè ad ſe conuer-
tant. Attamen cùm eas indicationes docent, quæ
in ſolis affectibus exiſtunt, illas iſtis non integini-
ſcent, ſed relinquunt quaſi notas, & aliàs alibi ex-
plicatas: de his autem egit Hippocrates iu libro de D
Succis, in libro de Aere, aqua & regionibus, in li-
bris etiam Epidemiorum. Quamobrem, ne videa-
mur extra propoſitũ diuertiſſe, dicimus hoc idem
ſeruatum fuiſſe in libris de Victu in morbis acutis,
vbi particulatim de pleuritide agit, & quibuſdam
alijs morbis. Ibi enim curare docet pleuritim ra-
tione accepta ab illis tantummodò indicationib⁹,
quæ à pleuritide proficiſcuntur, quatenus pleuri-
tis eſt. Duo enim in nomine vel ratione pleuriti-
dis comprehenſa ſunt: affectus ipſe, qui plegmone E
vel inflammatio eſt: & locus affectus, qui inflam-
matio eſt membranæ coſtis hærentis interiùs. Et
ideò ſtatim duæ etiã indicationes primæ exoriun-
tur: qualitas ſiquidem ipſius affectus, qualitatem
remedij indicat. Inflammatio enim, cùm fiat ex ſan
guinis multitudine in eo loco comprehẽſi, ex pro-
pria ratione ſanguinis euacuationem indicat: lo-
cus verò affectus, vnde ſit euacuandum, demon-
ſtrãt, quia, vt ſæpè ex Gal. ſententia diximus, faci-
limè & commodiſsimè per loca proxima & aſſinia F
ſit euãcuatio. Vnde ſi has tantummodò indicatio-
nes reſpexerimus, dicemus, proprium & peculiare
remedium pleuritidis eſſe, vt ſanguis mittatur, &
cùm dolor aſſcẽdit, è vena cubiti, qui ex eodem la-
tere inflammatum locum reſpicit. Verùm non ſo-
lùm res iſtæ ſeſe ſtatim offerũt Medico perpenden
dæ, ſed multæ aliæ, quæ non ſunt ita pleuritidi pe-
culiares, ſed communes morbis pluribus ſaltem, ſi
non omnibus, quæ proprias præ ſe ferunt iudica-
tiones, quę etiam ſæpiſsimè vim eam habent, vt lo- G
cum præripiant proprijs indicationibus pleuriti-
dis, quales ſunt illæ, quas paulò ſuperiùs numera-
uimus, inter alias autem, quæ à toto prodeunt, vel
ab aliqua alia particula, cùm cauſa inflammatio-
nis aut à toto, vel à quapiam alia particula impel-

A litur. Quare indicationum vt plurimùm ordo ille
eſt, vt, quę ſunt morbi propriæ & peculiares maxi-
mè tum vigeãt, cùm morbus factus eſt, quia aliun-
dè non pendent. Cùm verò ſit, quoniam cauſæ ge-
nerationis maximè alinndè pendent, vtpotè cum
aliundè originem habeant, ideò tunc vis maior eſt
earum indicationnm, quæ ab alijs partibus depro-
muntur, in quibus cauſæ primæ inflammationum
reſident. Vnde hoc reſpiciens Gal. 13. lib. Meth. di-
xit, communis omnium inflammationum ſcopus
B eſt euacuatio: verùm in his, quæ fiunt adhuc, ante
euacuationem cohibendus eſt ſanguis, ne fluat ad
inflammatum locũ, qood facilè fiet, ſi cauſas illiua
nacti fuerimus, quę duplices ſunt: quia aliquando
ex ipſa laborante particula habẽt ortum, aliquan-
do ex alia, vel ex alijs: & reliqua. Quibus verbis do
cet, quo modo, via & ordine hæc ipſa pertractanda
ſint, multaq; de reuulſioue differit, à quibus tandẽ
expeditus, ad alia tranſiturus hæc ait: Itaq; ad pro-
prios ſolius inflammationis ſermones accedamus:
C quibus indicat apertè ea, quæ dixerat, nõ eſſe pro-
pria & peculiaria phlegmonæ. Sed hoc etiam aper
tiùs 4. einſdem operis lib. colligere poteris, vbi de
ratione medendi rheumaticis vlceribus agit, &
poſteaq̃ multa de reuulſionis & deriuationis ra-
tiune, cæteriſq; rationibus, quibus huiuſcemodi vl
cera curãda ſunt, ègit, in huiuſmodi antẽ omnibus
ſemper memineris, ait, non eſſe has curandi ratio-
nes vlceris, qua vlcus eſt, ſed vel multitudinis, vel
malitiæ ſuccorum, quæ ſimul cũ vlcere ſunt. His er
D go in hũc modum perpenſis, ni fallor, facilimè re-
ſponderi poteſt, & Briſſoto & Curtio, nihil his au-
ctoritatibus effici contra communẽ Medicorum
conſuetudinẽ, vt à principio ſtatim plenritidis ve-
na quæpiam in loco oppoſito dolenti particulę ſe-
cetur, puta in cnbito cõtrariæ partis, vel in tibijs in
eodẽ latere. Quia Hipp. theoremata ea exponit in
hoc lib. quæ ab illis indicationibus colligũtur, quę
ſequũtur particulatim, ipſam pleuritim, quatenus
plenritis, omiſsia alijs, vel omninò, vel magna ex
E parte, quæ cõmunes ſunt indicationes, & aliundè
naſcuntur, q̃ à ꝑpria & determinata ratione pleu-
ritidis: quia de illis alio loco ſcriptũ eſt ab eodem
Hipp. Pro ratione aũt indicationum mouetur Me-
dicus, vt opem ferat homini laborãti. Indicationes
verò, quæ ſunt pleuritidi, quatenus pleuritis, maxi
mè vigent, cùm morbus factus eſt, & materia, vel
omninò, vel maxima ex parte influxit. aliæ verò, q̃
vel totum reſpiciunt, vel impellẽtes particulas, vel
omninò cauſas inflammationis, ſtatim à primis ini
F tijs morbi præualent, cùm morbus fit, & materia,
quę eſt inflammationis cauſa, impulſa in locũ mor
boſum fertur. Vnde cùm illæ ſint propriæ & pecu-
liares indicationes, iſtæ communes, ratio aũtẽ cu-
iuſcunq; artis vel ſcientiæ conſtet ex qnadam de-
terminatione communium ꝑ propria, vt ſuperiùs
ex ipſomet Gal. oſtendimus: ideò, etſi cõmunium
indicationum non meminerit hoc loco Galen. vel
Hipp. attamen illæ non ſunt negligendæ, ſed ma-
xima illarum ratio eſt habenda. Et ꝙ res ita ſe hã-
G beat, & Hipp. eas ſolùm explicauerit indicationes,
quæ propriæ ſunt, & vigent, cùm vel iam factus eſt
morbus, & ſanguis iam influxit, a quo orta eſt in-
flammatio, vel ſaltẽ circunſtantes & vicinas occu-
pauit partes, poſſumus facilè ex verbis Hip. & Gal.
inuicẽ collatis oſtendere. Si. n. ea omnia ſigillatim
perpen-

perpendamus, videbimus ſcopum eſſe Hippocra-
tis in ea parte, vt materiæ tantù collectæ in inflam-
mato loco vicinisque illi partibus, & morbo facto
ſuccurrat, non autem dum fit, & ſanguis impelli-
tur. Sed præſtabit forſitan, vt prius quibuſdam re-
ſpondeamus obiectionibus, quibus credit ipſe re-
probari poſſe hác noſtram reſponſionē, ad quam-
cunque ſanè partem medicinæ id ſpectet, ſeu Pro-
phylacticen, ſeu Therapeuticen, Hippoc. non mo-
dò factæ pleuritidis, ſed & incipientia, & dum fit,
vel materia fluit, curationem tradere: quod per ar-
gumentum à ſimili oſtendere nititur. In alijs enim
omnibus ferè morbis, inquit, de quibus ille in hoc
de Victu acutorum morborū libro meminit, om-
nes indicationes proſequitur, tam quæ à fluente
materia oriuntur, quàm eas, quę à fluxa: vt puta in
angina primùm venam humeralem ſecari præci-
pit, quę cauſas inflammationis, & prima illius exor
dia reſpicit, demùm venas ſub lingua, quæ deflu-
xam materiam, & morbum factum. Dum etiam cu
ram febris pertractat, ea omnia docet, quę à primis
ſtatim exordijs vſq; ad finem poſſunt congruere.
Sed & in aphoriſ. non modò ea remedia explicat,
quæ parti exactæ morborum curatrici, ſed etiam
quæ præuiſioni poſsint conuenire, ſicut aphor. 31.
Dolores oculorum meri potio ſoluit, & 5. etiam
Aphor. aphor. 67. Dolente capitis parte poſteriore
vena in fronte recta inciſa ſanat. Nos verò reſpon-
demus, quòd ſi Galeno credimus, quartus de Vi-
ctu acut. morb. nō eſt inter legitimos Hippocratis
libros omninò recenſendus: multa enim ibidem
leguntur, quę à Gal. non recipiuntur, quemadmo-
dum eſt ea ſentētia, quam Curtius quoq; citat, vbi
voluit pharmacum ſoluens eſſe quarta die propi-
nandum. Cùm etiam de vena pleuriticis ſecanda
agit, Gal. inquit, id ibi eſſe additum, quod fuerat in
legitima parte prætermiſſum, quaſi ea legitima nō
ſit. Sed & partem eam, vbi de angina agit, Gal. ex-
ponēs, nunquam Hippocratem nomine appellat,
quod frequentiſsimè alibi facit, ſed ait auctorem, q
hæc conſcripſit: quaſi incertum ſit, cuius liber ille
fuerit. Non negamus autem eſſe quædam ibi, quæ
ſapiant Hippoc. vt etiam Gal. teſtatur: ſed dicimus
veram illam & exactam Hipp. ſcribendi & docen-
di methodum, quæ in legitimis Hipp. libris, qui ad
editionem ab eo elaborati ſunt, conſpicitur, in eo
deſiderari, & ideò nihil mirum, ſi in illo diuerſum
quippiam à veris & legitimis Hipp. libris reperia-
tur, ſicut in quibuſdam alijs, quos tanquam com-
mentationes quaſdam ad memoriam ſibi potiùs,
q̃ alijs, fuerat commentus. Alioquin enim ſi velle-
mus ad vnguem omnia perpendere, inuenire poſ-
ſemus locos, vnde non leuia argumenta deprome
re liceret ad corroborationē partium noſtrarum,
qualis eſt, vbi auctor ille, quicunq; fuerit, textu 18.
conſulit, vt in inflammationibus pręcordiorum, &
eorundem tenſione, doloribusq; tum iecoris & lie
nis, tum partium quæ ſupra præcordia ſunt, vtpu-
ta pectoris, nunquā à purgatione pharmacum in-
cipiendum eſſe ante ſanguinis miſsionem, ſed ſem
per primùm oportere venā ſecari. hoc enim & me-
diocritatem, ait ille, & ſecuritatem præſtare: quem
locum exponens Gal. inquit: Catalogus eſt mor-
borum, qui primùm quidem miſsione ſanguinis,
demū expurgatione etiam egent: & in fine ſequen
tis Commentarij, in his, inquit, ſymptomatis, de

A quibus nunc etiam agit, rectè quidem cenſet priùs
eſſe accedendum ad ſecandam venam, cùm ſucci
aliqui praui confluunt ad aliquam partē, & ibi col-
liguntur: & paulò pòſt in vniuerſa hac ſermonis ſe
rie hoc conſulit, priùs eſſe venam ſecandam, dein-
de verò pharmacum dandum. Quæ ſi vera ſint, vt
ea vera putat Gal. & ſibi vbique Hipp. conſentiat,
quando cenſet pleuriticis eſſe peplion aut nigrum
veratrum exhibendum, ſi dolor ad præcordia de-
ſcenderit, ſupponit priùs fuiſſe venam ſectam, nec
B in cubito eiuſdem lateris: hoc enim magis, cùm do
lor ad furculam aſcendit, conuenit: ergo aliunde
in parte quapiam contraria: & ſi quo tempore hic
pharmacum prębet, eo ibi ſecat venam: &, cùm hic
pharmacum præbet, fuiſſe priùs venam in parte
quapiam contraria ſectam ſupponit: à pari ibi quo
que, cùm venam in eiuſdem lateris cubito ſecat, a-
liam fuiſſe priùs ſectam in parte alia ſupponit. Sed
in ſimilibus nos non facimus vim plurimam, qui
tanquam primario fundamēto innitimur antiquę
C medendi methodo, quæ à vera ratione indicatio-
num in morbis conſtituitur, vt Medici omnes ra-
tionales atteſtantur. Quę verò ex aphor. lib. depro
mantur, nullam habent vim maiorem, puta de o-
culorum doloribus: nos enim ea, quę diximus, ſen
timus eſſe vera, ſi ad ea reſpexerimus, quæ ſub cer-
ta medendi methodo, & certo ordine ab Hipp. lite
ris commiſſa ſunt. Vt autem in aphor. neq; metho-
dus ordinata ſeruata eſt, ſed ſelecta quædam me-
dicinæ theoremata hinc inde decerpta, in librum
D illum collata ſunt, vnde multa ibi, quæ in alijs e-
tiam libris habentur: ita illud theorema de oculo-
rum doloribus fuiſſe Hipp. empirica quadam po-
tiùs obſeruatione, credit Gal. quàm rationali me-
thodo deprehenſum. Aphoriſmus quoq; 67. lib. 5.
nobis potiùs q̃ illi fauet. Nam nos quoq; theorema
illud aphoriſticum, quo voluit dolorem partis po-
ſterioris capitis tolli per ſectionem venæ rectæ in
fronte, in eodem ordine cum hoc in 2. & 4. de Acu-
torum morborum victu ponimus, vbi pleuriticis,
E ſi dolor ad ſuperiora feratur, venam internam in
eiuſdem lateris cubito ſecari iubet, ſi verò ad præ-
cordia, ciendam aluum: vtriuſque enim eandem
cauſam Gal. refert, & eàdem expoſitionis formula
vtitur, cū & hìc & ibi has venas ſectas prodeſſe cen
ſeat, quia vim & reuellendi & euacuandi habeant.
Vnde, quemadmodum 6. Epidem. lib. & in lib. de
Venæ ſectione Galenus ait, remedium id in apho-
riſmis expoſitum, eſſe remedium locale & particu
lare, quod moliendum non ſit, niſi corpore non
F pleno, vel ſi plenum fuerit, priùs per venas brachij
exinaniendum eſſe, ne plus fortaſſe ex inferiori-
bus in caput trahatur, quàm per eam frontis ve-
nam ſectā poſsit à dolente loco, vel reuelli, vel eua-
cuari: ita & remedium hoc in pleuritide 2. de Vi-
ctus ratione, & 4. ab Hippoc. laudatum, approban-
dum eſſe cenſemus, vt tamē tanquam locale & par
ticulare recipiatur, corpore vacuo adminiſtrandū,
vel cùm aliunde priùs fuerit ſanguis detractus ad
communem vniuerſi corporis tū euacuationem,
G tum reuulſionem. Sed vnde diuertimus, redea-
deamus. Ait itaque Hippoc. Lateris dolor ſiue ſta-
tim inter initia fiat, ſiue poſteriùs, primū non erit à
re alienum experiri, an calidioribus fomētis poſsit
diſſolui. Gal. autem: Cenſet igitur ponendum eſſe
in primis remedijs, ad medendum vel leniendum

dolorem, auxilium per calefactoria, quæ ſolent cutem raram reddere commodamq́; ad diſflationes, & ſanguinẽ, qui in phlegmone eſt, attenuare & digerere. quòd ſi hæc fiant particulâ aliquâ ſanguinis ea ratione euacuata, minùs deinde affecta locá diſtenduntur, & ita minùs dolebunt. Statim ergò per prima remedia Hipp. ſi eius verba rectè expoſuit Galenus, id quod factum eſt, aggreditur: nititur ènim exuberantem ſanguinem in morboſo loco, qui ab eo diſtentus dolet, diſſoluere & diſflare. Sequitur deinde Hippocr. Quod ſi vi calidioris fomenti dolor non ſoluatur, non expedit vt diutiùs illi immoremur. Galenus verò: Quòd ſi ſanguis, q̃ in phlegmone eſt, non imminuatur, etiam ſi vaporoſus ſpiritus à calore gignatur, tunc euenit, vt dolor increſcat. Cauſa verò cur ſanguis nõ imminuatur ea eſt, quoniam corpus vniuerſum ſuccis abundat, & plus ad calefactam partem attrahitur, quàm diſſoluatur: eius enim naturæ ſunt calefactoria, vt non minùs è vicinis attrahant, quicquid ſuperflui in eis continetur, quàm id, quod contentum eſt in partibus, quibus adminiſtrantur, diſſoluát: quamobrem ſi calefactorijs dolor non cedit, corpus euacuare priùs opus eſt. Qua parte illud primùm eſt perpendendum: quòd, ſi in cauſa eſt corporis plenitudo, cur non modò non proſint, ſed obſint potiùs calidiora fomenta, manifeſtiſsimo poteſt eſſe argumento, Hippocr. docere curationem hoc loco pleuritidis, vbi nulla ſit manifeſta indicatio à plenitudine, vel totius, vel partium aliarũ. Quis enim eſt. vel mediocriter in re medica inſtructus, q̃ pleuritim curare inciperet calidis fomentis, ſi per ſigna aliqua conſpiciat adeſſe in corpore plenitudinem, quæ in indicando poſsit vim aliquam habere, quę, ſi negligatur, certiſsimè ſit obfutura. Vnde cùm Hippoc. Anaxionem Abderitam curandum ſuſcepit, cuius hiſtoriam retulit 3. Epid. lib. cœpitq́; curam eius à calidis fomentis, quibus dolor non ceſſit, tandem ſanguinẽ in octaua die miſit, etſi in eò aliqua forſitan eſſet ſuccorũ exuberantia, ob quam ex fomentis dolor non ceſsit, procul dubio tamen ea plenitudo adeò erat leuis, vt nullis conſpicuis ſignis perciperetur: alioquin enim Hipp. vel ignari Medici, vel improbi nomine eſſet notandus, qui vel ignoraret calida fomenta obeſſe pleno corpore: vel ſi hoc compertum haberet, his vteretur, quę certiſsimè obfutura cognoſceret. Vnde cùm fuerit, ſicut patet, ſi diligentiùs ea, quæ ab ipſo referuntur, perpendemus, circa ſextam diem accerſitus, potuit facilè iudicare, vel omninò, vel maxima ex parte, defluxiſſe ſanguinẽ ad locũ affectum, cumq́; non adeſſent ſigna conſpicua, monſtrantia adeſſe quampiam plenitudinem, ideò venam in cubito in octaua ſecuit, & meo quidẽ iudicio in latere eodem. Maior enim vis erat indicationis, quæ á defluxa materia tum in locum affectum, tum in vicinas & circumſtantes partes, q̃ quæ à totius plenitudine ſumitur. Cùm enim, quæ erat à totius plenitudine, leuis eſſet, & longè minor, q̃ illa, quæ à plenitudine partis inflãmatæ, optimè poterat vena eiuſdem lateris ſatisfacere, quæ prius & magis locum inflammatũ euacuaret, deinde verò etiam totum ipſum. Sed redeamus ad locum in 2. de Vict. acut. morb. vbi hæc profert Hipp. ſed ſi dolor iugulum pertingit, aut grauitas fuerit in brachio, vel circa mammillam, vel partes ſupra præcordia, præſtat

A ſecare interiorem venam cubiti. Gal. autem exponens inquit: Euacuationem facit iuxta propenſionem & inclinationẽ ſucci, ex quo fit phlegmone. Quòd enim p̃ eam partẽ, in quam propenſa ſunt, ducenda ſint, ſi per ea loca ferantur, per quæ ferri expedit, veriſsimum eſt. Si his addiderimus, q̃ duplex eſt motus ſanguinis in morbo pleuritico: alter quo defertur ad locum inflammationis, & eſt illius cauſa, álter quo vis excretoria particulę inflammatæ, aggrauata & ſtimulata à multitudine delati **B** ſanguinis, nititur repellere in alium locũ vicinum ſaltem, ſi non remotum, partẽ illius aliquam: Motus quidem primus, ſi intercipiatur, prohibemus quo minùs fiat inflãmatio: Motum verò ſecundũ ſi iuuerimus, factam inflammationem curabimus. Intercipietur autẽ primus, ſi procul & in contrarium reuellendo euacuauerimus: ſecundum verò adiuuabimus, ſi p̃ eundem locum, vel vicinum deducẽdo euacuauerimus. Vnde ſatis liquet, q̃, cùm Hipp. iubet ſecari venã in cubito lateris eiuſdem, **C** ea ratione, quia p̃ eam partem euacuandus eſt ſanguis, per quam à natura impelli cæpit, vt Gal. exponit, ſólùm reſpicit id, quod delapſum eſt ad phlegmonem, & ad partẽ morbi, quæ facta eſt, non autem id, quod aliunde impellitur, & ad partem, quę fit: quia id, quod defertur & impellitur ad inflammatum locum, tantum abeſt vt eò ducendum ſit, quò ferri cæpit, vt potiùs eius motui ſit renitendũ, & is in contrarium trahendus. Nám hoc Hipp. prę- cipit 6. Epid. lib. Commentariorum verò Gal. lib. **D** 2. Hipp. quidem cùm inquit: Si, in quam partẽ non oporteat, próperẽt, reuellere, ſed ſi, quò expediat, ferantur, his opus eſt aperire, ſecundum q̃ vnumquodq́; pronum eſt. Gal. verò ita ait: Didiciſti iam & de his, q̃ ducenda quidem ſunt quò maximè inclinant, ſi p̃ conuenientes regiones ferantur, auertenda autem & reuellenda, quæ rectè propenſionem nõ habent. Sed interim lege etiam Gal. in lib. de Venæ ſect. contra Eraſiſtratum, vbi huius loci meminit: Audio, inquit, Hipp. talia conſulentem; **E** quæ iudicátur, aut iudicata ſunt integrè, nihil medicamentis innouare, aut alijs irritamentis, ſed dimittere. Hoc præceptum tibi ſit, cùm natura integrè mouet. Et aliud deinde hoc ſequitur: Cùm natura ad iudicium quidem inſurgit, ſed nõn mouet quantum opus ſit, hortatur ad adiuuandũ: Quæ ducenda ſunt, inquit, quà parte maximè proni ſunt, ſi per conuenientes regiones ferantur, ducenda ſunt, quia illa nititur quidẽ, quòd ill[is] moleſtũ eſt expellere, ſed propter imbecillitatẽ nõ poteſt **F** omninò, & ideò nobis eget adiutoribus. Et ob id pleuriticos maximè p̃ eas partes euacuat, in quas pronus ſuccus èſt: alioquin enim, q̃d ſibi vult, q̃d ille ait: Si dolor quidem ad clauẽ peruenit, aut grauitas in brachio. & reliqua. & hoc perpẽde, quòd ſi huiuſcemodi ſectio; quæ fit ab interna vena in cubito, ab eo theoremate aphoriſtico pendet, cuius 2. etiam de Victu acut. morb. meminit, cuius tempus eſt, quando natura criſim tentat, nec integrè peragit, quomodo negandum ſit eam potiùs mo- **G** liendam, cùm influxit ſuccus, & morbus factus eſt ex Hipp. ſententia. Sed ad propoſitum locum in 2. de Vict. acut. morb. redeamus. Poſt ea, quæ nuper citauimus, non multùm, hæc ſcribit Gal. venam ſecare oportet in cubito, quæ vim habeat celeriter & magis euacuare, & retrahere ſanguinem ab affecto loco.

loco. Et rectè quidem dixit grauedinem ſentiri circa brachium, non autem dolorem, quia grauitas, vt quæ ex plenitudine ortum habeat, indicio eſt ſanguinem ibi colligi, & eò vergere: nam ex ſolo etiam conſenſu tẽſiones fieri ſolent: partes enim quę in phlegmone continuæ ſunt, diſtenduntur, quãuis nulla ſit in eis ſanguinis multitudo: quo loco perſpicuè docet Gal. ſcopum eo loco eſſe ſanguinẽ delatum euacuare, non autem, qui defertur, ſiſtere, vel aliò reuellere. Sed euidentiùs hoc idem indicat Hippocr. cùm ait, nec timendum eſt plurimum detrahere, donec vel rubicundior multo fluxerit, vel pro puro liuens. Et Galen. limites euacuationis ponit ipſe coloris mutationem: quare reſtat, vt etiam de hoc dicamus. Itaque ob caloris exceſſum ſanguis, qui in phlegmone eſt, colore mutatur, qui verò eſt in aliis partibus, impermutatus ferè permanet: vnde ſi ſanguis, qui per corpus vniuerſum fuerit diſperſus, pituitoſus ſit, qui in phlegmonoſa parte eſt, rubicundior efficitur, ſed ſi rubicundus ſit, à calore exuſtus in nigrum mutabitur, in mutatione autem, quæ fit ex rubeo in nigrum, liuens color intercidit. Quare hæc coloris tranſmutatio ſignũ fuerit idoneum ad monſtrandum deſumtũ fuiſſe ſanguinẽ ex inflammata particula. Ex his mihi videtur res eſſe adeò euidẽs, vt nulla vlteriori egeat expoſitione. Verùm, quia multis his forſitan non acquieſcũt, huic loco ex ſecundo de victu acutorum morborum iungemus locum alium ex Hippocr. & Galen. primo libro eiuſdem acceptum, vbi ſic ait Hippoc. Dolore lateris continuè permanente, qui calidioribus fomentis non remittatur, nec ſputum reddatur, imò imputridum lenteſcat, niſi priùs vel aluum mollieris, vel ſectâ venâ, dolorem lenieris, horum verò id feceris, quod expedire magis viſum fuerit, & deinde ptiſanam illi dederis, qui ſeſe hoc modo habeat, veloces mortes ſuperueniunt, vbi Galen. Meminiſſe oportet, inquit, quòd ſermonem de pleuritide feceram gratia exempli, quam fieri oſtendimus ab inflammatione membranæ tegentis coſtas. Itaque, ſi quis ptiſanam obtulerit, quo tẽpore inflammatio in vigore eſt, plurimùm oberit homini laboranti: cognoſces autẽ eſſe in vigore, ex dolore continuo, & præterea, quia fomẽtis calidis nõ remittatur. Et paulò poſt inquit: igitur, ſi ægrotus in hoc ſtatu fuerit conſtitutus, & antequam ſoluatur dolor, vel ſectâ venâ, vel aluum ciendo, tu hominem interfeceris: & quibuſdam deinde interpoſitis ſubiungit, nunc abſolutè meminit ſectionis venæ, & purgationis, quæ per aluum fit, ſed poſtea vtriuſq; vſum determinabit. Ecce ergo luce clarius teſte Gal. in 2. & 4. de vict. morb. acutorum, ſcopũ Hippoc. eſſe pleuritim curare per proprias indicationes, quæ vigent maximè, cùm materia fluxa eſt, & morbus factus eſt, & ad vigorem ſeu ſtatum perductus, non autem, cùm fit, & per eas indicationes, quæ in primis morbi initiis vigent. Non me autem latet, aliquos vidiſſe & penſitaſſe hunc locũ, à quo etiam argumenta depromſerunt cõtra ſuos aduerſarios, ac expoſuiſſe etiam hoc modo, quòd per vigorem Galen. intelligit non vigorem qui à cocta materia rationem habet, ſed vigorem ſymptomatum, & rectè quidem, meo iudicio, expoſuerunt: eos enim arbitror delirare, qui credũt voluiſſe Hippocrat. eſſe ſecandam venam cùm vigor morbi adeſt, qui coctionem materiæ ſequitur. Verùm per

A talem expoſitionem nihil detrahitur ex argumenti robore: quomodo enim cumque vigorem acceperis, ſemper cùm morbus ad vigorem deductus eſt, materia fluxit, & tumor factus eſt, vel inflammatio. Vnde cùm hi, qui rationem docent curandi inflammationes, aiunt, inter initia inflammationis ſolis eſſe repellentibus vtendum, in augmento illis eſſe permiſcendum diſſoluentia, cùm verò vigor adeſt, ſolis eſſe diſſoluẽtibus inſiſtendum, ea ratio-
B ne, quia in principio defluat materia tumorem facture, quæ indicat obſiſtendum, ne fiat tumor, repulsâ materiâ à loco tumoris vi medicamentorum repellentium, in augmento partim defluat, partim defluxa ſit, id verò, quod defluxum eſt diſſoluentibus ſoluitur, cùm vigor adeſt, omnino influxerit; & ideò locus eſt ſolis diſſoluentibus: illos, etiam manifeſtum eſt, temporum morbi diſtinctionem, non eam accipere, quæ pendeat à materiæ concoctione, ſed motu decurrentis ſucci, qui morbum
C efficit, vel à ratione ſymptomatum etiam. Cùm enim materia coqui cœpit, frigida medicamenta, qualia ſunt repellentia & adſtringentia, contraria ſunt, & concoctionem impediunt. Quocunque ergo modo vigorem acceperis, cùm viget inflammatio, ſiue vi ſymptomatum, ſiue vi coctionis materiæ, morbus factus eſt & materia defluxa eſt. Ex quibus deinde colligi poteſt hæc concluſio, quòd vena ſecanda eſt, in eiuſdem lateris cubito, in coſtali morbo iuxta Hippoc. & Gal. dogma, cùm fluxa
D materia eſt, & cùm facta eſt inflammatio, non autẽ, cùm eſt principium inflammationis. Principium verò non tantùm intellexerim ante materiæ manifeſtam concoctionem, ſed antequam etiam impulſa materia, magna ex parte ſit recepta in inflammato loco. Hoc enim tempore præſtat venam quampiam ſecare, quæ ſit in parte contraria per longitudinem, vel per latitudinem. Quia verò Curtius, ex commentariis Galen. in ſecundo de victus ratione in acutis morbis, multa colligit, quib. probaſſe cre-
E dit, ſemper, quamuis morbus fuerit in principio, & corpus plenum, venam eſſe ſecandam, quæ in cubito eſt eiuſdem lateris, ideò videndum etiam, ſi quid roboris habeant eius rationes, ad id confirmandum. Primum autem illius fundamentum innititur modo, quo phlegmone gignitur: fit enim dum ſucci ad venas & arterias primum inflammationi circunſtantes impelluntur, & in ipſam deinde inflammationem: quo ſuppoſito, ab his, qui ad fluxam materiam confugiunt, cùm venam ex eo-
F dem latere ſecandam præcipitur, quærit, eam ne intelligant, quę circunſtantes venas influxit, an potiùs eam, quæ in phlegmonẽ delapſa eſt. Nos huic quæſtioni reſpondemus, vtráq;, quia nullam indicandi rationem variat hæc, vel illa, dum recens eſt. Quia, ſi ad primam & cõmunem indicandi rationẽ reſpiciamus, cùm & hæc & illa repletionem impoetent, euacuationem indicant: cumq; iam ambæ defluxæ ſint in malè affectum membrum, licet nõ penitùs in eandem partem, quo ad euacuandi cõmu-
G nem modum, indicant deriuandum: vnde aũt euacuãdum ſit, ſitus & plaſma membri indicat, in quo inſurgit tumor phlegmonoſus. Itaque cùm indicationes non uarient, vtriuſq; dixerim ego eſſe vnã & eandem rationem. Cùm vero ait, igitur in principio erit ſecãda vena in eodem latere, cùm inter inflammationis initia iam defluxerit materia in cir-

cumſtantes venas & arterias: hoc ego non negauerim: non tamen propterea crediderim conſici, quia ratione defluētis ſucci à partibus aliis ad circumſtantes venas & arterias, vt aliò ſcilicet eius impetus conuertatur, ſit priùs vel è latere oppoſito, vel è tibiis detrahendus ſanguis. Nec aliquid etiam obſtare puto, quin hoc & illud inter morbi initia poſſint adminiſtrari, quemadmodum & ipſi quandoq; ex eodem latere bis ſanguinem mitti conſulunt in ipſo etiam morbi exordio, neq; hoc aſſe in- B terdictum ab Hippoc. putauerim. Cùm autem ad materiam defluxam in phlegmonem conuerſus, quærit, num eam crudam, vel concoctam velit euacuari: crudam opinor. Sed cùm infert, ergo inter initia, quia concordes Galen. & Hippocr. in libro aphoriſmorum primo aphor. 23. & 25. & 2. aphoriſ. 29. prædicant, ſi quid in acutis morbis ſit mouendum purgantibus medicamentis, id eſſe agendum tantummodo inter morbi principia, cùm verò viget, potiùs eſſe quieſcendum. Mea quidem ſenten- C tia, etſi ratio prima facie videatur efficax, ex hoc tamen fundamento nō minores videntur Curtium anguſtiæ premere, ſi voluerit prorſus Hippoc. conſentire. Conceſſo enim eo, quòd in principio morbi velit Hippoc. aluum purgari, cùm dolor deſcendit ad præcordia: conſtat autem Hippocr. purgatoria pharmaca in principiis admiſiſſe cùm turget morbus, vnde Galen. libro ſecundo commentariorum in ſextum Epidem. locum illum Hippocr. exponens: vbi Græcè ait, τὰ ὀργῶντα φαρμακεύειν, &c. ita D inquit, quando tempus in quo euacuandum eſt apertè indicat, quia vel inter initia ante morbi coctionem, quando ſcilicet turget, & vis quæ animalia regit, ſuccos excernere properat, vel poſt concoctionem noxiorū ſuccorum: nam & hoc ipſe prius in aphoriſm. docuerat: Quare neceſſe eſt etiam ſateri, ſemper pleuritim, ſaltem in qua dolor deſcendit, ex materia turgēte pendere, quod alienum eſt, ab Hippocratica do[ctri]na: rarò enim, dixit ipſe Hip- E pocrates, in acutis morbis turget materia, & ideò rarò pharmacis in principio purgandum eſt. ipſe autem viderit, quomodo ſit ſoluendus hic nodus. Sed ad dubitationem, quam habere videtur ratio illius, nos hoc modo reſpondemus, quòd, ſi tempora inflammationis ea ratione accipiantur, qua coctionem materiæ reſpiciunt, in pleuritide, cùm vigor adeſt, neq; venam ſecanda, nec quicquam medicamentis purgatoriis mouendum eſt, ſed nec in augmento cùm coquitur, quia motus concoctioni contrarius eſt, vt Galen. docet in commentariis in F quartum librum de victu morborum acutorum, ſed in principio antequam videatur manifeſtè materia coqui. Verùm in hoc principio, ſi non ſemper ſæpiſſimè ſaltem, & præcipuè in morbis rheumaticis, tria continentur tempora, ſi ſymptomata reſpexerimus, & motum defluctis ſucci, principium, augmentum, & vigor. Quæ quidem tria tempora etſi conſtituant vnum principium vniuerſale, quantū ad concoctionem materiæ, tamen, ſi inuicem comparentur, non ſunt vnius & eiuſdem conditionis G & naturæ: quod maximè inde patet, quia in illis continuè aliæ & aliæ vigent indicationes, quæ aliā & aliam expoſcunt remediorum rationem. Dum enim incipit defluere ſanguis, indicationes illę maximam vim habēt, quæ indicant motum eſſe intercipiendum, cauſis remotis, quæ ad motum excitāt,

vel aliò auertendum: cùm verò continuò magis fluit, vt partim fluat, partim fluxerit, mixtas etiam oportet eſſe rationes indicationum & remediorū, vt partim reſpiciāt id, quod influit & fit, partim id, quod influxit & factum eſt: cùm verò omninò vel magna ex parte fluxit, ea ſola ratio relucet, quæ fluxam materiam & morbum factum reſpicit. Et hoc quidem tempore ſcopus eſt, vt citiſſimè & maximè euacuetur ægrotans particula, ſed in principio dum fluit adhuc, vt euacuentur partes illæ, vnde defluit, & occaſio auferatur, cur defluat. Et ideò, ſi neceſſaria ſit in his morbis ſectio venæ, ea in principio, cùm fluxus incipit, in parte quapiam oppoſita ſecanda eſt, vt partim eo pacto ſubtrahatur occaſio impellendi, partim aliò conuertatur impetus irruentis ſanguinis: cùm verò maxima ex parte aut omnino fluxit, ea ſecanda eſt, qua facilimè poſſit euacuari id, quod iam influxit, qualis eſt vena, quæ in cubito eſt eiuſdem lateris. Vt tamen hæc omnia fiant in principio, in quo nulla adhuc videantur ſigna manifeſtæ alicuius concoctionis: non autem in eadem iſtius principij parte, quia in prima illius parte locus eſt reuelleationibus euacuationibus, & quæ maximè pertingant impellentes particulas, in poſtrema, quæ maximè morboſum locum, & defluxā materiam: cùm verò ſigna manifeſta viſa fuerint indicantia materiā coqui, nullo pacto mouendum eſt, ſed quieſcēdum. Dicimus etiam ad id, quod Curtius afferebat, vt probaret, cùm deſcendit dolor, eſſe ſtatim à principio euacuandum ſoluente pharmaco, quia tunc mouentur ſucci: nam cùm ſtabiles ſunt, & loco vbi hærent, mouēdi medicamentis non ſunt, ſed concoquendi: & pari modo, ſi ſecanda vena in principio ſecanda eſt: Dicimus, inquam, quòd in morbis duplex eſt motus materiæ, quæ cauſa eſt morbi, vt paulò etiam ſuperiùs expoſuimus, primus, quo vel à toto, vel ab alia quadam parte propulſa fertur in locum morbidum, alter, quo pars illa, in quam defertur, eodem aggrauata & irritata, vel multitudine, vel mala qualitate materiæ illius, nititur illam repellere ad partes alias, vel vicinas, vel remotas, & ſi poteſt omninò repellere, ipſa libera euadit, ſi autem omninò non poteſt, inde fit, vt dolor pertingat partes etiam eas, in quas dirigitur propulſus ſanguis, vt iugulum, vel brachium, cùm inflammatio inſedit ſuperiori thoracis parti, illam verò vel præcordia, cùm inferiori: &, vt diximus, primus motus indicat eſſa reuellendum, ſecundus per eam partem, in quā vergit, euacuandum. Cùm ergo deſcendit dolor, purgamus medicamentis, & materia mouetur non eo motu, quo fertur in locum inflammationis: quia cùm motum illum reſpicimus, non per eam partem, in quā propenſus ſanguis eſt, purgamus, imò per cōtrariam: ſed eo motu, quo defluxam materiam membrum repellit, quam ſi poſſet omnino repellere, liberum euaderet, & ideò adiuuādus eſt is motus, & per eum locum deducendus ſanguis eſt, in quē ſponte propenſus eſt: facilimè enim eo modo ducetur. Quare concludendo dicimus, quòd, cùm deſcendit dolor, purgamus ea, quę purganda ſunt antequam ſigantur. tunc enim renititur vis excretoria: quæ ſi non poſſit omninò repellere, deinde incipit coquere, & parare, vt facilius poſtea expulſioni obediant, & tunc incipit morbi augmentum, quantum ſpectat ad concoctionem materiæ, & tempus id eſt, in quo

dixit

dixit Galen. non eſſa muuendos ſucecos, ſed co-
quendus: dum verò repellere nititur, nihil prohi-
bet, quin muueamus ſectâ venâ, val purgante pbar
maco, nec tamen limites principij excedimus, niſi
cùm natura uun muuat ampliùs, ſed coctioni dat
operam, & eu tempore nihil muuendum eſt. Secú-
dum etiam argumentum non erit valde ſolutu dif-
ficile, quo probat illud aſſe dogma Hippocraticū,
vt ſtatim à principio, quamuis corpus fuerit ple-
num, ſit vena in eodem latere ſecanda, quia calidis
fomentis nou conferentibus venam ſecari præci-
pit: quæ nou conferunt propterea, quia corpus pla
num eſt, & materia deſluit, & boc idem paulò pòſt
confirmat ex aphor. 31. lib. 7. Reſpondemus autem,
quòd nemo eſt adeò damens, qui credat Hippocr.
conſuluiſſe, vt cùm ea fuerit curpuris planitudo,
quæ ſe ſtatim à principiu euidentibus ſignis Medi
co cognuſcendam ufferat, calidis fomentis tente-
mus, an poſsit doior ſolui, qui nouerit optimè ea
non puſſa nun uucere. Et uun ſolùm Hippo. talem
curationem nuxiam eſſe cognuuit, ſed etiam Gal.
qui 2. lib. ad Glauc. prædicauit inimiciſsimum eſſe
rheumaticis tumuribus locum fouere calidis madi
camentis, vtputa aqua calida, vsl oleo, vel ſimilib.
quod repetit 3. libro artis medicinalis, & 13. matho-
di medendi. Quare ſi non aiio, ſaltem hoc argumē-
tu perſuaderi debuiſſent hi, ne ita malè ſentirant
de Hippocrate, qui à principio inflammatiunis vo-
luerit, cùm corpus plenum fuerit, eſſe vtendum fo
mentis calidis, quæ locum non habent, niſi cū nul-
lus timur eſt, ne aliunde materia trahatur. Dicim⁹
ergo, q; facta phlegmone, & materia defluxa, ſi præ
terea aliqua adſit curpuris plenitudo, ea tamen le-
uis & exigua eſt. neque enim multa poteſt eſſa, cū
ſignis euidentibus ante vſum calidiorum fomēto-
rum nuu comprehendatur à Medicu: ſed tantùm
experimentu ſumto à lædentibus & iuuantib. co-
gnuſcitur: atq; etiam iliius indicatio, etſi aliquam
vim babeat, eam tameu ieuem & imbecillā habat.
Indicatiu verò eo tempore defluxæ materiæ valida
eſt & furtis, & ideò vena, quæ in cubito eſt ex eodē
latere, maximè quidem & primùm ſatisfacit mate-
riæ defluxæ, & laboranti particulæ, poſtea varò ea
ratiune, qua vndecunq; mittatur ſanguis, ea tandē
euacuatiu tutum pertingit, ſatisfacit etiam leui illi
totius planitudini, quæ cùm leuis ſit, nō eſt timor,
ne materia ad locum phlegmones trabatur, ſicut
quaudo planitudu maior eſt, & ea de cauſa non eſt
etiā opus tauta auerſiune. Si verò ſacāda aſſet vena
aute daſiuxā materiā, putiùs in oppoſitu latere, quā
in eodē eſſet ſecāda, q; a reuulſiu magis eſſet neceſſa
ria, & fortiur et á eſſet indicatio ab impellēte parti-
cula emanās & à tutius plenitudiue, q̄ à recipiente
& inflammata. Quud puteſt etiam Galen. verbis
oſtendi, qui ub hauc prærugatiuam laudat ſecari
vauam, quæ ſit in cubito eiuſdem lateris, quia celer
rimè & maximè à locu affectu euacuat, atque hoc
ipſum maximè in morbis acutis quærimus. Si er-
go hoc quærimus præcipuè in acutis morbis, ma-
ximè eo tempure quærimus, cùm res illæ maximè
vigent, à quibus indicationes exoriuntur. quæ e
uacuationem loci affecti expoſcunt: maximè verū
expoſcunt, cùm maximè repletus eſt: & maximè re
pletus eſt, cùm defluxit materia. Ergo locus venæ
in cubito ab eodem latere ſecandæ maximè aſt;
quando materia defluxa eſt: ſed à principio dum

A deflaara incipit, quærendum potiùs eſt, vt fluxui
& cauſis defluxus ubſiſtamus, vt ſæpiùs dictum
eſt. Vnde ratiu, quæ huic fundamento innititur,
quia ſcilicet primum remedium ab Hippocrat. in-
iunctum, eſt fomentum, quu non conferente, ſta-
tim venam ſecandam ax eodem latere præcipit, vt
voluerit Hippoc. quòd primò vena ſecanda illa ſit,
quæ eſt in eodem latere, facilè puterit in ſuū auto-
ram returqueri. Noluit Hippocrat. ſicut nec Medi-
B cus aliquis, qui ſapiat, dum defluit materia, vnquā
fomenta calida adminiſtrari, vt oſtendimus, ſi li-
quidò cuuſtat adeſſe corporis plenitudiuem cun-
ſpicuam. ergu docet in præſenti curare pleuritim
iu corpure, iu quu nulla ſit indicatio manifeſta ple-
nitudinis & fluxus anidentis. vbi nun mudù con-
cedimus uuu eſſe incipiendum poſt fomenta à ve-
ua in uppoſitu latere, ſed ſæpè prætermittendam
etiam illam, quæ ex eodem latere fiat; nam quan-
duque poteſt ſolis fomentis locus exinauiri, ſi ma-
C teria multa non ſit: quandoque, vt docuit Alexan-
der Trallianus, cucurbitulis luco affixis. Et Gale-
nus quoque cum Hippocrat. tertio libro commau-
tariorum in ſextum Epidemiorum, vuluit nūuun-
quam in pleuritide nullum aſſe mittandum ſan-
guinem, quo etiam locu narrat hiſtoriam cuiuſ-
dam, qui cum dubiu procul pleuriticus eſſet, illi
nec venam incidit, nec aliuquiu ſanguinem miſit;
ſed aliis remediis pleuriticis peculiaribus vſus ad
ſanitatem perduxit. Quamubrem, cùm alia ſit cu-
D randi ratio, vbi curpus plenum eſt & defluit mate-
ria, alia, cùm uulla alia viget indicatio, quā ea quæ
tum ab affectu, tum à locu affecto prodit, non erāt
illis ex hoc loco petendæ auturitates, vt reiiciatur
ſectiu venæ in oppuſitu latere, vbi eas ſolùm iudica
tiones perſequitur, quæ à pleuritide, vt pleuritis
aſt, urtum babent. Nec vim etiam maiuram habet
id, quod ex ſexto aphuriſmurum libru, aphuriſm.
22. productum eſt: neque enim de ratioue curaudi
doloris durſi agit, niſi per eas indicatiunes, quæ ab
E ipſu affectu, & loco etiam dolente dapromendæ
ſunt. Vnda nūn per reuuiſiunem, quæ in contrari-
um, quàm feratur cauſa duluris, retrahit, ſiue iam
audiatur contrarietas ratiune mutus, ſeu rationa
membri in quod mouetur, imò per eam partem, in
quam vergit, & à natura propellitur, vacuat, vt di-
ximus. Vnde nos etiam dicimus, quòd in pleuritī-
de, quandu nulla aliunde exſurgit indicatiu prę̨ter
quàm à loco dolente, & ab eo, qui illic cundolet, pu-
ta iateris & brachij, cùm dolor aſſcendit, eſſe ſtatim
F pungendam venam in eodem latere, qua citiſsimè
& facilimè puteſt, & locus dolens, atque etiam cō-
duleos euacuari. Verùm, cū tāta eſt corporis reple
tio, vt timeatur, ne ſucci plus decurrat ad affectum
locum, quàm ab eo ſectā venā, laburanti parti pro-
xima, detrabatur, non illa ſecanda eſt, ſed aliá in lo-
cis contrariis & remotioribus. Sed, & quod poſtre-
mò adductum eſt, aut nullius eſt, aut minimi cuiuſ
dam momenti. Non enim phlebotomia modò in
eodem iatere, quæ ſtatim fomentis ſuccedit iuxta
G præceptum Hippocratis, puſt aliquot dies non-
nunquam differenda eſt, vtputa, dum corpus cun-
ſpicuè plenum eſt. & viget fluxiu, ſed ipſum etiam
fomentum interdum, quouſque tutum inaniatur;
& fluxus intercipiatur: quo tempora euacuationi
reuulſoriæ in primis inſiſtendum, qua ſimul cor-
pus inaniatur, & fluxus intercipiatur. Quid ſi di-

xeris,floxus poerum illum oculis laborantem,cuios meminit Gal. in lib. de mittendi ſanguinis methodo,plorimis diebus infeſtauit,facilè eſt reſpondere:id enim euenit, qoia Madici priores nullom adhibebant ſtudiom,vt defluentes ſuccos refrenarent: quòd ſi ſtatim inter initia huic rei ſtudoiſſent, breui fuiſſet interceptos, ſicuti breui & faciliſmè à Galano effectum eſt. Vnde hoc idem argumẽtum probaret fomeuta, dooec acceſsiones tertianis ſimiles conſpiciuotor,non eſſe adminiſtranda, cùm acceſsiones fiant ex nooo materiæ defluxo,defluẽte verò materia,fomenta ſuſpecta ſint, imó coofer re non poſsint:Hippocrat.taman initium curæ aſſe voloit à fomentis Locus etiam qoem ex Hippocrat.citat.6.Epidemior.ſaxta.ſectione, tantum abeſt vt putem illis fauere,vt potiùs aduerſari videatur,ſi tamen quicquam habet, qood ad hoc negotium atsineat: quia, ſi verba ita ſimpliciter audiantur,vt leguntur,nihilqoe præterea ſubintalligator, oibil in eis iooenias,quod vel pru hac, vel pro illa parta quippiam faciat. Ait enim Hippocrat. quòd remedia dolorum ſunt,proximi ventris purgatio, ventris ſangolnis inciſio,hoc eſt,venæ ſectio, vſtio, ſectio,& reliqua : vbi niſi aliquid ſubaudias, nihil ex hoc loco reportabis, niſi ſecare venam ſæpè remedium affert doloribus. Quæ verò,& qoomodo, & qoando ſecanda ſit, ne meminit qoidem. Noui quid raſponſuri ſint illi,qui Curtio ſunt addicti: illud idem eſſe ſubaudieodom in venæ ſectione, qđ in purgatione expreſſum eſt: proximom enim ventrem purgare dicit Hippoc.ita etiam aodias proximom ventrem ſanguinis, hoc eſt proximam venã ſecare.Eſto, na oimis æquo videamor eſſe proterui,hoc illis condonemus, intallexiſſe Hippocrat. proximam venam : ſad eos deinde rogatua velim, ne tantùm corticam verborum iotueantur, verùm ad medullam etiam ſenſus penetrent. Nos itaqua ſigillatim omnia perpendamos,& primùm, quando purgare ventrem proximom expediat, non diſcedentes tamen à Gal.veſtigiis: nam etſi eius cõmentatio motila ſit ea parta,non deſunt tamẽ quędam,qoæ poſsint nobis aliqoid luminis afferre ad huios loci intelligentiam. Ait enim, dum particularibus exemplis id,quod io vniuerſom docet Hippocr.explicat: Si ſucci mordaces in inteſtinis contineantur,ea quæ detergant primùm iniicimos,pota,aquam molſam,& ſoccum ptiſanæ, qoæ vbi excreta fuerit,ea adminiſtramus, qoæ leniant morſus: & qoibuſdam interpoſitis,addit,quód,ſi illi io ſuperiori veotre fuerint, maximè veró circa os ipſius,ad vomitum prouocabimus hæc Galen.Sed videamos qoid Palladius commentatione loci eiuſdem proferat: nos aotem græca illius verba afferemus,in Latinis tamen commentariis quãtumlibet barbaris, quæ ſub nomine Ioanois Alexandrini adita ſunt ea fuſiùs & dearticulatiùs explicãtur:quare vtraque nus aſſcribemus Itaque Palladius Græcè ſic ait: εἰ γὰρ ἀδύνατον διὰ τῆς ... μένειν τὸ ἰσχνοφάνες κοιλίης. Ὅτι δὲ οἱ πρόσθεν κοιλίην ἔστι μάλιστα τῶν σπλάγχνων τοῦ παντὸς σώματος. καὶ οἱ μὲν ποιότητι λυποῦνται καθαίρωμεν, οἱ δὲ ποσότητι φλεβοτομοῦμεν. ἀλλ᾽ Ἱπποκράτης τι οὖν καὶ τὸν τόπον ἐπανομῆ, δι᾽ οὗ δέον ποιεῖσθαι τὴν κάθαρσιν· φησὶ γὰρ διὰ τῆς ἐγγυτάτω κοιλίας (κοιλίαν δὲ καλεῖ πᾶσαν κοιλότητα) ... ὥσπερ ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων τὸν πλευριτικὸν φλεβοτομεῖν διὰ τὴν κοινωνίαν τῷ μορίῳ τὴν μασχάλην διαβαίνουσαν. ἔξεστι δὲ καθολικὸν τὸν λόγον λαβεῖν· ἐγκέφαλον γὰρ κενο-

A οῦν διὰ ὑπερῴου καὶ μυκτήρων, θώρακα δὲ διὰ βηχός. hoc eſt, igitur ſi dolorem volueris curare, memineris regulæ Hippocratis : qoód,inquam,ratio in primis habenda ſit totios corporis,quia ſi illi ſit qualitas moleſta,porgabimos.ſi veró quantitas,ſecabimus venam: Sed & locum tibi munſtrat, per quem expediat porgationem moliri:inqoit enim, per proximom ventram, (& ventrem,omnem appellat cõcaoitatem) atque iubet quàm proximum euacua-
B re,quemadmodum in lib. de victu acutorum morborom pleuritico venam ſectorus, eam quæ per axillas tranſit ob ipſius particolæ communionem ſecat:tibi veró licet eam rationem vniuerſalem accipere: nam cerebrum euacuato per palatom nareſqoe,pectus autem per toſsim. Ea veró latina commeutaria, quæ ſob Alexandrini nomioe circumferuotur, vt diximus, hæc eadem copioſiùs, etſi barbarè admodum, explicãt in huuc modum. Si corpos patiens eſt,aot à qoalitate materiæ pati-
C tur,aut à quantitate,aot ab vtroque,& ſiqoidem à qoantitate,debemos phlebotomare,ſi verò à qualitate,porgare,ſi ab vtroqoe,phlebotomare & purgare. Sed inueſtigemus modum phlebotomiæ : ſiquidem enim ſuperuenit dulor capitis propter moltitudinem ſanguinis,tonc oportet ſcindera venam,quæ venit à moſcolis ſcapularũ: ſi verò pleuritica fuerit diſpoſitiu à multitudine ſanguinis,tũc illam,quæ eſt in aſcellis, ſicot dictum eſt in regimine acutorum:ſi veró oephretica diſpoſitio ſit,tunc
D incide vanam. quæ eſt in tibia : io mulierlbus veró ſi retentio mẽſtruorum ſit, tunc incide venam, qoæ eſt in nodo:& vniuerſaliter ſemper venas adiacentes incide: & hoc quidem ſi quantitas fuerit ſuperaboodans. Si verò qualitas, tunc porga,ſed tunc per conuenientia membra: varbi gratia,ſi eſt qualitas in inteſtiois,tũc per inferiora efficies purgationem,ſi verò io pectore,per tuſsim & ſputum, ſi in ore ſtomachi, per vomitos, ſi in reoibus, per dioretica & vniuerſaliter quæ dicta ſunt in apho-
E riſmis,qoò vtiqoe repit, per conuenientia loca fieri euacuationes,& reliqoa. Hæc ſi in cute tantummodò adſpicias,iudicabis ſtatim iſtorum dogmati faoere plurimùm,ſi veró intus,neceſſe eſt fatearis, aot eſſe falſiſsima, aot illis plurimũ adoerſari: oec alium in hac re teſtem præter Galen. citabimos. audi ergo qoid ipſe 13. methudi medendi ſcripſerit. Nec ſatis eſt,inquit,hoc ſolum iouenisse,quód euacuandum ſit,vt profitentur,qoi ſectam eam coiuslibet methodi expertem ſequuntur, uegligentes
F differentias affectarum particularum:nam nó modó ratio,verùm & experimentum monſtrat,alterã alteri parti competere euacuationẽ : vnde & qooſdam vidiſti,qui, dum incipereot ocolorum phlegmone teneri,ſola purgatione per aloum inferiorẽ ipſa eadem die curati ſunt.quod ſi quis tentare aoſus fuerit inter initia phlegmones iecoris,maximã excitabit phlegmonem: & pari etiam paſſu,ſi quis, dum renes aut veſica inflammari cœperint,ea propinauerit,qoæ cient lotium,aut muliebres menſes
G excitaoerit in vteri inflammatione. & pauló pòſt: Et eadem deinde ratione neqoe cùm aut veotriculus,aot inteſtina phlegmone laboraut, vti bis, quæ aluom deiiciaot expedit, eandem cum his indicationem habet vterus, ſicut pudenda cum lotij inſtrumentia. Et alia præterea molta in hanc ſententiam ibi ſcribit Galen. quæ toto, vt aiunt, cœlo cum ſupe-

ſuperioribus pugnare videntur: nec ea vnquam A
conciliabis niſi ab eodem Galen. occaſionem ibi-
dam acceperis, & dixeris, Hippocrat. 6. Epid. mor-
bum reſpicere, cùm nulla aliunde indicatio vrget,
præter eam, quæ eſt à laborante particula, & à ſuc-
cis in ea contentis: Galen. verò 13. methodo meden-
di de morbis & inflammationibus ſermonem habe-
re, dum fiunt, quo tempore non eſt per ventrem
proximum euacuandum, ſed remotum & contra-
rium: quia teſte ipſumet Gal. eodem loco, oportet B
quà longiſsimè à parte, cui fluxio moleſta eſſe cœ-
pit, exſuperantes ſuccos reuellere, non autem ad
ipſam attrahere. Quòd ſi res iſta hoc ſe habeat mo-
do, nobiſcum conſentiunt Galen. & Hippocr. non
autem cum illis: de his tamen poſteriùs etiam ali-
quem ſermonem ſumus habituri: nunc enim ad a-
lia properamus. Volumus enim diſcutere, verùm
ne ſit id, quod tanquam corollarium deriuat, Hip-
pocratem præferre deriuationem per venam ſectã
reuulſioni. In hoc enim ambiguitas eſt nõ exigua, C
cùm duplex poſsit eſſe huiuſce pronũciati ſenſus.
Quandoque enim poteſt intelligi, quòd nonnun-
quam Hippocrates neglecta & dimiſſa reuulſione,
quæ remotiores terminos motus reſpicit, ſola ſit
contentus deriuatione. Qui quidem ſenſus profe-
ctò verus eſt, imò, vt ſuperiùs etiam teſtati ſumus,
quandoque nec deriuatione etiam opus eſt, ſicut ſi
pleuritis lenis ſit, quæ nulla egeat ſanguinis miſsio
ne, vt oſtendimus paulò ſuperiùs ex Galeni ſenten
tia in fine tertij libri commentariorum in ſextum D
Epidemiorum. Sed hoc etiam Hippocrati conſo-
nat ſecundo de victu acutorum: neque enim pleu-
riticis venam ſecat, niſi cùm fomenta non iuuant,
quòd ſi iuuerint, illis contentus eſt. Is autem ſen-
ſus congruere minimè videtur eis, quæ ipſe pro-
fert ad corroborationem huiuſce corollarij, tum
ex Hippocrat. & Galeno, tum ex Auicenna, vt ex
ſimplici eorum lectione vnuſquiſque comprehen-
dere poterit. Secundus autem ſenſus eſt, con-
ſueuiſſe Hippocratem, quando vtraque expedire E
indicat, reuulſionem ſcilicet & deriuationem præ-
mittere. Nos verò, hoc eſſe falſiſsimũ, facilimè poſ-
ſumus oſtendere teſtimoniis Hippocrat. & Galen:
imò etiam Auicennæ: ſed illos volumus nobis eſſe
ſatis. Primùm itaque locum ex Hippocrate & Ga-
leno ſexto Epidemiorum & commentariorum in
eundem ſecundo citabimus, & eſt locus ſuperiùs
quoque à nobis citatus, vbi ait Hippocrates: Quæ
diſsimilia ſunt, ſi ſurſum delata repant, deorſum
ſoluere, & contraria etiam hæc. quem Galen. expo F
nens, ita inquit, diſsimiles appellari intelligamus
ſuccos, qui locis incongrui vel inepti ſunt, vt illi ſer-
mo hac parte ſit de prima affect⁹ generatione, qui
iubeat ſtatim ad contraria reuellere. Ecce ergo re-
uulſio remedium eſt, quod ſtatim à prima morbi
generatione adminiſtrandum eſt. Sed longè etiam
apertiùs Galen. hoc idem indicat quarto libro de
medendi methodo, vbi de rheumatico vlcere a-
gens, citato priùs Hippocrate in libro de ſuccis, ſic
ait: Quare nunc etiam ſi fluxio vehementer adhuc G
feratur, per contraria reuellemus: cùm verò deſie-
rit iam, atque in ipſa particula ſteterit, præſtabit de-
riuare. Quid apertius? Si dixerint hoc eſſe in ſanis
audiendum antequam malè ſint affecti, aut dum
fluxio nondum arripuit certam quampiam parti-
culam, facilè mendacij eos arguuntur? curat enim

A eo loco vlcus, cui fluxio iuncta impedimento ſit. Si
dicant Galenum ibi de venæ ſectione non agere,
ſed de euacuatione, quæ vi ſoluentium medicamẽ-
torum fit, nihil eſt: nam paulò infrà idem Galenus
inquirit, nunquid Hippocrates conſuluerit etiam
ſanguinem mittere in huiuſcemodi vlceribus, &
nonnullis interpoſitis, hęc tandem literis mandat:
Quòd ſi id quidem didicimus ab eo in vniuerſum,
quòd, dum fluxiones initium habent, reuellere ex-
B pediat, cùm verò reſederint in affecta particula, e-
uacuatio, vel ab affecto loco, vel quàm proximè
molienda eſt, in promtu nobis eſt, vt in præſentia
de ſanguine etiam mittendo ratiocinemur, quòd
inter initia hoc à remotis ſit agendum, demum ab
ipſa vlcerata parte. Poſſemus innumeras etiam Ga
leni autoritates ex decimotertio & decimoquarto
eiuſdem operis libro citare, & ſecundo etiam ad
Glauc. & alibi, vt ſemper reuulſionem primis mor
borum, præcipuè verò phlegmones initiis accom-
C modat, deriuationem propriè morbo facto, & ma-
teriæ iam defluxę. Quod verò ad Hippocratis auto
ritatem & Gal. 6. Epid. quam ipſe citat, attinet, ne-
ſcio quid ibi ille reperierit, quo poſsit probare Ga-
lenum aut Hippocratem ſenſiſſe, oportere Medi-
cũ pręmittere dum operatur, reuulſionem deriua-
tioni, cùm potiùs contrarium ſapere videatur. etſi
enim deriuare priùs dixerit, poſtea reuellere, tamẽ,
ſi etiam ibidem Gal. legeris, nihil aliud inde habue
ris, niſi, quòd incipit ibi docere modos, & quaſi nu
D merare, quibus vti ſolemus, cùm ſucci exuberant.
Nec vnquã inde elicies, quòd propterea, quia priùs
meminerit deriuationis, quàm reuulſionis, volue-
ſit in opere etiam Medici præmittendam, reuulſio
ni deriuationem: imò, ſi ſigillatim verba illius ob-
ſeruaueris, contrarium videbis: ait enim, cedentem
reuellere ſtatim. Statim ergo, cùm expedit, reuel-
lendum, & inter initia, nec differendum. Sed & au
ſim hoc dicere, quòd mihi videt̄ ille obaudire Ga-
leni ſententiam in ea commentatione: nam quid
E aliud voluit cum Hippocrate Galenus, niſi non eſ-
ſe omninò & perpetuò ab ipſo initio ad finem vſq;
inſiſtendum reuulſorijs auxilijs, verùm per quæ-
dam interualla, ita, vt cùm per ſpacium aliquod,
quantum tibi viſum fuerit expedire, reuulſeris, ali-
quàm etiam à reuulſione vaces, vt interim poſsint
vires membri affecti à reuulſione non diſtractæ, da
re operam, vt, ſi quid ſucci delatum fuerit in affe-
ctam partem, excernatur & excutiatur priùs, quã
ſibi firmam ſedem ibi paret, quia ſi ibi ſteterit, tum
F multitudine diſtendens, tum qualitate afficiens,
oberit. Contrà verò ſi locum dederis, vt priùs dela
ti ſucci excernãtur, & membrum labore liberabis,
& faciliùs illud reuulſoriis remediis iuuabitur, quia
non ampliùs vi doloris excitabit fluxionem ſucco
rum, vt in id ruant, & iterum deinde poteris reuul
ſione agere. Qua parte ſatis euidenter patet, nihil
ex hoc loco depromi, quod illi faueat. Quia verò
clara ſatis res hæc videtur, tranſeundum nobis eſt
ad concluſiones, per quatuor illa tempora diſcre-
G tas; è quarum numero duæ in primis mercentur,
mea quidem ſententia, vt in examen reuocentur,
ſecunda ſcilicet & tertia, vtpote quæ iuxta Comici
ſententiam, rimarum plenæ hàc illàc perfluere vi-
deantur: à ſecunda autem initium ſumamus. Ait
ille, cùm materia fluit, nondum tamen cœpit in ali
qua parte recepta ſtare, ſiue extra corpus fluat, vt

in pruſluoio ſaoguinis è naribus, & in alui fluxibus, ſiue iotra corpus feratur, nullas tamen adhuc ſedes hsbaat iu aliqua parta, ſed in eontiouò adhuc motu ſit, euacuaoda eſt per partem aliquam, vnda reuelli poſsit, hoc aſt, in contrarium, quàm priùs moueretur, coouerti. Ni me autam mea fallıt opioio, dubium admodum eſt ex vtraq; parte prouunciatum. Quod tameo ad eam partam, quæ fluxionem reſpieit, qua extra corpus ſueci excernuntur, videre poteſt vnuſquiſque, ſi falſum nō ſit, multas tamen pati anguſtias, cùm eūſtet liquidò apud Medicos, fluxum curari fluxu, & vomitum à vomitu tolli, dixit etiam 5. Therap. methodi Gsleu. cum Hippoc. in lib. de vulneribus, quòd fluxus ſanguiois à vulneribus ſæpè mirum io modum coofert: quare non omninò varum eſt, reuellaodum eſſe cùm ſucci moti axtra corpus feruntur. Sed hae parta relicta, (multa enim poſſuot hioc & inde producı) ad eam accedamus, quæ da materiæ fluxione, quæ Intra corpus fertur, oodum tameo alicubi figitur, luqoitur: etanim hæc longè maiores anguſtias patitur: quioimò ita abſolutè prolata, & falſa eſt, & ab Hippocr. & Galen. medicina plurimùm aliena, potiſsimumque ſi ad morbos acotos raferatur. Nam in acutis morbis cō iotar initia ſucei mobiles ſunt, nec voo cooſiſtuot loco, vt Galeo. 1. & 2. aphoriſ. expouit, turgere dicuntur, & indicaot ſtatim eſſe euacuandum, antequam aut labefactentur vires, aut febris augeatur, aut illi in priocipem aliquam partem dacumbaot: eitiſsimè verò & commodiſsimè euacoabuntur, ſi per eam partē id fiat, non per quam io contrarium coouertsntur, quaqua fluere cœperiot, ſed potiùs io qusm procliuas feruotur, vt potiùs ſecundum motū illorum trahamus, quàm contra eorum motū reuellamus, eò maximè, quòd impetus is delatorum ſuccorū fiat à vi axcreturia, vel totius, vel earum partium, quæ priocipes ſunt, irritata. Et huic rationi ſubſcripſiſſa videotur Galeous & Hippoerates primo aphoriſmorum, aphoriſ. vigeſimo, eùm air, quę ducēda ſunt, ea parta ducenda, io quam maximè oatura procliuis eſt, ſi per loca fiat commoda, & expedieotia. ducenda verò ſunt sut quæ mouētur ioter initia morbi, cùm nondum alicubı ſteterunt, aut quæ cocta ſunt, oec per criſim excernuotur. Vnde Galenum ſecundo libro commentariorum in ſextum Epid. in hanc ſententiā deſcēdiſſe putamus, eùm ait: Itaque inter initia, anteaquàm coct9 ſit morbus, cùm (vt ipſe inquit) turget, & natura, quæ animal regit, iocumbit vt ſuccos excernat, euacuare oportet, vel poſtea, quàm concocti ſunt: oam & ılle hoc docuit in sphoriſm. Nec tertia concluſio miooribus eſt obuoxia diſſicultatibus. Primùm enim mirum mihi, ne dixerim abſurdum, videtur, quòd velit ipſe, nollam penitùs differentiam eſſe, quantum ad Medicum attinet, qui ſsnguinem detracturus eſt in morbis defluxoriis, io quibus fluxiooam aut dolor, aut phlegmone concomitatur, ſiue materia defluens nuper ioitia morbi excitet, mioimeque ex parta fluxerit, maximà verò fluat, ſiua morbus oon modò iam inceperit, ſed plurimùm ſit adauctus, & prope vigorem iam peruenerit, maximaque ex parte fluxerit materia, & minimum ſit id, quod ampliùs fluit. Abſurdum autem videri poteſt, & à celebrioribus in medicina autoribus omoioò diſſentieos, quia eùm morbus, tum phlegmone in-

A ter initia dum ſit, duas habet partes, ſi modò illæ partes appallari poſſuot: id ſcilicat, quod iam factum eſt, & id, quod, vt aiunt luoiores, futurum eſt fieri: quod factum eſt, ab eo, quod fluxit, habet ſuam cooſiſtentiam: quod verò futurom aſt, ab eo, quod oondum effluxit, ſed vel fluit, vel aſt fluxurum: cuius ratio vniuerſa à cauſis defluxus petenda eſt. Quare, cùm inter initia morbi modicum ſit, quod defluxit, multum verò, quod B fluit aut fluxurum aſt, Galeoo teſta decimotertio methodi medendi, loogè eo tempore fortiores ſunt indicatiooes, quæ à fluente ſucco, quàm à fluxo trahuntur. Hæ verò Medici ſcopum ın primis ad fluxionis cauſas conuertunt, deinde autem ſecundo loco ad affectam partem & factum morbum: indicaot auim primùm abſciodandas cauſas. Ideò quærit primùm Medicus, vt aut totum, aut partes impellentes enacuet, & per eam quidem partem, qua & ille euacoari commodè poſsit, & io contra- C rium coouerti impetus irrueotis ſucci: ea verò erit huiſcemodi, ſi proxima, ſit & aſſinis impellenti, procul verò & in contrarium ſita laboranti & recipieuti, vt ſuperiùs etiam probaoimus. Vode ea euacuatio, qoæ locum affectum reſpicit, reuulſio eſt, de qua ſic locotus eſt Galenus decimoquarto libro methodi madeudi: Itaque cùm in priapiſmo præferendus ſit vomitoriorum vſus bis, quæ aluum deiiciuot, contrà varò in affectibus linguæ, ſatis cooſtat, quòd huiuſce rei indicatio ex parti- D culæ ſitu oaſcitur: reuulſio euim ıta ab Hippocrate appellata, non à ſubſtantia, ſed à ſitu membri, quod curaudum eſt, ſuam habet inueotionem. Cùm verò omnino, aut magna ex parte defluxere ſucci, & ad vigorem properat morbus: vt illæ iodicationes vim aſſumunt, quæ à ſucco, delapſo & recepto in affecta parta, exorioutur, ita aliæ laoguaſcunt, & tunc locus in primis aſt deriuatiooi. Et is aſt verus verborum Galeni ſenſus, niſi qois mente cęcutiat, cùm ait, eorum, quæ membrū aliquod E obſederunt, deriuatio medela eſt. Pruinde ſecuodò ſatis atiam liquidò conſtare poteſt, quàm id falſum ſit, quod ipſa deiode quaſi corollarium profert, non expadire, vt ioter morbi ioitia reuulſio admioiſtretur, quę prucol reuellat, propterea, quia ooo tantùm eo tempore retraheodum ſit, quātum ex affecta particula plus euacuaudom, quàm ex aliis. Hæc verò nec rationi conſooa ſuot, nec verbia Galeni, qui iu decimotertio methodi Therapeu. non ſemel ſed ſæpiùs repetit, eam reuulſionem iu F initio phlegmooæ eſſe moliendam, quæ procul adminiſtratur, & procol reuellit: [illegible] & poſtea etiā: [illegible]. Vode & lubrieo corollariū hoc nititur fundamento. Nam quî fieri poteſt, vt ioter initia pblegmones aliqua ſit iudicatio, quæ vim babeat plus ex sffecta partieola euacuandi, quàm ex aliis, ſi, vt autoritate Galani & ratiooe oſtendimus ſuperiùs, ooo pleoitudo recipiantis particulæ, ſed plenitudo totios G & partium propelientium præſtat fluxioni oecaſionem, vnde phlegmone ſua bsbet primordia, vnda etiā aogetur. Quare iocipiante phlegmone plus & priùs euacuandum eſt ex aliis, ex impelleotibos inquam partieulis, vt ſtatim ſubripıaıur oecaſio, ue illa augeatur, quàm ex affecta & recipieote: intercepta verò fluxioue, id quod influxit, aut de-

riua-

riuatione tollitur, aut euacuatione, quæ ex affecta parte ſtatim fit. Et rem hanc adeò lucidè expreſſit Galenus, vt mirum ſit, quomodo hi in re tam clara dormitauerint, cùm eodem decimotertio toties iam citato inquit: itaque ſumma & vniuerſum veluti momentum rationis curandi partes illas, quæ phlegmone laborant, conſiſtit in euacuando ſanguine, qui exuberat in inflãmata parte: quod quo intelligendum ſit modo, habebis, ſi aliquanto ſuperiùs legeris, vbi inquit: Communis quidem phlegmonarũ omnium ſcopus eſt euacuatio, ſed, dum adhuc fiunt, antequam euacuetur, prohibendum eſt, ne ſanguis ad inflammatam partem defluat, & id rectè fiet, ſi cauſam fluxionis fuerimus nacti, quę duplex eſt, &c. Ecce quàm paucis lucidiſsimè ea omnia complexus eſt, quæ nos probauimus, & explicuimus longiori oratione. Tranſeamus tandem ad loca decerpta ex diexodicis Galen. libris: itaque in primis illum teſtem citat 13. Therap. methodi, & in libello toties citato de venæ ſectione, & præterea in lib. 2. ad Glauc. vbique enim non modò præfert venæ ſectionem, ſi in eodem latere fiat, verùm & eam damnat, quæ fit in oppoſito, quod vel nullum, vel exiguum remedium præſtet: & hoc non ſolùm in pleuritide, ſed in omnibus viſcerum inflammationibus. Sed meo quidẽ iudicio, qui adeò pertinaciter illis inhærent autoritatibus, videntur oculis conniuentibus libros Galeni percurriſſe, neç illius methodum, morem, & ordinem animaduertiſſe: & ideò de hac re nobis ſunt nonnulla repetenda & explicãda. Methodus medẽdi ex ratione plurium indicationum diuerſarum, & ſæpè etiam contrariarum, conſtat: quare munus fuerit autoris, qui lucidiſsimè, quoad eius fieri poteſt, methodum hanc docere propoſuerit, ſequi præcepta Galeni tertio libro methodi Therapeut. vt ſcilicet indicationes illas vniuerſas diuidat & diſtinguat in ſuas differentias, non modò primas & communes, ſed vltimas etiam & proprias, & eas in eum ordinem, quem natura poſcit, digerat, & deinde ſeorſum & ſigillatim vniuſcuiuſque vires & rationem monſtret, & proprios ſcopos vel metas exponat, & poſtremò, quia plures ſæpe, & quandoque contrariæ, circa vnum eundemq́ue morbum verſantur, regulas aliquas conſtituat, quibus illas inuicem conferendo, poſsit Medicus in rectum opus dirigi. Quæ cùm ita ſe habeant, & cùm pleuritis inflammatio ſit membranæ illius, neceſſe eſt eam fieri à copia maiori ſanguinis, quam particulæ illi à natura debeatur, quæ copia maior prouenit ex defluxu aliũde, cuius cauſa ſita eſt vt plurimùm aut in quopiam alio membro, vel in toto, & quandoque etiam, vt ſuperiùs expoſitum eſt, in ipſo inflammato loco. Vnde tria ſunt, quæ ordine quodam ſe conſequũtur, fluor ſanguinis, plenitudo, affectus, vel membrum ipſum affectum, quæ omnia propriam habent indicationem. Fluor indicat eſſe intercipiendum motum, plenitudo, eſſe euacuandum, affecta particula locum indicat & modum, quo ſit euacuandum: præterea ex defluxu fit phlegmone, ex plenitudine verò & præſentia ſanguinis in loco affecto, eſt, ſuamq́ue habet, vel ſubſtantiam dixeris, vel ſubſiſtentiam. His hoc modo expoſitis, ſi in quæſtionem trahatur, vtrùm præſtet in pleuritide ſecare venam eiuſdem lateris an potiùs oppoſiti, non poteſt, meo quidem iudicio, aliter rectè reſpõ-

A deri, niſi priùs ille interrogatus fuerit, qui mouerit huiuſcemodi quæſtionem, quid potiùs ſibi proponat Medicus, cùm pleuriticum adit, an vt prohibeat ne fiat, vel augeatur morbus, (neque enim hæc admodum differunt quantum ad rationem operandi: quia eadem via, & eiſdem inſtrumentis, quibus cauemus, quominus fiat, eiſdem prouidemus, ne augeatur.) an potiùs præſentem ſoluat & curat; nam & hæc maximè differunt;
B & in his indicationes valde differentes deſeruiunt. Quia ſi velimus præſentem & factum morbum curare, ſtatim duæ inſurgunt indicationes: quarum prima ſuggerit eſſe euacuandum, cùm ſit morbus ex plenitudine: altera modum & locum docet, vnde ſit euacuandum, quem natura & ſitus particulæ morboſæ indicant: optimè namque & commodiſsimè fit euacuatio per partes affines proximasq́ue, & è directo. Quantum ergo ad eas indicationes, quæ à pleuritide ortum habent,
C quatenus pleuritis eſt, non autem quatenus fit, ratio medendi expoſcit, vt vena ſecetur eiuſdem lateris, quia ſi aliunde ſanguis hac de cauſa mittatur, vel nihil, vel parum, tardeq́ue proderit. Et hæ ſunt propriæ & peculiares indicationes pleuritidis: ideoque rectiſsimè Galenus has indicationes proſequens, quæ à præſente & facto morbo ortum habent, præcipit venas ſecandas proximas & directè locum morboſum reſpicientes. Quòd ſi potiùs oporteat occurrere & prohibere, ne morbus fiat, aut
D ne augeatur, aliò recurrendum eſt: inueſtigandæ enim ſunt cauſæ motus ſanguinis decurrentis ad morbidum locum, ab iis ſiquidem tota ferè vis indicandi nobis comperta fiet, quæ cauſæ præcipuè in partibus impellentibus ſitæ ſunt, & non in laborante & dolente. In hoc enim eodem libr. dixit Gal. quòd, etſi aliquando dolor cauſa ſit attrahendi ſanguinem ad inflammatum locum, & ea ratione prima occaſio à dolente loco profluat, tamẽ, quod totum eſt in phlegmone, ab aliis ſuperpoſitis partib.
E proficiſcitur: nam ſi aliæ partes priùs euacuentur, dolens locus vel nihil poterit attrahere, vel parum admodum. Quo fit deinde, vt, cùm omnes indicationes, quæ tunc vim habent, in impellentibus particulis ſitę ſint, ab his, non ab affecto loco, ratio omnis, cùm euacuationis, tum reuulſionis, petenda ſit. Vnde non eſt ampliùs quærendum, qua ratione maximè & celerrimè poſsit euacuari locus affectus, ſed partes impellentes, vt tamen conuertetur etiam in contrarium impetus ſanguinis irruentis,
F vel qui facilè irruere poſſet, vndecunq; periculum immineat. Sed ſi quis dixerit: quid ergo agendum, cùm partim fit, partim facta eſt phlegmone? facilis eſt reſponſio: illi enim indicationi potiùs inſeruiẽdum erit, quæ vim habet maiorem: ſtatim verò à principio, vt diximus ſuperiùs, vim habent maiorem indicationes, quæ vigent, cùm fit, quò autem vlteriùs procedit morbus, eò magis hebeſcunt hæ; & vim maiorem acquirunt illæ, quæ morbum factum vel præſentem concomitantur. Hæc ergo eſt
G Galenica doctrina in hoc libro loco ſæpiùs citato, cùm dixit, quòd communis omniũ inflammationum ſcopus eſt euacuatio. Ex quibus omnibus hæc colligo, vt, ſi quis dixerit pleuriim rectè curari ſectâ vena eiuſdem lateris, is optimè reſponderit: ſi verò addiderit, etiam ſi in principio ſit phlegmones, & totum plenum ſit, ſtatim à recta ratione aberret. Et

A tamen is qui facilè comprehẽditur à tangente, præcipuè verò circa pectus, intus verò maximè, & talea, vt videantur ægrotãtes vri, vt 1. comm. in 6. Endem. comm. 29. Ab aliis febribus verò hecticis ſimpliciter hæ peſtilentes differunt, quia hæ in maraſmum non tranſeunt ſicuti illæ. Quia vel moriuntur antea, citò enim interficiunt, vt ait Auicen. vel quia non ita ſunt ſiccitati coniunctæ, cùm ſoleant pleronque euenire in conſtitutione calida humida. Voluimus eſſe in his longiores, quia ſatis difficilia & à paucis rectè cognita ſunt. Veniamus ergo ad aliam differentiam à ſymptomatib. quæ interdum vim habent aliquam mutandi curationem. Dicimus ergo eſſe febrium peſtilentium aliquas, quæ ὑπογραφώδεις ab Hippocr. 6. Epidem. 1. ſæpiùs citato loco dicuntur, in quibus pomphyges, id eſt, papulæ floreſcunt, vel vt iuniores vocant, puſtulæ, ſummam cutim occupantes, quas in his noſtris regionibus Betecbias, quaſi maculas dicant, appellant, quæ deinde inter ſe magnitudine coloreque maximè differunt, & copia. Magnitudine quidem: nam aliquæ exiguæ admodum ſunt, vt videantur veluti puncta, quibus interſtincta ſit cutis, & vix diſcernuntur à vibicibus ſeu ſignis quæ relinquuntur in cute à punctura pulicum in æſtate, neque cutim aliquo ex parte attollunt. Aliæ ſunt aliquanto maiores, quæ cutim aliquantulum attollunt, atque ſunt ſimiles morbillis, quæ pueros apprehendere ſolẽt. Aliquas etiam maiores vidi, quę ferè ad variolarũ magnitudinem accedebant, vel paulò etiam minores erant, quæ præterea in ſumma parte ad ſuppurationem veniebant, quæ etiam præ cæteris mihi ſalubriores viſæ ſunt. Aliquas etiam vidi, quæ magnitudine folia roſarum æquabant, earum rubentium, atque eas colore imitabantur. Sed & quendam vidi peſtilenti febre laborare in ſimili peſtilenti conſtitutione, vbi tumoribus multis, cutim pluribus in locis occupantibus, tenebatur, & illis latis, maximis & obſcuriori quadam rubedine rubẽtibus. Qui quidem tumores tales erant, quales Galen. eryſipelata phlegmonoſa, vel potiùs phlegmonem eryſipelatoden appellat, & circum circa ſpacium quatuor digitorum occupabant: qui malè quidem habuit, euaſit tamen, & erat vir fortis admodum. Et magnitudine quidem hoc modo differunt. Colore autem, aliquæ veluti pallidæ ſunt, aliquæ rubeæ, ſed clara rubedine, aliæ rubræ obſcura & ſubſcente rubedine, aliquæ nigriores. Differunt præterea & copia, in aliquibus enim frequentes apparent & multæ, in aliquibus paucæ & raræ, aliquando perpetuò apparent, interdum apparentes mox deliteſcunt. Hæ ſunt papularum harum differentiæ. Alius verò peſtilentium febrium modus eſt, in quo non papulæ, ſed tumores magis, quales iuſtæ inflammationes vel potiùs ἀνθρακες à Græcis appellati, Carbunculi verò à Latinis. Qui quidem tumores etſi varias apprehendunt partes, maximè tamen adenas & glanduloſas carnes, quales ſunt poſt aures, in ſub aſellis & in inguinibus, vnde vulgares alicubi inguinarias appellant, mulieres Venetæ glandaſſam à glandibus, Arabes althoim, & in præſentia hanc propriè peſtem appellant. Tertius autem modus eſt, in quo nihil horũ apparet, ſed vniuerſa ea peſtilens materia, aut in his continetur, aut aliò propellitur per aluum, vel vrinam, aut aliam aliquam euacuationem. Hi ſunt tres modi vel

Hectica peſtilentis à ſimplici hectica differentia.

dæ vel differentiæ ab ipſis ſymptomatibus acceptę, vt Galen. dicere videtur 6. Epidem. t. Quod verò ita ſe hæc res habeat, & ipſa docet experientia, & ſi diu hanc artem tractabitis, ſępè id videbitis. Quod ſi teſtimonia etiam antiquorum deſideretis, primũ eſt locus Galen. citatus 1. comm. in 6. Epidem. 29. vbi differentiam febrium, quæ cum papulis ſunt, in peſtilentes refert, ibiq; Thucydidem teſtem affert. Sed & 3. in 1. Epidem. 26 Hippocrat. hiſtoriam Critonis, qui acutiſsimo & peſtilenti morbo correptus citiſsimè interiit, narrans, illi nigras papulas apparuiſſe teſtatur. Idem de atra bile 4. in ſermone de longa illa peſtilẽtia affirmat. Ait enim, quòd, quicunq; ab ea euaſere, aut alui profluuio, aut nigris obortis papulis per vniuerſum corpus liberati ſunt. Quod idem 5. Meth. cap. 2. affirmat. Sed q; interdum apparentes mox deliteſcant 2. comm. in 1. Epid. 36. docet Galen. & Hippocrat. Quòd verò & cum carbunculis graſſentur peſtilentes febres, indicat deſcriptio peſtilentis ſtatus apud Hippocrat. 3. lib. 3. commen. Galen. in 6. Epid. vbi ait, peſtilentes morbos, febrem ardentem, & carbunculos pleroſque interfeciſſe. Idem de peſtilentia, quæ Aſiam deuaſtauit, in libello de Anat. venarum & arteriarum cap. 3. & 4. Meth. 10. & 1. de differ. febr. 4. dixit. Præterea & quod abſque tumoribus his vel paruis vel multis, vel paucis vel magnis, vt ſunt Carbunculi, vidimus interdum. Sed & Galen. id teſtatur max. in lib. de Atra bile 4. vbi ait, quòd in longa illa peſte, quæ ſuis temporibus viguit, qui euaſere, plerunque excretis per aluum nigris excrementis liberati ſunt, qui verò eas non habuere deiectiones, his nigræ ſaltem per corpus vniuerſum extuberantes papulæ ſalutem attribuere. Videmus ergo cum his atque etiam ſine his hæc ſæpiſsimè accidere. Horum igitur hæc eſt hiſtoria: ſed diſtinctè procedendum & horum omnium rationem inueſtigemus, deinde ſigillatim de illo inquiſitio inſtituatur, communis itaque horum omnium ratio eſt, quòd hæc omnia à natura fiunt pugnante cum morbo & morbificis cauſis, omni ope conante putridos & malignos ſuccos, vnde ſummum illi periculum imminet, procul à principibus membris ad ignobiliora extrudere, & expugnare ſanguinem, qui in venis eſt. Hoc in variis locis teſtatur Galen. pręcipuè verò in lib. de atra bile cap. dicto & 3. commen. 2. 1. Epidem. 19. Rationem enim papularum, quæ Sileno die octauo apparuerunt, referens, ait, naturam morbo repugnantem ſuperfluitatem humorum ad cutem protrudere fuiſſe conatum. Poſſent & alia loca multa recitari, ſed in re adeò clara ſuperuacaneum eſſe puto. Porrò hoc probè conſtituto, poſſumus inde plura quaſi corollaria deducere. Primum quidem, quòd vtilis eſt hæc expulſio à natura facta, & ſemper non ſolùm accipienda, ſed etiam iuuanda & imitanda, quando ſcilicet à natura copioſa non fiat. Nam quamuis non ſemper liberet, ſemper tamen prodeſt. Semper autem operæ precium eſt imitari & adiuuare naturã in his, quæ vtiliter ab ea fiunt. Nam quòd ſemper eiuſmodi papularum expulſio fiat vtiliter, declarant loca illa duo Galen. de atra bile 4. Quòd in ſæua illa peſtilentia quicunque ſeruati ſunt, aut à copioſis alui deiectionibus nigris, aut ab expulſione multarum papularum nigrarum per corpus vniuerſum. Et tamen nigræ deiectiones aliis deteriores iudicantur.

A Nam 2. Epidem. 3. commen. 26. puſtulas nigras Critoni apparentes fuiſſe malignitatis excrementi iudicium ait Galen. Secundus locus citatus 1. Epid. 3. commen. 19. vbi morbus Sileni refert Hippocrat. Gal. verò ſymptomatis cauſam afferens ait: Quantum ad grauem morbum & ſæua ſymptomata pertinet, mors erat exſpectanda in nona, at quia natura, morbo repugnans, potuit ſuperfluitatem malorum humorũ ad cutem propellere, id in cauſa fuit, B cur in vndecima eius vita fuerit prorogata, alioqui enim niſi id 8. die eueniſſet, erat in nono moriturus. Sed & ratio id ſuadere poteſt. Omnis motus vitioſorũ humorum vtilis eſt, cùm ab internis viſceribus ad externas partes, à nobilioribus ad ignobiliora fit, imò tantam vim habet, vt morbum pernicioſum priùs in ſalubrem tranſmutet, vt Galen. lib. de conſtit. artis teſtatur. Sicuti contrà, ſi oppoſitum fiat. Deinde ſequitur etiam, quòd ſalubriores ſint, quando copioſi ſunt hi tumores ſeu car- C bunculi ſeu papulæ, quàm quando & pauci & rari. Quod indicare voluit Galen. loco paulò antè citato, vbi dixit, quòd illi in ea peſtilentia euaſere, in quibus multæ nigræ papulæ extuberauere, occupãtes vniuerſum corpus. Vnde in Critone, in quo papulæ nigræ toto pede cum tumore apparuere, & poſtea cępit delirare, natura, ait Galen. malos humores ad pedem à partibus principalibus deriuare molita eſt, quos cùm membrum illud vniuerſos capere non potuiſſet, ad caput recurrens delirium D excitauit. Sed & in peſtilentiis obſeruandum eſt, eos faciliùs à morbo euadere, qui pluribus tumoribus illis, quos Bubones Græci vocant, quàm qui ab vno apprehendantur: nam id vim expultricem validiorem demonſtrat. Sequitur tertiò, quæ apparentes mox deliteſcũt, omniũ peſsimæ ſunt. Quod Galen. declarauit 1. prorrh. commen. 1. circa finem, vbi ita inquit: Talium ſignorum deterrimum eſſe conſtat, nempe quæ tubercula vel puſtulæ ex imo ad cutim enata recurrunt, grauiſsima omnia exi- E ſtunt. Sudores etiam qui cœperunt, & ſtatim ceſſarunt praui ſunt, & reliqua eiuſmodi in eadem conditione ſunt. Videtur enim in his natura quidem fuiſſe excitata, vt prauos ſuccos excerneret, nequiuiſſet tamen ob imbecillitatem. Quod confirmat in 6. Epid. 2. commen. 38. Quæret fortaſſe hic aliquis, cur in aliquibus febribus peſtilentibus carbunculi magni potiſsimùm in adenoſis partibus fiant, vt ſuperiùs dixi, in aliquib. verò papulæ paruę & mul- F tæ per vniuerſam fermè cutim attollantur, interdũ minores, quæ potiùs maculæ quædam ſunt, quàm papulæ, vnde etiam colorum differentia oriatur. Huic quæſtioni reſpondeo, id ſequi & diuerſam conditionem humoris, & diuerſum etiam locum, in quo humores putridi & vitioſi congeſti ſint. Sẽper enim natura eam viam aggreditur, quæ illi facilior & magis commoda & expedita eſt, niſi alioqui impediatur. Succi enim qui continentur in venis minoribus, & per habitum totius corporis diſperſi, faciliùs in cutim, in modum aut ſudoris aut G papularum, à natura detruduntur, qui verò in vniuerſo corpore, atque adeò etiam in membris principalibus frequentiùs ad adenoſas partes & quæ emunctoria à recentioribus appellantur. Vnde videmus, q; plerunque in morbis capitis, ſi fiant ad aliquem abſceſſum terminandi, ad adenas poſt aures abſcedunt: qui verò in membris ſpiritualibus,

in loca axillarum,& qui in naturalibus ad inguina.
Cutis autem & glandulosæ partes imbecilliores
ſunt,& à natura factæ, vt ſuſcipiant aliorum nobi-
liorum excrementa. Et hæc quatenus ad locum.
Ex conditione verò humoris, quia qui ad cutim
expellendus eſt,neceſſe eſt vt à maioribus venis ad
minores,& tandem ad minimas perueniat, quæ an
guſtiſsimæ ſunt. Ideò ſi quis humor inſigniter ſit
craſſus, non poteſt illi per anguſtiſsimas vias eſſe
tranſitus, neque cutis, quæ denſior eſt, facilè illas
ſuſcipit, vnde faciliùs ad eroſas partes expellitur
quæ rariori ſunt ſubſtantia. Frequentiùs ergo in pe
ſtilentibus conſtitutionibus,vbi ſanguis vi aut pu-
trefactionis aut exuſtionis aut aſſationis , ex febre
ſcilicet ardente,vt de atra bile docet Galen.craſsior
euadit,vt iam in naturam atræ bilis vergat, carbun
culi extuberāt,præcipuè verò locis iam dictis. Vbi
verò tenuis humor ſit & veluti ichor,à quo natura
ſanguinem & alios humores expurgare velit,ad cu
tim propulſus,non poteſt ob ſuam tenuitatem cu-
tim in tumorem attollere. Quod ſi craſsior aliqua
pars propellatur,illā eleuat, magis vel minùs, pro
ratione maioris & minoris craſsitiei. Sed color, vt
ait Hippocr. humorum naturam indicat. Ruber e-
nim ſanguinem aut eius ichorem, luteus bilem, li-
uens exuſtionem incipientem , ater eam adustio-
nem,vt iam ad naturam atræ bilis vergat,vt & ma-
iorem malignitatem,indicat. Hæc de cauſis & diffe
rentiis,iam de ſignis aliquid dicamus. Maxima au-
tem ex parte illa enarrata ſunt , cùm & in quo con-
ueniant peſtilentium febrium primæ differentiæ,
& in quo differant,dixerimus,vnde tantùm per ca
pita iterum recenſebimus. Primum & præcipuum
erat calor exterior non vehemens, cùm tamen in-
ternus vrat,vt in peſtilentibus putridis : cuius ra-
tio eſt,quòd laborante corde, ſanguis & ſpiritus &
cum his calidiores vapores ad cor tanquam ad ar-
cem recurrunt interiùs: pulſus plerunque imbecil
lis 1.de diff.febrium 9.Eadem ratione 4. de præſ.
pulſ.11.ait Galen. affectus nonnulli ſtatim cor occu
pant,qui & facultatem proſternunt. Hoc ſecundū
ſumitur ab actione cordis læſa,primum verò ſume
batur à ſubſtantialiter inhærentib. His ſuccedunt
quæ ab exeunte mutato, in quibus papulæ aut car
bunculi. Similiter colliquatio,fœtor anhelitus, de-
iectiones plurimùm fœtentes,quæ inſignem & ma
lam oſtendunt putredinem, (vt ſæpiùs diximus)
vrinæ aliquando conturbatæ,quæ humorum ebul
litionem ſignificant , ab externo & putrido calore
in venis,rarefacientem & in flatum crudos & craſ-
ſiores humores conuertentem,vt in comment. A-
phor. Quibus vrinæ conturbatæ & veluti,&c.& in
comment. Epidem. docuit Galen. Interdum liuēs,
quod vſtionem ex vrente febre indicet , interdum
aquoſior,quod ſignum cruditatis & imbecillitatis
caloris natiui,cuius eſt officium concoquere. Alui
deiectiones interdum nigræ , vt in lib. de atra bile,
fœtidæ,colliquatiuę. Signum etiam maximum eſt,
& fermè quod fallere non poſsit,calor faucium , e-
ryſipelas. aut herpetem referens , & quæ à Græcis
ἄφθαι,ab Arabibus Alcola. & eſt vlcus ſordidum,al-
ba quadam ſorditie, ſimile ei quod mulieres no-
ſtrates ſungum appellant : quæ ex corrupto lacte
in infantibus ſuboriri ſolet. Hæc omnia ex putri-
dis & corruptis humoribus gignuntur, vt teſtatur
3.comment.in 3.Epidem 12. vbi ait: aphthæ puero-

A rum ora ſollicitant, ſi lac ſit acrimonia affectum, &
ſi prauus affluat humor, aphthæ cacocthes exori-
untur. Addidere Oribaſius , Paulus & Aetius ex
Ruffi ſententia delirium, bilioſos vomitus, præcor
dia tenſa. Sudores interdum multos , extremarum
partium refrigerationem,bilioſos fluxus & flatuo
ſos, vrinas aliquando aquoſas & tenues , aliquan-
do bilioſas, aliquando nigras & malas hypoſtaſes
habentes, deſtillationem ſanguinis ex naribus, an-
B xietatem in thorace, linguas aridas & torridas: quę
tamen neque ſemper, neque huic affectui tantum
peculiaria ſunt. Aggrediamur tandem methodum
curandi has febres, quæ præ aliis omnibus à nobis
deſiderari poteſt, ſubinde etiam de cuſtodia, ſeu, vt
iuniores dicunt , de præſeruatione aliquid dicen-
tes. Ex tribus verò illis inſtrumentis primùm age-
mus de medicamentis. Quia verò vniuerſa meden
di methodus his duabus abſoluitur indicationib9
præcipuis, altera quæ à natura affectus depromen
C da eſt, altera verò, quæ à natura ipſius affecti aut lo
ci, aut corporis: idcircò in curanda febre peſtilente
reſpicimus vel putridam febrem, aut quæ coniun-
ctam habet putredinem in corde. Sed cùm vniuer-
ſam methodum febres curandi (quā Gal. 11. Meth.
& 1. ad Glauc. tradit) repetere cogamur, id ſolum
in memoriam reuocandum, quod ſi aliqua ſit pro-
pria à febre indicatio, quatenus febris eſt, prior ta-
men procedere debet, quæ à putredine & putri hu
more depromitur , quæ duas habet partes, ſcilicet
D vt, quod putrefactū eſt, è corpore expellatur: (ſic-
ut ait 9. & 11. Meth.) quod verò putrefit vel putre-
faciendum eſt, ſiſtatur, & occaſiones, ne putrefiat,
arceantur. Expellitur verò quod putruit vel per v-
rinas, vel aluum, ſudores, & interdum per vomitū,
ſi ad ventriculum putridi fluant humores. Quæ ve
rò arcent & ſiſtunt putredinem , ſunt quæ cauſas
putrefactionis auferunt. Cauſæ verò putrefactio-
nis proximæ ſunt, naturalis quædam humiditas, ef
ficiens verò eſt calor externus , vt ſuperiùs dictum
E eſt : caloris externi proximæ cauſæ ſunt obſtructi-
ones. Antequam tamen obſtructiones aperiantur,
oportet vt ſi ſit corporis plenitudo, ſiue ſit ſanguis,
ſiue aliorum humorum aliquis, illa etiam tollatur,
vt eodem 10. cap. oſtendit Galen. Hæ omnes indica
tiones à morbo, vel à cauſis ſunt accipiendæ. A lo-
co autem affecto, cùm peſtilens febris (vt oſtēſum)
excitetur ex putredine in corde concepta ſcilicet
aut in humoribus, aut in aere , aut ex malo æquali
temperamento cordis, cor erit id membrum, quod
F maximè eſt cuſtodiendum. Cùm verò ſit præcipu-
um præ omnibus aliis, & eius operatio ſit maximè
animanti neceſſaria: (nam & vitales ſpiritus gene-
rat, temperamentum caloris naturalis cōſeruat &
tuetur) maximè requirit vt roboretur. Robur au-
tem illi vi adſtringentium medicamentorum ad-
ditur, vt ibid. Galen. declarat. Vnde nec aliam ra-
tionem habuit quam afferret , cùm in omnibus ie-
coris & ventriculi affectibus medicamenta aliqua,
quæ vim adſtringendi habeant , ſint commiſcenda
G aliis, quorum opus ſit in curandis ipſorum affecti-
bus. Quibus omnibus ita conſtitutis, optimè mihi
Auicenna loqui videtur, qui proprio capite de cu-
ra febr. peſtil. 4. can. Fen. 1. dixit, quòd ſumma & pri
mum curationis caput ſit exſiccatio. Atque ſi in
corpore fuerit ſanguinis plenitudo , initium cura-
tionis ſit venæ ſectio, ſiu aliorum humorū , ſit pur-
gatio.

Methodus curandi febres peſtilentes.

gatio. Et mihi quidem videtur, q; ab aliquibus im-
meritò damnetur Auicenna, imò videtur exquiſi-
tè Gal. imitari, atq; ab eo omnia & ab antiquis au-
ctoribus, Ruffo, Paulo, Aetio, Oribaſio aſſumſiſſe.
Nam 1. de Differ. febr. quomodo febribus peſtilen-
tibus occurrere ſolitus ſit, docet: Incipiente peſti-
lenti ſtatu (inquiens) quæcunq; corpora humida
aduertebamus, exiccabamus, quæ nō, in ſuo prio-
ri & naturali ſtatu conſeruabamus: ſed & quæ ex-
crementoſa erant, purgationibus curabamus, pro-
curabamus etiam, vt meatuum obſtructiones ape-
rirentur & detergerentur: Ecce ergo, quàm paucis
verbis omnia ſummatim complexus ſit Galenus,
& ipſum ſecutus Auicēna. Quatenus ergo ad me-
dicamenta; quæ vim reſiſtendi putrefactioni ha-
bent, ea eligenda, quæ exſiccant: quod ſi etiam re-
frigererent, hoc nomine indicationi quoq;, quæ à fe-
bre oritur aliqua ex parte ſatisfaciet. Frigus enim,
maximè ſi cum ſiccitate iunctum eſt, à putredine
præſeruat, vt 4. Meth. docet Ariſtot. & Galenus 1.
Temper. Quòd ſi in illis fuerit etiam aliqua vis ad-
ſtringens, optimè erit etiam obſeruata ea indica-
tio, quæ reſpicit membrum affectum: ita tamen vt
vim præterea maiorem habeat obſtructiones refe-
randi, craſſos & lentos humores attenuandi, inci-
dendi & detergendi, & vrinas ciendi. Vnde 6. Sim-
plicium, cap. de Plantagine, ait, quòd, quæ cum fri-
giditate adſtringunt, putredinibus maximè con-
traria ſunt. Optima ergo erunt, quæ ex aceto pa-
rantur & condiuntur, ſicut oxymel, ſyrup. aceto-
ſus, cichoriū & endiuia, acetoſa & omnia tandem
acida, quæ ſcilicet tenuium partium ſunt, & vim
attenuandi, incidendi & detergendi habent. Præ
omnibus autem acetoſus citri ſuccus, qui, præter
alias dotes huic negotio ſeruientes, alicuius eſt e-
tiam manifeſtæ adſtrictionis particeps: præterea
vim habet reſiſtendi venenis, vt & Vergil. cogno-
uiſſe videtur. Et ideò Auic. rectè quidem ſe geſsiſſe
videtur, qui in lib. de Viribus cordis, de oxalide ſer
mone inſtituto, eam quidē eſſe facultate ſimilem
ſucco citri, viribus tamen imbecilliorem ait. Cùm
careat enim adſtringente vi, neq; ita roborat, neq;
ita penetrat, atq; ita exſiccat. Vnde neq; audiendi
ſunt ſcioli quidam, qui ſibi nomē magni viri arro-
gant, ſi nitantur maiorū ſuorum dogmata optimè
conſtituta euertere, qui tamen etiam propriam vo
cem ignorāt, vt Ariſtotelis verbis vtar 1. de Gener.
Et aduertatis, quid huic medicamento opponant,
quòd nimirum adſtrictionem in illo manifeſtam
percipiant. Eſt n hoc, id & ego confirmo, & hac ra-
tione maximè laudandum puto; & quod ea quæ
adſtrictionem aliquam retinent, dummodò ſint e-
tiam partes multę tenuis ſubſtantiæ, aperientes &
tenuantes in eis, maximè congrua ſunt: Primò o-
ſtendam eorum auctoritate, deinde antiquorum
authorum & probatiſsimorum. Ipſi Scordio fre-
quenter vtuntur in malignis febribus, vt quod &
venenis reſiſtat & à putredine defendat. Et rectè
faciunt. In ipſo enim dixit Gal. in lib. 8. Simpl. eſſe
ὑπόστυφον, id eſt, aliquid acerbum, ſic & adſtringens,
quod de aceto quoq; dicere poterunt. Sed in aloe
non eſt vis adſtringens inſignis? Tamen Ruffus,
Aetius, Paulus, Oribaſius medicamētum ex aloe,
ammoniaco & myrrha laudibus in cœlum efferūt.
Similiter Arabes omnes pilulas ſeu catapotia Ruf-
fi appellata. Pręterea in morbis peſtilentibus nōn-

A ne Galenus, vbi de Theriaca loquitur, eam ſum-
moperè commendat, vbi plurima adſtringētia ta-
men ingrediuntur? Dicetis. Oſtende quòd in eo
ſucco ſit vis attenuans, aperiens, abſtergens & in-
cidens. Primùm experientia id apertiſsime oſten-
dam, quòd lotium & validè (vt omnes norunt) cal
culos in renibus atterit: quæ autem hanc vim ha-
bent, qualia ſint legere poteſtis apud Galenum &
alios auctores. Sed & communi ratione, qua om-
nes acidi fructus præditi ſunt, facilimè probatur.
B Gal. 2. de Facult. alim. 21. ait: Acida & acria ſuccos
craſſos incidunt. Et paulò pòſt: Acida cùm ſuccum
craſſum in ventre inuenerint, incidunt & ſubdu-
cunt. Et 5. Simpl. 26. Acida vim habent incidendi,
extenuādi, diuidendi, obſtructiones tollendi, pur-
gandi citra calfactionem. 4. etiam eiuſdem 4. Aci-
da frigiditas tenuium partium. & cap. 7. Acida in
alto magis agere apparet, auſtera autem in ſuper-
ficie. Et paulò anterius: Velox eſt acidorum ſapo-
rum tranſitus. Tranſeamus igitur, his expeditis, ad
C aliam partem, & videamus an ſecunda pars, quæ
ab Auicenna exponitur, ſit cum medendi metho-
do ab Hipp. & Gal. tradita conſentiens, vbi ait: Et
ſi ſanguinis fuerit plenitudo, vena ſecetur: Quod
à Ruffo acceptum eſt, cui Paulus lib. 2. & Aetius li-
bro 5. ſubſcribunt. Non parua enim inter Medicos
hac noſtra ætate dubitatio ſuborta eſt. Multi enim
ſanguinem mittere nec audēt, nec conſulunt: imò
vulgus, ſi cui ſit ſanguis miſſus & papulę poſtea ef-
floreſcant, actum eſſe iudicant de ægro. Rationes
D verò, quibus moti Medici ſanguinem mittere non
audent, præcipuè ſunt hæ: Primùm quia Medicus
ſemper naturam & eius motū ſequi debet, nec illi
repugnare, cùm ab interioribus ad exteriora ma-
teriam tranſmittat & à nobilioribus ad ignobilio-
ra. Hac ratione enim motus Hipp. volebat 2. Rat.
vict. Pleuriticis venam brachij in eodem latere ſe-
cari, dolore aſcendente, deſcendente verò purgari
corpus medicamento ſoluente, vt ibidem teſtatur
Galenus. At plerunque in febribus peſtilentibus
E niſi cùm ad aluum materia declinat, conſueuit na-
tura ad cutim mouere humores, vel ad glandulo-
ſas partes, per eas ergo erit euacuanda, nec ſectio-
ne venæ reuellenda. Præterea cùm in ſectione ve-
næ in primis requiratur, vt vires eam poſsint ad-
mittere, nec modò præſentes conſulendæ ſint, ſed
futuræ etiam æſtimandæ. Pueris enim nō, quia vi-
res deſint, ſanguinem non mittimus, ſed quia faci-
lè labi poſſunt, detracto ſanguine, cùm & colorem
multum habeant, & membra humida, à quibus co
F pioſa ſemper ſit diſſolutio & multa ſubſtantia de-
fluit, vt Gal. docet. In peſtilentibus autē citiſsimè
vires, vt, vbi de ſignis loquebamur, referentes cau-
ſam cur ſint pulſus imbecilles, diximus. Ideò in his
mox cauendum eſt à ſanguinis miſsione. Ad hanc
dubitationem ita reſpondendum cenſeo, quod in
peſtilentibus febribus, quæ ex vſu malorum & vi-
tioſorum ciborū ortum habent, qui ſcilicet parum
ſanguinis gignant, cùm robur virium in his diu
non poſsit conſiſtere, non cenſerē eſſe mittendum
G ſanguinem. Id quod etiam facilè ex Galeno colli-
gemus in initio lib. de Bon. & mal. ſuccis. In illis e-
tiam, vbi ſit inſignis ventris fluxio, ſanguis mitten-
dus nō eſt: id enim expreſsè 1. ad Glauc. habemus.
Vbi verò dubitandum eſt, an papulæ eſſent appa-
rituræ, ita ego diſtinguerem. Quod ſi Medicus ad-

ceſſerit, & copiam ſanguinis notauerit, & vires id A
permittant, à principio, antequam incipiant erum-
pere, ſanguis mitti & poteſt & debet. Idque à Gale-
no accipi poteſt. Primùm quia tanquam commu-
ne remedium omnium putridarum à Galeno ve-
næ ſectio laudatur, 11. Meth. & 4. de Rat. vict. acut.
19. In acutis ſi morbus ſit magnus, & vires & ætas
conſentiant, mittendus eſt ſanguis: maximus au-
tem morbus eſt peſtilens febris. Sed particulatim
magis exemplo docuit Gal. 1. Epid. 3. Commen. 26.
vbi miratur Critoni ſanguinem non miſſum fuiſſe B
ab Hippocr. vel ſi miſſus ſit, nõ factam eſſe mentio-
nem: ſed ipſum deinde excuſat, ꝙ ſæpè non accer-
ſebatur à principio morbi, ſed eo progreſſo. Vbi
poteſt colligi, Galen. ſentire à principio in his eſſe
mittendum ſanguinem, progrediente verò mini-
mè ſecandam eſſe venam. Sed apparentibus papu-
lis alia deinde ratione agendum puto, vt pòſt de-
clarabimus. Vbi verò carbunculi exſurgãt, quam-
uis etiam emerſerint, mittẽdus eſt ſanguis, & non
ſolùm mittendus, ſed etiam ad animi deliquium. C
Quòd ſi aliquis quæret, cur hoc in carbunculis fa-
ciendum, in papulis autem timendum ſit, cùm ta-
men materia malignior ſit carbunculorum. Dico
quòd hæc materia ſit craſſa, quæ cùm ſemel mem-
bro impacta eſt, non ita facdè inde diuellitur. Ita e-
nim ait Galen. 14. Meth. 10. propter humoris craſ-
ſitiem atque malignitatem, nec fluxionem auerte-
re vnquam poteris: in papulis verò, in quibus eſt
tenuior materia, facilis eſt auerſio, qua in profun-
dum recurrente, partes quæ in alto corporis ſunt D
offendes, vt Gal. ibidem teſtatur. Et ſi adducas in
contrarium auctoritatem Galeni lib. 1. in 6. Epid.
29. qui ait: In papularum curatione, vbi ſit copia
multa humorum in corpore, priùs euacuandum
ſecta vena aut medicamentis, deinde eſſe remedijs
localibus agendum. Dico, id conſilium ſalubre eſ-
ſe, vbi ſunt papulæ non malignæ neq; peſtilentes,
quia non eſt periculum multum in illius humoris
auulſione, ſicuti in malignis. Quid ergo papulis ap-
parentibus agendum? Id quod paſsim his tempo- E
ribus agi conſueuit, cucurbitulis priùs affixis cuti,
deinde pluribus in locis ea inciſa, ſanguinem de-
trahere, & quidem copioſum, ſemper tamen ratio-
ne habita virium, ætatis, plenitudinis, conſtitutio-
nis, temporis anni, regionis & reliquorum, quæ in
mittendo ſanguine iuxta methodum antiquorum
ſunt obſeruanda. At multi aduerſantur & dicunt,
quòd id agendum non ſit, quia non conſentit cum
vera methodo ab antiquis Gal. & Hippoc. tradita.
Motus enim qui fiunt à natura ſymptomaticè & F
non ex proprio eius inſtituto non ſunt adiuuandi,
ſed qui ſunt critici tantùm. Nam & Gal. in lib. de
Venæ ſectione cõtra Eraſiſtratum, vbi exponit a-
phoriſmum illum: Quò natura vergit, &c. dicit, il-
lud verum eſſe vbi natura criticè quidem expellit,
non autem fit perfecta criſis. Sed mihi hi videntur
aut nõ legiſſe aut obaudiuiſſe libros Gal. & Hipp.
Nam ſi in vniuerſum hoc præceptum eſſet intelli-
gendum, nempe nullum motum in ægrotantibus
à natura factum ſequendum & iuuandum eſſe, niſi G
quando natura tempore iudicationis mouet, nec
perficit id quod inceperat, reprehendendus ſanè
eſſet Hipp. qui 2. & 4. de Rat. vict. præcipit, vt pleu-
riticis, cùm dolor aſcẽdit ad humeros & iugulum,
mittatur ſanguis è brachio, ex ea parte qua dolet:

A cùm verò deſcẽdit, venter veratro ſoluatur. Cuius
eam affert rationem Gal. quod Hippoc. ſemper ni-
titur ſequi motum & propenſionem naturæ, ibiq;
aphor. citat, quem cõtra Eraſiſtratum citauit. Sed
nonne apparẽtibus anthracibus & bubonibus in
peſtilentia conſulunt omnes cucurbitulis & ſcal-
pellationibus extrahendum eſſe ſanguinem ad ex-
teriora. Nec hac parte quiſquam probatus auctor
diſſentit: neque tamen expulſio illa magis critica
eſt quàm papularum, neq; maior quàm illic ratio
B eſt. Dicamus ergo, ꝙ in febribus peſtilentibus, ſicu-
ti in reliquis ferè acutis & magnis morbis multi-
tudinem detrahere oportet, ſi plenum ſit corpus,
aut cacochymiam, ſi ea redundet. Semper etiam,
quoad fieri poteſt, procurandum, vt naturam adiu-
tricem habeamus, cùm ea ſit, quę primùm morbos
curat, vt ſenſit Hippoc. 6. Epid. & Medicus tantùm
miniſtri ufficio fungatur. Vnde ſemper obſeruan-
dum eſt, quid illa moliatur, & cum ea conſentien-
dum eſt, ſi illa rectè & vtiliter agat. In primis verò
C vtiliter agit, cùm membra principalia tuetur, atq;
humorum impetum ab eis aliò conuertit: is enim
motus adeò ſalubris eſt, vt ſæpè lethales morbos
in ſalubres cõuerterit, ſicuti contrà eo recurſu ma-
lorum humorum ad membra pręcipua, morbus ꝗ
minùs ſalubris eſſe poterat, fit pernicioſus (vt de
Conſtit. art. Gal. 18. docet) quod in Critone, cuius
ſuprà meminimus, contigit, cui altera die pes ad ta-
lum intumuit, & nigræ puſtulæ apparuerunt, atq;
inſaniit. Vbi Gal. ait. Magna fuit humorum copia,
D quos natura à membris præcipuis ad crus demo-
liri conata eſt, & cùm id nõ poſſet totùm recipere,
reſiduum recurrens ad caput, inſaniam peperit.
Quis nũ videat in his opem eſſe ferendã naturæ ꝓ
poſſe noſtro? vnde etiã Gal. miratur, ꝙ non fuerit
ſanguis detractus. Quare concludendo dicimus, ꝙ
ſcopus primus ſit ſanguinem detrahere, vt in mor-
bis magnis faciendum eſt: mox verò vt ab ipſis
principalibus membris auertamus impetum hu-
morum, & ſequamur naturã magiſtram. Nec mo-
E dò nos ſumus illius opinionis, ſed Oribaſius gra-
uiſsimus auctor hoc remedio vſus in peſtilẽti mor-
bo euaſit, vt ipſe teſtatur lib. de Cucurb. & hirud.
&c. multosq; eodẽ auxilio periculum euaſiſſe. Sed
de hoc ſatis. Nunc de alio genere euacuationis a-
gendum. Incipiamus autem à ratione curandi per
medicamenta, & ad veram methodum rem confe-
ramus: nam neq; omninò facilis eſt & plura capita
diſcntientia continet. Quorum primum eſt, num
medicinæ purgãtes conueniant in febribus peſti-
F lentibus, & ſi ſtatutum fuerit, conuenire, quo tem-
pore & ratione ſint dandæ, inter initia ſcilicet, aut
progrediente morbo, poſtremò verò quibus medi-
cinis vti expediat. Quatenus itaq; ad primum ca-
put pertinet, etſi videtur forſitã alicui incongruus
vſus purgantium, quia ſoluentia ferè nulla exper-
tia ſunt venenoſæ cuiuſdã qualitatis & omnia na-
turæ vim afferunt, vnde etiam malignitatem qua-
litatum poſſunt humoribus, atq; etiam membris,
imprimere. Et proinde malignitas additur corpo-
G ri, præter eam, quam peſtilens febris ex mala con-
trahit materia. Præterea medicamenta humores
commouent, & raró poſſunt eos vniuerſos, ꝗ moti
ſunt extrahere, quo fieri poteſt, vt qui relinquun-
tur, cùm venenoſæ ſint naturæ: veneni autem id
proprium ſit, vt verſus principalia membra fera-
tur,

tur, periculum imminet, ne eò ferantur. Vnde videretur forſitan præſtare, vt quieſcere permitterentur ac interim alterentur, eorumque malitia emendaretur: Ego tamen dum & ea, quæ longa experientia obſeruaui, in memoriâ reuoco, & ea quæ à celebrioribus autoribus tradita literis ſunt, animaduerto, ita dixerim: quód, cùm in febribus peſtilentibus varia ſint ſymptomata, variæq́; corporum conditiones & ſtatus, ita & vario modo agendum ſit. Nam in primis, niſi aliquid impediat ex his quæ pauló pòſt dicemus, expedire, corpus medicamentis purgare putamus. Nam & ratio id ſuadet: cùm enim peſtilentes febres, etſi plerumq; ex aere putrefacto, qui inſpiratur, primùm habeant originem, aer tamen eatenus corpus afficit, quatenus ipſum aptum & paratum reperit, vt ab eo afficiatur. Iam enim ſæpe audiuiſtis ſententiam illam Gal. 1. de diff. febr. relatâ & paſsim vulgatam: quod morborũ cauſſa maxima ex parte pendet ex corporis aptitudine & præparatione: Nihil autem eſt quod corpus magis aptum ad putredinem, & peſtilentem ſubinde febrem faciat, ſicuti ſi excrementoſum ſit. Vbi enim ſunt multa excrementa, ibi plurimum eſt fomentum putredinis. Igitur ſubtractio excrementorum plurimum faciet ad vitandam putredinem. Vnde Græci autores, Aetius, Paolus, Oribaſius ſecuti Ruffum cõſulunt ſtatim à principio aut ſecandam venam, ſi ſanguis fuerit multus, aut vacuandum corpus; ſi alia redondent excrementa, variasq; tentandas purgationes, vomitum ſcilicet, ſi ſit in ventricolo copioſa pituita, imò per vrinas quoq;. Student enim, quàm fieri maxime poteſt, vt corpus excramentis vacet. Sed & Gal. idem ſuaſiſſe viſus eſt de diff. febr. loco citato, vbi ait, quód initium quidem febris peſtilentis inde eſt, quód in corpore multi ſunt ex vitioſa victus ratione aceruati ſucci, qui ad putrefactionem maxime apti ſunt. Nam qui in victu temperantes ſunt & moderatis ſe laboribus exercent, hi maximè innocui ſeruãtur, quod & nos animaduertentes, ait ipſe, ſtatim conſtitutione inchoante peſtilenti, quoſcunq; humidiori corporis natura eſſe conſpiciebamus, omni ingenio ſiccare nitebamur, quos veró ſicciori, in eodem cuſtodiebamus habitu, quoſcunq; veró excrementoſos, ſtatim purgationibus purgamus. Quod ſi dicas, hoc verum eſt incipiente ipſa conſtitutione ad cuſtodienda corpora, ne morbo corripiãtur, non autem ſi iam correpta ſint. Dicam quod vna & eadem ratio eſt. Dixit enim idem Gal. lib. de curat. per ſangu. miſsionem, quód eos, quos timemus ne in morbum incidant, ita tractamus, ſicuti eos qui iam laborare incipiunt. Et Hipp. 6. Epid. ait, quod quæcunq; inceptos morbos curant, ſi antea fiant, illa cuſtodiunt ne à morbo corripiantur. Quem locum citat Gal. loco nunc adducto. Concludamus ergo non eſſe excludendum vſum purgantium medicamentorum à febre peſtilenti. Diximus autem niſi aliquid impediat. Impedire autem poſſunt illa, quæ maximè requiruntur in omni euacuatione inſigni, ſcilicet vires, ætas, maximè autem in peſtilentibus id aduertẽdum eſt. Sæpe enim vires pẽ malitia morbi ſtatim ab initio concidunt. Quod ſi euenerit, ab euacuatione abſtinendum, & cibo & inſtauratione ſuccurrẽdum. Sic enim Hip. conſulebat, quód, cùm ſymptomata vires proſternunt, illicò ſit dan-

A dus cibus. Præterea etiam ſtatim ab initio fluxus accidunt putridorum excrementorum, imo etiam colliquatiui. Vbi habemus præceptum Gal. 1. ad Glauc. de febr. cum ſymp. Quod ſi fluxus cum febre iunctus ſit, quamuis etiam ille ea proportione copiæ excrementorum non reſponderit, nulla alia eget euacuatione: ea enim ſola ſufficit. Qui enim ea non contenti plus adimere fore neceſſariũ aut ſecta vena, aut citata aloe potarunt, in grauiora pericula adducere ægrũ ſolent. Idq́; maximè aduer-

B tendum in his febribus, vbi vires facilè concidunt. Quod ad rationes oppoſitas: dico primùm, quód medicamẽta corrigũtur, & eorũ variis pręparationibus reprimitur malitia. Sed & dico id, quod noſtris his temporib. id tutiùs fieri poſsit, quibus iam magna ex parte actium illorum & violenturũ medicamenturũ vſus reiectus eſt à prudentibus Medicis. habemus veró multa medicamenta, quæ experta ſunt qualitatis venenoſæ, de quibus pauló poſt agemus. Præterea etiam ad rationẽ ſecundam

C dicimus, quód maior eſt vtilitas ab excrementis, quæ ſunt veluti fomes malæ putredinis euacuatis, quàm damnum ex motu. Nam ſi leniter tractentur, nòn fit multa humorum agitatio, neq; tantum euacuamus, vt putridi iam humores educantur, quantum, vt illi, qui nondùm putruere, antequam corripiantur à putredine, educantur. Vnde deinde inquirendum eſt ſecundo loco, quando ſit his vtendum: Quam quæſtionem habemus diſcuſſam 2. Aphor. 30. Inchoantibus morbis, ſi quid mouen-

D dum, &c. Item: In Acutis raró & circa principia. 1. Aphor. 25. Et ſi in aliquo morbo principio euacuãdum eſt, in peſtilenti id cõuenit, in quo vires morbo progrediente languescunt, ſæpiſsimè victæ ab eius ſæuitia. Sed & fluxus deinde ſuperueniunt, qui impediunt euacuationem, vt paulo antè diximus. Papulæ quoq; pauló pòſt apparentes, quarũ exitus inhibendus non eſt, poſſunt impedire euacuationem: præterea vacuãdi ſunt humores, dum adhuc vagi ſunt, & nondum ſedem firmam habẽt,

E ſicuti in principio ſunt, & antequã ad membrum aliquod præcipuum ferantur, & antequam putreſcant magis & magis creſcat febris. Quó enim magis putreſcũt, eò crudiores ſunt & magis rebelles. Præterea cùm febris inualeſcit, corpora difficilius tolerant laborem euacuationum. Quod ſi dixeris, non eſt euacuandum in principio, niſi dum materia turget: dico, quód, ſi vel turget vel timemus ne turgeat, euacuandum erit, maxime autem timendum de hoc eſt in peſtilentibus morbis, cùm ma-

F ximè humores ſua maligna qualitate naturam ſtimulant. Vnde ſæpiſsime vidiſſe nos ſcimus hos morbos & phrenitidas afferre, malos iecoris affectus, vt lotia liuida & turbida indicant, & ſyncopas. Ideó ſi quo in morbo ſtatim à principio euacuandum eſt, maxime in peſtilenti id agẽdum eſt, cùm frequentiſsimé ſoleat turgere. Poſtremó de medicamentis, quę vtiliter poſſunt in vſum recipi, agamus. In quo negotio, mihi quidem videtur, ſi diligenter rem hanc penſitare velim, & experien-

G tiam meam cum præceptis antiquorum autorum conferre, ita eſſe ſentiendum. Quod ſi lenibus & facilibus medicamentis vtendo poſsumus id conſequi, quod deſideramus, longe melius ſit quàm violentiora aggredi. Nam fortiora nimiam vim naturæ afferunt, cuius vires præ omnibus maximè

conſiderandæ ſunt plurimùm item calefaciunt, vt A ſiccitatem prætercam. Solent autẽ in febribus peſtilentibus, & ſi exterius videantur mites & quietæ, interna viſcera & præcordia multo æſtuare incendio. Sed vt tandem particulatim deſcendamus ad medicinas, quæ ſunt, aut fuere, in vſu tam antiquis quã recentioribus Medicis, mihi omnes probaſſe viſi ſunt leues medicinas. Antiqui omnes laudabant medicinam Ruffi, quas iuniores vocant pilulas de tribus communes, & earum meminere Arabes omnes: quamuis non eadem reperitur ratio B componendi hoc medicamentum apud Arabes & Græcos. Arabes enim conſtituunt ex aloe, croco & myrrha, & in catapotia redigunt, Græci verò Aetius, Paulus, Oribaſius, accipiunt aloes & ammoniaci ana part. ij. myrrhæ part. j. Has medicinas tritas & in odorati vini cyatho leuigatas bibendas dant. Loco itaq; croci Græci ammoniacũ accipiunt. Et Græci partes duas aloes, & ammoniaci, at myrrhæ vnam, Arabes part. j. aloes, myrrhæ & croci, ſingulorum partis vnius tertiam. Equidem C non poſſum non ſummè laudare medicamẽtum, ſiue hoc, ſiue illo modo paretur. Nam & leuiter & facilè purgat, & corporis extraneam humiditatẽ ſiccat, & à putredine mirificè defendit. Ego tamen potiùs vterer ob tuendam valetudinem, antequã videlicet febris ſuperueniret, nã iam exorta febre nimis calefaceret, & facilè incendium maius excitaret. Vnde mihi, cùm iam febricitare incepiſſent, noſtra hæc medicamenta, quæ paſsim in vſu ſunt, magis probarentur, quę facilia & benedicta appel- D lantur, quæq; ſine moleſtia euacuant, non agitant nec calefaciunt: quales ſunt tamarindi appellati, qui maximè febribus ſunt accommodati. Præter vim enim ſoluendi, qua purgant biliosa excrementa, refrigerant & exſtinguunt feruorẽ febris & ſanguinis, atq; etiam ideò, quia omnes in peſtilentib. febribus ea laudant, quæ habent ſapores acidos, (vt ſuprà declarauimus, vbi locuti ſumus de malo citrio) tanquã illa quæ putreſcere facilè non poſſunt: quare potiſsimùm, quia ſiccant, ſunt laudan- E di. In eodem ordine caſsia eſt & manna, quæ leniunt non refrigerant, non calefaciunt: temperato enim proxima ſunt, quamuis ad leuem quandam inclinent caliditatem. De myrobalanis verò & rhabarbaro: cùm hoc quidem ſatis calefaciat, vtraque verò ſatis adſtringat, neutro ego in principiis morborum, qui ex cruda & multa materia excitantur, vti ſoleo. Sed etiam non ita libenter ſola caſsia vtor, quia vim leniendi & humectandi retinet: & idem de mãna ſentio. Vnde mihi maximè proban- F tur, qui tamarindos cum caſsia permiſcent. Sed quæret aliquis, qua ratione, & qua portione, ſi opus eſt, his vtendum ſit? Hoc poteſt fieri duplici forma. Nam aut potãda humore aliquo diluta, aut ſolida dari poſſunt, (vt aiunt) in bolo. In bolo quidem hoc modo: ℞. Flores caſsiæ ℥. j. tamarind. à ſeminibus mundat. ʒ. iij vel iiij. Miſce & fiat bolus, vel cũ ſaccharo, vel inauretur, vel alio modo, quo accipienti expeditiùs & gratiùs viſum fuerit. In potione hoc modo: ℞. Tamarind. ℥. ſ. prunorũ num. G iiij. flor. boraginis, bugloſſæ anã ʒ. j. aquar. borag. acetoſæ quantum ſufficit. Miſce & coquantur ex arte. Deinde coletur & exprimatur, cum quo diſſoluatur floris caſsiæ ℥. ſ. Et quod de caſsia diximus, poſſumus quoq; de manna dicere, niſi quòd

A pro ℥. j. duę mannę erunt accipiendę. Sed mihi omnibus ſyr. roſatus ſol. præferendus videtur: nam & facilimè ſoluit, & vim habet quoq; exſiccandi, ex ipſo roſarum ſucco, & tantum adſtringentis facultatis, quantum ſatis ſit robore viſceribus addendo, præter id quod ex roſa confectus, quæ maximè cordi eſt idoneum medicamẽtum, vt valeat ad tollendam palpitationem & tremorem cordis. Poſſunt autem commodè dari tres vel quatuor, interdum etiam quinq; vnciæ: idq; pro ratione cor- B poris, quod ſit aut laxioris aut ſtrictioris alui, & pro ratione medicamẽti, nam recens valentius eſt quàm inueteratum: quia tenuiores partes & calidiores diſſoluuntur, ſicuti ſaccharum roſatum ſolutiuum quo antiquius eſt, eò magis adſtringit. Quare ita vtendum eſt: ℞. ſyr. roſ. ſolut. ℥. iij. vel iiij. decocti ſuprà ſcripti ex tamarindis ℥. iij. Miſce & fiat potio. His prioribus annis in multo vſu erat Romæ, & in alijs etiam ciuitatibus, qui vſus & Venetijs receptus fuit, & hic eſt cuiuſdam medicamenti com- C poſiti, quod in Antidotario Meſ. deſcriptum reperitur ſub nomine Tripheræ Perſicæ, quod plurimùm commendatur in conſtitutione peſtilenti, & reuera conſtat ex omnibus iam à me relatis & ex aliis multis, nec contemnendum eſt: mihi tamen hęc ſimpliciora medicamenta magis probanda videntur. Expurgato verò corpore, aliis alterantib. medicamentis, de quibus antea dictum, quibus putrefactioni reſiſtatur, & malitia vitioſorum humorum corrigatur, erit vtendum. De victus præterea D ratione ac de cuſtodia, vel, vt aiunt, præſeruatione poſtea agemus. Quia verò in ſex rerum non naturalium recta adminiſtratione victus ratio vniuerſa conſiſtit, in his verò aer cibuſq; & potus præcipuũ locum habent: Aer quidem cùm in hoc morbo plerunq; ipſa eius ſemina afferat ſecum, pręterea verò perpetuo per inſpirationem & reſpirationem verſetur circa cor, imò in corde, ideoq; præ aliis omnibus maius illi & cõmodum & incommodum poteſt afferre, quocirca maior illius ratio erit haben- E da. Cùm verò ex putredine aeris fieri ſoleat ſæpiſſimè morbus peſtilens, etſi quandoq; aliunde habeat occaſionem, tamen ſi rectè ſe habeat, plurimũ obſiſtere poteſt, ne in corde putredo accendatur. Sed cùm putredinis materia ſit humiditas, efficiẽs verò calor externus, ideò aer ſiccior arte reddendus ſi humidus ſit, & refrigerandus ſi calidior, quare cauẽda ſunt loca humidiora & calidiora: pręterea verò parandus erit, vt vim magis exſiccãdi habeat. Paratur aũt vaporibus id agẽtibus qui & ſuf- F fitu rerum, eam vim habentium, excitari poſſunt, ſtratis etiam in cubiculo aliquibus herbis aut arborum ramis, qui idem poſſunt: quod ſi erunt etiã alicuius grati odoris eò melius erit: cor enim & alia viſcera illis iuuantur, vt innuit Gal. 2. de Rat. victus, vbi de ratione miſcendi ſemina odorata cum veratro aut peplio agit. Poteſt ergo ſuffitus in hũc modum parari: Si accipiantur ſandali, qui refrigerant & exſiccant, ſi fruſtrum citrij mali, vt ſandali ʒ. iij. cinnamomi ʒ. j. cortices pomi alicuius G bene olentis parum, quæ omnia in olla parua ponantur, deinde ſuperinfundatur cyathus aquæ roſaceæ bene odoratæ, & circiter ſemiunciam aceti roſacei, & ita ſubiectis prunis odorato eo vapore ſuffiatur domus. Item aſpergantur parietes & frequenter pauimentum aqua roſacea, aceto, & floribus be-

bus bene olentibus & fructibus, ſicuti ſunt violæ, roſæ, rami vitis & ſalicis. Locus potius ad ſeptentrionem vergat, quàm ad meridiem: Coopertus tamen ſeruetur æger, vt putridi vapores diſſlari poſſint, ne aere cõſtipentur pori & morbus augeatur. De cibo & potu non parua eſt difficultas, quatenus ad quantitatem & qualitatem ſpectat. Nonnulli enim ſummopere ſtudent, vt vberius alant, & cibũ plurimum præ alijs acutis morbis & ſæpius exhibent, hac ratione adducti, quòd in omni magno morbo viribus conſulendum eſt, in quibus omnis ſpes eſt ſita. Nam iſtis cadentibus nullus amplius remedijs locus relinquitur. Vnde vulgata illa ſententia, cum ſymptomata vires proſternunt, ſtatim cibo eſt ſuccurrendum. Non eſt autem morbus, in quo faciliùs & frequentiùs vires cadant, quàm in peſtilenti febri: vnde ſicuti propter aut præſentem aut exſpectatum morbum magnum valentibus vtimur remediis, vt ſunt venæ ſectio & medicamentum: ita nutriendus pleniùs æger, cùm aut vires cadunt aut caſuræ ſunt. Præterea vero eſt & autoritas Auicennæ non contemnenda, vbi dicit, quod cogẽdi ſunt vt comedant. Quia qui virilliores ſunt & comedunt, hi euadunt: & eſt locus acceptus à Gal. 3. Epid. 3. com. 58. Veruntamen mihi non videntur iſti rectè ſentire, neque cum Gal. aut Hipp. neq; Auicenna conſentire. Eſt enim 1. Aphor. 6. huic opinioni ſententia aduerſaria: Extremis ſcilicet morbis extrema remedia accommodanda eſſe, vbi Gal. maximè id in ipſam tenuis victus rationẽ refert. Præterea verò 2. Aphor. 21. Impura corpora quò magis nutries, eo magis lædes. Corpora verò ea maximè (vt diximus ſuprà) obnoxia peſtilentię ſunt, quæ maximè impura & excrementoſa ſunt. Adhęc 6. Aphor 62. huic adſtipulatur ſententiæ, q. ait, ſi febricitanti cibum dederis, morbum auges, ſicuti ſi ſanis robur addes. Poſſunt & alia multa loca afferri, vt 5. Aphor. 3. pręgnantes arripi ab aliquo morbo acuto lethale eſt. Vbi ait Gal. Quia ſi pleniùs nutriueris, matrem interficies, ſi parciùs, fœtum. Quæ longitudinis cauſa omitto. Vbi dico, quòd ſemper quidem proſpiciendum ſit viribus; ita tamen ne nimis repleamus ægrotantem. Nam id perniciosum eſt, vt ratio dictat & experiẽtia docet quotidie. Vnde & pręſentis ſtatus ratio habenda eſt, ſemper pulſu explorato; & quotidie & pro ratione qua videtur morbus de viribus detrahere; ita etiam pleniùs aut parciùs nutriamus. Præterea verò ad ipſa etiam ſymptomata reſpiciendum eſt, quæ ſi videantur habere vim plurimam diſſoluẽdi vires, ſicuti eſſet febris plurimùm ardens, dolor magnus, vigiliæ immodicę, ventris nimius fluxus, ſudor immodicus, corporis inquietudo multa; magis erit reficiẽdus æger & liberaliùs cibus dandus. Quod ſi, omnibus his rectè perpenſis, viſum fuerit vires poſſe victum tenuiorem perferre, victus tenuior ſit magis laudandus. Neq; etiam aliter ſenſiſſe Auic. putamus, vt autoritati in contrarium allatæ reſpondeamus. Nam rationi ſatis facere poſſunt hæc quæ nuper expoſuimus. Neq; enim ipſe ait, quòd cogendi ſunt vt multũ comedant, & hoc vt cuidam ſymptomati occurrat, quod in peſtilentibus ſolet eſſe frequens, vt ille ibidem teſtatur, videlicet quòd adeò in illis guſtus & appetitus deiicitur, vt multi potiùs mori velint quàm comedere. Hi ergo cogendi ſunt, vt comedant. Nam Gale.

